# SPECULUM PRINCIPUM D. PETRI BELLUGAE VALENTINI IURISCONSULTI...

Pedro Juan Belluga, Camillo Borrello

# SPECVLVM PRINCIPVM

## D. PETRI BELLVGAE VALENTINI

Iurisconsulti Famosissimi,

NVNC PRIMVM PVRGATO OMNI VITIO, ET ERRORE,

Ex

| | | | |
|---|---|---|---|
| Iure | Diuino | Doctoribus Theologis | Historicis |
| | Canonico | Philosophis | Poetis |
| | Humano | Geographis | Omniq; Scriptorum genere, |

ADDITIONIBVS, ET SVPPLETIONIBVS ILLVSTRATVM;

Authore Camillo Borrello Iurisconsulto Oliuetano.

OPVS IVRA PROFITENTIBVS APPRIME NECESSARIVM.

*Cum Priuilegijs Regni Neapolitani, Regis Galliæ, & Senatus Veneti.*

VENETIIS,

Expensis Iacobi Anielli Mariæ, Bibliopolæ Neapolitani. M D LXXX.

# Preuilege du Roy.

ENRY par la grace de Dieu Roy de France & de Pologne, au Preuoſt de Paris, Bailly de Rouen, Seneſchal de Lyon & a tous nous autres Iuſtitiers & Officiers qu'il appartiendrà ſalut. Noſtre chier & bien ayme Iaques Anel de Maria Imprimeur, demeurant a Naples, nous a preſente Requeſte, donnant à entendre, que ſuyuant le deſir qu'il a touſiours eu de prouffiter aux lettres & ayder les gens d'eſtude. Il a recouuert deux Traictez en Latin, intitulez, *Opera Joan. Thomaſij Minadoi, Regij Neapolitani Conſiliarij. Idem ſpeculum Principum Petri de Belluga, cum additionibus Camilli Borrelli. I. V. D. Neapolitani.* Leſquelz liures ayant imprimes il deſereroit en faire diſtribuer paurt en noſtre Royaulme, & en debiter; Mais il craint que quelques vns ne s'aduancent d'imprimer ſur ſes coppies, & par ce moyen le fruſtrer du labeur qu'il auroit pris en c'eſt endroict & fraiez qu'il lui conuiendrà faire pour les enuoier en ceſtuy noſtre Royaulme. Surquoy il nous à faict ſupplier luy pouruoir: Nous a ces cauſes deſirans ſubuenir au dict Anel en c'eſt endroict, & ayder ſon bon deſir, luy auons permis & permectons qu'ayant faict Imprimer leſdictes oeuures & traiectez audict Naples, & ailleurs ou il aura aduiſe il les puiſſe uendre & debiter en ceſtuy noſtre Royaulme ſans aucun empeſchement. Defendant a tous autres Libraires & Imprimeurs de n'en Imprimer, uendre, ny debiter autres que ceux que ſeront Imprimes par le dict Anel, iuſques a Six ans, a peine d'amande arbitraire, confiſcation deſdictz liures, & de tous deſpens, dommages & intereſtz. Voulons dauantage, & nous plaict que appreſant un brief, un extraict de ce preſent preuilege à la fin ou an commencement deſdictz liures il ſoit tenu pour deuement ſigniffie, & notiffie a tous ceux qu'il appartiendrà ſans qu'ilz en puiſſent pretendre cauſe dignorance. Si vous mandons & a chaſcun de uous expreſſement enioignons que de noſtre preſente permiſsion uous faictes & ſouffriers iouyr & uſer lexpoſant ſans aucun trouble ou empeſchement. Nõ obſtant oppoſitions ou appellations quelz conques faictes ou a faire, pour leſquelles ne uoulons eſtre differe, Car tel eſt noſtre plaiſir. Donne a Paris ſe 8. Iour de May. Lan de grace. 1575. Et de noſtre Regne le premier au bas eſt eſcrit par le Roy a uoſtre Relation, ainſi ſigne More & ſceelle du grand ſeel dudict S^r. de cyre iaulne en ſimple queue pendant.



# ILLVSTRISSIMO, ET EXCELLENTISS.

## DON IOANNI STVNICA PRINCIPI PETRAE PERTIAE, REGNI NEAPOLITANI VICEREGI,

*CAMILLVS BORRELLVS S.*

DEMONAX Philoſophus (vt Lucianus tradidit) apud Athenienſium Reipublic. Senatum accuſatus fertur, quòd ſolus omnium Illuſtrium virorum, & Philoſophorum, Mineruæ ſacra minimè obtuliſſet: eumque intrepidè, & conſtanter aſſeueraſſe tradunt, ſe Mineruæ ſacra non dediſſe, quòd ſuis oblationibus eam egere non putaret. Vnde dum hoc Principum Speculum à Petro Belluga Valentino olim Iureconſulto celeberrimo compoſitum, ac meis quibuſdam rabulis confarcitum, ac notis obumbratum, in lucem iterum dare inſtituiſſem, licet tibi illud conuenire non arbitrarer, ut cui maiora hijs deberi omnes nouerint, ſub tui tamen ſolis clypeo, & ſplendore, illud edere volui, vt his irradiatum luminibus ſplendidius euagetur. Tibi enim vt iuſtitiæ ſimulachro, Populorum ſuffragatori, ſubditorum cenſuræ, & Principum Speculo dico, in quo omnes ſpeculantur: & non ab re id facere inſtitui, quando marmorum, imaginum, ac ſtatuarum quarumlibet ipſa ſola ſcriptura deuincit. Vt iure merito ad huius Neapolitani Regni regimina te præpoſuerit, Philippus Catholicus, ac Inuictiſsimus Rex noſter, vt qui tuæ clariſſimæ familiæ ſplendorem, morum fragrantiam, vitæ inſtituta, & fidei ſinceritatem, dum præſertim longo pro ſua Maieſtate interuallo apud ſanctam Sedem Apoſtolicam Oratoris officio fungereris, ab experto perfectè cognouerat. Suſcipe igitur (Princeps iuſtiſsimo) qualecunque illud erit opus, quod, com-

munem respiciens Regni totius hilaritatem, meæ erit etiam læ titiæ testimonium, illudque si grato (vt soles) animo susceperis, honestissimique huius studij ocium mihi dederis, ad aliorum ma iori forte studio lucubratorum operum prosequutionem, quæ vt prope diem videas quantò citius curabo, tu ipse ingeniorum adiutor, & fautor me incitabis. Vale. Neapoli, Calendis Ianuarijs, Anni M D LXXX.

# IOANNES FERDINANDVS
## FLORENVS OLIVETANVS
### MEDICVS PHILOSOPHVS BENEVOLO LECTORI S.

*HOCION ille vir integerrimus, & dicendi oratione politus (Thæmistio Authore) lector beneuole, habita elegenti oratione, ac plaudente paululum Atheniensi populo, an aliquid (inquit) improbè dictum imprudenter excidit? Obtectam potius laudationis ansam aucupari cupiens, quàm sub silentio, gestiente populo, pertransire: Excellens autem Iureconsultus D. Camillus Borrellus, tacitè vitam suam silentio tegere noluit, vt qui ex taciturnitate officium suum prætermitti perperam arbitratur, cum scientijs versato longè suspectius sit tacere, quàm loqui. Faxit autem immortalis Deus, vt omnis obloquutio mala, sit huic loquelæ similis: Non est enim (Authore Petrarcha) cuiusuis hominis libros scribere. Magna quidem res est, singularis, & difficilis, & paucorum hominum, quorum vnus tempestate hac nostra Borellus est, cuius ingenium iam ipso in adolescentiæ flore, augurio quodam, præsagioq; concepi, dum suorum comes studiorum fui in Philosophicis auscultationibus, licet ego essem ætate grandior. Is enim dum studijs dialecticæ vacare instituit, vndecimus agebatur ætatis suæ annus, quatuorq; nostri instituti, ac dogmatis exercitio præstitis annis, legali Philosophiæ se ingerens, tam alacri indefessoq; animo, ea studia prosequi vidi, vt menses viderim plures totaliter expletos, quibus non nisi Diuinorum vacatio, ac pauci cibi receptio, interposita ab eo fuerit, & reliquis & diei, ac noctis horis, modico somno contentus continuis, ac inanhelatis vigilijs studia ipsa ita sectabatur, vt nisi eum amici scholares, à studio segregarent, releuandi eius animi causa, herclè (vt de Portio Latrone asserit Seneca) iungebantur noctibus dies, quibus ad studia indefesßius, vigilantiusq; accedebat. Vnde non mirum, si iam peragrato studij itinere, aduocationisq;, ac consultoris officio susceptolonga sit clientum obstrepentiũ turba stipatus: undiq; ex prouincijs ad eundem veluti ad Apollinem Pythium concurrentium, vt coactus fuerit pluries dicere, parentibus suis quodammodo malè succensere, quòd tantis eum laboribus, & ærumnis erudiri curauere. Et nonnullos dum rexerit populos, & ciuitatum gubernacula, tanta se in his gesßit dexteritate, vt diutius eius imperium aucupent, Principesq; nonnulli spontè metuq; proprio eum pro iustitia administranda rogauerint, seuereque recusauerit, munera similia obuire, vt qui non æquo ferat animo tot Principum diuersas variasque voluntates. Vnde studijs ita se totum commisit, vt non contentus prima compromissorum facultate ab eo exactè discussa, penè coactus has apostillas ad Bellugam concinnauit, modico temporis curriculo. Sed tamen ista modica sunt, eorum respectu, quæ præ manibus habet, partim elaborata, ac pænè finita, partim denique principium, partimque medium tenentia: eius desiderium crescit indies, & quo plus fit ætate longæuus, fit scientia excellentior, & quòd admiratione dignum est, is non solùm vtroque in iure consultisßimus est, sed Theologia,*

*Philoso=*

Philosophiaq; gaudet, Historias, & studia etiam humaniora sequitur, vt qui non modo varia, diuerseq; contexta scribendi formula vtatur, omnium ferè scriptorum iudicio, authoritateq; suffulta, scribit studia suauioris Musæ propria, puta historias, commentariaq; aliqua, in aliquos Chæronei Plutarchi libros. Nec omitto eundem talem scribendi formulam vulgari Italo sermone conscribere solitum, vt oratori cuiuis cedere non debeat. Taceo Poeticos eius lusus Italo sermone conscriptos, aliasq; morales virtutes, quibus ornatur, vt admiratione capere omnes non desinant desidiæ aliquorum maximorum Principum, vt omni eum conatu ad obsequia propria trahere quid remorentur? Verum quia laborum suorum adeo parum est ambiens, vt si dicere vellem ea, quæ ab eo elaborata sunt in istum vsq; diem, deficiam. Meum erit rogare Deum Optimum Maximum, totius boni datorem, vt sicuti nunc agitur eius cæptus ætatis annus trigesimus, ita diu eundem longo æuo seruet incolumem, ex eius enim vita, nonnulla communi vtilitati profutura proferentur. Ita Deus me adiuuet, & ista confirmet. Vale.

## IANCOLAE FREDAE IVRISC. NEAPOLITANI EPIGRAMMA.

ENTAVIT Belluga super moderamina secli
Cudere, sed nixus non reserauit opus.
Haud operis ualuit præclara exoluere tanti
Vires supra suas, sic graue pondus erat.
Consilium vitæ Speculo nam pandere quærens
Dat Speculum specoris, non speculumque micans.
At nostro insurgit Borrellus splendor in æuo,
Fortiter exantlans omnia vasta cito;
Qui facundus fæcunda, immeditataque promit,
Quod nitidum profert, quod graue reddit opus.
Quodque magistratus, Dominantes ipsius omnes
Rara docet leges, norma Poliquè, fori.
Iustitiæ vmbra extabat tunc ænigmate, sed nunc
De facie ad faciem viscera cuncta vides.
Obseruet Speculum quisque, veneretur opusquè
Sic doctus, Iustus postea recta geret.

*Ad eundem Borrellum eiusdem Tetrasticon.*

Ars vitreum Petri, Speculum confecit opacum,
Quod nebulosam vix porrigit effigiem.
Construxit fornax sed chrystallina Camilli
Nunc Speculum, per quod splendida cuncta patent.

*Ad eundem Distichon.*

Quisquis auet sapiens, doctus se noscere si sit,
Consulat hoc Speculum, sic sibi certus erit.

*Ad eundem Distichon.*

Diuino speculo sanctus diuina tuetur,
Hoc, Litæ, lucet lumine tuta quies.

## ANTONII FASANI A SANCTO ANGELO IN HIRPINIS *Iurisconsulti Epigramma.*

Eroùm hoc Speculum rubigo tanta tegebat
Vt vix cuiusquam redderet effigiem.
Tersit Borrellus, puroque micantius auro
Reddidit, hinc Hæros se modo quisque videt
Ornat vt Heliadum rutilans electra Pyropus
Candida cum digitis serta puella gerit:
Sic, Borelle, Petri decoras monumenta Bellugæ,
AEqua tibi, ac Petrō laus erit, æquus honos.

*Ad eundem eiusdem Tetrastichon.*

Inuideant alij scriptis, Borrelle, politis
Queis Speculum exornas, quod Petrus antè dedit.
Nos ea miramur, legimus; hos lecta probamus.
Debebit Petro, posteritasque tibi.

## SCIPIONIS LONGI IVRISCONSVLTI ARCHIDIACONI *Laquedoniensis Epigramma Dialogicum.*

I princeps sua iura solet noua condere mundo
Cur das principibus iussa benigne liber?
Non ego compono, sed condita iura patesco
Illis, iure quibus præcipitur regere.

Cur

Cur ducibus vitæ, & morum cur dogmata donas?
Regum si leges iura tenent placita?
Si placitum est sanctum, si condita iura probantur,
Vim iuris retinent, iniuriæve secus.
Parcere subiectis, & ponere fręna superbis,
Cunctis principibus consulo corde liber.

*Ad eundem Borrellum, de hoc opere, & de alio prius compromissorum inuulgato eiusdem Distichon.*

Litibus expulsis, inducta pace Camillus
Coniunctis, Ducibus iura dat Imperij.

IANI PELVSII POETAE CALABRI CROTONIATAE CARMEN.

CHrystallinum Puellæ,
Iuuenesque, qui sequuntur
Lasciua cara amoris
Speculum sibi expetessant:
In quo uidere possint,
In ore si qua turpis
Sit menda, vel cicatrix,
At vos, quot estis omnes
Regesque, Principesque
Hoc aureum Camilli
Speculum studete habere.
Nam iuris utriusque
Consultus, & peritus
Vos author hic docebit,
Qui regna, quive gentes,
Prouincias, vel vrbes,
Cum pace, cum quiete,
Tempus regatis omne.

*Polydori Contis Sansani Hexasticon.*

LAudatur speculi inuentor, quo fæmina vultum,
Et crines flauos ambitiosa colit.
Plus es laudandus, mentemque, animumque virorum
Qui Speculo Illustri, docte, Belluga regis.
Tuque pares laudes, Borrellè diserte mereris,
Qui decus huic speculo, qui superaddis opes.

*Innocentij Vrsini Petrapaganensis.*

THeseus à curuo haud poterat seducere tecto,
Ni sibi certa foret, ni sibi fila data.
Anchisa satus infernas non isset ad oras
Ni docuisset eum docta Sybilla uiam.
Hoc vera à speculo nulli referatur imago,
Ni Borrellus erat Dux bene iunctus ei.

*Pompilij Rufsi Bisatiensis.*

VIuet in æternum, viuet decus omne Camilli
Borrelli, ætherus dum vehet astra polus
Per mundum sua fama volat, per Parrhasis Arctos,
Per Lunæ, & Solis lumina, per tenebras
Semper ad occasum radiis aurora refulget
Effert hoc nomen nobilitate potens.
Monstrauit lites fraterno fœdere iunctas,
Nunc regimen Ducibus, principibusque dedit.

*Claudij Vrsini Innocentij filij.*

A Phœbi radiis mundi, vt pars quæque resumit
Lumen, & immenso lumine lumen habet.
Quisquis ab hoc speculo, verum sic sumere lumen
Iustitiæ, & tenebras pellere luce potest.
Debeat addenti sua lumina quisque Camillo
Lumine de cuius, maius habere potest.

# ILLVSTRI DOMINO ALFONSO DE SALAZAR HISPANO

## Iureconsulto percelebri,

## IN REGNO NEAPOLIS SVPREMI CONCILII SENATORI, ET REGIAM CANCELLARIAM REGENTI.

## CAMILLI BORRELLI J.C. OLIVETANI

## PRAEFATIO.



*CII Reddenda ratio est (Alfonse Salazar Amplissime Regens) Authore Catone, vt de eo memoria prodidit in Historiarum suarum praludio Iustinus. Ita vt vnusquisque iure merito (dum tamen, bonarum sit ille artium, ac scientiarum amator, ac vel modicè versatus) hunc sibi pro totius vitæ regimine scopum, metamq́ proponat; Tum maximè si non Ethnicus ille sit, (Ita etenim, eos, qui extra Christi gregem sunt, voco) vti fundatum à Christi lege, & praeceptis, quibus indies ad ocia propulsanda, ac voluptates repellendas instruimur: Iuxta illud Euangelicum, quid hic statis tota die otiosi? Laboris etenim potius onus subeundum est, quo vita nostra otio, & voluptatibus non marcescat. Ocio enim, quid detestabilius, quod malitiam omnem edoceat, M. Ant. Nat. teste, in libello de humilitate. Quid enim homini (dum ferinus ille non sit) voluptatibus, otioq́ perniciosius? quid ad bonæ vitæ regimen odibilius? quid è conuerso conuersationi humanæ vtilius? quid conducibilius? quid animo libero dignius, labore, & exercitatione? Nonne ex his totius humanæ cursus vitæ metimur? Nonne, & vitam nostram ab immanium ferarum natura alienam fuisse profitemur? Tū maximè his hæc obueniunt, qui toto se studijs liberalibus dedunt, quorum monumenta laborantium iam facili credulitate in maxima rerum æstimatione reperiri dignoscimus. Ipsorum itaque institutum, vti omni, & iuri, & rationi consentaneum, vitæq́ nostræ accommodatum insequi quis dedignabitur? Hinc Gregorius Cortesius olim Cardinalis meritissimus, in Epistolis familiaribus ad Iulianum Monachum scribens, hortatur eum sequi debere Hieronymum, Basilium, Gregorium, aliosq́ complures, per quorum (inquit) vestigia, quisnam est, qui tutè possit incedere, nisi itineris omnes difficultates, & discrimina ab eisdem, & exploratas, & literis traditas cognoscere valeat? Quod profectò facere nequeunt, qui spretis honestissimis studijs, nihil ferè supra cōem hominum consuetudinem rationem veræ vitæ, & religionis valeant peruestigare. Hæc ille. Ob quod laborādum est, aut sua quis euomens, aut in aliorum scriptorum inuestigatione. Homo.n. labori soli addictus est, vt habetur Genes. c. 3. Quod & voluit Bernardus in Declamatione. Quādo renascat (inquit) miser homo, natus ad laborem. Ita vt illi sit maledictio inflicta, vt in vultus sudore sui pane suo vescatur; Vnde rectè Proba Falconia Romana Fœmina clarissima in Centone ex Maronis carminibus excerpto inquit.*

*At tibi pro scelere exclamat pro talibus ausis*
*Omne æuum ferro teritur, Primusq́ per Artē*
*Heu miserāde puer terrā insectabere rastris*
*Et belli rabies, & amor succrescit habendi.*

*Cui etiam cōuenit illud viri Consularis clariss. Aurelij Prudentij in Cathemerinon, dum ait*

*His ducibus vitiosa dehinc*
*Posteritas ruit in facinus.*
*Dumq́ rudes imitatur auos*
*Fasq́, nefasq́ simul glomerans*
*Impia crimina morte tulit.*

*De qua etiam primi parentis maledictione pulchre meminit nostri temporis Poeta celebris Ioānes Baptista Arcutius Neapolitanus de Natali Christi inquiens,*

*Tunc horrida primum*
*Intrauit mors in terras, intrauit egestas*
*Et labor, & duri vexantes corpora morbi,*

*Inde Charulus Paganus Bellunensis de passione Christi exorditur,*

*Maximus, & cæli, & rerū Plasmator, et Orbis*
*Prascius agnouit tempus, quo ponere vitam*
*Crimine pro primi decreuerat ille parentis.*

*Itaq́ ad nos posteros diffusa maledictio extitit,*

vt ( authore Salomone Prouerbiorum.capit. 5. ) aliunde nobis viuendum non sit, nisi proprijs laboribus. Qui enim otio vitam addicit, ipso languescit, in laboribus autem omnia ei florent. vt ab eodem Salomone Prouerbiorum. cap. 14. ostenditur. Inde bonum iudicat esse viro cum portauerit Iugum ab adolescentia sua. Ieremias cap. 3. Vnde exercitatione gloriatur Dauit Psalmo. Memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum. Hinc praecepti eiusdem memor Vas electionis Paulus suis laborat manibus. vt patet primo Corinthiorum. cap. 4. Et ad labores alios etiã hortatur. Primo ad Thessalonicens. cap. 4. Qui manibus enim proprijs laborata comedunt, hi obedientes sunt. vt patet Deuteronom. ca. 28. Inde Apostolus. 2. ad Thessalonicens. cap. 3. dicit: Non laborantes, non manducare. Quod retulit etiam Iurisconsultus grauissimus Federicus Scotus Placentinus. Responso. 9. Decem. nu. 14. lib. 3. Tomo 1. Ideoq; ad Christum non accedunt, qui laboribus non innituntur, dum Matthaei ca. 11. dicit: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Inde Christus ab eius natiuitatis primordijs in laboribus ad Aegiptum vsq; fugiens progreditur, vt verum de eo dixerit Archipropheta Dauit Psa. 87. Pauper ego sum, & in laboribus à iuuentute mea. de quo etiam Bonauentura in libr. Meditationum diei lunae. cap. 16. Ad quod faciunt, quae inducit Ludolphus Saxonius. De vita Christi. parte 1. c. 14. dum inquit. O quantum puer egregius, ac delicatus Rex cœli, & terrae, pro nobis laborauit, & quàm citò cæperit. Et paulòpost. Penurias magnas, labores arduos, & afflictiones duras corporis constantissimè assumpsit. Hinc ex Domini calamitatibus fasciculum Mirrhae sibi colligasse scribit Bernardus, continentem, primo infantiliũ illarũ necessitatũ genera, deinde laborũ, quos pertulit in prædicando; fatigationum in discurrendo, vigiliarum in orando, tentationum in ieiunando, lacrimarum in compatiendo, insidiarũ in colloquendo, postremo periculorum in falsis fratribus, conuitiorum, sputorum, colaphorum, subsannationum, exprobationum, clauorum, horumq; similium. Quod anteà eundem ferè sermonem adducens in Christi persona adduxit Augustinus Sermo 50. O Homo (inquit) ego de limo terræ his meis manibus te formaui, & in paradisum meum, quod non merebaris te collocaui, sed tu me, meaq; iussa contemnens deceptorem sequi maluisti, vnde, & iusta pœna ad inferni supplicium deputatus es, postea tui misertus carnem assumpsi, sed & in terris vitam degi, cum peccatoribus habitaui, contumelias, & verbera pro te sustinui, vt te susciperem, Colaphos, & sputa suscepi, vt tibi dulcedinem paradisi darem, fel, & acetum bibi pro tuo honore, vepribus coronatus, affixus cruci, lãcea perforatus sum, pro te mortuus, & in sepulchro positus, ad infernum descẽdi, vt te in paradisum deducerem, tartara adij, vt tu in cælo regnares. Quod etiam exprimit Lactantius Firmianus in carmine de passione Christi dum ait

> Te propter, vitamq; tuam, sum virginis aluũ
> Ingressus, sum factus homo, atq; horrentia passus
> Funera, nec requiem terrarũ in finibus usquã
> Inueni, sed vbiq; minas, & vbiq; labores.

Ob quæ idem August. lib. 22. de ciui. Dei. ca. 22. ait: Desidia, segnities, pigritia, negligentia, vitia sunt vtique quibus labor fugitur, cum labor ipse, etiam qui est vtilis pœna sit. cui subscribens Bernardus ad Fratres sermo. 4. inquit. Causam laboris cogitet in labore, vt ipsa ei sit pœna. Inde Hieronimus ad Paulinum asserit, quòd nihil sine magno labore dedit Deus ipse mortalibus. Quia (vt Bernardus inquit ad Innocent. Epist. 152.) Mens assueta delitijs, nec exculta disciplinæ surculo, multas contrahit sordes. Inde ne ocio ingenia sterilescerent ludum instituit Pythagoras, quẽ Rytmochiam appellauit & simili titulo alium breuem Iacobus Faber Stapulensis quos præmanibus habemus. Hieronymus ideo ad rusticum inquit. Aegyptiorum monasteria hunc habent morem, vt nullum absq; labore, & opere suscipiant, non tam propter necessaria, quàm propter animæ salutem, ne vagetur perniciosis cogitationibus, & instar fornicantis Hierusalem omni trãseunti diuaricet pedes suos. Quodq; ita antiqua illa monasteria seruassent, docuit longè, lateq; Ioannes Cassianus per libros duodecim, ante libros collationum patrum, & specialiter lib. 2. ca. 14. dum ait: Sicut enim nullũ fermè ab eis ocij tempus excipitur, ita nec meditationi quidem spiritali finis imponitur. Nam pariter exercentes corporis, animæq; virtutes, exterioris hominis stipendia cum emolumentis interioris exæquant. & iterum lib. 4. ca. 21. ponit Archebij Abbatis exemplum, qui a pueritia, patria, parentibusq; relictis, nobili ortus familia, patre mortuo, matrem hæreditariorum debitorũ mole oppressam, triplicato sibi cotidiani operũ penso, noctibus totius anni, diebusq; desudans, non derelinquens spiritualis ministerij labores,

matrem

matrem quinquaginta annorũ spatio inuisam, pietatis affectione mollitus a debitorum nexibus, sarcinaq; liberauit. Quod sanctorum Monachorum institutum approbans beatus Basilius in regula Monachorum. cap. 67. dixit: Propter mandatum domini, & propter necessitatem proximorum sollicitis esse debemus, & operari attentius. Hos sequutus beatus Benedictus in suorum itidem regula inquit. Ociositas inimica est animæ, & ideo certis temporibus occupari debent fratres in labores manuum, certis iterum horis in lectione diuina. & post illos Diuus Franciscus in regula fratrum suorum. cap. 6. dixit: Fratres, quibus gratiam dedit dominus laborandi, laborent fideliter, & deuotè, ita vt excluso ocio animæ inimico, sanctæ orationis, & deuotionis spiritum non extinguant, cui debent cætera temporalia deseruire. Quorum omnium exemplo fretus ad Gerardum Monachum fratrem scribens Frãciscus Petrarcha Epistolarum Familiarium epistol. 29. dicebat: Non te labor terreat, non te frãgat asperitas. Hinc Darius Persarum Rex Xersis pater se ipsum laudabat, quòd in periculis, & prelijs fieret prudentior. docuit Plutarchus Apophtegmat. Regum. 2. Inde apud Ionios etiam Dionysius Phoceansis ad suos in exercitu inquit. Quoniam in summo ancipiti res nostræ sunt, viri Iones, vt aut liberi simus, aut serui, & quidem tamq; fugitiui, si vultis deuitare calamitates, subeundus est nobis in præsentiarum labor: ita superatis hostibus liberi esse poteritis. sin autem ignari fueritis, & ab ordine recesseretis, nullam vestri spem habeo, quo minus pœnas regi rebellionis detis. vt voluit Heradotus in Erato li. 6. Ex his ostendens, & in bello etiam laborẽ, & exercitationẽ necessarium fore. Cui subscribens Vegetius de re militari. libr. 2. cap. 13. dicit. In pugna vsum prodesse, potius quàm vires. nam si doctrina cessatur armorum nil paganus distat a milite. & eodem li. cap. 15. ait, quòd non solum milites, equitesq;, sed etiam equos assiduo labore conuenit edomari. Eodemq; lib. cap. 24. Cuius enim (inquit) manibus seruanda respublica est, studiosius oportet scientiam dimicandi, vsumq; Reipubl. iugis exercitijs custodire. Hinc denique Leo Imperator statuit, armatæ militiæ militem, ob suæ munus militiæ insudare debere. Cui finitimum est illud Hieronimi ad Heliodorum monachum. dum dicit. Corpus assuetum tunica, lorica onus non fert, caput opertum linteo galeam recusat: Mollem ocio manum durus exasperat capulus. Ex sudoribus etenim clarus Magister militum efficitur. vt Imperator ait ..... Nobisq; exemplum prabent historiarum libri, quibu tot Magni Duces, Reges, ac Imperatores, qui clari extiterunt, demonstrantur ob continui labori exercitium. vnde benè Frãciscus Petrarcha de remedijs vtriusque fortunæ. libro 2. Dialogo. 56. inquit. Labor area est virtutum, requies voluptatum, nil sine labore laudabile, nil excelsum, proinde laudis Herculeæ fundamentum labor, nulla re magis Vlixes, quàm labore cognoscitur, quantalibet prudentia fingeretur, si ociosa fuisset, ignota esset. labor Romuleos Duces, Scipiadas, & Camillum, labor Fabios, labor Curios, labor Fabritium, & Metellos, labor quoque magnum Pompeium, labor Annibalem, labor Iulium Cæsarem illustrauit, labor Mario famam dedit, Papyrium Cursorem, & Posseninum Nigrum laboriosa militia claros fecit. Hac ille. Vt omittam interim labores Xerxis Persarum Regis, Philippi Macedonis, Alexandri eius (si vero fama nititur) filij, qui ob innumeros eius labores, vt mundum totum sub eius Monarchia redigeret, tot facinora, tam perpetuo, perennique memoratu digna confecit, vt veluti quoddam miraculum inter homines fuerit habitus, & magni nomen quæsierit, vt non mirum si gens ætatis illius credere coacta sit, eum Hammonis Dei (immo maius Demonis) filium fuisse, proindeq; mortis tempore in eiusdem templo tumulari placuerit. de quo nonnulla apud Trogum Pompeium, Plutarchum, Diodorum, Arrianum, Iustinum, Quintum Curtium, aliosq; scriptores Historiarum. Omittam postmodum facta, laboresq; recensere Cyri, Cambisis, Darij, Mithridatis, Seleuci Nicanoris, Antiochi Regis Syriæ, Arati, Cleomenis, Leonidæ, Pelopidis, Timoleonis, Cononis, Cenei, Antigoni, Demetrij, Epaminundæ, Lysimachi, Hannonis, Amilcharis, Asdrubalis, Pompei, Cæsaris, M. Attilij Reguli, Acilij, Furij, Camilli, Curij Dentati, Q. Flaminij, T. Sempronij, Manilij Capitolini, M. Claudij Marcelli, C. Marij, Porsenæ, Pauli Aemilij, Manlij Torquati, Augusti Cæsaris, Arsacis, Tamburlani, Attilæ, Ammurathis, Archidami, Codri, Idathyrsi, Arturi, Aureliani, Iustiniani, M. Sergij, Neruæ, Vespasiani, Pirrhi Epirotæ, Theodorici, Caroli Magni, Caroli Martelli, vt etiam (alios relinquens) prætercam ea, quæ de Achille scribit dicens Catullus. quòd

*Non illi bello quisquam se conferet heros.*
*Cui etiam astipulatur Horatius dum ait.*

*Scriptor honoratum si fortè reponis Achillem*
*Impiger, iracundus, inexorabilis, acer,*
*Iura neget sibi nata, nihil nõ arroget armis.*

*Inde hos, aliosvè Romanos bellicosos, qui labores aliquos perpeti non curauere enumerat Marcus Antonius Sabellicus in elegijs.*

*Et quem decepta, plectentem crimina dextra*
*Cernere Magnanimus Porsena nõ potuit.*
*Tercentum Fabios, assertoresq́; Camillos,*
*Nec quibus agnomẽ Aphrica terra dedit.*
*Non Catulos, Deciosq́; duos, geminosq́; Catones,*
*Non Capitolini nomina magna laris.*
*Non taceat Cossum, nec te Marcelle relinquat.*
*Non Curios Parcos, Fabritiumq́; senem.*
*Tollat in immensum Syllam, Mariosq́; Feroces,*
*Pompeiosq́; duos, Cæsareamq́; domum.*

*Hinc in nihilo, præterq́; laboribus, exercitioque iugi laudantur Lacedemonæ, qui in omnibus ferè armorum conflictibus se strenuè gesserunt, quorum laudes scribit Herodotus in Polymnia. libr. 7. & in Calliope lib. 9. Augustinus Niphus Philosophus Suessanus de regnandi peritia. li. 1. c. 6. Et ipsi Lacedemonij pueros ruri alebant, vt laboribus suescerent, subdio pernoctarunt frigore, & æstu, puluere, cursu, venatione, luctatione, iaciendo, prosiliendoq́; obdurarent, tantumque valuit apud eos exercitatio, vt quamuis pauci admodum essent, vniuersam pœnè Græciam subegerint. Retulit Franciscus Patritius. de Initi. reipub. lib. 2. tit. 8. Similiq́; modo Cretenses, & Crotoniatæ, qui se armis, venatione, ludisq́; Olympiacis exercebant. Inde iam periclitanti Græciæ nauem mittunt Crotoniatæ, cui præerat Phiallus vir, τῶν πυθιονίκων 1. Ter certamine olympico victor, author Herodoto in Vrannia lib. 9. & vt procul pellantur antiquorum hominum Historia, pro tutissimo huiusce rei nobis exemplo sufficiet VENETIARVM vrbs inclita, toto hodie terrarum orbe celeberrima, quæ tamdiu propria sui ipsius virtute, totque ciuium illustrium, grauiumq́; Ducum, hominumque recta gubernio, perpetua libertate potitur, vt meritò sibi perpetuum, omnique duraturum æuo nomen Reipublicæ quæsiuerit, & noua Roma (teste Raphaele Fulgosio) appelletur. Quinimò rectè censuit (meo iudicio) Federicus Scotus in responsis, qui Venetorum Dominium Octauum esse orbis miraculum affirmauit; nec enim ad tantam proprij, Imperij celsitudinem erigi valuisset, ni continuis exercitationum laboribus defatigati, extra patrios lares eorum dominium adaugere curassent. (Taceat Augustinus Niphus de regnandi peritia lib. 2. cap. 4. & a Philosophorum semitis, eorumque disserendis rationibus non auertatur, cum ei tantum vocationi fuerit a domino ascriptus.) CAROLVS quoque Cæsar Austriacus Imperator noster, nunquam corpore, vel animo victus, vitam ferè totam, continuis, iugisq́; laboribus in dilatandis Romani Imperij viribus nunquam destitit, qui nisi sua ipsius virtute, corporis proprij, Imperialisq́; vitæ immemor, in Christianum populum, eorumque Rempublicam, Ecclesiam Dei vnicam, fidemq́; catholicam inuicto Marte, contra efferam Turcarum Rabiem, & Lutherij, ac sequacium, & defensorum Ducis Saxoniæ, & Lantgrauij immaniem, tutelam non præstitisset, (bonè deus) quanta inde mala suborta essent, quæ sua virtute, vigilique labore compescuit, fugauit, deleuit, & domuit. Testes sunt eius gestorum scriptores Paulus Iouius, Charionus, Ludouicus Dulcis, Godons, & alij. Itidemq́; exemplo eodem laudatur ob tot, tantasq́; res pulcherrimè, & fæliciter gestas, Prosper Columna, qui Gallos fugauit, de quo nonnulla Minturnus Episcopus Vxentinus in virtute, dum dicit:*

*Nec tu mihi Prosper abibis,*
*Tu decus Italiæ, tu vero nomine Prosper*
*Indictus, patria quantũ procul actus ab vrbe*
*Fortuna Imperijs, per tot discrimina belli*
*Per varios casus, omnes (inuicte) labores*
*Exuperare potes, magnũq́; ascẽdere Olympũ,*
*Tuq́; adeo ad sũmos fato accersitè Triũphos,*
*Dum patriæ antiquum (magna spes vltima Roma)*
*Imperium ingenti studio defendis, & arma*
*Barbara propellis.*

*Et idem Antonius Sebastianus Minturnus in elegijs, ad eiusdem tumulum inquit.*

*Italia pepuli fatalis Dux ego Gallos*
*Prosper, & inuictus contegor hoc tumulo.*

*Inde magna fama, labore optimo custoditur, vt*

Annibal

*Annibal apud Franciscum Petrarcham alloquitur lib. 7. Aphrica, dicens:*

*Nunc conseruare labora*

*Magnus.n. labor est magnæ custodia famæ.*

*Quo suaderi posset, quòd si semper in laboribus, Bellorumq; exercitijs Romana fuisset versata respublica, fortè non ita properè eorum cecidisset Imperium, iuxta illud Appij Claudij dictum, negocium populo Romano magis cōuenire, quam ocium, quia (ut ex Valerio Niphus astruit) summis Imperijs ocium esset perniciosum, ex ocio namq; opes, ex opibus luxus, ex luxu auaritia, voluptates, libidines, & reliqua turpia proueniunt vt testantur Pauli Orosii verba historiarum lib. 4. c. 22. dum ait. At verò cum alij Romanorum propter perpetuam Romæ securitatem, delendam esse decernerent, alij uero propter perpetuam Romanæ virtutis curam, quam sibi ex suspitione emulæ vrbis impenderent, ne vigor Romanus bellis semper exercitatus in languidam segnitiem, securitate, atq; ocio solueretur, incolumen Carthaginem statui suo permittendam esse censerēt, causam non ex inimicitia lacessentium Carthaginensium, sed ex inconstantia torpescentiū Romanorum ortam inuenio. Quod patet ex eiusdem Annibalis Ducis Pœnorum factis, qui a primis adolescentiæ annis tantam reipub. Romanæ Imperio formidinem tribuit, vt plerunq; Senatusconsulti decreto cautum esset, vt de relinquēda Italia, alijsq; sedibus quærēdis consultatio peteretur, vt Orosius est author Historiarum. lib. 4. cap. 15. Et demum laxatis habenis, laboribus parcens, ocio deditus, id sibi præmium contingit, vt veneno se ipsum necare coactus sit, vt verè de illo dixerit Eutropius rerum Romanarum. lib. 3. dum ait, Annibalem tamen Campania luxurijs immorantem, prouincia delitiosa superauit, dum aquis innatat, dum piscibus, atque ostreis passim inficitur, dum olet, dum potat, dū dormit, aquarum resolutio molliuit punicam feritatem, & quem alia durauerant, Seplasia vnguentis odoratis labefactauit, & soluit. Hæc ille. de quo & Liuius lib. 23. dicit, in hiberna Capuam concessit, ibi partem maiorem hiemis exercitum in tectis habuit aduersus omnia humana mala sæpe, ac diu durantem, bonis inexpertum, atq; insuetum, itaque quos nulla mali vicerat vis, perdidere nimia bona, ac voluptates immodicæ, & eo impensius, quo auidius ex insolentia in eas se immerserant, somnus enim, & vinum, & Epulæ, & scorta, lineaque, & ocium consuetudine in dies blandius ita eneruauerunt corpora, animosq;, vt magis deinde victoriæ eos, quàm præsentes tutarentur vires, maiusq; id peccatum Ducis apud peritos artium militariū haberetur, quàm quòd non ex Cannensi acie protinus ad urbem Romanam duxisset. Hæc Liuius. Cui concinunt verba Senecæ ad Lucillum lib. 7. Epistola. 52. dicentis, vina Annibalem hiberna soluerunt, & indomitum illum niuibus, atq; Alpibus virum eneruauerunt fomenta Campaniæ, armis vicit, vitijs victus est. De quo Valerius lib. 9. c. 1. inquit. At campana luxuria perquam vtilis ciuitati nostræ fuit, inuictum enim armis Annibalem illecebris suis complexa, vincendum Romano militi tribuit, illa vigilantissimū ducem, illa exercitum acerrimum dapibus largis, abundanti vino, vnguentorum fragrantia, veneris vsu lasciuiore, ad somnum, & delitias euocauit, & tunc demum fracta, & contusa punica feritas est, cum Seplasia ei, & Albana Castra esse cæperunt, quid ergo his vitijs fœdius? quid etiam damnosius? Quibus uirtus atteritur victoriæ languescunt, sopita gloria in infamiā conuertitur, animiq; pariter, & corporis vires expugnantur, adeo vt nescias ab hostibus ne, an ab illis capi pernitiosius habendum sit. Ideoq; cum primum nascimur, dolores, labores, & afflictiones nobis occurrunt, vt rectè dixerit Christianissimus Iureconsultus Ioannes Antonius Piperonus Contursinus. de omni vero officio. lib. 1. ca. 5. At natum (inquit) hominem illico suscipiunt vincula, pannis inuoluitur, pedibus, ac manibus ligatur, vitam a supplicijs auspicando. quod ante ipsum dixerat Plinius Historiæ naturalis. lib. 7. cap. 1. inde surgit illud Perisauli Faustini de Triumpho stultitiæ. lib. 2.*

*Nonne vides? Si tecum habitas, ni desipis esse*
*Omne hominis uacuū studiū, uanosq; labores?*

*Ob quod ingenuè dici potest, ex laboribus laudes acquiri. Iuxta illud Iani Anisij. Variorum Poematum. lib. 6. ad Ferrantium GonZagam dum inquit.*

*Quòd per laborem, perq; virtutem tibi*
*Laudem parasti, semper, & studes idem.*

*Mercatores, milites, agricolæ, alijq; complures ex laboribus ocio fruuntur, iuxta illud eiusdem Anisij. lib. 4.*

*Impiger æquora aspra sulcat*
*Antisthonum, vt commutet ære merces*
*Mercator, mile q; furētia tractat arma Martis*
*Amans honorum, prodigusq; vitæ*
*Suffragia populi ambit ciuis, et īter alta Rostra*
*Dies loquaces conterit, laborem*

 Sole

*Sole sub ardenti robustus arator otio omni*
*Præfert nitenti, vilia estq́; rerum.*

*Propterea Ianus alter Pelusius nostri temporis Poeta calebris vitam scurrarum ociosam, ac sine labore damnans inquit Lusuum lib. 2.*

*Expers laboris scurra solus omnium*
*Vt musca canis adulat,*
*Edit, bibitq́; semper sine symbolo*
*In omnibus conuiuijs.*

*Ad propositumq́; nostrum dicebat rectißimè Anaxagoras philosophus, artes oẽs vsu comparari, ocioq́; ingenia sterilescere, quod retulit cum alijs multis Marcus Mantua lib. Polymathiæ. 7. c. 11. & Petrus Meßia in Sylua variæ lectionis. par. 1. c. 29. Atlantem deniq; ob ingentes labores figurarunt scriptores cœlum super terga portare. Quid etiam Herculem faciat percelebri fama Illustrem, nisi ardui, inuictiq́; labores, vt bene dixerit Boetius de eo de consolatu philosophico. lib 8. Metr. 7.*

*Herculem duri cælebrant labores.*

*Et Seneca in eodem Hercule Furente. cap. 1. Inducit Iunonem, quæ miratur, quòd tot sibi impositos labores tulerit dum dicit.*

*Minorq́; labor est Herculi iussa exequi,*
*Quam mihi iubere, lætus Imperia excipit;*
*Quæ fera Tyranni iussa violento queant*
*Nocere iuueni?*

*Vnde de eodem Ouidius inquit.* *(Hostis*
*Quem non mille feræ, quem non Stheneleius*
*Non potuit Iuno vincere, vicit amor.*

*De quo Hercule etiam Marc. Ant. Flaminius lib. 1. carminum inquit,*

*Audisti ne, humeris cœlum, qui sustulit altis*
*Ausus & inferni regna subire Dei?*
*Et paulo post*
*Atq; alios inuictus mille labores*
*Imperio duri susciperet Domini.*

*Cuius contrarium infami Sardanapalo contigit, qui mollibus ocijs ita deditus extitit, vt eius turpißima vita Aßiriorum Imperio finem tribuerit, quem etiam muliere corruptiorem fuisse testatur Iustinus Historiarum lib. 1. & Diodor. Siculus Bibliotheces lib. 8. qui in toto eius vitæ tempore vnicum tantum viri actum in morte fecerit, vt in pyra extructa in incendium se immiserit, vt author est Iustinus. de quo, & Ouid. in Ibin dicit*

*Inq́; Piram tecum carißima corpora mittas,*
*Quam finem vitæ Sardanapalus habet.*

*De hoc etiam Cicero Tusculanarum quæst. li. 5. In cuius sepulchro hæc inscripta fuere. Sardanapalus Anacyndaraxi filius, Anchialon, & Tarson vno die extruxit. Tu aũt ò Hospes, Ede, bibe; lude, cum quibus reliqua mortalium omnia non sunt conferenda. Quod retulit Suidas in Nino his verbis:* Σαρδανάπαλος, ὁ ἀνακυνδαράξου παῖς, ἀγχίαλον, καὶ ταρσὸν ἐν ἡμέρῃ μιῇ ἐδείματο. σὺ δὲ, ὦ ξένε ἔσθιε καὶ πῖνε, καὶ παῖζε, ὡς τἄλλα τὰ ἀνθρώπεια οὐκ ὄντα τούτου ἄξια. *Quæ verba retulit ẽt Arrianus de gestis Alex. li. 2. & hi versus in epitaphio legebantur.*

*Ede, bibe, lude.*

*Cum te mortalem noris, præsentibus exple*
*Delicijs animum, post mortem nulla voluptas*
*Namq́; ego sum puluis, qui nuper tanta tenebã*
*Hoc habeo, quæ edi, quæque exsaturata libido*
*Hausit, at illa manent multa et pclara relicta*
*Hoc sapiens vitæ mortalibus est documentum.*

*Quos aliquando Arist. legens admiratus est, & quædam verba protulit de quibus Laurentius Girmalius, de opti. Senat. lib. 2. de quo etiam Plutarchus lib. 1. de Fortuna, & virtutibus Alexandri, dicit, In sardanapali monumento hoc videri: Hæc habui, quæ voraui, quæq́; per iniuriam abstuli. & eiusdem tituli libr. 2. dicit marmori hæc inscripta, Ede, bibe, veneri indulge, nam cætera prorsus nihil omnia. de quo etiã aliqua Paulus Orosius historiarum lib. 1. ca. 19. Huic proximus est Aeliogabalus omnium mundi Imperatorum corruptißimus, ac vitiorum omnium sentina, de quo dicenda aliqua non sunt, cum pleni ac referti sint, de infamißima eius vita multi Historiographorum libri. Nec immeritò omni iure otium damnatur, cum ẽt saluti labores ante cibum capti prosint, voluit Gal. 2. part. Aphor. com. 16 & in li. de Parua pil. exerci. c. 1. & Bubirit Rasis in tit. de debil. stomac. c. 2. dicit ꝙ inter alia debilem stomachum iuuantia ante comestionem est, ꝙ quis multo utatur exercitio. Reddit ibi post eum rationem Ioan. Matthaus de Gradibus Mediolanensis, ꝙ per exercitium uiuificatur calor naturalis, & quædam superfluitates uaporosæ descendunt deorsum, & consequẽter præparatur melius ad cibum. Vnde Fulgentius, Exercitium (inquit) est humanæ vitæ conseruatio, caloris naturalis lima, & excitatio, superfluitatum consumptio, virtutum roboratio, temporis lucrum, ocio inimicum, iuuentutis debitum, & senectutis gaudium, & ille solus exercitio abstineat, qui sanitatis gaudio uult carere. Est. n. omni tpe salubris exercitatio. Gal. li. 6. de morb. uulg. com. 4. Et à prauis cibis minus lædũtur laborib. se exercẽtes. Gal. in li. de Alim. facul. 1. c. 1. Sunt etenim exercitationes saluberrimæ.*

*Galen. 3. Aphorism. com 20. Conferunt enim ad sanitatem, (quamuis nonnulli negarint praesertim Aselepiades, & Erasistratus) ut idem Galen. astruit de sanitat. tuend. lib. 1. cap. 8. sunt maximæ portiones artis tuendæ sanitatis. Galen. eiusdem tit. lib. 2. c. 2. & ipsa exercitatio nimis est necessaria. idem Galen. in lib. 9. de placitis Hyppocr. & Platon. cap. 2. Et malam stomachi complexionem adiuuant moderatus labor, et exercitium, ut post Petrum Apponensem, tradidit Franciscus de Pedemontium, de ægritud. stomachi. c. 4. naturæ. n. nostræ societas cum exercitijs est. Galen. de sanit. tuend. lib. 1. c. 8. omnes autē homines exercitationes desiderant (licet non faciant) Galen. de sanitat. tuend. lib. 5. ca. 2. laborum. n. amatores, medicis sunt meliores. Galen. in lib. de Victus ration. in morb. acut. c. 2. & virilitas etiam laboribus crescit. Hyppocrates in lib. de aere, aqua, & locis. circa med. partes namq; exercitatæ fiunt robustiores. Galen. in 2. part. Aphorism. comment. 49. inde Aristoteles. Sectione. 2. Problemat. 30. inquit, quòd laborasse, magisq; non laborasse melius esse perpetuum est. & Alexander Aphrodisæus lib. 1. Problem. 37. quærens, quamobrem ex frigoris vehementia nostri corporis omnes partes rigeant, facies tamen minimè, cum detecta frigori pateat, & inter cæteras, rationem assignat, quòd iuuat plurimum ad resistendum consuetudo, atq; exercitium. exercitatio. n. Gymnasium dicitur. Galen. in lib. de subtili. dict. c. 2. inde Gymnastes, qui exercitationi praeest. Galen. de sanit. tuend. lib. 2. c. 2. Hinc Gymnosophistarum scola illorum, qui Indiam colebāt in siluis euntes, omnium expertes uoluptatum, hiemes, niuesq;, ac frigora, calores, laboresq; omnes perferentes. de quibus lōge Plinius lib. 7. c. 2. & Hieronymus ad Paulinum. Apud quos cū in Indiarum expeditione Alexander esset, increpatus ab eis fertur, quòd mortali sorte non contentus, cum mortalis esset, Orientem totum latrocinijs infestaret. de quibus Cicero Tusculanarū quæstionum. lib. 5. inquit. Quæ Barbaria, India vastior aut agrestior, in ea tamen gente, primū hi, qui sapientes habentur, nudi ætatem agunt, & caucasi niues, hiemalemq; vim perferunt sine dolore, cumq; ad flammam se applicauerint sine gemitu aduruntur. Gymnasticæ autem exercitationes omnes bellicas contineri, & in saltationem, & luctationem diuidi, voluit Plato lib. de legibus. 7. inde etiam Aristotele lib. 8. Politicō. post principium, præcipit, adolescentes Gymnasticæ, ac pædotribicæ vacare debere, ita vt fiāt exercitatiores, firmioresq;. Inde laudibus miris fertur paruæ pilæ ludus, & exercitatio, vt tutissima, omnesq; alias excedens, cum totum corpus moueat. voluit idem Galen. in libro peculiari, de paruæ pilæ exercitatione. Ideo exercitatus imbecillis fortem superat inexercitatum. Gal. in lib. 9. de decr. Hyppocr. & Plat. c. 2. & in 2. particu. Aphorismorum comment. 49. vbi etiam ad Propositum Hyppocrat. in tex. ait, consueti solitos labores ferre, & sic imbecilles, vel senes, non consuetis fortibus, atq; iuuenibus facilius ferunt. Nonnulla etiam mala exercitatione curantur, podagra. n. exercitatione impeditur, si non curatiuo, saltim præseruatiuo modo. Galen. part. 6. Aphorism. comment. 28. voluit Aetius lib. 12. c. 7. & Paulus Aegineta lib. 3. c. 78. Petrarcha Epist. fam. lib. 3. Epist. 39. inquit, pellere vis podagrā, pelle delitias, Vigilijs. n. labore, ac ieiunio ipsi resistitur, vnde ibidem refert ex Cicerone, quosdā diuites podagricos, pauperes factos morbo curatos. & iterum lib. 6. Epist. 89. Plethora etiam exercitatione curatur. Galen. lib. 9. Method. med. & in lib. de Curand. ratione per uen. sect. c. 3. est autem Plethora sanguinis abundantia, & multitudo in uenis. ut ex Erasistrato docuit Galen. in lib. 2. de compos. med. secund. loc. & in 4. lib. Method. med. c. 5. & in lib. de plenitud. c. 8. & in li. de curand. rat. per ven. sect. in princ. iuuant exercitia habentes lapides in renib. Gal. in lib. 6. de morb. vulgarib. comm. 1. 4. & 5. exercitia etiam purgāt humores existentes in profundo corporis. Galen. in lib. 5. de locis affect. hepatis etiam obstructio exercitio curatur. Gal. 1. de sanit. tuend. c. 14. Hidropisim, cum anasarcam, tum Asoytē, tum etiam timpanitem exercitio curari, uoluit Alexander Trallianus. lib. 9. cap. 3. & per exercitij priuationem non modo venit καχεξία idest malus corporis habitus, sed & ἀτροφία, idest innutritio. Gal. in lib. 1. Meth. med. c. 9. ubi loquitur contra Olympicum. & uoluit Auerroes lib. 6. colliget. c. 2. Aetius, lib. 10. c. 19. & in summa exercitium temperatum sanitatis mirabilis causa existit, & malitia, quæ propter priuationem exercitij accidit incarceratis ostēditur, quia (ut dixi) illorum facies cachexiæ fiant, & eorum color est impurus, & omnes operationes eorū sunt læsæ, & hoc accidit non solum homini, sed etiam omnibus alijs animalibus contingit, sicut in uolucribus in cameris detentis voluit Auerroes. li. 6. colliget. & Marcus Antonius Zimara in tabula. in verbo, exercitium. Hinc (ut ad telæ ordinem reuertar) damnatur hæresis Psallianorum.*

*u m. de quib. August. in lib. de Hæresibus. c. 57. vel Messalianorum. vt inquit Historia tripartita. li. 7. c. 11. quem diu iam sepultum errorem ab inferis suscitarunt Vualdenses, vt testator Guido in lib. de Hæresib. Qui impiè asserebant nullum Monachis manuum laborem esse licitum, etiam ob vitæ sustentationem. quorum deliramenta confutauit Theophilactus super expositione Euang. Ioannis. Aug. in lib. de Opere monachorum. Ioan. Cassianus in lib. de Institutione Cænobiorum. 10. c. 7. vsque ad finem. Quamuis damnetur vt hæretica sententia aliorum, huic proximè dictæ è Diametro repugnans, & contraria, qua asseruerunt omnes monachos proprijs manibus laborare oportere, sine discrimine aliquo, nec posse sibi ipsis modo alio, quàm manuum labore victum subministrare. cuius author hæresis, & delirij fuit quidam Guielmus de sancto Amore, cuius error damnatus extitit ab Alexandro Pontifice huius nominis quarto. Illamq; postmodū pessimè sequutus est Ioan. Vuiclepb, & post eum impius Lutherus; aduersus quorum dogma subtiliter scripsit Thomas Vualdensis. in lib. Doctrinalis fidei antiquæ. 4. Tom. 1. & nouissimè Alfonsus de Castro Zamorensis. contra Hæreses li. 9. tit. de labore. Hæres. 1. & 2. inde proprijs eum manibus laborare asserit Bernardus in li. de schala Claustraliū, in princ. dum dicit. Cum die quadam corporali manuum labore occupatus, de spiritualis hominis exercitio cogitarē. Et idem Bernar. ad Henricum Archiepiscopum Senonensem. epist. 42. labor, & latebræ, & uoluntaria paupertas hæc sunt Monachorum insignia, hæc vitam solent nobilitare monasticam. labores manuum tuarum (inquit Propheta, Psal. 127) quia manducabis beatus es, & bene tibi erit. Inde Salomon Prouerb. c. 12. dicit: Qui operatur terram suam, saturabitur panibus, qui autem sectatur otium stultissimus est. quem sequutus Hieronymus in Esaiam. cap. 66. inquit, Sudore, & labore nimio ad vbertatem fructuum peruenimus. Ideo Seneca ad Lucillum. lib. 11. epist. 83. asserit, quòd magna exercitatione durandus est animus. Ob quod Hieronymus in Ecclesiast. cap. 11. inquit, In adolescentia, & in senecta æquus sit tibi labor. Quibus concinunt verba Ouidij libro 2. de Arte Amandi:*

*Dum vires, anniq; sinunt tolerate labores*
*Iam veniet tacito curua senecta pede.*
*Aut mare nauigijs, aut vomere scindite terrā*
*Aut fera belligeras, addite in arma manus.*

*Et Titus Calphurnius Eglog. 5. inquit:*

*Iam certè potes insudare labori*
*Iam pro me gnauam potes exercere iuuentā.*

*Et Horat. in lib. Epodon ad Canidiam.*

*Nullum à labore me reclinat otium*
*Vrget diem nox, & dies noctem, neque est*
*Leuare tanta spiritu præcordia.*

*Inde à laboribus laudatur Philibertus Sabaudiensium Dux à Petro Cara Iurisconsulto in eius Panegyrico. Dum dicit. At Dei clementia, & Philippi Ducis nostri laboribus, atque industria, actum esse videmus, vt sublatis bellorum ardoribus, placatis Regum, atque Principum animis, nos tuti (Dijs gratias) & læti domi, forisque viuamus. Ob quod Monachas instituens Hieronymus in libro de Regul. Monacharum. cap. 38. inquit, Ne quicquam otiosum possit Diabolus reperire, ne vanis desiderijs pateat cordis aditus, altera sororum libros scribat, vt ei manus labore, & mens diuino repleatur pabulo. Laboranti enim (vt inquit idem Hieronymus in Ecclesiasten. c. 4.) Somnus, & cibus dulcis est. Nullus enim labor durus, authore eodem Hieronymo ad Demetridem. & Bernardus de considerat. lib. 4. securus (inquit) labor, quem nullus valet euacuare defectus. Inde idem Bernardus in libro de Interiori domo. cap. 35. de seipso conqueritur, cantare (ait) & legere nequeo, laborare nescio, sed sum opprobrium hominum, pecore vilior, & cadauere peior. Et dominus iustis reddit mercedem laborum suorum. vt voluit Salomon Prou. c. 10. Cui subscribit Apost. 1. Corinth. cap. 3. Secundum labores, & miserias quas in isto seculo patimur, habemus mercedem apud Deum in cœlis. Ob quod Hieronymus in Psalmo. 62. dicit, Anima quidem desiderat Deum, sed desideratum finem carnis laboribus peruenitur. Et iterum idem Hieronymus Psalmus 93. Nemo dormiens coronatur, nemo securus possidet regna Cœlorum. Qui ea vult consequi diebus, ac noctibus oret, uigilet, ieiunet, iaceat in sacco, non in pluma, non in serico. Vnde Bernardus in natali Domini, Serm. 3. Agnoscant (inquit) homines, quia qui in labore hominum non sunt, visitari ab Angelis non merentur, agnoscant quàm placeat supernis labor, cuius spirituali intentio est, quando quidem, & eos, qui pro victu corporis, corporali vrgente necessitate laborant, suo dignantur alloquio, & alloquio tam fœlici, nimirum*

*humanam in eis agnoscant ordinationem, quã constituit Deus, vt in sudore vultus sui, vescatur Adam pane suo, & Gillebertus de Hoillanda. Super canti. Sermon. 5. Exi ( ait ) in plateas, & Vicos ciuitatis, ocia discute, & scrutare negocia. Labor itaq; labore pellitur iuxta illud Oribasii in lib. 1. Euporiston. cap. 7. His verbis, κόπῳ κόπον. Idest. Labore laborem pelli. Et virgo mundi domina, & acu, & colo, filo, sibi necessaria quæsiuit. vt docuit Bonauentura in lib. Meditationum diei lunæ. c. vl. Sãctosquoq; patres per dies laborasse, ita vt ab oratione non cessarent, & noctibus orationi vacasse scribit Gerson. de imitatione Christi. li. 1. c. 18. & Cassianus in libris de institutione Cœnobiorum, & in collationibus patrum. Sumus enim in hoc seculo laborãtes tanq̃ Martha, vt voluit Augustinus, Ad fratres in Haremo. Sermon. 44. Inde plurimum in quærendis musis elaborasse scribit eruditus nostri temporis Poeta Ioannes Baptista Argucius. Odarum lib. 2. Ode. 15.*

*Quas ego a primis veneratus annis*
*Quærere occepi varias per artes pq; labores.*

*Inde Portij latronis Laudatur exercitium, de quo mirabile scribit inter alios Seneca in lib. 1. declamationum. in prin. dicens: Cum se ad scribendum concitauerat iungebãtur noctibus dies, & sine interuallo grauius sibi instabat, nec desinebat, nisi defecerat. Vbi etiam alia nonnulla de viro illo memoria digna perpetuò videri possunt. Quietis namq; labor præmium nobis repromittit. Iuxta illud Coriolani Martirani Consentini Episcopi sancti Marci, in Tragedia Promathei, dicentis:*

*Semel vt labore perfuncta quiescere valeam.*

*Dũ etenim in hoc huius vasti seculi pelago naufragamur, laboribus parcere nõ debemus, vt tradidit idem Martiranus in Electra.*

*Versanti in atris fluctibus*
*Nil arduum ( ni exudet ) ad votum influet.*

*Ideo Imperatores Maximi, cum malè parere militem vident, aliquo labore compescunt, & expeditionibus detinent, vt ait Seneca ad Lucillum. lib. 7. Epist. 57. Inde Isocrates disciplinæ radicem esse amaram, fructus suauissimos asserit. & Hesiodus asperam virtutis viam, summitatem facilem, sicuti enim, qui terram colunt, cum labore seminant, cum voluptate fructus legunt, ita disciplinæ authores post labores gloriam adipiscuntur. vt dicebat ille Græcus Aphtonius in lib. Praexercitamentorũ. c. 5. Et sine exercitatione, & labor. ad oratoriæ artis culmen non didicitis prius necessarijs peruenire neq. vt voluit post eius libros artis Rethoricæ Hermogenes Tarsensis. in lib. de formis orationum. lib. 1. in prin. Omnis enim ascensus in labore est, vt voluit Gregorius. lib. Moralium. 7. cap. 12. Inde etiam Gelon Siciliæ Tirannus victis Carthaginensibus ad Himæram, Syracusanos ad agriculturam, tamq; ad expeditionem eduxit, ne ipsi per ocium deteriores fierent, Authore Plutarcho Regum Apophteg. 18. Ad quæ omnia concinere videntur verba notatu dignissima Claudiani in nuptijs Honorij. dum dicit:*

*Non quisq̃ fruitur veris odoribus*
*Hyblæos latebris, nec spoliant fauos*
*Si fronti caueat, si timeat rubos*
*Armat spina rosas, mella tegunt apes.*

*Ex laboribus etenim fructus colliguntur, ob quod Helicon Cizicennus talento donatus a Dionysio fertur, quòd eidem solis deliquium prædixisset. Nec nisi laborasset ad tantam Ennius Poeta gloriam peruenisset, vt Scipioni Romanæ Reipub. Patri ita clarus fieret. de quo Ouidius libr. de arte amandi. 3.*

*Ennius emeruit Calabris in montibus hortos*
*Contiguos Pene Scipio magne tuis.*

*Et Angelus Politianus in nutritia.*

*Longè gratissimus olim*
*Scipio magnè, tibi, & Calabris vicinus in hortis*
*Virtute emeritis cuius gentile sepulchrum*
*Mox tenuit.*

*Ni Plato togatorum omnium princeps plurimis vigilijs se Philosophorum omnium principem professus fuisset, non fuisset ei ab Aristotile discipulo constructa ara, statuave erecta, cum inscriptione verborum sequentium. Hic est ille, quem probi omnes meritò debeant & imitari, & comẽdare. de quo etiam Petrus Crinitus in eius Parthenicis.*

*Hæc est illa ara, floribus redimita suaue olentibus.*
*Quam gratus benemærenti statuit discipulus seni.*
*Tituloq; hoc testatus animum suum, atque officium;*
*Platonem probandum probè a probis.*

*Et vt infinitas ferè antiquorum Historias taceam, quas faciliter mihi obuias haberem, aureum arbitror seculi illius tempus fuisse,*

*fuisse, quo Alfonsus Rex Aragoneus Regni huius Imperabat, qui vltra ingem, continuamq; eius doctorum hominum societatem, Antonio Panormitæ ob eius dictorum, factorumque libellum scriptum mille aureos donauit. Nicolaus quoque Quintus Pontifex olim maximus, Poggio Florentino, qui Cyri Pædiam Xenophontis librum e Græco in latinum translatum eidem donauerat, quingentos aureos donauit. Ferdinãdus itidem Aragoneus rex quoque noster, grandem ex Regio ærario pecuniam quotãnis statuit profitentibus rethoricam, medicinam, philosophiam, leges, & Theologiam Neapoli. de quo inquit etiam Pontanus, egregium sanè factum, ingenia prosequi, virtutes ornare, & ad excolendos animos excitare iuuentutem. Et ob translatum è Greco in Latinum Herodianum Angelus Politianus negocij traductor, ab Innocentio Octauo nominis huius Pontifice, ducentorum aureorum numero honestatus est; vt idem Innocentius fatetur inter Epistolas eiusdem Politiani, lib. 8. Sed heu ingemisco nostrorum temporum ingenia, cum pateant adeo angusta virtutum præmia, vt dicere poßimus illud Valerij Martialis lib. Epigrammatum 2. Ad Lucium Iulium, dum inquit.*

*Sæpe mihi dicis, Luci charißimè Iuli.*
*Scribe aliquid magnũ, desidiosus homo es.*
*Otia da nobis, sed qualia fecerat olim*
*Mæcenas Flacco, Virgilioq; suo.*
*Condere victuras tentem per sæcula curas*
*Et nomen flammis eripuisse meum.*
*In steriles campos nolunt iuga ferre iuuenci,*
*Pingue solum lassat, sed iuuat ipse labor.*

*Vtq; institus a nobis sermo repetatur, nunquam sis (inquit Ioannes Gerson de imitatione Christi. lib. 1. cap. 19.) ex toto ociosus, sed aut legens, aut scribens, aut orans, aut meditans, aut aliquid vtilitatis pro communi laborans. Inde Plutarchus in lib. de Tuenda bona valetudine. inquit, itaq; imprimis dãda est opera, vt sese huic exercitationi familiares, & assuetos reddant, aßiduè differendo, aut legendo, siue recitando, si quid suspicabuntur corpus esse lassum, aut imbecillius. & idem Plutarchus in lib. de liberis educandis. ait: Quàm expeditißima, quamque efficax sedulitas pariter, ac labor existat, compluribus in rebus facilè si conspexeris disces. & benè Isocrates in Orat. 1. ad Demonicum inquit. Corpora laboribus sibi congruis, animus autem studio literarum studio crescere solet. Vnde elegantißimè Iouinianus Pontanus libro 2. Parthenopei. inquit.*

*Ocia nunc, musæq; iuuant, dulcesq; recessus,*
*Et scripta antiquis carmina docta viris.*
*Hoc sapere est Buxutè, frui melioribus annis,*
*Cum libris fieri, carminibusq; senem.*
*Castra alios, ac bella iuuẽt, nos læta colamus*
*Ocia, & Aonia fila canora lira.*
*Vita bonum cõe quidem est, bene viuere solus*
*Nouit, qui ingenij dona beata colit.*

*Ocia (inquit Gillebertus de Noillanda in cantica canticorum sermone. 45. vel parata, vel oblata in vsum amoris (sed diuini,) in sapientiæ meditationem, in dilecti, vel quærendi studium, vel inueniendi complexum tota conuerte. Hinc etiam adeo labor apud Priscos illos sapientes viros curæ fuit, vt post Diogenem Laertium in Solone referat Plutarchus, Draconem Atheniensium legislatorem cauisse, ocij conuictos capitis, sanguinisq; pœna mulctari, quam & refert doctor Gallus bonarum studiosißimus literarum Pardulphus Prataius in iuris prudentia veteri. lib. 1. lege 3. Dicens, contra desides eam legem latam fuisse: vt qui conspexisset innumeras malorum chiliadas ex desidia, atque ocio profluere, nam (inquit) & reipublicæ tranquillitas interturbatur, permulta etiam incommoda, velut ex equo illo Troiano profluunt, & reipublicæ instaurandæ, reficiendæq; locus relictus non videatur. desides quidem nihil non excogitant, omne facinus moliuntur, desidia scelerum ansam subministrat, aditum flagitijs præbet. Hæc ille. Hinc quoque contra ociosos, ac desides Corinthij ciues suos interrogabant, quo artis genere, quoue modo sibi victum parassent. vt refert Diphilus apud Atheneum lib. 6. His verbis.*

Ἀναγκαῖον ἔχει
Ἤ λωποδυτεῖν νυκτὸς, ἢ τοιχωρυχεῖν.

*Quam Draconis legem vti nimis asperam (sicut aliæ etiam omnes sanguine non atramento scriptas traditum est) mitigauit demum Solon, vt Lysias, & Laertius docuerunt, & post illos Plutarchus. Dum permisit cuiuis accusandi ius, & ꝙ infamis esset, qui ocia sectaretur. Hisce verbis. Qui ocia sectatur oĩbus accusare volentibus obnoxius, infamis esto. Similem etiã Lacedemonijs legem tradidit Licurgus,*

curgus, vt post pædagogorũ vationes, semper laboribus adolescentes occuparentur. vt refert Xenophon in Moral. lib. 1. de qua etiam ipsius Solonis lege retulit Ioan. Charionus chronic. libr. 2. Vnde Catullus ad lesbiam.

Otium reges prius, & beatas perdidit vrbes.

Et Ouidius lib. 1. de Ponto.

Cernis vt ignauum corrumpunt ocia corpus?
Vt capiant vitium hi moueantur aqua?
Et mihi si quis erat dicendi carminis vsus
Deficit, estq; minor factus inerte situ.

Idemq; Ouidius de remedio amoris. lib. 1.

Ocia si tollas, periere cupidinis arcus
Contemptaq; iacent, & sine luce faces.

Et Seneca in Octauia inquit.

Amor est, iuuenta gignitur luxu, otio,
Nutritur inter læta fortuna bona
Quem si fouere, aut alere desistas, cadit,
Breuiq; vires perdit, extinctus suas

Hinc longissimi labore itineris Hierosolimas petijt Saba Regina Austri, vt Salomonis sapientiam audiret, & è Tharso munera eidem preciosissima obtulit. Patet 3. Regum 10. & Matthæ. cap. 12. Iosephus antiquitatum Iudaicarum. libr. 8. cap. 2. Hinc etiam Plato Philosophorum omnium facile princeps, inter cetera eius laudum præconia, circumquaque fertur, quòd labori non indulgens, in Italiam ad Pythagoreorum sectam visendam nauigauerit ad Crotoniatas, vbi Philolai Crotoniatæ Pythagorei libros minis centum mercauit, quorum multa in Timeo suo narrauit, demumq; in Indiam ad Gymnosophistas visendos itidem nauigauit, oleum sibi viatici ratione pro mercatura deferens, ter ipse idem in Siciliæ insulam nauigauit, ad visendos ætnarum ignes, pro eiusdẽ insulæ liberatione, iunioris Dionysii tpe, & vltimo vt tyrãno Dionẽ recõciliaret. Hæc Apuleius, & Plutarchus asseruerũt. Ad Titum deniq; Liuiũ lacteo eloquentiæ fonte, manantem, legitur venisse quendam longo itinere, laboreq; turbatum ab extremis Hispaniæ Galliæq; finibus, vt quem ad contemplationem sui (vt Hieronimus ad Paulinum inquit) Roma non traxerat vnius hominis fama perduxit. Apollonius quoque Tianeus Magus (vt vulgum asserere circunfertur) vel vt Pythagorici tradunt, Philosophus, (quem nos cum vulgo etiam, ac cum Lactantio Firmiano Magum dicimus) dum enim Domitianus Imperator eum punire vellet, in eius conspectu constitutum, repente in iudicio non fuit visus. Persas vidit, caucasum intrauit, Albanos, Scithas, Massagetas, Indos, peruenit demum ad Brachmanas, vt Hiarchã in Throno sedentem aureo paucos discipulos docentem audiret, de siderum motibus, cursuq; dierum, demum ptransiens per Elamitas, Babilonios, Chaldæos, Medos, Assirios, Parthos, Syros, Phænices, Arabes, Palestinos, reuertitur Alexãdriam; & perrexit Aethiopiam, vt videret Gymnosophistas. Inueniens vbique quod disceret, semperq; proficeret, & melior fieret, cuius labores, & vitam octo libris scripsit Philostratus, teste Hieronymo ad Paulinum. Ob quod neque laboribus pepercisse Gregorium, demonstrant eiusdem verba, dum in Præfatione Moralium. cap. 4. dicit, eum scripsisse moralium libros, licet cõtinuo viscerum dolore cruciaretur, stomachiq; debilitate lassesceret, & lentis, continuisq; febribus anhelaret: A primo itaq; ad vltimum iam rectè concludere possumus, omnia mala ex otio nasci, & è Diametro bona omnia ex laboribus, & vigilijs progredi, ita vt nullum homo possit in hoc sentire sæculo commodum, quietem nullam, nullum deniq; fructum, nullamq; gloriam, sibi vel mundo vanam, vel æternam sine labore comparare, nam iuxta illud Virgilij.

Per varios casus, per tot discrimina rerum
Tendimus in Latium.

Dominus quoq; noster Iesus Christus instructio nostra caputq; nostrum, & labores, & denique mortem, nobis relinquens exemplum, vt quemadmodum ipse fecit, ita & nos faciamus, iuxta illud Euangelicum. Oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam. Nec enim coronatur, qui non legitimè certauerit. Nunquam Romanorum duces, alijq; exercituum Imperatores, triumphos, trophæa, laurea, coronas ciuicas, aliasve habuerunt, ni prius eadem ob res optimè gestas, sibi ipsis præmia, in virtutis, & gloriæ præmium decreta fuissent. Vnde rectè Galenus in libr. de cognoscend. cur. anim. morb. asseruit exercitatione indigere hominem toto eius vitæ tẽpore, vt in virum probum euadat. Quis autem ab hoc instituti genere audeat discedere, tum maximè cum in toto huius vitæ nostræ cursu fæliciter peragendo, non nisi virtutibus, laboribusq; vtendum sit? Omitto virtutum omnium tuarum enumerare præconia, exercitationes continuas, longas vigilias, labores arduos, inuictos, inuincibiles, nunquam satis (vt decet) laudatos, in quorum præmium donorum, te Regentem amplissimum conspicio, ad scitum ad supremi huius Regni Senatum, quis autem admiretur?

tur? cum præmia (vt par est) merentibus tribuantur. Vnde iure merito Inuictissimus Rex noster PHILIPPVS ex totius Hispaniæ, Italiæq; viris, Iureconsultos vos elegit motu proprio (cum collustribus tuis collegis Francisco Reuerterio, & Thoma Salernitano) quibus totius Regni huius nobilissimi committeret, fideretq; Imperium; Quid autem a Catholico, & Potentissimo, sapientissimoq; Principe pro eius Regni gubernio, non censebitur non maturissimè factum? Quis ire inficias poterit, quòd dum electioni mentem figeret, vos noctu, dieq; & corde cogitauit, & opere? Et ita cogitatum suũ dirigeret, vt omnium Iudicio, & Regum, & sapientum, sanctam salubrem, optimamq; electionem fecisse ostenderet? Testimonijs comprobari non potest, nec conuenit, quod Regis placito venit, cuius cor in manu Dei est, & quoquo velit illud dirigit, exitus ipse ostendit indies, quo Regni ipsius populos, hominesq; ita regitis, vt meliori, iustiori, sanctiorique tramite a Papiniano, Paulo, Vlpianoq; regi minimè possent: in quibus omnes speculantur, oculos, mentes, actusq; dirigunt. Quod & ego diu, multumque prospiciens, volens meæ Villicationis aliquam rationem reddere, mihi ipsi dicere coactus fui, serue neq; quo dies tui sub vmbra transeunt sine fructu? Nonne, & dominus dixit, Arborem sterilem, fructumq; non facientem, excidendam, flammisq; perennibus tradẽdam? Qđ ostẽdemus nostri ingenij fœnus? dumq; omnium primus occurrisset mihi liber iste, doctissimi, simul, ac verissimi Petri Bellugæ Iuriscõsulti Valentini, Principum Speculum continens, opus sanè omni eruditione, doctrina, ac dicendi grauitate præditum, quod cum impressorum incuria nonnullis conspersum erroribus cõperissem, dumque aliquandiu illud expurgassem a mendis, aliud agens, ad eundem lucubraui additione nõ nullas, pro mea tantum commoditate, non tamen vt in publicum, vtq; in manus hominum irent, non etenim iudicandum est illas luce dignas fuisse: suaserunt Amici, Superioresq; imperarunt, vt diu latere non sinerem, sed in publicum mitterem. Inter quos tu causa oĩum extitisti, qui mihi, & iussa, leges, & iura imponis, sicuti, & vniuerso huic Regno iura, sanctionesq; pro instituto vitæ hominũ statuis. Feci itaq; lubẽs, vt tuæ parerem ordinationi, non tamẽ grato animo, cum leue sit opus, & tuæ inconueniens dignitati. Quicquid tamen id sit (Alphõse Regens Iustissime) suscipias, læto, alacriq; animo ab homine tui sicut studiosissimo, ita & amantissimo, legas, relegasq; rogo, cum nullus sit liber tam malus, tanq; modici ingenij, vt ex eo aliquid vtilitatis in cõi non recipiatur, iuxta Plinij dictum. quem si receperis eo quo soles animo, et (vt conuenit) pro alta rei materia, de qua scribit, ita vt solæ tuæ conueniat dignitati, ostendes vnico actu, te nouarum rerum indagatione (vt sapientis est) delectari, simulatq; Bellugæ Hispano iureconsulto magnam tribuere authoritatem, meque (vt plus debito teneor) allicies, vt labores nostri alij longiori exercitatione, & vigilijs elaborati, in quibus, & non ab alijs adhuc tractata, non discussa, & inuisa altiori stilo, & pinguiori in lucem prodeant, quod cum primum otium nanciscar faciam, & omnium iudicio maiora videbuntur. Interim tamen suscipe ista, quæ boni consulas, alia expectans.

# INDEX LOCVPLETISSIMVS RERVM ATQVE VERBORVM INSIGNIVM,

*Quæ in hoc præclarissimo Speculo D. Petri de Belluga continentur; ad Rubricarum iuxta ac versiculorum seriem, optimè digestus.*

D



Dignitates

Iniuria

L

Priuile-

Q





R

Vsura

TABVLA

# TABVLA RVBRICARVM, QVAE IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

De iurisdi-

# SPECVLVM PRINCIPVM D. PETRI BELLVGAE VALENTINI IVRISCONSVLTI FAMOSISSIMI

## AD ALPHONSVM [a] SICILIAE, [b] ET ARAGONIAE REGEM.

*SVMMARIVM.*

1 *Auctoris nomen, ac libri titulus.*
2 *Iudicis iniqui, mirabilis pœna, & Consiliarij mali, diuinitus fuere puniti, ac igne concremati.*

c VT IGITVR Cæsarem [c] nostrum Gloriosum nomine Alphonsum, dignissimum, ac Christianissimum principē, regem, & dominum Aragoniæ, ac totius Siciliæ, innocē. Ad te domine hoc opus dirigo, Cuius partes sapientiæ, ac iustitiæ, esse patet, ad te igitur scientiæ amatorem, iustitiæ cultorem, condigne recurro. Ad te triumphantem rebellium tyrannorum domitorem, aduersus aciem inimicorum obtrectantium, pro meo tutamine accedo. hoc opus tuum, oro defendas,
d huic faue, hoc libera, ab his qui linguam [d] & ca
e lamum promptas ad reprobandum [e] habent. De quibus loquitur Psalmista. Venenum aspidum sub linguis eorum, contra quos inimicus princeps est, de simonia. c. ex diligenti. Ad te igitur, vt regem, & principem, & dominum dirigo sermones meos, vt decidas, corrigas, & emendes, quia tuo sunt omnia parata iudicio. Ad te sapientem, vt intelligas, ad te iustum, vt in iustitia extiteris, ad te, vt scientiæ dilectorem, vt opus & authorem faueas, ad te, vt Regem, & Cæsarem, vt fiscalia patrimonialia, & curialia de quibus scribo, rectè cōmendes: ad te, vt defensorem, & ecclesiæ vexillarium, vt ecclesiasticæ, ac secularis iurisdictionis altercationes latent, pādectas doctorum conscriptas, breui hic compositas, stilo commemores, ad te, vt militiæ caput,
f vt militum iurisdictiones, & eorum priuilegia [f] militaria conserues. Ad te, vt Reipublicæ protectorem, vt illius esse soles, & singulorum cōmoditates iustitiæ medicina præseruētur a noxijs. De ijs igitur, breui sub compendio scribere constitui, legens principem aciem suę considerationis ad talia vertere debere, de electione. ca. fundamenta, libr. 6. Tuæ regiæ maiestati, hoc opus
1 destinandum esse duxi. † Ego Petrus Belluga vtriusque iuris doctor minimus, ciuis Valentiæ tuæ maiestatis humilis vasallus factura, ac seruus, ꝙ tuo mandato viuę uocis oraculo mihi facto in campo del. conante, Speculum principis intitulari mandasti, ut in hoc speculo sapientiæ & iustitiæ prospiciens, salus, & incolumitas tui populi cōseruetur, resq; tua publica augeatur,
g cum sine hac iustitia [g] etiam latronum conciones diu esse non possint, testante Tullio, minusque respublica, ut satis exemplis probatur Romanorum, ut inquit Valerius, in ti. de iustitia. Si ergo hoc Speculum mentis oculis intuearis, uti
h Deo authore, spero salus & incolumitas [h] tui populi præstolatur indubie, Et à noxijs subditi releuabuntur, & fiscus abundabit utens subiectis locupletibus, in autho. ut iudices, sine quoquo suffragio, col. 3. Et si prout in hoc tuo Speculo decisa reperies iudicabis, non de te loquitur Isaias in 10. cap. Væ qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitias scripserunt, sed quod scribitur Hieremiæ 7. Si inquit hoc feceritis, o reges Iuda, scilicet iustitiam rectam administrando, tenebitis pristinam potestatem. Hoc ergo persuadendum & consulendum duxi, ut iustitiam corām has leges, & pacta, cum popu-
2 lo fęderata teneas. † Nā legimus de ꝯrio consilio
i multos malos cōsiliarios [i] diuinit' punitos, hocque exēplis ꝓbare facilè est, & priscis tꝑib. in tua euenit Sicilia, in Corindono magistro iustitiæ qui falsò consulebat principem, ut in suis iudicijs procederet per uindictam, fuit igne diuino per medium scissus corā toto populo, in cathedra iustitiæ. Et refert Beda in historiali de Hirlanda, in historia regis Xintimes, ꝙ Eliotus malus consiliarius fuit diuinitus punitus, eo quod persuadebat principi, ne leges & pacta populo seruaret. Et si mihi fas sit talia tāto principi persuadere, scio tibi tamen superuacanea. Nā ea est tua alta natura edocentis, & maiorib. instructa exemplis, ꝙ gloriosas leges, & pacta tuorum prædecessorum obseruando, nouas edē
k do, utiles, & necessarias reipublicæ pacem [k] & iustitiam populo tibi commisso tenuisti, & administrasti: sed neq; clementia a te unquā fuit

l aliena, sed semper pius benignus, & clemens, fuisti, regalem gerendo morem, altamque Cæsarum ostendendo stirpem, quod in animalibus edocet natura, vt inquit Seneca in apibus, quæ iracundissimæ, ac pro corporis captura pugnacissimæ sunt, & aculeos in vulnere relinquunt, sed rex ipse sine aculeo est natura ei cœlum detraxit, & iram eius inermem relinquit: hæc est, quæ saluum facit regem, clementia, unum est inexpugnabile munimentum, amor ciuium. Quid pulchrius quàm uiuere cunctis optantibus, hæc ille. Edoctus etiam á uiro illo doctissimo Gratiano temperasti iustitiam misericordia, in cap. omnis qui. 46. distinction. Virtutibus ergo diu te, o Cæsar, Alphonse dignissime, pro subditorum quiete iustitia & pace, diuersis in curijs insudasse, ut tui subiecti sine inquietudine uiuant: & licet plurima optimè tuis legibus decisa sint, tamen natura quotidie nouas deproperat edere formas, plurima etiam antiqua dubia indecisa sunt, de quibus, aut modicam, uel nullam habemus doctrinam, tui contemplatione, & pro tuo seruitio hoc assumpsi onus huius compilationis, in qua plurima de quibus quotidianę sunt altercationes in regnis & terris tuis cismarinis decisa sunt. Et si in aliquibus quæstus aliquis, tuo minuitur imperio, concede rogo: quia tui subiecti incrementum maximum percipient, si indemnes à iudicibus conseruentur, & tuum imperium & fiscus abundabit, utens subiectis locupletibus, ut dicit in simili Imperator, in authen. ut iudices, sine quo quo suffra. column. 2. in princip. Et sic summè rogo princeps dignissime, hoc Speculum iusti-

m tiæ minimum [m] tanto principi, sed latū & magnum respectu in se uoluntatis: unde uidua illa quæ solum attulit duo minuta, propter suū affectum larga, plus omnibus dicitur obtulisse. Lucę. 23. cap. & 24. quæstio. 1. odi. de pęniten. distin. 5. cap. 1. uersus finem. Ex sterili campo sume fructum uberem, in tribulato mihi tempore collectum, optima tribulatio & pressura, in q̄ tamen iuxta uerbum Dei porta inferni non præualuit. Matthæi. 16. & Marci. 13. Et in cap. saluator. 1. quæstio. 3. Maiora pollicoor, si fata sinent, me frui prosperis, ut fecit Virgilius. Qui calamos inflauit egenus, dum fuit, & ruris carmina sola dedit. Sed cum Augustus patrimonia præstitit illi grandia, & ut somnos cępit adire graues.

Et uale Cæsar benignissime, fęlicem statum, & dignissimam personam, conseruet altissimus in fœlicitatis augmento, Amen.

## CAMILLI BORELLI ADDITIO.

### In directione operis.

a ALPHONSVM.] De Alfonso primo hæc Bartholomæus Faccius lib. 7. scripsit. Alfonsus Neapoli, vrbe nobilissima, ac vetustissima, anno demum ab initio belli vno, & vigesimo potitus est, in quo nescias profecto, magis ne eius fortitudinem, an constantiam, an clementiam, ceterasque virtutes, laudes, an fœlicitatem admireris. Namque in gerendis rebus impiger, nec labore vllo defatigabatur, nec periculo cedebat vlli. Tantamq; animi fiduciam in hijs agendis præ se ferebat, vt sæpe eius milites cum pluribus ipsis pauciores dimicare non dubitauerint. In bello gerendo adeo constans, vt eum nec calamitas vlla accepta, nec pecuniæ inopia, nec hyemis magnitudo ab incępto reuocauerit. In victoria adeo clemens, & moderatus, ut de ea laude possit cum quouis antiquorum principum decertare, clementiæ par facilitas, ac liberalitas erat. Famis, sitis, frigoris, calorisque inaudita patientia, (ad quam per assiduos sese, venandi labores indurauerat) adiuncta erat; Ad hæc literarum Amor, ipse enim vnicus Rex literarum cultor suæ tempestatis fuit. Et vini abstinentia accedebat, quod aqua infusum vix eius saporem referebat. Has tantas Regis virtutes consilij Magnitudo rebus Belli, Pacisq; pariter apta æquabat, ita porrò fœlix, fortunatusq; vt perraris cladibus acceptis ipse vnus omnium Regum Fortunam in potestate habuisse videatur. Hæc Faccius. Nonnulla etiam tradidit idem Antonius Panormitan. in lib. Epistolar. fam. tum ad eundem Regem, tum ad alios complures. alia etiam Lucius Marinæus Siculus. de rebus Hispanis lib. 11. cap 40. vbi de eodem inquit. Rex quidem vnus, maximum sui temporis, omnium virtutum, ac præcipuè liberalitatis exemplum. & ibidem plura, ca. 44. cum pluribus seqnentibus referens nonnullas eiusdem Regis orationes. de hoc tradidit aliqua Valla Histor. Ferdinan. lib. 3. per transitum Vuolfgangus Drechslerus de Sarracenorum orig. sub anno 1482. de huius etiam Alfonsi dictis, ac factis libellum scripsit Antonius Panormitha. pulchrum, proficuumq;. vt de eo testatus est Paulus Iouius in eius vita.

b SICILIAE.] Credo corruptè scriptum impressorum incuria, Nusquam enim legimus, Cilicia, quæ Régio Syriæ proxima est, in minori Asia posita de qua nō intellexit Dominus Author noster. Hic autem legendum est Siciliæ: Hoc enim Regnum nostrum Siciliæ appellatur, cum prius cum Siciliæ Insula solum vnum esset altero iunctum, quod maris impetu, tempestate, ę iruptum est. vt testatur Virgil. 3. Aeneid.

Hæc loca vi quondam, & vasta conuulsa ruina
(Tantum æui longinqua, valet mutare vetustas)
Dissiluisse ferunt, cum protinus vtraque tellus
Vna foret.

Et ideo Rex noster appellare solet Regnum illud Siciliæ citra, & vltra farum. Vnde Cassiodorus. lib. Variarum 12 cap. 14. exorditur. Rhegienses ciues, vltimi Brutiorum, quos á Sicilię corpore violenti quondam Maris impetus segregauit, vnde ciuitas eorum nomen accepit, diuisio enim ῥῆγμα Græca lingua vocitatur. de quo ét Diodor. lib. 4. ibi, ad mare deinde cum descendisset apprimè angustum, vtpotè tredecim stadijs latum. de loco supra narrato Thucydides belli Peloponnens. lib. 4. inquit. Est autem fretum inter Rhegium, atq: Messanā Mare, qua breuissimo interuallo distat á continente Sicilia, & hoc appellatur Carybdis: vide Luc. Flor. Epitom. lib. 2. c. 2. Vide ad propositum nonnulla per Ferandum Adduensem. li. 1, explicat. c. 16. & Plin. lib. 3. c. 8.

c CAESAREM.] Cęsaris nomen pluribus, ac diuersis modis declaratur ab Accursio, in rubric. Procemij Institut. Iustiniani. & in rubrica Procemij digestorum, in verbo, Cæsar. De quibus, an expositiones illæ veræ sint longè, lateque omnes Doctor. ibidem. Ex omnium tamen dictis Putarem Cæsaris nomen á Iu-

lio

Cæsaris nomen à Iulio Cæsare primo Romanorum Monarcha appellatum, vti & alij ita vocati essent sicut & nominis, ita, & gestorum etiam imitatores, vt præclari illius viri optimi nuncupatione, in suo refulgeat, vt notatur in procœmio digestorum §. nos vero. versiculo, discipuli. vbi optimè Hieronym. Cagnol. numero centesimoseptuagesimonono. Quamuis Iulium Cæsarem quoque ab auo nomen Cæsaris cœpisse velit Volateranus. in libro decimoquarto, commentariorum. Et Cæsares dici solebant, qui post viuentem Imperatorem erant proxime in Imperio successuri, vt Ammianus Marcellinus docuit. Fuit enim Cæsarum declaratio, non Imperij dignitas, sed quæ gradum ad Imperium faceret, vt voluit Marcus Anton. Sabellicus Aenead. septimo libro octauo. Quod & confirmat Aelius Spartianus in Aelio Vero. Et circa horum confirmationem dicit Paulus Orosius Historiarum. libro septimo. capitulo decimosexto. Itaque Diocletianus permotus Maximianum Herculeum ex Cæsare fecit Augustum. Et de hoc nonnulla sunt posita apud Hieronymum Cagnol. in repeti. rubric. procœmio. digestorum. numero quinquagesimooctauo. Et sicuti antiqui illi ex Cæsaribus fiebant Augusti, ita videmus seruari hodie, quia ex Rege Romanorum quis solet eligi Imperator. In casu tamen nostro, cum Cæsaris Imperatoris sit nomen Alphonso Regi non spectare Cæsaris Appellationem dicendum fuisset, & authorem nostrum vocationis terminos excessisse, credo tamen Dom. Bellugam voluisse blandiri Regi, vel melius pro authoris defensione dicendum, quòd cum opus dirigeret Alfonso Siciliæ Regi, potuit eum Cæsaris nomine appellare, ex quo Rex ille cum Regni nostri Siciliæ Rex esset, est dicendum vtiq; q Imperatori æquiparatur, vt dicit glo. in nostrarum constitu. Regni procœmio. in princip. voluit Matthæ. de Afflict. in procœm. constitutio. Regni. quæstion. prima, numero primo. Et ideo cum æquipararetur Imperatori, eidem merito Imperatoris nomen conueniebat, cum etiam dicta in Imperatore habeat locum in Rege, voluit Bald. in l. exemplo. C. de probation. Philipp. Deci. in rubric. de constitution. columna secunda. Hieronym. Cagnol. in l. si quis maior. numero centesimosexagesimoquinto. C. de transaction. Quę tanto plus procedunt in Rege nostro cū nō subiaceat Imperio. voluit Afflict. in prædicto procœmio. quæstion. 3. numero quarto. & Ego etiam latè dixi in opere nostro cui titulus, Regia Aragonum. §. terzo, gl. prim. nu. 34. cum 15. sequentibus.

d LINGVAM.] Non mirum si dominus author dubitat de hominum lingua maledica, quandoquidem ita corrupti sunt hominum mores, vt nunquam quis etiā si bonum operetur, non maledictio humanæ subiaceat, contra quos dicitur Ecclesiastes. capit. decimo. In cogitatione tua Regi ne detrahas, & in secreto cubiculi tui ne maledixeris diuiti, quia, & aues cœli portabunt vocem tuam, & qui habent pennas annunciabunt sententiam; & detrahentes Aaron & Maria Moisi, correpti à domino, Maria lepra soffusa est. Habetur Numeri. in ca. duodecimo. Nolite detrahere alterutrum (inquit Iacob. capitul. quarto.) fratres mei, qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legi, & iudicat legem. Et inquit Petr. Epistol. 1. capit. secundo. Lapis offensionis, & Petra scandali his qui offendunt verbo, nec credunt in quo positi sunt. Et propterea Raymundus Iulius libro Prouerbio. tertio. capi. nonagesimosecundo. Cum audies dicere malum excusa illum, de quo audies malum dici, habeas pietatem de homine, qui iniuriosè detrahitur, nemo tot habet inimicos, sicut homo detractor. inde dixit Salomon Prouerbio. ca. 12. Propter peccata labiorum, Ruina proximat malo. Eligenda est enim potius indiscreta prudentia, quàm stulta loquacitas. ut dicit Raynaldus Corsus indagationum iuris. libro secundo, capitul. vigesimo. Quod & vltra confirmat glossa super illo leuitici capit. decimono. (Non maledices surdo, nec coram cęco ponas offendiculum) surdo (inquit) maledicit, qui absenti detrahit. Et inquit Salomon Prouerbio. capitu. vigesimoquarto. Time Deum fili mi, & Regem, & cum detractoribus non commisceatis, quia repente consurget perditio eorum, & iterum Prouerbiorum. capit. quarto. Detrahentia labia procul sint à te, & sapientiæ. capit. primo. Custodite vos à murmuratione, quæ nihil prodest, & a detractione parcite linguæ. Videmusq; Dei optimi. Maximi sententiam, qui aperta terra viuos operire fecit humo, & in infernum deduci Dathan, & Abyron, eo, quod detraxerant Moisi viro Dei amicissimo, & mitissimo. Habetur Numeri. ca. 16. Deuteronomij ca. vndecimo. Quod & dicebat Dauit Psal. centesimoquinto. Aperta est terra, & deglutiuit Dathan, & operuit super congregationem Abyron. de quibus etiam Iosephus antiquitat. Iudaicar. libro quarto. capitul. quarto. Vnde Hieronymus: Tu te interficis, si alijs detrahis. & Isydorus: Quod in alijs, in te potius pertimesce. Et iterū Hieronym. quando detraho fratri meo, lingua mea, fratrem meum occido. & Bernardus. Gladius Triceps lingua detractionis, qui tres interficit vno flatu, quantum nunquam in se est illius percutit conscientiam, & illius vulnerat charitatem, secum pariter vtrunque perimit. & Paulus ad Roman. capit. primo. Detractores Deo odibiles. Et Augustinus. Non detrahas, nec audias detrahentem, quoniam, qui detrahit eradicabitur de terra viuētium. & Bernardus amittunt vitam detractores Deo Odibiles, quoniam quos odit Deus mori necesse est. Inde illud, qui odit, & detrahit pariter Homicida est. vt in capitulo homicidium. de pœnitentia distinctione prima. Et de nonnullis pertinentibus ad linguæ procacitatem dixi ego latissime in tract. aliàs.

e REPROBANDVM.] Ad alterius opinionis reprobationem non debet quis nimis facilis esse, & irrationabiliter. Secus autem quando is, qui reprobare intendit opinionem aliquam, rationibus validioribus, & melioribus fulciatur, inquit enim Plinius Nepos libro primo, Epistol. decimanona. Rectius arbitror ratione, quā authoritate superari. Quia vt inquit Cicero libro primo, de natura Deorum. Non tàm authores in disputando, quàm rationis momenta quærenda sunt. Quia secundum Aristotel. Moral. Nichom. 2. Virtus in hoc consistit, vt homo secundum rationem operetur, & viuat. Inde optimus Iureconsultus Petrus Cara in consolatoria ad Carolum Ducem Sabaudiæ. Age (inquit) ut his animi perturbationibus ratio dominetur. Inde est quòd erudito, & prudenti Principi legis ratio est Familiaris. voluit Camillus Salernus in procœm. consuetudin. Neapol. §. per quod. in Apostill. incip. certa scientia. in fine. Et quia quot capita (vt comicus ait) tot sententiæ, & quot homines tot opiniones cap. sicut. vbi glos. de consecratio. distinctio. quarta, voluit Specul. in titu. de sentent. §. primo. versicul. publicatione. Ideo Probabiliori opinione, opinio minus probabilis admittitur reprobari, argumen. clemen. prima. §. uerum. vbi Card. de summa Trinita. opinio etiam pro anima minus tutior reprobatur. cle. exiui. §. Item quia. ubi Card. de uerborum significatione. cap. Iuuenis. de sponsalibus. ca. illud. de cleric. excommun. capit. secundo. de pœnitent. distinctio. septima. voluit Alexand. in consilio quinquagesimoprimo. videretur. columna secunda, versiculo ex his infertur. volumine quinto. Et in dubio reprobatur

opinio contra ecclesiam.& admittitur opinio, quæ est pro ecclesia, vt in l.sunt personæ. ff. de religios. & sumptibus.fun.& eius au horitate ita voluit Alexand. in consilio trigesimoquinto, columna tertia, volumine tertio, & in consilio nonagesimosecundo. viso themate in fin. volumine quarto, voluit Matthæus de Afflict. in decision.Neapolita.23. Capellani.numero octauo, Curtius Iunior in consilio trigesimoquinto, columna tertia, in fine, late Ioannes Baptista Asinius in dicta l.sunt personæ.Petr.de Anchara.in consilio quadragesimosexto.prima facie videretur. Raphael Comens.in consilio centesimoquinto, quædam domina, columna tertia, Franciscus Turzanus. in tracta. regularum. Regu. 101. Andræ. Tiraquell. in tract.de priuileg.piæ causæ. priuilegio.98. & iterum priuileg.148. Vt plurimum etiam admittitur opinio communis, quæ magis attenditur in iudicando, & in consulendo, reiecta minus communi.iux.illud Philosophi. Quod videtur omnibus, pluribus, & sapientibus.Innocent. & Ioann. Andr. in capitulo primo,& in c.ne innitaris.de constitutio.Bartol.& Bal.in l. secunda, C. de pœni. iudic. qui mal.iudic.Bald.in l.precibus.C. de impub.& alijs subst.Philipp. Corn. in consilio quinquagesimoquinto, reperio.litera M.in volum. secundo, & in consilio centesimooctuagesimosexto, quamquā. volumine tertio.Felin.in capit.Canonum, columna vigesimaprima, numero 101.de constitutio. Iason. in l.si is qui pro emptore. columna 70. ff. de vsucapio.quandoque reprobatur opinio grossorum hominum. Bald. in l.final.opposi.secunda. C.de hæred. Institut. & attenditur opinio hominum, ac Doctorum grauiorum.l. ob carmen.in fin. ff.de testibus, & in l.si idem cum eodem.vbi hoc voluit Angel.ff.de iurisdictio.omnium iudicum.Alexand.in consilio decimotertio, ex his, columna quinta, volumine primo. est enim qualis qualis excusatio clarorum Ducum inhæsisse vestigijs.voluit Franciscus Petrarch.Epistol.familia.libro primo, Epistola 6. Exemplis enim optimi principis (principem iudico famosum Doctorem) iudicandum est. Paris. in tracta. de duello.libro quarto, capitulo tertio. Et passim hominis sapientis iudicio, & in veritatis propalationem, & non aliter, opinionum reprobatio admittitur. Non tamen, vt id maleuolentiæ, maledicentiæve causa fiat.

f PRIVILEGIA.] Nonnulla militum priuilegia vide per Hostiens.in titul.de testamen.§.tertio. Bartol.in l.neque enim.ff.de testamen.milit. & Bald. in l.milites. C.eodem titul.gloss.in §.planè. institutio. eodem titul. & idem Bal.in l.precibus.opp.9.C.de impuber. & alijs substitutionib.& an milites nostri temporis gaudeant priuilegijs antiquorum militum, gloss. & Bartol. in l. miles.ff.ex quibus caus. maior. vbi etiam Bald. & Cyn. in l.1.quæstio. sexta.C.de iur. & fact. ignor. & an possint capi personaliter, siue sint creati per Papā, siue per principem, & an gaudeant omnibus priuilegijs. vide Raphael.Fulgosi.in l.prima.ff.ex quib.cau.maior.& per Francisc.Areti.in l.scriniarios.C. de testamen.milit.Felin.in capitulo clerici.circa princip.extra de iudic.Salycet.in l.prohibetis. in fin. C. qui accusar. non poss.vide aliqua etiam per Paulum Leonium. in tracta.substitut. in materia pupillaris.numero 219. & alibi sæpe in tractatu. & alios quam plures allegans Dom. Quintilianus Mandosius nouissimè. in tracta. de ætate minorita. capitulo tertio, numero decimotertio, & iterum capitulo quinto, numero trigesimooctauo, vbi bene, sicuti in omnibus eius operibus ille clarissimus Iureconsultus elegantissime se gesserit, quæ omnia habeo vsque huc impressa in meo Auditorio, & quotidie, & noua, & fructuosa expecto tam ab ipso, quam à Domi. Horatio eius filio. & is quem honoris causa nominamus Domin.Cyrillus Fulgentius in praxi crimin parte prima, titul.de his qui accus.pos.§.decimooctauo, numero primo.

g SINE iustitia.] Hoc est quod inquit Augustin. libro quarto, de ciuitate Dei capitulo quarto. Remota iustitia quid sunt Regna, nisi latrocinia? Quia & ipsa latrocinia quid sunt nisi parua Regna? Vnde Lactantius Firmianus.in libro de ira Dei. in fine.Non faciunt (inquit) Beatum vitiosæ, ac mortiferæ voluptates, non opulentia libidinum incitatrix, non inanis ambitio, non caduci honores, quibus illaqueatus animus humanus, & corpori mancipatus æterna morte damnatur, sed sola iustitia, cuius legitima, & digna merces est immortalitas, q̄ statuit à principio Deus sanctis, & incorruptis mentib. quæ se à vitijs, & omni labe terrena, integras inuiolatasque conseruant, & plura alia de iustitia dixi in Regia Aragonum.in præfation. num.4. cum pluribus sequentibus.

h INCOLVMITAS tui populi præstolatur.] Quia secundum Aristotel. libro secundo Ethicorum, iustitia regentis vtilior est subditis, quam fertilitas temporis. Et ideo Traianus Imperator laudatur ab Aelio Spartiano, quòd vt subditæ viduæ iustitiam ministraret ab equo descendit. Nisi enim iustitia in mundo esset nulla respublica potest salua consistere, nec homines in ea quiete viuere. ita inquit Alphonsus de Castro, libro vndecimo, aduersus hæreses.in ver. ocidens. hæresi primo.

i MALOS consiliarios.] Inde dicitur malum consilium consultori pessimum. Immo sapiens inique, & corruptè consulens obligat ipsum consultorem. voluit Specul.in titul.de requi.consil.versiculo primo, videndus est Bartol.in l.secunda, ff.mand.Bald. in additione. Specul.vbi supra.quinimo dicit ibi, quòd consultor imperitè consulens de dolo tenetur & lata culpa, & facit litem suam.Bartol. in l.fi. ff. si mens.fals. mod. dixe.Et Olofernes occisus est, quia sanum Achior consilium contempsit. Habetur Iudith. capitulo quinto. similiter Nabucdonosor damnatur, quòd spreuerit Danielis consilium. voluit text. Daniel. quarto. & Ioas tamdiu bonus fuit, q̄diu vixit Ioiadas Pontifex, qui eum instruebat, quo mortuo pessimus factus est. secundo Paralipomen.vigesimoquarto, & li.quarto, Reg. duodecimo. Hoc pacto fratres Ioseph damnantur, qui spreuerunt consilium Ruben, quòd frater patri daretur. Habetur Genes.trigesimoseptimo, & Achitophel suo iniquo fretus consilio laqueo se suspendit. secundo Reg. decimoseptimo. & ob malorum consilium Absalon tribus lanceis ictus à Ioab perijt secundo, Reg. decimooctauo. Et ideo damnatur Roboan, qui spreto seniorū consilio, ad iuuenum consilium declinauit. tertio Reg duodecimo, propter satraparum, ac sapientum consilium Achabus victoriam obtinuit contra Adadum Damasci Regem, & occisi sunt centum viginti septem millia hominum. Habetur tertio Reg. vigesimo. & voluit Ioseph. antiquitat.Iudaica. libro octauo, capitulo septimo, & de multis similibus latissime dixi ego in tractat. libro primo, substantiali, scilicet per totum. Alexand. Seuerus Imperator laudatur de bonis consiliarijs ab Aelio lamprid.

k PACEM.] Proprium principis est in pace seruare subditos, & regere populos. iuxta illud Senecæ. in Octauia.capitulo sexto, dum dicit. Orbi quietem, seculo pacem suo, hæc summa virtus, petitur hac cœlum via. & nos latissime diximus in Regia Aragonum.§.primo, gloss.prima, per totum, & numero quadragesimonono. Et qui pacem in præsenti seculo seruat, arrham habet

bet futuræ pacis in alio seculo.iuxta illud Esaiæ. capitulo vltimo.Erit sabbathum ex sabbatho. & Paul. secundo Corinthio.vltimo.pacem habete,& Deus pacis erit vobiscum.

l BENIGNVS.] Sicuti Christi benignitas apparuit nobis.Paulus ad Titum. capitulo tertio. Ita dici potest principibus,vt & ipsi benigni, & clementes sint, sicut, & Christus benignus fuit.Docet idem Aposto.ad Ephęseos. capitulo quarto,& libro primo Corinthior.cap. decimotertio.dicens benigni simus. benignus est namque dominus super ingratos, & malos.Lucæ sexto.& Inde dicit Claudianus ad Honorium. Sis pius imprimis,nam cum vincamur in omni munere, sola Deos æquat clementia nobis. dico infra rubrica octaua, in versi.pietatem.

m MINIMA.] Regia virtus est parua, tam benigne, & comiter accipere,quam magna largiri.Vnde Plinius. ad Vespasianum inquit, Dijs lacte rustici, multæq; gentes supplicant, & mola tantum salsa litant qui non habent thura. & Persarum Rex Artaxerses aquæ vasculum clementer accepit.

## De Curia.

## Rubrica 1.

*SVMMARIVM.*

1 *De causis conuocationum curiarum.*
2 *Curiæ præsidere, quis debeat.*
3 *Solus princeps, curiam congregat.*
4 *Necessitas, legi derogat.*
5 *Gesta per præsidentem curiæ sine consilio eorum qui vocati sunt, nulla sunt.*
6 *Sententia lata, absente aduocato fisci, est nulla.*
7 *Filius principis,& eius locum tenens,quando possunt curiam conuocare.*
8 *Locumtenens principis, quæ potest.*
9 *Princeps iurisdictionem supremam à se abdicare non potest.*
10 *Cum quid est prohibitum, etiam omne illud per quod deuenitur ad illud.*
11 *Dispositum in vno ex parificatis, habet locum in alio, etiam in correctorijs.*
12 *Princeps ligatur ex conuentione pactionata, sicut priuatus, & iurisdictionem supremam à se abdicat.*
13 *Mens legis, potius quam verba attenditur.*
14 *Ad casum necessarium, verba statuti & priuilegij non extenduntur.*

TRACTATVRVS patrimoniales fiscalesque materias ac iurisdictionum contentiones: cum sæpe ista in curijs frequentius uentilentur, Existimaui hoc Speculum Principis curiale edere, & de curia principaliter intendere, & congruis sub titulis, prædictas pertractare materias. ¶In primis ergo videndum est,quid sit curia. ¶Secundò de causis conuocationis curiæ. ¶Tertiò quis habet in curia præsidere. ¶Ad primum ergo dicendum, quòd curia potest sic describi, cũ alias diffinitio in iure sit periculosa, Quòd
a curia est congregatio [a] populi facta, in certo loco communi à principe,vel alio habente potestatem, curiam celebrandi, ad quam debent
b solemniter vocari Decuriones, siue consiliarij [b] Archiepiscopi, Episcopi, Duces, & cæteri Magnates, nobiles, milites, & generosi, et regni proceres,et hæc probantur in feudis,de clerico violatore pacis.§.post natale,& in cap.imperialem.de prohibita feudi aliena.per Federicum,
1 cum similib.†Ad secundum autem [c] de causis
c conuocationum curiarum debes scire, quòd de iure curiæ conuocantur pro reparatione status pacifici regni,& illius vtilitatis, & vt singulorum status iugiter conseruetur illæsus, pro iustitia & pace componenda, ac ad regni honorem augendum & officijs regni prouidendum, et hæc omnia probantur in l. obseruare. C. de decurionibus.libro decimo, & in capitulo imperialis,de prohibit.feud. alien. per Federic. & in iuribus supra allega. ¶Alibi tamen iura
d innuunt curias congregãdas, vt deprauata corrigantur [d] & status prouinciarum de bono in melius reformentur,vt innuit text. in capitulo quoniam quidem, decimaoctaua distinctione. Et alibi dicit, &c.ideo debent congregari, vt controuersiæ & læsiones decidantur, reparentur,& corrigantur. tex.in c.propter.ead.distin. 1. alibi dicit, vt maleficia reparentur & corrigãtur.tex.in c.peruenit.ea.dis.Alibi dicit,vt læsiones ad iustum iudicium deducantur, in c. propter ecclesiasticas.ead.dis. Et pro ijs omnibus bene facit.c.in singulis.de sta.mon.& melius in c.sicut olim.de accu. Et videtur bonus tex.in l. 1.C.de vetera.lib. 12. Et fori et constitutiones regnorum & illorum proœmia hoc dicunt,scilicet ex prædictis causis curias congregandas. ¶Nam primus ille iuris gloriosus Rex Iacobus memoriæ recolendæ, hoc fatetur in curia celebrata anno.300.Kalen.Octobr.dicens se curias congregasse, pro pace & iustitia. ¶Idem dicit dñs Rex Petrus in curia celebrata Cæsa. Augusti.Anno Dom.1348.dicens,curiam congregasse ad pacis conseruatiouem, & iustitiam,& bonum & tranquillum statum totius regni, & id fatetut in curia celebrata Valentinis, vt initio fororum, dicens curiam congregatam pro bono et pacifico statu regni,et pro legibus condẽdis.Hocq; Rex Petrus etiam in sui fororum initio profitetur,hocq; cæteri reges Aragonum in suis principijs fororum Valentinis attestantur. ¶Similiq; modo dñs Raymundus Comes Barchinonę id fatetur in principio vsitatorũ.Et est tex.in princi.cur. regis Petri.11.congregatæ in ciuitate Barchinonæ,et in ca. Itẽ quod nos etc. In prima curia congregata,per dominum regẽ

Iacobum, ibi pro statuendis, & ordinandis iis
qui sunt ad bonum statum terræ, & sic vides tã
de iure quàm de iuribus terrarum ditioni re-
giæ subiectarum q̃ sunt cãæ congregationis cu
2 riarum. † Ad tertium ergo veniendo quis ha-
bet in curia præsidere. Et certe de iure commu
ni,& ex foris & constitutionibus regnorum cõ-
muniter,& ordinarie, in curia habet præsidere
c princeps, [c] quia ita ex imperatorum more fuit
solitum,vt in tex.notab.in c.imperialis, de pro
hibita feu.alie.per Lotarium,& in c.imperiale,
3 de prohibita feudi alien.per Frede. † Et sic fori
& constitutiones regnorum disponunt solum
principem debere curias congregare, & in ca-
su necessitatis regiæ personæ,primo genitus,vt
in foris regis Petri anni 63. Et licet de foro Ara-
goniæ princeps præsideat, in curia iustitiæ ta-
men Aragonum,vt iudex inter curiam,& prin-
cipem curiam prorogat,si princeps presens est
sui mandato,& consensu. hocque est ius quod-
dam constitutum,& priuilegiatũ:alias regula-
riter contra, quia inferior, in maiorem non ha-
bet potestatem,de ma.& obed.c. cum inferior.
4 † De iure autem communi aliquando ob neces
f sitatem reipublicæ [f] præses prouinciæ [g] coadu
g nat parlamentum,non autem quòd omnes de
prouincia ibi sint, sed quòd mittantur nuncij,
vel legati ab vniuersitatibus, vt in tex.notab.in
l.si quod extraordinarium.C. de lega.lib.deci-
mo. ¶ Simile videmus de iure canonico quod
consilium prouinciale coadunat archiepisco-
h pus,vel patriarcha [h] sinodale episcopus ad cõ-
silium autem prouinciale vocantur episcopi
tantum,& non alij de necessitate 18. distinct.c.
quanquam,cum similibus,cum alij voluntarie
veniant admittendi sunt.de ijs quæ fiunt à præ
lato.ca. fin. Vocantur etiam alij de quorum fa-
cto agitur, vel quorum consilium est necessa-
rium 63.dis.c.abeuntibus, ad sinodale autem,
vel speciale vocandi sunt Abbates, sacerdotes,
& totus clerus ciuitatis, & diœcesis. 18. dist.ca.
decernimus.Et de ma. & obe.c. quod super ijs,
de quo vide no.per canonistas in ca.sicut olim,
de accus.Et super quibus causis debent vocari
ad talia consilia,vel parlamenta,vide Inn.Host.
& Ant.de Butr.in c.nimis graue, de præb.¶ Vo
cati autem ad curias consilium, vel parlamen-
tum in dicta curia, vel cõsilio existentes,vt qui
dam dicunt, sunt ibi, vt assessores præsidenti
5 qui habet ordinariam iurisdictionem.† Et di-
cunt quod gesta per præsidentem nõn valebũt
i sine consilio eorum [i] & eis requisitis sicut non
valet sententia lata absente aduocato fisci. C.
de senten. l. cum sententiam. ¶ Alij tamen di-
cunt,quòd vocat ad curiam,vel consilium præ
sidenti assistentes in cognoscendo sunt ordina
6 rij.Cum etiam principaliter cognoscant, † Sed
in diffiniendo sunt,vt assistentes,qui principa-
k liter non sententiant [k] sed assistunt sententiãti
quod indecisum relinquit,dominus Anton.de
Butr.in c.graue,de præbendis,dicẽs tene quod
placet.Posset dici de iure quod ij qui sunt assi-
stentes præsidenti in curia pro grauaminibus
reparandis,qui vulgo examinatores appellan-
tur,sunt assessores & consiliarij,cum quibus,vel
quorum consilio prouisiones grauaminum as-
solent fieri.Etiam grauamina curiarum cõmu-
niter sunt contra principem,& illius officiales.
Et tales quæstiones de iure sunt determinandæ
per pares curiæ, vt in feudis, de controuer-
sia feudi apud pares terminanda.c.1. & de con
tentione inter dominum & fidelem: de inuesti
tura feudi in c.1.faciunt no. per Inno.& Anto-
nium de Butr.in c.celerum,de iudi.de for.com
pe.c. videlicet. Et ideo merito isti examinato-
res,vt pares curijs assistunt præsidenti in regno
Valen.& Cathaloniæ principi qui præest curiæ.
Et est iudex in Aragonia iustitiæ, Aragonũ qui
est iudex inter principẽ, & curiam de foro prin
cipe præsidentis.Et sic assidentes, vel examina
7 tores vulgo vocati sunt assessores. † Et quia di-
ctum est supra qui possunt de iure & foro in cu
ria præsidere, & curias, vel parlamentum cele-
brare.Occurrit quotidianum dubium, & sæpis
sime ventilatum,forus regni, & constitutio di-
sponunt,quòd solus princeps possit curias,vel
parlamentum celebrare, & in casu necessitatis
regiæ personæ eius primogenitus princeps no
ster in armorum degens expeditione, non ha-
bens primogenitum extra mare constitutus ei'
l locumteñ.generalis [l] vult curias cõgregare.Pri
mo dubitatur an de foro sit prohibita conuoca
tio. Et posito quòd non, an statibus sic termi-
nis possit fieri, cõuocatio, & curiarum celebra
tio. Ad primum videtur quòd conuocare pos-
sit,quia id non vetatur foro, vel constitutione,
cum solũ prohibeant celebrationẽ,ergo in nõ
dispositis restat in dispositione iuris commu-
nis.ff. ad municipales.l.1. quæ dispositio iuris
est,vt est dictum,vt ne dum locumteñ. genera-
lis,sed etiam quicunq; præses possit coaduna-
re parlamentum, vel curias. vt in tex.notab.Et
ibi Bar.in l.obseruare.C.de decurionibus.li.10.
8 † Quanto ergo id plus potest facere locumteñ.
generalis maximè, vt hodie solent constitui cũ
expressa potestate curias celebrandi.Et consti-
tuitur, quia ponitur in locum principis cũ ple
nissima facultate, merito igitur maiori vtitur
prerogatiua quàm præses ad hoc ca.si Abbatẽ,
& quod ibi no. de elect.li.6. ergo potest ea quæ
sunt principi reseruata. Ad hoc optimus tex.
in l.1.in fi.ff.de offi.præfect.pretorio,vbi tex.cre
didit enim princeps eos qui ob singularem in-
dustriam explorata eorum fide,& grauitate ad
huius officij magnitudinem adhibentur non
aliter iudicaturos esse, pro luce dignitatis
quã ipse foret iudicaturus.Et pro hac parte fa-
cere põt, quia is qui iudicare non põt, obstãte
fori præscriptione,citare tñ potest,& citatus te
neẽ cõparere,allegaturus priuilegium suum,vt
no.in

not.in l.2.ff.si quis in ius vocatus nõ ierit, in l.si quis ex aliena.de iudic.& in cap.ꝑterea,de dila.
9 † Pro hoc etiã facit, quod in simili dispositũ inuenitur,nam quamuis in regno Valẽtię foro caueatur,quod unus solus uicinus ciuitatis sit iudex ordinarius omnium causarum,ab hac tamẽ cognitione non excluditur princeps vel eius locumtenens,neque ipsorum delegati. Nam prin
m ceps nõ potest istud imperium a se abdicare.[m] ff.de of.præsi.l.legatus, quæ est singularis lex ad hoc,& quod no.Bernardus,in sua gl.aurea, in c. super quæstionum, de offici. delegati. ad hoc l. 1.& quod ibi Bar.in 2.q.ff.de dam.infec.& per eundem,in l.iudicium soluitur.ff. de iud. & in l. fi.in fi.C.de legib.Et quod no.Cyn. in l.vnica.C. qui pro sua iurisdõne. Et quod scribit Bald. in feu.de noua forma fidelitatis. Nam princeps nequit a se expropriare iurisdictionem maximè illam supremam,& hæ ultimę rationes,sunt cõmunes ad cõuocationem & celebrationẽ. In cõtrarium tamen.Et quòd etiam cõuocatio videatur prohibita,probatur.nam cum iudex est notorie incompetens,vt posset dici in ꝓposito, cũ de foro & cõstitutione nequeat curias cęlebrare,[l] nec in eis ius dicere,citare nequit, neque citati tenentur cõparere,vt no.gl.in d.l.ex quacunque allegans.l.finalem.ff.de iuri omn.iud. vr̃ ergo di
10 ctã conuocationem ẽt iure prohibitam.†Etiam cum quid prohibetur omnis sequela per quam peruenitur ad id prohibita videtur, vt in regul. iur.c.cum quid vna via,& quod ibi in gl. & in regula,cum quid prohibetur,de reg.iur. lib.6. Ad id bene facit,immo videtur expressum.l. oratio. ff.de spon.& ibi glo.Nam prohibitum erat senatorib.nuptias cælebrare, & nil dictũ erat de spõsalib.Ideo etiam de sponsalibus quæ sunt præãbula inhibetur,& ideo dixit ibi glo. not.quod si quid prohibetur,& id per quod peruenitur ad illud,allegat.ff.de pact.l.quod dictum, ff.de fide in l.cum lex.C.de naturalibus libe.l. legem,in fi.
11 C. de vsuris.l.eos,in fi.cum similib.†Item quia q̃uis expressè de conuocatione non sit dispositũ. ex idemptitate rationis ẽt in pęnalibus, et exorbitantibus fit extensio,vt voluit glos. magistra. in c.quicquam,de vsur.lib.6. Nam licet illa constitutio solum prohibet usurarijs manifestis cõfectionem testamenti, gloss. ex idemptitate rationis extendit ad codicillos. Et ideo datur talis regula,quod quotiens a iure antiquo,duo casus sunt æquiparati,vt in proposito, cum de iure communi,tam conuocatio, quam cælebratio erat præmissa præsidenti, tunc ius nouum correctorium loquens in vno casu,intelligitur loqui, etiam in alio.l.fin.C.de indicta uidui. facit. l. fi. ff.de accepti.& c.a multis,de ætate & qual. & c. miramur,de serui.non ordinan.l.marcellus. §.1. et qđ ibi no.ꝑ Bar.ff.ad trebel.& ꝙ no.gl.in l.ꝙ vero.ff.de legib.Et in l.si ꝗs seruo. C. de fur. & in l.2.ff.de leg.2. & sic vr̃ quod nedũ curiarũ cele-
12 bratio,sed illarũ conuocatio est ꝓhibita. † Nec obstat quod dicis,quod princeps nequit a se abdicare tale imperium &c. quia imo potest ꝑ le-
n gem pactionatã,ꝙ trãsit in naturam cõtractus[n] cũ princeps illis ligetur,& eius successores iuxta.c.primũ,de prob.& no.ꝑ Bal. in l. digna vox. C.de legib.qui alleg. gl.ꝙ loquitur de capitulis pac. cõstantiæ,in auth.de defen.ciui. col. 3.& l. pen.C.de don.inter uirũ & uxorẽ.Et facit. l. Cæsar,de pub.adhoc quod no.cano. in c. nouit, de iud.& in c.in nr̃a,de iniur.& latius Anton.de Butrio,de const.c.cũ M.Ferrar.Bar.in l. omnes populi,de iust.& iur. Et per ista tacitè responsum est,si bene ponderes ad argumenta in contrariũ facta,tamen cogita.Restat circa propositam qõnẽ principalẽ,secundum dubium, an in casu ꝓposito dictæ necessitatis,possit dictus locumtenens generalis cõuocare & cælebrare curias, & vr̃ quod non obst.l.regni,s.foro regis Petri anni. 63.quæ est lex pactionata in regno Valentiæ, & transit in naturam contractus.Et idem in Catalonia,ex constitutione,ut in iurib.ꝓ roxime allegatis.Sed in contrarium posset dici stante absẽtia regis,& illius necessitate. Primo, quia clarũ est de iure,quòd congregatio curiarũ vel parlamenti ad eũ pertinet qui est præsidẽs in prouincia,ut in dic.l. obseruare. C. de decurionib. lib.
l 10.Nã ibi dicit tex.obseruare magistratus oportebit,vt decurionib.solemniter in curiã vocatis nominationem ad contracta munera faciãt &c. Et ꝑ uerbũ oportebit.ibi in lr̃a positũ,dicit Bar. ꝙ necessitas ẽt magistratib.imponit cõsiliũ,vel parlamentũ congregãdi,quotiẽs de necessitate hoc faciendũ incũbit,scđm Bar. ꝑ iã dictis optimè facit,immo est ibi casus scđm Bart. in l.pen. de leg.C.lib.x.videlicet ꝙ qui ꝑsidet ꝓuinciæ, coadunat cõsiliũ uel parlamentũ vniuersale ꝓuinciæ,qđ intellige nõ quod oẽs de ꝓuincia debeant ire,qa hoc esset durũ &c. adiuuantur ẽt ꝑdicta,quia præses prouinciæ quando magnũ & necessariũ negociũ imminet ꝓ bono publico, põt cõuocare consiliũ,& alios Magnates suæ ꝓuinciæ,& alios ꝓbos uiros ẽt cõuicinos,istud ꝓbat ex coniũctione duarũ legũ.Primo in l.cũ no
o uarchorũ.C.de nauicularib.li.12.Scđo, in feud. de clerico uiolatore pacis.[o] §.post natale. Ergo supposita ꝑtãte a iure cõi in casum necessitatis regiæ ꝑsonæ uel regni, in quẽ casum forus non disponit max.non stãte primogenito, nõ est dubiũ q̃n casus necessitatis restet in dispõne iuris cõis,ꝑ dictã.l. primã,ad municipales, cũ simili. qđ ẽt ꝓbat,qa lex uel forus ꝑcedẽs dictã.l.vel forũ ꝓhibitiuũ curias cęlebrari,loquit̃ de curijs cęlebrãdis,ꝙ celebrant̃ ꝓ reformatione status pacifici regni,& boni publici reformandi, ac legibus necessarijs concedendis.Et subdit lex iã dicta ꝓhibitiua. Item quòd curia uel parlamenta non fiant nisi per regem uel eius primogenitum. Et sic erit intelligẽdum,& repetendum secundum
p materiã præiacentẽ[p] ad quod faciũt no.in l.iure petẽ.ff.de leg.3.max. cũ æquitatis, rõ,id suadeat

deat. Faciunt quæ habentur per Barth. in pro-
pria materia, in l.prætor ait.§. erit autem diffe
13 rentia.ff.vi bo. rap. † Item quia in ijs legibus
q potius mentem legiſlatorum [q] conſiderare de
bemus, quam verba, vt.l.cum mulier. ff.ſoluto
matrimonio.l.ſcire oportet.§.oportet.ff.de ex-
cu. tu. & de elect. c.ſi poſtquam, in glo. ordina.
ſuper verbo mẽtis. quis enim tam fatuam uult
r interpretari mentem legiſlatorum [r] vt in ca-
ſu neceſsitatis regiæ perſonæ, velit dictam. l.
prohibitiuam curias cælebrari, in caſum ne-
ceſſarium extendi, pro quo allego tibi duo
14 vel tria iura dicentia † ad caſum neceſſarium,
verba ſtatuti vel priuilegij non extendi. l. pri-
ma. C. de nauibus non excuſandis, libro vn-
decimo. vbi tex. in fi. cum omnes in commune,
ſi neceſsitas exigerit teneantur vtilitatibus
publicis obedire ſubiectionem, ſiue dignitatis
priuilegio cælebrare. per hoc etiam allego. l. pri
mam cum ſecũda. C. ex quibus muneribus uel
prꝧſtationibus neminem liceat ſe excuſare. li-
bro decimo. pro quo. l. vnica. C. nemini licere
in emptione ſpecierum ſe excuſare, libro deci-
mo. pro quo etiam facit quia ad caſum neceſ-
ſitatis, is habet arbitrium & poteſtatem qui
aliàs non haberet, quotiés periculum eſt in mo
ra, vt.C. de nauicularum. l. cum nouarchorum.
Et ſcribit Bal. in. l. ſed & ſi per prætorem. §. ſed
& ſi magiſtratus. ff. ex quibus cauſis, ma. Pro
iamdictis optime facit, quia quotiens verba
priuilegij, vel ſtatuti trahuntur ad noxam pri-
uilegium reuocatur, vt extra de decimis. c. ſug
geſtum. Et maxime quia quod nõ poteſt aliàs
vigore locumtenen. dicamus poſſe ex ſpecia
li commiſsione ſibi conceſſa, argumen. not. in
glo. in. c. is cui, de offi. delegati, libro ſexto, in
glo. ſuper verbo, per alium, & per Ange. in l. &
quia, de iuri. omnium iudic. Et quia iam pluri
bus vicibus practicatum eſt, vt ſit ſic introdu-
cta poſſeſsio, & conſuetudo, ad hoc c. cum de
beneficio, de præben. libro ſexto. Et quod not.
in l. 3. C. de epiſcopali audien. ¶ Et ideo ſolent
conuocari per prꝧſidentem prouinciꝧ, locum-
tenentis generalem, in caſum neceſsitatis re-
giæ curias habilitare, vt omnis fori dubitatio
tollatur, cum etiam in actibus voluntariæ iu-
riſdictionis procedat prorogatio iuriſdictio-
nis. vt in dandis tutoribus & curatoribus, vt
not. ſingulariter Bald. in. l. 1. C. de iuriſdi. om-
nium iudi. ¶ Ad quod facit quod idem Bald.
not. in. l. 1. C. de emenda. lib. & ſic is poteſt actũ
facere, qui aliàs non poſſet. Et ita fuit practica
tum in hoc regno, in curijs cꝧlebratis per domi
nam reginam, vt locumtenentem generalem
in villa traygariꝧ. Et per dominum Ioannem,
regem Nauarrꝧ, locumtenentem generalem in
ciuitate Valẽtiæ. Anno domini, milleſimo qua
dringenteſimo triceſimoſeptimo, & octauo.

CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶ CVRIA eſt congregatio.] Aliàs curia dicitur, & appellatur territorium vel comitatus alicuius Caſtri. arg. capitul. 1. de capitan. qui Cur. vendid. per quem ita voluit Nellus de ſanct. Gemi. in tract. bannitorũ. Parte 1. ſecund. temp. q. 56. circa medium. quem ſequitur, & allegat Socyn. in conſil. octuageſimoſexto, in cauſa communitatis. columna ſecunda, verſiculo, ſecunda concluſio. volumine primo. aliquando ſumitur pro loco in quo ius redditur. vt in l. penul. ff. de iuſt. & iur. alio modo etiam curia appellatur pars ciuitatis, vt fecit Romulus qui diuiſit populum Romanum in triginta curias, vt in l. 2. in princip. vbi Hierony. Cagnol. num. 17. num. 22. 25. ff. de orig. iur. & voluit T. Liuius ab vrb. condita. libro 1. in caſu tamen noſtro hic capitur pro congregatione, & parlamento quod congregat princeps pro optimo regni ſtatu, & gubernio. per iura hic in principio per Bellugam, allegata. & tradidit Nellus ubi ſupra. & Cagnolus numero trecenteſimo, & voluit Matth. de Affli. in regn. conſtitutio. ſtatuimus. numero quinquageſimo, ſequitur Proſper Carauita in pragmatic. filiorum familias. §. quarto, numero duodecimo, cum ſequenti, & videri poteſt Oldrad. in conſilio ducenteſimo, Frãciſcus Aretinus in conſilio decimoquinto, Guido Papꝧ in deciſione Gratianop. quadringenteſimo quinquageſimoprimo, quid contineatur. Nicolaus Boer. in tractatu, de authorit. magn. concilij. addit. 2. nume. centeſimo ſexageſimoſeptimo, & late Ioan. Anton. de ſancto Georgio dictus præpoſitus. in capitulo 1. in prin. de capit. qui Cur. vend. in feudis.

b ¶ DECVRIONES, ſiue conſiliarii.] Domin. Belluga in iſto loco, ſiue intelligeret de conſiliariis regis, ac Curialibus, iuxta declarationem Bedæ ſuper illo textu Matth. decimoquinto, & Lucæ vigeſimotertio, Ioſeph nobilis decurio, qui aſſerit decurionem eſſe illum de ordine curiæ, & qui officium curiæ adminiſtrat. & hæc declaratio non eſſet ſatis abſona, cum in celebratione curiæ, ſiue parlamenti pro Regni ſtatu omnia gerat cum conſilio ſuorum conſiliariorum. Siue de decurionibus ciuitatum, ad hoc dicit Petrus Iacobus in ſua practica, in titulo, de Conſuli. numero primo, & ſecundo, quòd cõſiliarii ciuitatis noſtri temporis non ſunt verè decuriones, neque in antiquorum decurionum locum ſubrogati dicuntur, per rationes, & iura ab ipſo allegata. Sed doctores communiter aſſerunt antiquorum decurionum in locum ſubrogatos eſſe cõſiliarios &, antianos ciuitatum, qui ſunt deputati ad rei publicæ adminiſtrationem, & gubernationem. Voluit Accurſi. in rubrica C. de decurion. libro decimo, ſequitur ibidem Bartol. Alexand. & Ioan. de Platea. & Lucas de Penna. Idẽ Bart. in l. Non ambigitur. ff. de legib. Ludouicus Romanus in conſilio quadringenteſimo trigeſimoſexto, quod indultum. numero vndecimo, in conſil. quadringenteſimo nonageſimooctauo, in caſu quo quꝧritur. numero decimoſexto. iterum in conſilio quingẽteſimoprimo, vt declarationem. numero nono, Alexan. in conſilio 16. in cauſa, & lite. num. 1. vol. 6. in conſilio 40. in cauſa. nu. 1. volum. 7. videtur etiam hoc de mente Vicentii Maxillæ. in commentar. conſuetud. Bari. §. inter milites. nu. 8. ſub rub. de immunitatibus noſt. ciuita. & Dom. Petri Foller. in pragmatic. de regimin. uniuerſ. maxime. c. 16. nec immerito dicuntur conſiliarii: quia conſilii publici cauſa, probiores elegebantur inquit gl. in ver. decima in l. pupillus. §. decurionꝧs. ff. de ver. ſig. ubi ille tex. aſſerit quod decuriones erant illi, quorũ decima eligebatur cõſilii gratia, & cõſcribebantur. Et Petri Iacobi ubi ſup. num.

numero secundo. Et decuriones meliores, ac idoneiores eligi debent. l. ad subeunda. C. de decurio. libro decimo. Et antiquissima fuit eorum creatio obseruata etiam à Moise. Deuteronom. capitulo secundo, & de nonnullis qualitatibus, & requisitis Decurionum, siue Antianorum, ac gubernatorum vniuersitatum. vide per Petr. Iacobi. in titul. de consulibus, per totum, & per Petrũ Foller. vbi supra. capitulo decimosexto. & tales consules debet eligere successores ante finem eorum administrationis per tres menses, vt dicit Martinus Laudens. in tractat. de officialibus dominor. §. quinto, consules, per quædam iura, quæ ipse allegat, & ego inuenire non potui. Et talis electio debet a superiori confirmari, ut in l. si quos spontaneos. C. de Decurio. libro decimo, & Laudens. vbi supra. per quædam iura similiter corruptè allegata. Et nonnulla Decuriones habebant in iure priuilegia, & inter cætera, non subijcebantur quæstionibus, vt in l. decuriones. C. de quæstio. immo etiam qui olim fuerat decurio non torquebatur etiam decurionatu cessante. text. in l. fi. ff. de quæst. vbi Franc. c. Tigrin. asserit per illum textum, Martinum de Fan. quendam à morte liberasse. sequitur Andr. Barbat. in c. Sedes apostolica. columna quarta, versiculo. & etiam allego. de rescrip. Hyppolyt. de Marsil. singul. centesimoseptimo, priuilegium, & iterum in singul. centesimoseptuagesimonono. viget communiter. sequitur Andræ. Tiraquel. in tracta. cess. causa. limita. 15. numero tertio. Ioannes Milleus in praxi criminum. §. conuocato consilio. numero decimoquinto, fol. 125. in paruis. Marsil. in praxi. §. expedita. numero vigesimoseptimo. Petr. Iacob. vbi supra. ¶ Limitatur tamen ista conclusio non procedere in crimine falsi quia torquebitur. vt in l. si quis decurio. C. de fals. Andræ. Tiraquell. in tracta. de pœnis. causa. 31. numero vigesimotertio. ¶ Secundo limitatur non procedere in crimine læsæ maiestatis. l. nullus. C. ad legem Iul. maiestat. l. de minore. secundo responso. ff. de quæst. Angel. in tracta. malefi. in versic. che hai tradito la tua patria. in princip. sequitur referens Iodocus Damhouderius. in praxi crimin. capitul. quadragesimoprimo, numero septimo. ¶ Tertiò, limita secus seruari de consuetudine, & quotidie torquentur. vt voluit Matthæ. de Afflict. in capitul. si voluerit. numero decimoquarto, de Capitan. qui Cur. vend. in feudis. sequitur Andræ. Tiraquell. causa. 21. numero decimoseptimo. & ita ante eos tenuerunt multi, quos refert, & sequitur D. Iulius Clarus in praxi criminal. q. 64. numero vigesimosecundo. ¶ Quarto, & vltimò limitatur secus esse si quis deliquerit in officio, ex quo poterit torqueri. ut l. qualiter. C. de decurio. libro decimo, & Andræ. Tiraquel. in dicto tract. de pœnis. caus. 58. numero quarto. ¶ Decuriones etiam tales donare prohibentur res ciuitatis. voluit Bartol. in l. ambitiosa. ff. de decret. ab ordi. facien. remunerationis etiam causa donare poterunt. idem Bartol. in dicta l. ambitiosa. columna secunda, versiculo, quæro vtrum liceat. & ibi Alberic. numero secundo, argumen. text. in l. iubemus. §. scientes. C. de sacrosanct. ecclesi. sequitur Alexand. in consilio. ibi. viso themate. in fine. volumine secundo. Alberic. de Rosa. quæstione 122. in prima parte statu. Felin. in capitulo accedentes. columna final. conclus. nona, de præscriptio. cum multis allegatis per Andræ. Tiraquell. in rep. l. si vnquam. in verb. donatione largitus. numero 22. C. de reuoca. donatio. & tales donationes fieri debent per adunantias, & maiorem partem, vt per Alexand. in consilio 44. numero 9. volumine quarto, & tenuit Do. Petr. Foller. in prag. de regimin. vniuer. c. 19.

c AD secundum autem.] Causæ conuocationum exprimuntur hic per authorem. & idem Belluga infra rubric. 8. per totum ad materiam. per Angel. in Consil quadragesimoquinto, vacante. per Anton. Capicium in decisione vigesimaseptima, numero vigesimosecundo.

d ¶ DEPRAVATA corrigantur] Inde inquit Augustin. in lib. de duodecim gradib. abusionum. gradu nono, etenim Regem non iniquum, sed iniquorum correctorem esse oportet. & idem Augustin. in libr. de correctione Donatistarũ ad bonifacium. capitulo sexto, inquit, quando autem pro veritate contra falsitatẽ, constituunt bonas leges, terrentur sæuientes, & corriguntur intelligentes. Vnde Ambros. in lib. de Paradiso. in cunctis sacrificijs nullum est Deo gratias, quam quod innocens conseruet innocentiam, & iniquus relinquat iniquitatem. Inde lactantius lib. 6. c. 24. inquit. Nemo potest esse tam prudens, tam circumspectus, vt aliquando non labatur, & idcirco Deus imbecillitatem nostram sciens, pro sua pietate aperuit homini portum salutis, vt huic necessitate cui fragilitas carnis subiecta est, medicina pœnitentiæ subueniret, ergo quicunque aberrauerit referat pedem, sed quàm primum recipiat, ac reformet. Vnde Iacob. c. vlt. qui conuerti facit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam suam à morte. Inde Gregorius. Ego ab omnibus corripi desidero, ab omnibus emendari paratus, illum solum amicum meum æstimo, per cuius linguã ante aduentũ districti iudicis maculas meæ mentis abstergo. & Beda. qui errantẽ corrigit, per hoc ampliora gaudia vitæ cælestis sibi conquisiuit. & Hieronym. Qui potest obuiare, & perturbare peruersos, & nõ facit, nihil aliud est, quàm vouere impietati eorum.

e ¶ PRAESIDERE princeps.] Merito princeps pśidet curiæ, cũ oia dicta i Imperatore habeãt locũ i Regib. & Principib. nõ recognoscẽtib. superiorẽ, veluti est noster Rex iste Hispaniæ & Siciliæ. vt in c. Adrianus, el 2. 63 dis. omnis Princeps Imperatori similis, merito pest, qa est supra omnes laicos pter illos q sunt in terris donatis ecclesiæ Romanæ. Inno. in ca. Nouit. de sent. exco. Maxi. in tpalib. sua est celsitudo. Card. post gl. in clem. 1. opposit. 4. de iureiu. est. n. supremus omniũ. l. pẽ. vbi Bal. C. de bonis q lib. Ideo ipse debet pśidere cũ ita fuerit aliàs seruari solitum, vt vult D. Author hic, qui consuetus ordo seruari debet in sessione put voluit Bal. in c. 1. qui feud. da. poss. sequitur Martin. Laudẽ. in tract. de Princip. §. 292. proceres. & in simili ponit Petrus de Monte in sua Monarchia. q. 5. & præcedere is debet in cuius psona concursus est maioris dignitatis. l. 1. C. de consulib. li. 12. & voluit Marinus Freccia. in tract. de subfeud. Baro. li. 2. q̃ dicat Dux. nu. 46. quis autẽ Principis psonã dignitate pcedi, cum dignitates ab eo fluant, & refluant. vt voluit Bald. in c. 1. qs dicatur Dux vel March. tex. in l. in nomine Domini. vbi Ioã. Fab. C. de offi. pfect. pro. Afric. & Aluarotus. in c. 1. in princ. de Feud. Marchiæ. & Princeps ipse de ordine est Concilij. voluit Io. de Pla. in l. ius senatoris. C. de dignita. li. 12. sequitur Nicol. Boer. in addi. Io. Monta. in tract. de Authorit. mag. concil. nu. 130. sequit ẽt Prosper Carauit. in prag. filiorumfamilias. §. 2. nu. 6.

f ¶ NECESSITATEM reipub.] Ad materiã horũ verborũ vide Bellug. j. rub. 9. & iterũ rub. 25. de necessitate plura tradidit Alber. in l. 2. C. de prib. q fil. distrax. & in l. 1. ff. de of. pcõsul. Lud. Ro. in l. si uero. §. de viro. ff. so. ma. & necessitatem Deam iudicauit plato. in lib. de Repub. 10. Alijquè Philosophi iudicauerunt fatum. Refert Plutarch. de Placit. Philosoph. lib. 25. & 27. necessitas dicitur sæua per Horatium lib. 1. ode 35. & dira, per eundẽ. lib. 3. ode 24. grauis à Platone in Phædone. Teterrima à Valerio. lib. 7. & ob necessitatem reipublicæ se per inspicitur eius vtilitas. l. hoc modo. in fin. ff. de condit. & demonstrat. faciunt notata per Corn. Perusi. in consi. 287. litera o,

litera o, vol. 4. per Hippolit. de Marsil. in sing. 101. pater & per Thom. Grammat. in decision. Neap. 12. Hector, & Annibal. nu. 17. & ideo solet dici quòd necessitas legem non habet. l. 1. C. de offi. consul. glo. in l. 2. §. mutui datio in versiculo non potest. ff. si cert. petat. Et ideo si celer immineat. Res ecclesiæ sine solemnitate poterit alienari. voluit Card. in clemen. 1. q. 19. de reb. eccle. nō alie. ratione publicæ vtilitatis, cuius ratione propter necessitatē Papa potest dispensare vt vnicus filius Regis monastetiū ingressus ducat vxorem ne Regnum destituatur. Bal. in l. paterfam. §. si. ff. de adoptio. ob procurationem liberorum amplectitur Iason. in l. si arrogator. col. 2. versic. item attēde. eo. ti. cū alijs allegatis per Catellian. cottam in memor. in §. filius vnicus. cui concinunt verba Gersonis De contemptu mundi lib. 1. c. 15. benefacit. ꝙ magis communitati, q̄ suæ voluntati seruit. & iterum c. 19. cauendū tamen ne piger sis ad communia, & ad singularia promptior. Et ideo necessitatis tempore licitū est furari pro victu ad famem repellendā. c. si quis propter. de furt. voluit late Ludouic. Roma. in l. si vero. §. de viro. fall. 54. vbi latissime ff. solu. matr. & Philip. Deci. in l. 1. nu. 8. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdict. & in l. quæ propter. nu. 4. ff. de reg. iuris, quod ēt sequitur Raynaldus Corsus indagat. iuris. lib. 1. c. 18. vbi asserit id procedere ēt in vestibus, contra opinionē Deci. vbi supra. Et ideo potissimum in duobus laudatur Pertinax Imperator, primo quòd legem fecerit vt morientiū ab intestato bona ad proximiores, non ad fiscum deuoluerentur, & ob id ægrè ferentibus fisci officialibus, deque lata lege conquerentibus, respondisse fertur, scio P. C. plures esse, qui legem hanc approbant, q̄ qui de ea conquerunтur. Secundo ꝙ Diuitum Histrionum bona pro vtilitate communi publicari fecit, pro subueniendo reip. necessitati. Testatur Dom. Antonius Gueuara in eius vita. & de cōi, & publicæ rei vtilitate, ac pro necessitate reip. repellenda infinita propemodum ego dixi in tract. 1. substantial. .... vbi vide. & videas nouissimè D. Paulum Merēda in consi. 2. in causa. nu. 12. vol. 1.

g ¶ PRAESES Prouintiæ] non mirum, quia sicuti potest princeps in vrbe, illud idem poterit preses in prouintia. l. Fluminum. post princip. ff. de damn. infec. voluit Lucas de Penna in l. 1. col. pen. C. de expens. Ludo. lib. 11. In regno autem isto Neapolitano præsides prouinciarum vocantur iustitiarij prouinciarum, & non habeat in omnibus posse principis vt videre licet ex regni consti. occupatis. vbi Matth. de Afflict. sub Rubr. de numero officiorum, & in Const. iustitiarijs. vbi latissimè Afflict. vbi nume. 5. ponit quo tempore tale officium fuerit inuentum.

h ¶ ARCHIEPISCOPVS, vel Patriarcha.] Concilium Prouinciale congregare tenebitur Archiepiscopus Metropolitanus. vt in tota. 18. distinctio. in qua nō extat c. q̄q̄. hic corruptè allegatū. facit. c. sicut de Accu. & Tertium Concilium Aurelianense. c. 1. & Conciliū Lateranense celebratum sub Leone x. Session. 10. & nouissime Concilium Tridentinum. in cap. Prouincialia. Sessio. 14. in quo statuit faciendum esse saltem singulo triennio post octauam Paschæ resurrectionis D. N. Iesu Christi, & in primo concilio prouinciali faciendo post absolutum illud generale mandatum erat Archiepiscopis, & & primatibus, ad quos spectabat de iure, vel consuetudine congregare concilia prouincialia, vt recipiant acta in concilio Tridenti. & spondeant obedientiā Romano Pontifici, & detestentur Hæreses. & alia vt in ca. cogit. Sess. 25. & in materia Vide Panor. in cap. quo ad translationem. nu. 7. de offi. deleg.

i ¶ SINE consilio.] Vide late infra per eundem Petrum Bellugam Rubrica. 10. & ego non nulla tetigi in tractatu de libro 1. substantiali. scilicet per totum. & dicam statim.

k ¶ PRINCIPALITER non sententiant.] Credo certissimè istam opinionem veriorem esse, quòd vocati in curia, seu congregatione, vel parlamento non diffiniant, neque in Principis sententia aliquod ipsorum consilij de necessitate requiratur, aliás enim dici non posset Principis placitum legis habere vigorem. iuxta, §. sed quod principi. inst. de iure natural. gent. & Ciuil. vt breuis autem conclusio fiat, in tantum vocati in congregatione vocem habent sententiandi, quatenus ipsis vti prudentibus à Principe concederetur, vt fecit primus omnium Augustus, qui mandauit vt eius authoritate Iureconsconsulti responderent. Voluit Aymarus Riuallius Historiæ Iuris ciuilis lib. 5. capitu. 1. & credēdum est quòd assistant tantum sententianti, vt postrelatos hic voluit Abbas Panor. in capitulo. Et si membra quod est si. num. 1. 2. de his quæ fiunt à prælato sin. consensu. epis. dicam in Rub. 2. versi. Procerum.

l ¶ LOCVMTENENS generalis.] Arbitror quòd sicuti Princeps, ita & eius Vicarius, ac locumtenens generalis poterit curiam conuocare, & parlamentum etiam pro lege facienda: voluit Angel. in l. Apertissimi. in primo nota. C. de iudic. potest enim omnia locumtenens genetalis, quæ posset is, in cuius locum substituitur, licet posset prædicta, non tamen alium sibi poterit locumtenentem substituere argumen. leg. a iudice. C. de iudic. in lege, si augustæ. ff. de legatis secundo, voluit Bald. in l. prima, §. a præfectis. ff. de legatis tertio. Paul. de Castr. in l. 2. in fine, ff. de officio eius cui mand. est Iurisdict. Alex. in l. & quia. in fin. C. de iurisdict. omnium iudicum. vbi ante eum Guliel. de Cune. Habet enim merum & mixtum imperium, & omnimodam potestatem, (pro vt amplissimam habet potestatem prorex Regis nostri in Regno) vt voluit Bartol. in dicta lege prima, §. his quibus. ff. de legatis tertio, Bald. in authentic. sed nouo iure. C. de seruis fugitiuis, & Alexand. in lege prima, columna decimanona, ff. de officio eius. & ideo locum eius cuius vicem substinet in sessione obtinere debet, talis locumtenens. capitulo præcipimus. nonagesimotertia, distinctio. gaudet enim eiusdem prærogatiuis, ac priuilegijs quibus gaudet Princeps, qui eum constituit, & omnia potest, quæ ipse principalis posset. Cardinal. Florenti. in clementina prima, opposit. sexta, de offi. Vicar. sequitur Francisc. Marc. Dec. Delphinat. tricentesima decimaseptima, numero vigesimoquarto, volumine primo, & in decisione quadringentesima uigesimaprima, nu. m. 1. eo. volum. uoluerunt Archidiacon. & præposit. in capitulo Aretina. sexagesimatertia, distin. Alberic. in lege suggerente. C. de offi. eius qui Vic. alt. & voluit nouissime dominus Quintellianus Mandorius in Praxi commissionum, form. 1. in uersicu. seu eorum locumtenentibus. & bene dominus Carauita in Pragmatica filiorum familias. §. secundo, numero octauo, cum pluribus. sequenti.

m ¶ IMPERIVM a se abdicare.] Quòd nō cēseatur Imperator, Rex, seu Princeps abdicare à se summū Imperiū, ac summū ius illud. Voluit Bal. in tit. de pace cōstat. in versicu. successorū suorū, & in pludiis feudorū. circa mediū. uers. expedita diffinitione feudi. et in l. q. se pris. col. pen. C. de bonis quę lib. Idem Bal. in consi. 327. col. 3. & in consi. 333. colum. fin. vol. 1. Ang. in l. si certarum. in fin. ff. de testam. milit. Ioann. de Imol. in rubric. ff. de verborum obligation. sequitur Alexand. in l. filio quem pater. in principio. nume. 15. ff. de liber. & posthum. & idem Alexand. in consil. 24. Ponderatis. col. fin. versicu. denique, volum. 5. & Iacobus Mandellus Albens.

Albenſ. in conſilio 62. quamuis. numero 10. & iterum. in conſilio 64. quia articulus, num. 47. & plura alia cumulans Camillus Salernus. in conſuetud. Neapol. in Prooemio. §. præfatis. in apoſtill. incip. Magna eſt Principis. Et ideo ſi Princeps infeudat caſtrum, vel territorium cum omnimoda iuriſdictione, non veniet eo caſu niſi prima cognitio cauſarum ciuilium, vel criminalium, nec venient cauſæ appellationum niſi in priuilegio fuerint expreſſæ, ſemper enim videbitur reſeruatum ius appellationis, & ſuperioritatis. Ioann. Andr. in additio. Specul. in titul. de iuriſdictio. omnium iudicum, ſequitur Angel. in l. 1. §. 2. ff. de offic. eius cui manda. eſt iuriſdictio. & vltra rationes ab ipſis inductas poteſt dici non includi ſupremam ipſius Principis poteſtatem. l. inquiſitio. C. de ſolutio. l. quicquid. ff. commun. prædiorum. & in l. ſi mercedem. §. fina. ff. de action. empti. Et princeps ipſe propria conſtitutione non ligatur. l. Princeps. ff. de legibus. c. canonum ſtatuta. de conſtitutio. Cyn. & Bald. in l. cum ipſe. C. de contrahend. emptione. idem Bald. in cap. 1. §. ad hoc. de pace iuram. firman. & in l. 1. §. ſcimus. ff. de latin. lib. toll. vbi dicit ita diſputaſſe Ioann. Andr. In generali enim ſermone loquentis perſona non venit. l. ſi peculium. §. ſicut. ff. de pecul. legat. Ioann. Andræ. in cap. cuilibet. de regulis iuris in 6. quia ſibi ipſi imperare nemo poteſt: l. ille a quo. §. tempeſtiuum. ff. ad Trebellian. l. penult. ff. de arbitr. quorum authoritate dixit Ioann. Andræ. in dicto capit. cuilibet. quòd Epiſcopus conſtitutione propria non ligatur. Et Andræ. de Iſern. in titul. de conſuetud. recti feudi, dicit quòd ſi princeps ſtatuat in omnibus deberi aliquid obſeruari, de ſe ipſo non intelligetur ſtatuere, argumen. l. qui inſulam. in fine. ff. locat. Et ideo princeps concedendo baiulis, & eorum officio vti ordinarijs cauſarum ciuilium poteſtatem reaſſumendi instrumenta, non videtur à ſe talem iuriſdictionem, ſeu poteſtatem abdicaſſe, vt voluit Paris de Puteo, in tractatu de Reaſſumpt. inſtrum. rubric. 7. numero 6. Facit etiam quòd Dominus terræ in qua eſt portus non poteſt exigere ius exituræ, vel Anchoragij cum ſit de regalibus, niſi ſpecialiter à Principe expreſſum fuerit, quia cenſebitur reſeruatum. Ludouicus Roman. in conſilio ducenteſimo ſeptuageſimoprimo. Vis tota, numero 1. Refert & ſequitur Marin. Freccia, in tractat. de ſubfeudis Baro. lib. 1. tit. de offic. Admirati maris. num. 22. ¶ Limita tamen præmiſſam concluſionem non procedere, quando dictum eſt non poſſe principem ſupremum illud ſuperioritatis ius à ſe abdicare, non procedere dum princeps à ſe abdicaret, & eccleſiæ concederet, vt fecit Conſtantinus Syluestro. de quo per Bartol. in Prooem. digeſtorum, & per Bald. in princ. C. colum. 2. cum ſequent. & voluit Iacob. Mandell. in dicto conſilio 62. quamuis, numero vndecimo.

¶ Sublimitant aliqui procedere ſolùm cum donatio fit in eccleſiam Romanam, ſecus tamen in alijs, vt voluiſſe videntur Ioann. Andr. in addit. ſpecul. in tit. de iuriſd. omnium iud. in add. incip. Vidiſti duas opiniones. Paul. de Caſtro, in conſi. 74. quia fruſtra. colum. 1. & in conſi. 230. dubitatur in antiquis. Cuius contrarium, quòd idem iuris ſit in alijs eccleſijs. eſt gloſſ. in ver. ſuſcipiunt. in cap. ſolitæ. vbi eam ſequuntur Innocent. Abb. Panormita. & Felyn. de maiori. & obedien. idem Panormita. in cap. veniens. de accuſat. & in cap. 2. in fi. de delictis puerorum. Petr. de Anch. in c. Romana. col. 3. vbi Domin. de S. Gemi. & Philipp. Franc. in §. debet. de appellatio. in 6. maxime cum militet eadem ratio, quia cenſetur Deo facta donatio, vt voluit Bartol. vbi ſupra. & bona omnium eccleſiarum cenſentur bona vniuerſalis Rom. Eccleſiæ, voluit Ioann. Campegius, inter conſi. Bruni, in conſi. 2. col. 5. & 6. & voluit poſt eos Mandellus in d. conſi. 62. nu. 15. & vide Marc. in deciſ. Delphin. 233. volum. 1.

n ¶ NATVRAM contractus.] Poteſt à ſe abdicare reſeruata per viam contractus, quia contractus facti ab habente poteſtatem legis condendæ habentur pro lege. l. Cæſar. ff. de public. & vectig. l. pen. C. de dona. inter virum & vxor. voluit Philipp. Corn. in conſi. 70. In hac conſultatione. litera, d. volum. 2. & conceſſio facta dum tranſierit in conuentionem, & contractum eſt firma, & irreuocabilis, voluit Inn. in c. nouit, de iud. Ant. de Butr. in c. cum M. de conſti. ſequitur Ludouic. Roma. in conſi. 272. pro deciſione. num. 3. & iterum in conſi. 352. nu. 22. contractus enim Principis obligat ipſum & adrtingit ſucceſſorem in dignitate, voluit Iaſon, in conſil. 10. vol. 3. vbi dicit eſſe communem opinionem. refert & ſequitur Io. Baptiſt. Villalob. in tract. opin. commun. §. Princeps. num. 291. Videas autem Anch. in rep. ca. canonum. colum. 59. de conſt. tex. ſing. in c. 1. vbi docto. & Deci. de Probation. text. in cap. 1. vbi Bald. de natura feudi. Iaſo. in l. 1. ff. de conſti. Princip. in l. ciuitas. ff. ſi certum petat. Fely. in d. c. 1. de probat. tenent quòd reuocatio fieri non poterit. ſequitur Ludouic. Bologn. in conſi. 6. Curtius in conſil. 49. Iacobinus de Sancto Georgio in inueſt. feud. colum. 2. verſ. ſed an princeps. & Belluga infra, rubric. 2. & vide Ioann. de Anan. in conſil. 81. viſo inſtrumento. & Bartholom. Socin. in conſilio 7. ſuper quæſtione. & in conſil. 87. viſis. colum. 7. num. 13. verſic. primo fundamento. volum. tertio. Quòd idem in conceſſis ab Imperatore, vt ſucceſſor reuocare non poſſit, vt in his quæ ſunt de natura, & conſuetudine dignitatis, voluit Bald. in conſil. 326. Rex Romanorum. vol. 1. & Doct. in l. 1. ff. de conſtitu. Princip. late Matth. de Afflict. in conſtitut. Regni. Ea quæ ad decus. num. 2. ¶ Limita tamen prædictam concluſionem procedere quando princeps ſine cauſa vellet contractum reuocare, ſecus autem ſi cum cauſa quia poſſet. argum. l. qui fundo. C. de omni agr. deſert. lib. 11. per quem ita voluit Bald. in l. fin. in princ. ff. de Senator. in l. fin. in princ. ff. de poenis. in l. penul. C. de dona. inter vir. & vxor. Imol. & Anton. in c. cum M. Ferrarienſ. de conſt. Ludoui. Rom. in dicto conſi. 352. nu. 22. Alexand. in conſi. 101. viſis inſtrumentis. colum. 5. verſic. quod ſuperior. volum. 2. Bartholo. Soc. in conſi. 58. ſuper propoſita, colum. 1. in fi. volum. 3. & Andr. Tiraq. in tract. de poenis. in Præfat. num. 41. ¶ Limitant ſecundò, & vltimò ſupradicta procedere quando contractus eſſet oneroſus, puta quia eſſet ſoluta pecunia principi per priuilegiatum, quòd tunc reuocari nequit, ſecus tamen ſi priuilegium fuerit ex mera Principis liberalitate, & donatione, quia tunc reuocabile erit. Ita concludit Bartholom. Socin. in conſil. 87. viſis. numero 13. volum. 3. allegans Bald. in l. nuptæ. C. de Senat. & hæc poteſt pertinere illa quæſtio ſæpe, ac ſæpius in Regno Verſatilis, an ciuitas, vel caſtrum, factum de Domanio Regis poſſit iterum contra voluntatem ſubditorum infeudari per Regem, vt per prædictam Socini diſtinctionem dici, ac ſolui poſſit. Hoc dubium ponit Andr. de Iſer. in Reg. conſti. dignum. Ioan. de Neuizan. inter conſ. Bruni, conſil. 12. nu. 84. & Ioann. Franciſc. Ripa, in eod. vol. conſil. 80. Gulielmus Pernus Siculus in conſil. feud. 3. nu. 8. late Barth. Soc. in conſi. 4. vol. 3. Lucas de Pen. in l. 1. col. 2. verſ. an poſſit. C. de capit. ciu. cenſ. lib. 10. Guido Pap. in deciſion. Gratianop. 239. & ſingul. 265. Curt. iunior, in conſi. 174. Gulielm. Pernus in tract. de Principe, nu. 24. Aymo. Crau. in conſi. 241. & antea in conſ. 54. & Ioan. Anton. Rubeus Alexandrin. in conſil. 96. Andr. de Iſern.

de Iser. in ca. 1. §. similiter. nu. 27. de capita. q. cur. vend. & Hippoly. de Marsil. singul. 634. Abba. Panor. in consil. 3. vol. 2. Math. de afflict. in præludi constitu. Regni. q. 24. & in cap. 2. §. si quis fecerit. quo tempore miles in Feudis. & in §. præterea. ubi Sigismundus Loffredus. eo. titu. Rodericus Xuarez allegat. 9. D. Cæsar Vitellius Regis consiliarius vir nunquam satis laudatus, in procem. con suetud. Neap. §. præfatis. apostilla incip. ad materiam po testatis principis.

o CLERICO violatore pacis.] legendum est de pace iuramento firmanda. & viol. §. post natalem.

p MATERIAM præiacentem.] Et sic ex præcedentibus declarantur quæ sequuntur. Accur. in §. sed hodie. Instit. de satisdationi. voluit Socin. in consi. 53. in præsenti consultatione. colum. 3. vers. circa secundum. volu. 1. & in consi. 137. colum. 3. volum. 3. Ex præfationibus enim probatur contrahentium intentio. l. titia. §. idem respõdit. ff. de verb. oblig. Alexand. in consi. 7. vol. 2. Corn. Perusi. in consil. 79. litera k. volu. 3. & Iason in l. cum hi. in princip. ff. de transact. Et pacti vis ex tractatu, & colloquio præambulo, ac præcedenti colligitur. gl. in l. 1. ff. de iud. voluerunt Ange. & Iason in l. Pacta nouissima. C. de pactis Innocent. in c. Innotuit. de arbi. idem Iason in l. si quis cum aliter. ff. de verb. obliga. vbi dicit præcedentia esse præparatoria sequentium. Quorum authoritate verum dicitur esse illud, quòd si ante vel tempore contractus liberę venditionis tractatum fuerit de faciendo pactum de retrouendendo, quòd licet postmodum fiat pactum prædictum post contractum venditionis, censebitur contractus simulatus ex præcedenti illo colloquio, & tractatu. Ita voluerunt Bald. & Saly. in l. si per retentionem. C. de vsur. sequitur Nicol. Boerius. in decisi. Burdegal. 102. nu. 5. volu. 1. & idem Boeri. in consil. 40. viso processu moto. num. 36. cum pluribus seq. & dixi ego in consi. meo. 6. in te domine speraui. num. 30. cum plurib. seq. Et procemium considerari debet tamquam causa finalis. l. vt liberis. vbi Bald. in 1. notab. C. de collation. Ludouic. Gozadin. in consi. 7. prima facie. colum. 3. verficu. Nam procmium. Bartho. de Casseneo. in procemi. consuetud. Burgund. cum alijs allegatis per Excellentem, & eximium Iureconsultum Regium Consiliarium D. Vincentium de Franchis, in procm. consuet. Neapol. in uer. idem dicit. Et ex præfatione declaratur intentio finalis, & priuilegij inductiua. Marc. Ant. Natta in consi. 104 nu. 3. & iterum in consi. 164. num. 18. & Matth. de Afflict. in tract. de iure prothomis. §. 4. num. 13. & in simili Vdalrich. Zasius in l. stipulatio. §. hi qui. nu. 10. ff. de verb. obligation. & multa ex his, quæ sequuntur manifestantur ex principio, voluit Aristot. in 1. Ethicor. refert, & sequitur Camillus Plautius. in l. 1. in princ. num. 6. 7. ff. de off. eius cui mand. est iurisdic.

q MENTEM legislatorum.] Mens statuentis etiam tacita habetur pro expressa, & debet attendi potius quã verba. l. semper in stipulationibus. ff. de regul. iur. cap. quanto. de censi. l. inter vestem. ff. de auro, & argen. lega. l. cum quæstio. C. de leg. & in l. 3. de liber. præteritis. l. 1. vbi Bald. C. plus valer. quod agit. tex. in cap. secundò requiris vbi Abb. Panor. de Appellat. Barth. & latè Hippoly. de Marsil. in l. sciendum. ff. ad leg. Pomp. de parricid. Bart. Bald. Angel. Imol. & Alexand. in l. prætor. ff. de ope. noui nuncia. & nouissimè excellens Iureconsultus Eximius D. Borgninus Caualcanus in tract. de tutore, & curatore. nu. 84. Et sicut anima præfertur corpori, ita mẽs, & intentio præfertur verbis. gloss. notab. in cap. intelligentia. de verbo. signific. sequitur Petr. de Anch. in consil. 281. in auxilium veritatis, & iustitiæ. colum. pen. vers. et ratio prædictorum. refert Hippolit. de Marsil. in l. si quis viduam. num. 12. ff. de quæst. licet corrupte alleget consil. Anch. num. 284. vbi subdit, quòd captantes verba contra mentem canonum, & legum, veritatem sæpe opprimuntur. In legibus enim, vbicunque disponentis mes certa est, non attenditur ordo scripturæ, aut verborum, vt voluit Bartol. in l. cum pater. §. fidei tuæ cõmitto. per illum tex. ff. de lega. 3. idem Barto. in l. 2. §. prius. in fin. ff. de vulga. & pupil. ita intelligitur tex. in l. nec enim. ff. de solutio. & Bald. in l. si duas. n. de excus. tuto. & refert, ac sequitur Maranta in Specu. Aur. parte 3. num. 109. ex quo mens legis, vel statuti est anima ipsius. l. cũ pater. §. dulcissimus. ff. de leg. 2. Dy. in cap. fi. de reg. iur. in 6. Bartol. in l. tutela. in princip. ff. de leg. tuto. Quinimò semper in Ambiguis atteditur mens potius quàm verba. vt voluit Angel. in consi. 3. colum. fin. & sufficit mentem legis habere, licet verba deficerent. voluit idem Ang. in consil. 168. statutum Dalmatiæ, licet enim offendere verba legis, vt deseruiamus menti. voluit idem Angel. in consi. 68. Martinus. colum. 2. Nunquam enim verborum figura potentior erit certo sensu, & mente. idem Angel. in consil. 119. statuto Iudertinę. circa medium. Attendi enim debet mens etiam contra verba. Angel. in consi. 169. super puncto. colum. 1. & mens attenditur plusquam verba. Ang. in consil. 170. Item statuimus, in medio. & in cõsil. 270. statuto. in fi. receditur enim a verbis quando constat de mente. l. non aliter. in princ. ff. de lega. 3. Bal. in l. Iurisgentium. §. pactorum, ff. de pact. Alexand. in consil. 66. viso puncto. colum. 1. & in consil. 116. Animaduersis. colum. 4. vol. 2. vbi plus dicit, quòd vt deseruiamus menti quandoque vna dictio ponitur pro alia. Angel. in l. 1. in princi. ff. de pignorib. Philip. Deci. communem dicit in l. semper in stipulationibus. num. 3. ff. de reg. iur. & his poterunt adiungi notata per Marian. Soci. consi. 35. circa prædictam. colum. 3. vol. 1. Andr. Barba. in consi. 58. illus afferam. column. 5. volum. 2. latissimè, & eleganter (vt semper) And. Tiraqu. in Repet. l. si vnquam, in uer. libertis. num. 47. 48. C. de reuoc. dona. & Georg. Natta. in c. quamuis. dolum. pen. versi. quartò. de pact. in 6. & in vltimis etiam voluntatibus voluntas testatoris, cuiusq; mẽs attenditur, l. cum virum. C. de fideicomm. l. cum proponeretur. & l. vnum ex familia. ff. de leg. 2. Alexand. in consil. 9. visis. colum. 4. vol. 1. Paul. de Cast. in consi. 356. Andræ. Barba. in consi. post consi. 45. Alexand. de Imol. vol. 4 Bald. in l. cum precibus. colu. 14. C. de impub. & alijs sub. & in l. fi. C. de codicil. & dẽ à Iudice sequi, sicut sequitur canis leporem. Philip. Corn. in consil. 95. tamd. ut litera, a vol. 1. Oldradus in consi. 67. colum. 1. versi. licet considerato, & in consil. 99. in princ. & consil. 193. vers. quintò. Bal. in consi. 33. col. 1. uer. item verba Alexand. in consil. 52. in princ. vol. 1. Soci. Iunior in consi. 16. col. 2. vers. his tamen non obstantibus. vol. 2. & voluit alia plura allegan. Paul. Leoni. in tracta. Substitutio in materia compendiosæ. nu. 719. cum pluribus seq. & conclusiue in omnibus dispositionibus dubijs recurritur ad mẽtem. Abb. Pan. in c. cum dilect. nu. 2. 3. de donatio.

## De inuentione Curiæ, & Principis potestate, in legibus condendis.

### Rubrica 2.

*SVMMARIVM.*

1 *Romulus primus curiam celebrauit.*
2 *Leges qualiter ab imperatore fiant.*
3 *Princeps quando se, & successores obliget.*
4 *Subditus principis, potest cum causa iure suo priuari.*

5 Rescri-

5 *Rescriptum principis legi derogans, qualiter fieri debeat.*
6 *Ordinationes, qualiter a populo & congregatione fiant.*
7 *Præsentia principis, quid operatur.*

IS præmisis scias quòd curiæ inuentæ fuerunt, iam de iure Digestorum.[a] Et qui primo curias cælebrauit, fuit Romulus[b] † primus Imperator Romanus, qui populum Romanũ, in tres partes diuisit. Quas partes curias appellauit, sic dictas, quia per illarum consilium curam Reipublicæ expediebat, & sic leges curiatas populo tradidit. vt in tex. in l. 2. in prin. ff. de orig. iuri. Et iste fuit primus qui leges pactionatas fecit, quia quãuis eo iure Digestorũ ptãs legis condendæ, esset penes senatum & populum. vt l. non ambigitur. ff. de legi. & in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. Tamen dictus Imperator, consilio populi, tunc leges curiatas, & consilio populi factas promulgauit. Ex post iure. C. omnis potestas translata fuit, de populo in Imperatorẽ, vt dixit text. notab. in l. 1. §. sed hoc studium. vers. cum enim. C. de ueteri iure enu. Et sic potestas legis condendæ, vt in text. in l. finali. C. de legibus. Est tamen verum, quòd quamuis omne ius, omnisque potestas legis condendæ sit in Imperatorẽ translata. vt in dictis iuribus. Princeps tamen leges condere solet, cum consilio Procerum,[c] Regni Senatorũ, & Iudicum. ut in textu. l. humanum. C. de legib.

2 † Et hinc venit populi congregatio per principem, & celebratio curiarum, cum princeps pro reformatione regni leges condere intendit. Et hoc de more introductum est, non exigente iustitia, cum princeps per se solus posset leges cõdere, ut in dicta l. finali. C. de legibus. Et notat Bald. in d. l. humanum. C. quem morem, probat textus nouus. de prohibita feud. alienat. per Fredericum, in capi. imperialem. Ibi, quapropter dum ex prædecessorum nostrorum more vniuersali curiæ carrardi Rouceliæ pro tribunali sederemus &c. Et idem tex. in cap. 1. de prohibi. feu. alienat. per Lotarium. ¶ Et isto more & consuetudine vsi sunt principes in ijs regnis. Nam quã uis pragmat. sanctiones, uim legis habẽtes, principes faciant super bono publico, regni & vniuersitatum, ut in l. fina. C. de diuersis rescriptis, de se cum suo consilio. ut nota. in cap. primo, de rerum permutatione. Leges tamen generales faciunt, & sunt soliti facere cum consilio Procerũ in curia congregatorum. Et scias quòd hæ leges in curia factæ si detur per populum pecunia,[d] vt assolet fieri, transeunt in contractum. Et hæ sunt leges pactionatæ, & efficiuntur irreuocabiles, etiam per principem. Nam quamuis de natura legis renouatio illius sit ad principis nutum, ut in cap. 1. de constitut. libr. 6. & in l. digna uox. C. de legibus. & non ligare successorem ad obseruantiam. ut in cap. fina. de rescrip. libro sexto. & nota. in dicta l. digna uox. tamen si lex est pactionata, & transiuit in naturam contractus, ligatur princeps, & eius successor, cum talis lex & cõtractus habeat iustitiam naturalem,

3 † qua princeps & successor obligatur, ut in cap. primo de proba. Et not. de condi. indeb. l. in summa. Et Bald. in dicta l. digna uox. Allegat gloss. in authen. de defensoribus ciuit. §. nulla. colum. 3. Et idem ibi Cyn. & Guy. de Susa allegat. l. penultima. C. de dona. inter uirum & vxorem. ¶ Et hoc habet communis schola legistarum, & habent hoc pro euangelio, quòd lex quæ transit in contractum, efficitur irreuocabilis, quare consenserunt, qui læduntur, tam quo ad subditos, quam ad extraneos. Et hoc firmat Bartol. tam in l. prima de summa Trinita. quàm in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. Et hanc regulam legistarum firmant etiam canonistæ, Innocen. in cap. nouit. extra de iudic. Et nota. de regula, in omnibus. cap. constitutus. de ordi. cog. cap. dilectus. Et Archidia. in cap. quicunque. 11. q. 1. Et de electione. capit. licet canon. ¶ Quod dictum moderni canonistæ asserunt esse uerum nisi subsit causa.[e] Causa autem existen. quo ad subditos, dicunt reuocari posse, ut sentit Innoc. de iniur. & nostra. Et nota. Antonius de Butrio in dicto cap. nouit. de consti. & cap. cum M. Ferrarien. Ratio eius est satis generalis dicens;

4 † quòd subditi possunt cum causa, iure suo priuari. per nota. de constitut. cap. quæ in ecclesiarum. & C. si contra ius, uel utili. public. l. finali. ¶ Pro istorum opinione, optime faciunt duo iura. l. vnica. C. nemini licere, ab emp. specierum se excusare, & de mu. sui come. libro 10. & C. de nauibus non ex. l. 2. lib. 10. Nam ad causam iustam maxime necessitatis reuocatur, & priuilegium & lex, & pragmatica sanctio, ut in dictis legibus. Et ideo dixit tex. iuris canonici quòd cum priuilegium tendit ad noxam[f] reuocatur. quia causa subsistit in eius reuocatione, extra de decimis. ca. suggestum. Vt ergo plenius habeas quæ diximus, proprium & peculiare principis est legem condere, & illius humanitatis, non necessitatis est, cum procerum consilio id statuere, ut in dictis iuribus. l. humanũ. C. de legibus, & l. fina. eodem titulo. ¶ Scias tamen quod maioris efficaciæ sunt leges conditæ in curia cum consilio Procerum, quàm conditæ per solum principem: etiam quòd factæ in curia, non essent pactionales, de quibus prædiximus. Nam tales leges in curia uel consilio factas, quamuis princeps posset eas tollere, si non essent pactionales, uel transissent in contractum,

5 † tamen contra tales leges in curia, vel cum consilio factas, princeps rescribendo, nisi de illis expressam mentionem faciat in rescripto, non ualet rescriptum, nec tollitur legis dispositio. Si autem esset lex facta per solum principem sine

curia, tunc cum clausula generali, non obstāte. & ualeret rescriptum, & tolleretur illa lex, quo ad disposita in rescripto. Verba sunt Archidia. satis bona. in c. 1. de constitu. libro sexto. Et re-
6 fert ea Bald. in l. humanum. C. de legib. † Scias tamen ꝙ licet peculiariter sit principis leges condere, tamen quilibet populus & congregatio approbata, potest sibi ordinationes, & sua particularia statuta facere, dum tamen non sint contra leges principis. Nā ut dicit tex. in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. Ius ciuile est qđ quisque populus sibi constituit. Contra legem autem superioris, populus nō statuit, sed illud, uel vltra illud, cum adiectione pœnarum bene statuit, de constitutionibus. capi. ut animarum. §. statuto, in libro sexto. Cum autem venit ad infligendum, vel derogandum ius principis, ut superiore, non ualet, duplici ratione, quia non est iustū, nec bonā ex quo legi cōi superiorum contrarium est, ff. de legibus. l. quod non ratione. ff. de decret. ab ordine facien. l. ambitiosa. Nisi forte fiat ex euidenti & necessaria causa. Arg. ff. mādati. lege si hominem. Ad quod vide nota. in c. penultimo, de appella. libro sexto, in nouella. Et vide nota. in le. 2. C. de constituta pecu. in fine. Sed quia inferior non statuit in maiorem cum par in parem non habeat imperium. ff. de iureiur. l. nam magistratus. de maio. & obedien. ca. cum inferior. cum similibus. Et talia statuta & ordinationes sunt de iure approbatæ. ut not. in dicta lege finali, C. de iurisdictione om. iudicū, & non indigent ulteriori cōfirmatione, ut in authen. de fideiuss. §. argentaria, iūcta l. penulti. de thesau. lib. 10. Et ideo non uidetur bene dictum, quod glo. uoluit in l. non ambigitur. ff. de legib. dicens, quod citra imperatore approbatione, populus legem non posse sibi legem dicere. Ad quod doctores allegant, in authen. de defensioribus ciui. §. sed interim. colum. 4. Et quod not. Innocen. de constitu. c. cum omnis. ¶ Bene tamē credo uerum quod Bartol. uoluit & Bald. in l. humanum. C. de legibus. quod si imperator uel princeps reperiatur præsens in ciuitate uel loco ubi talis lex popularis conditur, debet per principem confirmari, quod est summe notan-
7 dum. † quia id operatur sola principis præsentia. ¶ Et scias quod ex quo actus legis condendæ est uoluntariæ iurisdictione per regulam positam per glos. iuncto textu, in le. 2. ff. de officio proconsul. & legati, quia per populum uolentem conditur, uel principem, quod uniuersitas expulsa a proprio territorio, & princeps extra prouinciam, posset leges condere, & pactionales quæ transeunt in contractum, de quibus minus dubiū & est, aliās, & quod satis exquisite sētit Bald. in l. cunctos populos. C. de summa Trini. in 13. corondelo uersicu. Sed sic quæritur dicens; Et ideo habentes ordinariam potestatem, possunt in seipsos eam exercere ubique locorum, ut l. secunda, ff. de officio proconsul. & lega. Et ad proxime dicta in ratione, optime faciunt nota. per Innocen. de noui ope. nuncia. cap. cum ex iuncto. & in clemen. quanuis. de foro compe. ¶ Sed quomodo possunt procedere quæ diximus, nonne leges condere est meri im-
g perij uel iurisdictione [g] ut probatur in principio. Nulla res potest melius cognosci, quam per diffinitionem, quia in diffinitione non ponitur nisi substantia. ut nota. in l. 1. ff. de usufru. Sed diffinitio iurisdictionis est talis. ¶ Iurisdictio est potestas a publico introducta, cum necessitate iuris dicendi, & æquitatis statuendi. ut in glo. lege prima, ff. de iurisdictio. omn. iudicum. Et ideo dixit ibi Bartol. quod leges condere erat iurisdictionis. Et ideo idem Barto. in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. Et sentit Innocen. de constitutio. capi. cum accessisset. dicunt qđ ille potest statutum pœnale condere, qui habet merum imperium. Ille uero qui habet mixtū imperium, potest condere statutum mixti imperij. Ille vero qui habet iurisdictionem potest condere statutum iurisdictionis. Et hoc innuit bene tex. in c. vt animarum. §. statuto. de rescrip. in 6. ¶ Sed in contrarium dicas quod legem condere non est iurisdictione, imo est permissionis, & uoluntarie iurisdictionis. Et hæc fuit opinio uero Raynerij de furliuio. Nam quamuis collegium fabrorum & pistorum, non habeat iurisdictionem, tamen possunt inter eos statuere, vt in l. finali, C. de iurisdictione omniū iudicum, Bene credo quod corpora & vniuersi-
h tates [h] sine licentia, & directa & expressa approbatione superioris, non possent statuta pœnalia facere, nec cum pœna pecuniaria, nec minus corporali quia nec habetur iurisdictionem, nec merum imperium. Et ita posset intelligi dictus. §. Sed iterum in authentica, de defensoribus ciuita. Et quod nota. in dicto capitu. cum omnes, & ut superius dixi. Et quod legem condere non sit iurisdictionis, sed permissionis, firmat Bald. in repetitio. capitu. ut animarum. de constitu. libro sexto. Et Bald. in lege prima. ff. de iurisdictione omnium iudicum, qui respondet ad rationem desuper formatam, de diffinitione iurisdictionis, quam diffinit glossa in dicta lege prima, dicens illam glossam non obstare, quia loquitur de eo quod in iudicio uenit statuendum, non de eo quod per modum legis. Nam leges condere, nusquam est de necessitate. Vnde superiora uerba glossa non possunt adaptari ad hoc, dixit enim cum necessitate iuris dicendi. Et ideo dicit Baldus in lege humanum. C. de legibus, quod princeps in camera sua, potest leges condere. Et hæc est communis & uera sententia.

CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶ DIGESTORVM.] Melius pro sua intentione, & accommodatius dixisset de Iure Regio, ex quo videtur non

non recte dixisse, cum appareat hic appellare ius digestorum Romuli tempora, quod absurdum est, cum Digesta appellari cœperint à Iustiniani Imperatoris temporibus, qui collectis in vnum iureconsultorum prudentum responsis, illa volumina Digestorum noie nuncuparunt. vt vt videre licet ex Catellia. Cotta. Memor. Pandectas. & dicā in apostil. seq. p Andr. Alci. in lib. 3. Dispunct. c. 13.

b ¶ ROMVLVS.] Videtur mihi non recte dixisse Bellugā hoc in loco, q inuentor curiarū, & parlamentorū coadunatis hoibus fuerit Romulus primus author, nā, & ante ipsum id fecerat primus ille pater Moses. vt patet Exo. c. 19. ibi (venit Moises, & conuocatis maiorib. natu populi, exposuit oēs sermones quos mandauerat Dns) & hr ēt Daniel. c. 6. ibi (conciliū inierunt oēs Pricipes regni tui, magistratus, & satrapæ, senatores, & iudices) quod & fecit Artaxerses, patet. Ester. c. 1. & apud Iosephū antiqu. Iudaicar. lib. 11. c. 6. & 1. Reg. c. 5. vbi Azotij cōgregauerūt oēs Satrapas Philistinorū, & similiter fecerunt Accaronitæ. & iterum. c. 7. (audierunt Philistiim q congregati essent filij Israel in Masphath.) & habetur per totos libros Regum. & præsertim. 4. Regum. c. 23. vbi Iosias Rex congregauit omnes senes Iudę, & Hierusalem.

c ¶ PROCERVM.] Obseruantia hæc q Imperator in legib. cōdēdis requirat pcerū cōsiliū fuit ex mera ipsius volūtate, & nō q de necessitate ita requireret, ita colligitur ex Bar. in l. humanū. C. de legi. vbi dicit q hoc est voluntariū, nō necessariū. qđ & cōcludit ēt ipsemet Bart. in l. fi. C. eo. ti. & hr in d. l. nō ambigitur. ff. de legi. ubi Accur. pōt. n. tollere ius ciuile. voluit Inn. in c. q in ecclesiarū. de consti. & voluit Paul. de Cast. in consi. 15. & colligitur ex §. sed & quod principi. inst. de iur. natu. gen. & ciui. & no. in l. humanū. per quā dr legem condi ab Imperatore cū consilio pcerū. fuit cōdita à Theodosio, & Valent. & l. fi. eo. ti. in qua habetur q soli Imperatori licitū est leges cōdere, fuit facta à Iustiniano, qui fuit p sex, vel septē Imperatores post, ob qđ p istā posteriorē fuit sublata. de quibus p Lōbardū de Serico. in suo Augustali, inter opa D. Franc. Petrarchæ. In tñ tñ pmittitur pcerib. quātū ab Imperatore cōceditur. ut p Bar. in d. l. fi. C. de legi. Videas q dixi supra Rubr. 1. in ver. sine consilio, & in ver. principaliter. & est de mēte Bellugæ j. Rub. 10. nu. 10. ubi dico.

d ¶ PER populum pecunia.] Et sic lex pmulgata data p populum pecunia reuocari nequit, cum transeat in contractū. vt voluit hic Belluga. & supra Rubr. 1. vbi dixi in ver. naturā cōtractus. Cogitari tñ posset, q qñ pecunia nō esset cōmēsurabilis ad gratiā p Principē cōcessam, posset princeps eā reuocare. vt videtur voluisse Bald. in l. qui se patris. C. vnde lib. ad similitudinē donationis ob merita, q si nō fuerint ęquiualētia reuocari poterit. Corn. Perusin. in consi. 194. Videtur in præsenti. col. 1. vol. 3. Steph. Bertrand. in consi. 135. Thema. col. 2. vol 4. Carol. Ruinus consi. 94. Visa. num. 20. vol. 2. Ripa respons. 13. Duo sunt. col. 2. lib. 3. late Andr. Tiraq. in Rep. l. si vnquā. in ver. donatione largitas. nū. 79. C. de reuoc. don. & eo casu considerāda sunt merita respectu cōcedētis, vt si fuerit Imperator, Rex, & Princeps, vt eo casu tāta merita nō requirantur, cū principē maior deceat liberalitas, ēt si merita pauca sint. Corn. in l. si donatione. col. 2. C. de coll. & in cōsil. 144. licet dicēdū. vol. 2. & Barb. in c. sedes. col. 2. de rescri.

e ¶ SVBSIT causa.] Cessat. n. priuilegiū cū cesset cā. ut in l. Geometræ. ff. de excus. tuto. Dy. & Philip. Frāc. in c. decet. de reg. iur. in 6. & Soc. iuni. in cōsi. 160. circa pntem. col. fi. vol. 2. Glo. Inn. Ioan. And. Card. Floren. & Panor. in c. Abbate sanè. de verb. sign. Ioā. de Lign. in proœm. Clem. Io. Franc. Ozeri. in §. supradicta. col. 2. nu. 5. de Milit. testā. & Alex. in cōs. 35. Viso pcessu. col. 4. ver. quātū vero. vol. 4. cū infinitis ppemodū allegatis ab And. Tiraq. in tract. cess. causa. in priuil. causa nu. 203. cum pluri. seq.

f ¶ TENDIT ad noxam.] Simile habemus in l. ex facto. in prin. ff. de vulg. & pupil. voluit Ias. in l. quominus. ff. de flumin. sequitur Fely. in c. nouit. nu. 20. cum plurib. seq. ex de iud. cum plurib. adductis per Matth. de Afflict. in const. Regni. ea quæ decus. nu. 3. cum plurib. seq. sub Rubr. quòd null. prælatis. Doct. in c. ad hæc. de cleric. resident. Cardi. in Clem. in præsente. de censib. Lucas de Penna. in l. 2. C. de priuil. dom. Augu. li. 10. Philip. Dec. in cons. 335. ¶ Quę oia limita procedere in priuilegijs cōcessis p principē, nō aūt ab inferiore, vt primo casu in casib. a iure pmissis possit reuocari priuilegiū, secundo tamen casu minime. voluit Ant. de Butr. in c. q in ecclesiarū. ubi ēt Io. de Imo. de const. Abb. Panor. in c. at si clerici. §. de adulterijs. col. 4. de iud. Bal. in l. 2. col. 8. C. de seruit. & aqua. Federic. de Senis in consi. 195. ubi tenet ob hoc, q legatus de latere non potest tollere vni ecclesiæ & dare alteri. refert, & sequitur Fely. in d. nouit. num. 35. ¶ Declara aūt tu regnicola hoc vltimum, secus esse in priuilegio concessionis feudi facto alicui etiam ab inferiore a principe, quia poterit in regno ipso iure de facto per cedētem fieri ipsius priuilegij, & feudi reuocation. ut in const. Reg. incip. Const. diuæ memoriæ. vbi Andr. de Iser. Afflict. & Doct. sub rubr. de reuoc. feud. & in hoc legibus feudorum cōmunibus non subiacemus, quæ volunt q alienans feudū amittat. ut in §. 2. & 3. quib. mod. fed. amit. in c. imperialē. §. callidis. de prohibit. ali. per Fed. & in c. fi. extra de feud. ¶ Quæro aūt an in casu quo fuerit alienatio facta per inferiorem a principe, tunc inferior ille, qui alienauit, volens feudum alienatū reuocari, emptor illius recuperet pretium, vel pecuniam. Hanc quæstionem bene tractauit D. Ioan. Thomas de Marinis acutissimus Iureconsultus, in tract. de generib. & qualit. Feudo. tit. 11. de feud. ex pacto, & prouid. antiq. siue patern. §. constitutio regni. nu. 59. uer. quæro in terminis. ubi dicit de iure communi emptorem recuperare pretiū. alle. And. de Iser. in c. imperialem. ver. Imperator Lotharius. nu. 18. & in c. 1. §. Rursus. nu. 30. quib. mod. feud. amit. & Affli. in c. 1. nu. 10. de alie. feud. & in const. constitutionem diuæ memoriæ. nu. 49. quod dicit procedere quando emptor esset in bona fide, sed secus si emptor esset in malafide, tunc. n. pretium non recuperabit, sed erit acquisitum fisco regio, seu feudi Domino, per allegata per eum ibi. Dicetur tamē eo casu emptorem esse in mala fide, quando emptor emit sine assensu. uoluit Andr. de Iser. in c. 1. in princ. nu. 1. de inuest. de re alien. fact. ultimo tamen loco ex opinione Anton. Capic. in d. c. imperialem. col. 190. 191. qui dicit semper ipsum uidisse iudicari, quòd quando fit reuocatio alienationis vigore dictæ consti. constitutionem diuæ memoriæ. semper debet restitui pretium emptori. dicens in his terminis tunc demum pretium fisco applicari quando venditum esset feudum sine assensu Regis, uel eius reseruatione, aut vt res Burgensatica. & concludit Ioann. Thom. ubi supra quòd hodie tenet hoc pro expedito, quòd quando intentatur remedium dictæ constitutionis semper recuperabitur pretium. ¶ Et an emptor aget de euictione si emerit sine assensu, vel eius reseruatiōe? And. de Iser. in c. 1. §. cōmertiū. nu. 10. de prohi. feu. alie. p Lothar. Ioan. Thom. vbi supra. & D. Gaspar Caballitius, in eleganti tract. de euict. §. 4. nu. 49. cū seq. Alex. in cōs. 71. ... col. 1. vol. 3. Andr. Alciat. in consi. 13. num. 5. & in cōsil. 138. prima facie. Ludouic. Roma. in consil. 503. Diligenter inspectis. num. 13. Aimo Crauetta. in consil. 24. & iterum in consil. 211. & Carolus Ruinus in consil. 42. nu. 19. vol. 1. ¶ An in istis feudis, quæ conceduntur à comitibus, & Baronibus, sufficiat assensus Baronis, vel exigatur etiam Regis? Vide Gloss. in dicta const. constitutionem. in uer. licentia. & Afflict. in decion. Neapolita. 243. Nardus Cocus. num. 2. vbi dicit quòd generali consue-

tudine Regni in feudis de tabula non quaternaris sufficiat in alinatione consensus Baronis. sequitur idem recens Thomas Gramma.in decis.Neapo.77.Excellens comes.nu.3.& tenet Marin.Freccia in tract.de subfeud. Baron.lib.2.§.pluribus.nu.38.39.

g ¶MERI imperij, vel iurisdictionis.] Leges, & statuta condere iurisdictionis est.Bar.in l.omnes populi.ff.de iusti.& iur.in l.fi.ff.de iurisd.om.iud.Inn.in c.cū oēs.de cōsti.pertinet.n.ad merū imperium. Inno. in c.cum accessisent.in gl.sua.in ver. tanto.de const.Bald.in l.nulli.q.3.C. de sent.& interlo.om.iud.& in sua Margarita. in ver. vniuersitas.ver.3.Ang.& Alex.in l.1.ff.si quis ius dicent. non obtemper.& Matth.de Afflict.in prælud.consti.Regni.q.3.nu.4.& esse maximi imperij voluit Bar.in l.imperium. ubi Fabius Ottinellus.ff.de iurisdi.omn. iudi. & ego dixi in tract.lib.1.substantiali.1.per totum.

h ¶VNIVERSITATES.] An vniuersitates possint facere statuta, cum pena, vel sine pena absque superiores licentia, plenius habetur per Matth.de Afflict.in prælud. Const.Reg.q.3.per totum.vbi videas.

## De euocatione ad curiam.

## Rubrica 3.

### SVMMARIVM.

1 *Consuetudo scripturam autenticam facit.*
2 *Citatus quo loco comparere teneatur.*

SVBSEQVENTER quæritur quomodo sunt vocādi qui ad curias conuocantur? Dic quod per epistolam, vt est tex.& materia propria congregationis sinodi vel prouincialis consilij, in c.si episcopus metropolitanus.18.dist. Et tales literæ dicuntur monitoriæ, [a] vt in c.decernimus. e.dist. quas nos vulgo literas citatorias appellamus, de quibus in c.cū inter vniuersas. de elect. & talibus literis creditur si sunt sigillo [b] hortantis vel conuocantis munitæ, ad hoc extra de proba.c.post cessionem. & 11.q.3.c.curiæ.de dolo & contu.veritatis.& c.cū obijt.73.dist.In nomine domini.cum simili. Ad hoc quod not.Inno.in c.1.& in 2.extra de fid.instru.Et dominus Ant.de Butr.late distinguens, in d.c.post cessionem, post alios scribentes, dicens quod literis citatorijs vel monitorijs sufficit solum quod habeant sigillum notum. allegat. 65.distinc.cap.non debet.& cap.sequenti.7.q.1. pontifices.de offic.deleg.c.prudentiam. in princi.de rescrip.c.si citatus.de offi.delega.cap.cum causam.18.distinc.si episcopus. cum similibus. Et ideo consuetudo obtinet ad omne dubium tollendum, vt tales literæ nedum sint sigillatæ, sed etiam signatæ [c] manu conuocantis curiam: & talis consuetudo facit illis fidem adhiberi, 1 † cum consuetudo facit scripturam [d] autenticam.extra de fide instrum.c.cum dilectus. Merito ergo conuocati per tales literas, debent venire, aliàs potest procedi ad negocia curiæ, illorum contumacia, [e] stante.vt 18. distinct. c.peruenit.& c.placuit.cum sim. Scias tamē quòd in ijs literis citatorijs, debet fieri assignatio congruo tempore, ut omnes conuocati possint cōmode conuenire in loco, qui debet nominari in literis ad curiarum celebrationem missis, qui conuocari debent in loco populoso, ubi commode præsidens possit præsidere, & assistentes, & vocati astare.ar.extra de priui.c.1. Et quod tutus pateat accessus [f] & locus securus.ar.c.statutum.§.1.de rescrip.lib.6.extra de appel.c.ex parte.33.q.2.siue.ff.de iud.l.si longius, faciunt not. ff.ad trebel.l.de ætate.per Bal.in c.veniens.de accu.extra. Et dari debet tempus competens, secundum locorum distantiam, & negotij qualitatem.extra de appel.c.cum sit romana.63.distin. cum longe.& 7.q.2.c.vocatio.& ff.de iudic.l.nōnunquam.alias si nimis breuis terminus in talibus literis citatorijs assignaretur, esset grauare subditos.iuxta notata, extra de dilation.c.1. Debetque locus assignari, & dies certa, vt citatus sciat, vbi, & quomodo cōparere debeat.Arg.extra de accusation. ca.ueniens. & cap.querelam. de election. ibi, statuto termino.melius in textu nota.in ca.si episcopus metropolitanus, ibi, ad constitutam diem.18.distinct. Et si alia hora vel die actus fieret, esset nullus, ut notatur per Bartol. in l.aut qui aliter. ff.quod vi aut clam, nisi per prorogationem, ut assolet fieri, fiat curiæ prorogatio, quia tunc eadem dilatio & assignatio est, vt ff.de precario.l.sed si manente. 2 † Et citatus alio loco quàm vbi conuocatus est, talis non tenetur quærere iudicē, sed sufficit in loco protestari, ut not.glo.singularis. in cap. cupientes. §.quòd si per xx. super verbo, proposita.de elect.lib.6.quam singulariter commendat Angelus per intellectum. l.1.§.adeundi. ff.quomodo appellandum sit.neque in his citatorijs literis, debet seruari forma quæ habetur per textum & gloss.in feud. titulo de alodijs. quia loquitur in materia feudali. ¶Et scias quòd in dictis literis citatorijs, solet inscribi causa conuocationis curiarum, quæ practica satis est iuri consona, cum causa in citatorio sit inserenda. vt notatur extra, de dilation.cap.præterea. Ad hoc vt citatus non possit deliberatorias petere, & princeps assoleat dicere causam conuocationis curiarum. ut in feud. de prohibita feud. alienation.per Fredericum. cap.imperialem. & in cap.1.de prohibita feud. aliena.per Lota.ibi pro iusti.& pace componenda &c. Tamen non credo esse conuocationis curiæ causam inserendam in citatorio. Tum quia iudex est certus, quia princeps & de eius posse non dubitatur:ut sic non obsint not.in d.cap.præterea. Nec in l.2.ff.si quis in ius vocatus non ierit. Tum quia iure cautum non reperio, quia textus feudi non est dispositus, solum narrat causam conuocationis habere inducias: ut nota. in dicto c.præterea.Scias autem quòd ultra hanc conuocationem literalem dictam, fieri habet cōuocatio

g tio ad curiam per sonum tubæ, vel campanæ, ad hoc vt absentes actibus possint argui de cõtemptu. Et hoc est quod voluit glo. magistra.in l.obseruare.C.de decurionibus.li.10. Et ibi Bar. & ita practicatur, & caue ut in principio curiæ facias sonare mane & vespere campanam: ut fugias omnem nullitatem.

## CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶MONITORIAE.] An requiratur trina monitio, vel sufficiat per Archiepiscopum fieri vnicam monitionẽ coepiscopis suffraganeis? Gl.in d.c.si epus.dicit q̃ tali casu sufficiat vnica tantum, nec requiritur trina, nisi act i iudic ali.

b ¶SIGILLO.] Sigillum vim habet subscriptionis.l.tribunus.§.1.ff.de mil.testa.Bar.Ale.& cęteri.in l.quę dotis. circa fi.ff.sol.mat.not.in l.2.C.de reb.alien. non alie. vbi Bal.Philip.Dec.in c.2.de fid.instr.Philip.idem Felin.in c. tertio loco.in prin.ex.de prob.Franc.Purp.in l.admonendi.col.28.ff.de iureiur.Lud.Rom.in cõsi.303.Hęc scriptura.in fi.& latissime supra oẽs Ioan.de Firmo. in tracta.de episcopo.lib.3.par.1. vers.nunc tractemus aliqua. p tres col.& late ẽt Aymo.Craue.in tract.de antiq.tempo.par.1.sect.quæritur ẽt.nu.44.Franc.Marc.in deci.Delphin.51.num.4.vol.1.¶Limitatur non procedere quotiescunque subscriptio requireretur pro forma, & solẽnitate actus, tunc.n.sigillatio non sufficeret, vt in testõ in scriptis.l.ad testiũ.§.si quis.ff.de testa. Alex.& Ias.in d.l.quæ dotis. & Dec.in d.c.2.de fid.instr.¶Limita ẽt dum tñ appareat impressum sigillum ab eo, cuius esse prætenditur. vt voluit Alex.in d.l.quæ dotis.col.fi.Dec.in d.c.2.de fid. instr. ubi post Anto.de Butr.dicit, in dubio sigillũ videri appositũ de voluntate eius cuius est.quod & volerat Abb.Panor. in d.c.2.col.pen.in fi. ¶Quãplures alias limitationes,& dicta circa materiã sigilli vide per supradictos, ad quos me remitto studio potius breuiandi,& ne trãscribam.

c ¶SIGNATAE.] Et sic subscribens hr̃ pro consentiẽte si tanquam principalis se subscribat.l.fideiussor.§.si tibi. ff.de pign.Bar.Alex.& alij in d.l.quæ dotis.in fi. ff.sol.matri.Notatur in l.plurib.in prin.vbi Ang.ff.de verb.oblig. & habetur in l.de his.ff.de transact.Bart.Salic. & Paul.de Cast.in l.emptor.§.Lucius.ff.de pact.voluit Zasi.in l.si ita. §.chrysogonus.nu.3.ff.de uerb.oblig.plene Alex.in cons. 147.ponderatis his.col.2.ver.ad hoc ostendendum. vol. 2.& plura per Marian.Socin.in consi.25. Visis prædictis. col.13.ver.ad quintum argumentum.vol.1.late Feli.in c. qm̃ contra.nu.75.cum plurib.seq.ex.de probat. ¶Limita plurib.modis breuiter hanc doctrinam, non procedere quãdo quis erroneè se subscribat, tũc.n.cõsentire nõ vr̃, nota.in l.si.vbi per Bal.in 1.nota.C.plus vale. quod agit. ad quod facit q̃ si quis se subscripserit scripturæ, quã nesciuit, neq; legit, nõ præsumit consentire si se subscripserit, nisi fuerit antea præmonitus. voluit Ang.in d.l.si ita. §.chrysogonus.vbi hoc idem voluit Franc.de Aret. idem Bal.in auth.si quis in aliquo. C.de eden.Doct.in c.2.de fi. instr.& idem Are.in l.cum antiquitas. C.qui test.fac.poss. Pau.de Cast.in consi.352.de casu præsenti.¶Limita secundo nõ procedere si probet cõtrariũ, ex quo licet subscribens præsumatur consentire,& scienter facere, tamen secus si probaret contrarium.Bar.in l.sicut.§.nõ vr̃.ff.quib. mod.pig.vel hypo.sol.& in d.l.quæ dotis.vbi Alex.& idẽ Ale.in d.cõs.147.¶Limita tertio nõ pcedere in eo qui se subscripsit, vt testis, non enim præsumitur consentire. vt in l.Caius.ff.de pign.acti.Bar.& Alex.in d.l.quæ dotis. idem Bart.in l.fideiussor.§.pater.ff.de pignorib.Alexand. Vdalrich. Zasi. & alij in d.§.Chrysogonus.Vide eundem Alex.in consi.131.col.2.vol.2. Panor.in consi.86.volu.2. & Lud.Rom.in consi.140.Hæc venditio.& ego latius dixi in consi.meo.24.omni vita tua dilige Deũ.nu.10. cum plurib.seq.quod cõsiliũ fuit pro D. Octauio Henrico ac conciatoco meo cognato contra Iacobũ de Petra blãca. In quo vide quia ex ipso põt colligi quo pacto intelligi dẽant hę limitationes, p quo ẽt vidẽdus est Fely.in d.cap, qm̃ cõtra.nu.75.cũ plurib.seq.vbi bene declarat illas, & alias complures limitationes, ad quem me remitto.

d ¶CONSVETVDO facit scripturã auth.] Cõsuetudo dat robur scripturæ, q̃ aliàs de p se fidẽ nõ faceret.voluit Spec.in tit.de instr.edit.§.nũc dicẽdũ.ver.hoc quoq;. in fi.Franc.de Are.in c.cũ cãm.de prob. & Raph.Comẽs. in consi.6.creditur.in prin.& Matth.de Afflic.in cõst.reg. Baiulos oẽs.not.13.voluerat antea Fede.de Sen. in consi. 119.nulli dubiũ.in fi.Bal.in l.cunctos populos. circa fin. C.de sum.Trin.& fid.Cath.& in l.comparationes. col.4. C.de fi.instr.Saly.in l.exẽplo.C.de prob. Voluit ẽt Alex. in l.q̃dam.§.nũmularios.ff.de eden.& in consi.53.In casu vertente.col.1.vers.attamen vigore. vol.1. idem Alex.in cons.170.circa.vol.7.asserit valere statutũ, quo dat plena fides scripturæ priuatę.facit fortius dictũ Gemi.in consi. 62.col.1.dicẽtis, statutũ, & cõsuetudinẽ posse dare saltim in territorio statuẽtes ptãtẽ cõficiẽdi instra publica,& fidẽ faciẽtia personis priuatis,& nõ notarijs. & aliqua ponit D.Iac.Nouel.post Duenã.in regul.79. p totũ.Vidẽdũ est ẽt plenũ cõsi.meũ.nu.22.exaudi.p totũ. In quo tenui valere cõsuetudinẽ q̃ credatur libris priuatorũ, cui se subscripserũt solẽnes Docto.Iulius Cęsar Sarrus, Ioan.Anto. de Nigris, de Cãpania, Ioan.Vicentius, Ruffus de Cõturfio,& D.Fabius Bassus de Oliueto meus affinis.¶Limitãt aũt nostri Doct.supradictã cõclusionẽ q̃ credat cõsuetudini pfatæ, dũ tamẽ cõsuetudo sit verosimilis ẽm qualitatẽ psonarũ,& cõem æstimationẽ mercatorũ,& nõ sit ita gñalis, vt dica, credi oĩ scripturæ oĩum mercatorũ.Bal. in l.vnica.col.4.C.de cõfes.in cõs.349.si hoc q̃rit. in 2.dubio.vol.5.Alex.in cõsi.fi.col.2.vers.fortius.vol.7. & Soci. in consi.87.col.fi.vol.1.Ias.in consi.103.col.1. in fi.vol.1. in d.l.quædã.§.numularios.col.2. Felin.in c.2. nu.26. de fid.instr.Dec.in c.2.col.7.de Rob.& Aim.Crauet.in trac. de antiqui.temp.par.1.vers.venio.nu.32.

e ¶CONTVMACIA.] Inter alias pęnas p me enumeratas in meo tract. deest ista q̃ citatus ad cõcilium si nõ cõparet, pceditur ad actus incũbẽtes in eius cõtumaciã. vbi videas plenissime. Et an sufficiat vnica citatio, vel debet esse trina, dicit Glo.in c.si epus.vbi Arch.d.18.distin. Io.And.in c.breui.de iureiu. q̃ sufficit isto casu vnica citatio.idẽ Io.And.in c.nõ minus.de imu.eccl.& in tm̃ necessaria est ista citatio supioris, q̃ si vnus eps videt alios ire ad cõciliũ, nõ tñ ire tenebit, nisi vocat.voluit Io.And. in c.ego.M. de iu.iur.p illum tex.qui dicit vocatus ad cõcilium veniam. refert, & sequitur Pet. de Monte in ista Monarch.q.2.in fi.

f ¶TVTVS pateat accessus,& locus.] Quod locus in quo qs citatur, & ad quẽ dẽt cõparere, tutus eẽ dẽat, & tpe ẽt congruo, ac securus.tex.cũ gl. in c.si epus.3.q.2.Inn.in c. præterea.col.2.ver.Idẽ si ex prima.ex.de dilati.Spec.in ti. de citatio.§... ver. itẽ q̃ sit ad locũ. vbi Bal.ut voluit Oldra.in cõsi.43.Bar.in l.Metus.ff.ex quib caus.maior. Cardin.in Clem.Pastoralis.§.vt illud.de re iudi.& in clem.1. de iudi.Ang.in l.2.ff.si qs in ius vocat nõ ier.Abb.Panor. in c.cũ dilecti.de dol.& cõt.Bal.in c.1.col.3. ver.citatus à iudice.de mili.vass.q cõt.est. i feudis. Pan.in c.fi.de eo q mit.i poss.Fel.in c.ex parte decani.col.4.ver.& no.q talia ex.de rescri.voluit Matth.de Affli. in cõst.reg.causas.no. 4.& in cõst.si quẽ nostrorũ.no.7.idẽ Affli.in decis. Neap. 124.ecce datus est.nu.3. D.Per.Foller.in Praxi.crim.par. 1.§.vel eos verbaliter.nu.7.& 22.Barth.de Casse.i cõsue. Burg.in ti.des iustices.§.6.gl.1.in fi.Io.Bessianus.i cõsue. Aluern.tit.des adiournemẽs.arti.4.ver.primo quando,&

D. Quintilianus Mandosius Roma. in Praxi cōmisionū. Form. 4. in ver. etiam per edictum. ¶ Et inde est ꝙ citatio ad locum inhonestum non arctat citatum ad comparendum. Gloss. in d. c. si Episcopus. 3. q. 2. Spec. ubi Bald. in addit. in tit. de citatio. §. . . vers. Itē ratione loci. ¶ Et ꝑpter ea nulla est ipso iure citatio quæ fit vt quis compareat ad locum pestiferum, & comparere non tenetur. Bartol. Imol. & Doct. in l. de ætate. ff. ad Treb. Gloss. & Doct. in c. ad supplicationem. de renunt. Bar. in l. 1. ff. de bono. poss. ex testa. milit. Bal. in l. fi. C. de testam. Bar. in l. fi. ff. de in integr. rest. Abb. Pan. in c. cum dilecti. col. 7. de dolo, & contum. Cuius occasione dicit Philip. Corn. in consi. 131. In hac consultatione, litera g. vol. 4. quòd mulieris testamentum tempore pestis sine propinquorum consensu conditum valebit; quod ēt voluit Ioan. Fran. Ripa. in tracta. de peste. par. 2. partis. 2. q. 3. nume. 10. sequitur Bernard. Pandus in Ritu de exeq. instrumentorum, parte 2. declarat. 18. num. 66.

g ¶ TUBAE, vel Campanæ. ] Idem etiam si vocetur à præcone. vt voluit Gloss. in clem. Grauis. de sentē. excom. & necesse erit citatum vocari, & eius contumaciam incusari. voluerunt Alex. Anto. de Alex. & Ias. in l. properandū. §. & si quidem. C. de iudi. Alex. in consi. 100. discussis his. col. 2. vers. sed præmissis. vol. 5. & in consi. 120. Viso processu. num. 7. vol. 7. Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verb. Neglexerit. nu. 4. Pet. de Ancha. in consi. 97. In quæstione. col. 3. & Hierony. Cagno. in repet. l. vinum. nu. 41. & 42. ff. si cer. pet. Ancha. in c. cupientes. §. quod super. de elec. in 6. Matth. de Afflict. in regni const. Pęnam nouem vntiarum. q. 7. num. 10. de pęn. contum. in caus. ciuilib. & in regno hoc Neapolitano nunquam dicetur citatus contumax, nisi accusetur contumacia parte instante. vt in Prag. incip. relatione. sub rubr. de form. proced. in caus. prædict. post citation. Ex quo contumacia habetur pro præsentia. Specul. in titu. de arbi. §. 9. versicu. quid ergo. & in titu. de test. §. 8. circa princip. & in titu. de appell. §. 11. versi. sed cum supra. Bald. in authen. qua in prouincia. in fin. C. vbi de crimi. agi oport. & in l. cum fratrem. colum. vlti. C. de his quibus vt indign. ¶ Et prædictæ contumaciæ incusatio non requiritur nisi in illis casibus in quibus adest pars, alias enim si procederetur ex officio Curiæ secus erit. vt post supradictos voluit Do. Follerius, in practica Crimina. §. Accusentur contumaciæ. nume. 9. Ego autem semper vidi seruari in Regijs Tribunalibus incusari vltimam contumaciam, & vocari citatū per præconem, vel per Trombettā. & videtur de mente D. Cyrilli Fulgeonij, in summula Criminum. Particul. 1. Rubr. Si reus in ius voc. non ierit. §. 1. per totum.

## Vt uocati ad curiam personaliter ueniant, cessante impedimento.

## Rubrica 4.

*SUMMARIUM.*

1 *Causæ quibus curiæ conuocantur.*
2 *Impeditus uenire, quid facere debeat citatus.*
3 *Vsus procuratoris necessarius.*
4 *Edictum de procuratoribus est permissorium.*
5 *Consuetudo pro lege seruatur.*
6 *Procurator diuersæ professionis vtrum admittatur.*
7 *Clericus laicum ad spiritualia constituit procuratorem.*
8 *Consuetudo probatur per vnum actum.*

1 
SCIAS † ꝙ de iure causæ quare curiæ vel parlamenta cœlebrantur, vel consilia prouincialia vel sinodalia, sunt arduę, scilicet reparatio iustitię, pacis compositio, prouinciæ reparatio, delictorum punitio' officialium creatio: hæc probantur per tex. in l. obseruare. C. de decur. lib. 10. & in feud. de prohibita feud. alienatione per Lotharium, & de prohibita feu. alienatione per Frede. c. 1. &
2 in c. propter ecclesiasticas. 18. dist. † Et quia causæ arduæ sunt & maximi præiudicij, necessariò vocati maxime a principe personaliter adesse debent, saluo legitimo impedimento, ad hoc de iudi. l. non alias, & in c. episcopus ad synodum, & in c. sequenti. 18. dist. 5. q. 2. c. vocatio. Et vbi est impedimentum debent mittere legatum, id est excusatorem ad allegandas causas absentiæ. 5. q. 3. c. si ægrotans, & extra de appella. constitut. 65. distinct. si quis. Et sic videtur quòd stante impedimento etiam procurato-
a rem [a] mittere non possent, quod multum du-
3 rum videtur: † quia vsus procuratorum permissus est, & perquam necessarius, vt in l. prima. ff. de procu. Et quamuis in arduis causis quis non cogatur procuratorem constituere, vt in c. querelam. de procurato. potest tamen si vult, ut ibi notatur. & in c. dilecti. de dolo & contumacia. & notatur in d. c. si ægrotans. Ratio autem quare in dictis iuribus decretorū dicitur quòd personaliter adesse debent vocati, & vsus procuratorum in consilijs prouincialibus non admittitur: est, quoniam de antiquo iure omnes causæ criminales episcoporum in consilio prouinciali tractabuntur. ut in dicto c. propter ecclesiasticas. Ratio, quia in talibus causis non in-
b teruenit procurator, [b] ut in l. pen. §. ad crimen. de publicis iudicijs. extra de accusa. ca. veniens. & c. super ijs. merito coepiscopi conuocati quorum causæ erant discutiendæ, proculdubio personaliter comparere habeant. Sed ubi aliàs causæ ciuiles illorum essent tractandæ, vel solum de bono publico agendum, vel pro eligendo officiales vel ministros non video, cur maxime stā te impedimento non posint vocati procuratorem mittere, cum sit Edictum permissorium. vt in d. l. 1. addo. l. seruum. §. cum vero. eod. titu.
4 † Fateor tamen quòd si principi vel præsidenti in tali consilio uel parlamento uidebitur, ꝙ uocati personaliter venire habeāt, quia negotij arduitas promeretur, vt omnes sint præsentes, prætorijs remedijs coget absētes venire ꝑsonaliter. vt est tex. & ibi Bald. in l. fi. C. de procur. & idem Bal. in authen. causa quæ fit cum monacho. C. de episcopis & cler. & cano. Moderni per illum tex. ita dicunt in c. 1. de iudicis. li. 6. aliàs autem per procuratorem maxime stante impedimento, causam tractabunt curiæ vel parlamēti, ad hoc
5 extra de elec. c. si quis isto. lib. 6. † Et ita obseruat con-

consuetudo quæ pro lege seruatur.ff.de legib. l.
de quibus. cum sequenti. legib. & in cap. cum
consuetudinis.de consuetu. Ad hoc optime fa-
cit.c.Cumana.de elec. Prodest autem ꝓcurato-
ris missio ad curias, quia illo existente, & præsen
te in curia literæ præiudiciales contra principa-
lem, nequeunt expediri sine illius conuocatio-
c ne. [c] Et si fiat nullum est, secundum Hostié.qui
6 ita not.post glo. in ca.cum olim.de re iud. † Sed
vidi pluries dubitari, an procurator qui ad cu-
rias destinatur pro aliquo corpore vel alio pri-
uato absente, possit esse diuersæ professionis
quàm sit destinans illum, ut puta, quia miles
destinat ciuem: vel clericus laicum: uel uice ver
sa. Et videtur dicendum quòd non. nam in his
negotijs collegialibus, ita de iure cauetur, ꝙ ꝓ
curator habeat esse de illo collegio, de quo est
instituens.de hoc extra de elec. c.quia propter.
7 † Item quia iura volunt quòd illę qualitates,
quæ requirunť in aliquo actũ faciente, requiran
tur in substituto ab eo. ut de rescriptis. c.statu-
tum.§.in nullo.6. Sed ista iura loquunť in nego-
tio electionis: & in iudicibus delegatis: sed in
alijs negotijs non videtur, quoniam clericus
etiam ad negotia spiritualia laycum procurato
rem substituit.extra de præben.ca.accedens. Et
ibi Io.And.in nouel.& religiosus potest esse pro
curator non religiosi de licentia sui prælati. ex-
tra, de procura.c.religiosus.in clem.saluo quòd
8 habeas in tit.ne clerici uel monachi.† Quid er-
d go dices? Dic quòd non credo [d] de iure quòd ꝓ
hiberi possit homo diuersæ professionis quin vt
procurator intercedat, nisi reperiatur contraria
consuetudo, ad hoc.ff.ꝙ cuiusq; vniuersitatis.l.
nulli.cũ gl.sua, q̃ cõsuetudo probabitur per unũ
e actũ. [e] de pb.c.cũ de beneficio. Et in l.3.C.de epi
scopali audi.& in l.Mela.ff.de ali.& ciba.lega. vi
delicet quòd sint repulsi vna uice homines di-
uersæ professionis ab interessendo, ut procura-
tor in brachio illo cuius est principalis. Et iam
maxime si in contradictorio iudicio sit obten-
tum, ad hoc, de verbo.signi.c.abbate. & quòd
ibi notatur.& l.cum de consuetudine.ff.de legi-
bus. Credo quòd in libris curię ad quos est re-
currendum, ad hoc de prob.2.primo. & in cap.
quia iudicantur, de præscrip. cum similibus, re-
periantur practicæ contrariæ, videlicet quòd in
terueniunt layci in brachio ecclesiastico, vt pro-
curatores ecclesiasticarum personarum, & non
generosi pro generosis, & generosus pro ciue. Et
in hoc casu inspicienda est recens consuetudo,
vel possessio, uel quasi. ad hoc.ff.de alim.lega.l.
Mela. §.sed si alimenta. ff.de annuis lega.l.Seyo.
§.1.& fin.ff.de leg.1.l.si mihi & tibi. §.in legatis.
cum sim. Cogita tamen, quia inuito collegio vel
corpore alius non collegiatus, vt collegiati pro-
curator nõ intrat collegiũ, vt in c.90.de elec.li.6.

## CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶PROCVRATOREM.] Breuibus agendum, ꝙ
procurator in concilio admittitur ad allegandas causas absentiæ, etiam voluit tex.in l.absens.ff.de procur.& voluit Accurs.in l.reos.C.de accusa. & alia impedimenta, quando principales citati aliquo iusto detineantur impedimento, & uidimus in obseruantia in sacrosancto Concilio generali Tridentino, in quo a nonnullis prælatis fuerunt missi procuratores, vt demonstrant acta dicti concilij, & videre licet ex Petro de Monte in sua Monarchia.de potesta.Papæ. Concil. & Imperatoris.q.2. & videndus est D. Petr. Foller.in pract.crim.§.Audiantur excusatores. per totum.

b ¶NON interuenit procurator.] Et sic in causis criminalibus non interuenit procurator, nec admittitur. ut in d.§.ad crimen.ad cuius facti limitationem videas Maria. Soc.in c.meminimus.vbi ponit.38.Fallent. extra de accusat.quas non pono, ne videar additionis metas excedere, & aliqua ponit Robert.Marant.in Specu.aureo. parte 2. nu.32.fol.25.& ponit nonnulla Alber. Gandin.in tracta. malefic.in tit.vtrum procur.in mod.interu.col.3.Alex.in consi.116.vol.2.& Matth.de Afflict.in decis.Neap.64.quidam num.2.¶Poterit tamen admitti ad media causæ, videlicet ad opponendam fori declinatoriam, ad petendã dilationem, ad producendos testes, vsque ad sententiam exclusiuè.vt in l.2.C.de accus.& voluit Guid.Pap. in decision.Gration.338. Aliquis.per totum. ¶Guido Pap.in d. decis.338.ponit, an si pro delicto statutum ponit pęnam pecuniariam possit interuenire procurator? vbi concludit quòd non, ex quo inspicitur principium. Sed contrarium tenuit ibi in apostil.Anto.Rambandi.in verb.ꝙ sic. dicens non criminis titulum, sed iudicij effectum, & non delicti genus, sed sententiam spectãdam esse. authoritate Bal.post Cyn.in l.seruum quoque.§.publicè.ff.de procu. & pro hac re, & vltima opinione facit consilium nostrũ, num... Pro D.Alexã. Bruno Oliuetano. vbi plenissime dixi.¶Notandum tamen quòd si in causa criminali fuerit admissus, & oppositum non fuerit, cælebratus processus valebit.Voluit Lud.Rom.in consil.215.duo sunt.nu.3.& Philip.Dec.in consi.469.& Bernard.Pand. in Ritu, de instru.execut.par.2.declaratio.24.num.106.¶Ad summam autem vt in casu concilij loco prælatorum, an possint ꝓcuratores mitti, cum intelligantur electæ personarum industriæ? In terminis plenè, benè, subtiliter, & copiosè D. Raph. Fulg.in consi.118.quod procuratores. per totum. Vbi vide, quia loquitur eleganter. Mihi tamen videretur quòd cum sit negotium eos tangens ratione dignitatum, & scientiarum quòd ipsi personaliter venire cogentur, nisi fortasse procuratores electi eiusdem essent gradus, aut scientię, vel æquè idonei, quę omnia relinquo iudicio sanctissimi D. N. Pontificis, sanctæque Romanæ matris ecclesiæ.

c ¶CONVOCATIONE.] Non immeritò citandus erit eo casu procurator, cum specialiter ad id constitutus fuerit, & sit dominus illius negotij effectus, arg. etiã notatorum in c.causam.vbi gl.& Panor.num.2. extra de dol.& contum.clem.causam.vbi Docto.de elect.Rota in nouiss.decis.395.fuit dubitatum.Nicol.Mill.in Repert.in verb.citatio.vers.1.Sebastian.Vanti.in tract.nullita. titu. de nullitat.ex defect.citat.nu.84.

d ¶QVOD non credo.] Procurator enim domini vices cum substineat, ipsius vice fungitur.l.certe.§.1. ff.de precar.voluit Bald.in l.vnica.§.ne autem.col.fi. C.de caduc. toll.Ias.in §.1.col.vlti.insti.de act.cum infinitis similibus adductis per And.Tiraq.in tract.de iure const.poss.parte 2.Amplia.1.num.2. Et ideo in domini substituentis loco sedere debet.c.præcipimus.93.distinct. & eiusdem ipsius domini iure vti.l.fin.C.vt dignit.ord.ser.l.1.C.de colleg. & incorp.lib.11.Etiam si talis procurator inferioris esset ordinis.tex.decidens quæstionem.in l.comperimus.C.de proxim.sacr.scrin.lib.12.

e ¶VNVM

e ¶VNVM actum.] Ad consuetudinis efficaciam, licet videatur requiri actuum frequentiam, temporis diuturnitatem, ac tacitam populi, vel maioris, ac sanioris partis consensum. ex not. in l. de quibus. ff. de legib. vbi Bar. & Ias. & alij, & nota. in §. ex non scripto. insti. de iur natur. gent. & ciuil. & no. Cyn. in l. 2. C. quæ sit long. consuet. Et sic non videtur quòd sufficiat vnicus actus, vt voluit hic Belluga, sed requiritur saltem binus actus, voluit idem Belluga. infra, nu. 46. ver. sunt & alia munera. & nota. in l. 3. C. de episc. audi. Gloss. in rub. C. quæ sit long. cõsuet. voluit Bar. in d. l. de quibus. & Ludo. Rom. in consil. 368. Præsens. nu. 6. & Petr. Iacob. in pract. tit. de condict. ex consuetud. num. 3. vers. sed dominus Ioannes. & voluit Franc. Marcus in decisio. Delphin. 255. nu. 2. vol. 1. per trãsitum Barthol. Socin. in consi. 111. Visis. vol. 4. Dec. in cõsi. 215. & in consil. 420. num. 8. & in consil. 489. num. 25. refert, & sequitur Ioan. Baptista Villalob. in tract. opin. commu. §. consuetudo. num. 181. dicens communem esse opinionem actuum pluralitatem, & frequentiam exigi. ¶Posse autem saluari dominum authorem hic voluisse intelligere de solito, ad cuius inductionem sufficit vnicus actus. vt voluit Bar. in l. Mela. circa princi. ff. de alim. & ciba. lega. & Ioan. de Amic. in consi. 42. col. 11. ¶Limita etiam præfatam conclusionem non procedere in actibus successiuis, & permanentibus, vt in ipsis sufficiat cõsuetudo per vnicum actum induci, secus vero in actibus momentaneis in quibus pro inducenda consuetudine actuum pluralitas requisita est. Voluerunt Anto. de Butr. Cardin. Floren. & Abb. Panor. in c. fin. de consuet. in hoc enim vnicus sufficiat actus qui perueniat in notitiam populi, vt referunt proximè relati ex opinione Petri de Belapert. quorum omnium non spernendam esse opinionẽ asserit Philip. Corn. in consi. 90. Viso. litera d. volum. 2. & ego late dixi in consi. meo. 22. Exaudi Domine. nu. 15. & 16. ¶Et consuetudo decem annorum spacio inducitur de iure ciuili, siue sit præter ius, siue contra ius. Bart. in l. de quibus. nu. 14. Ias. num. 41. Panor. in d. c. fi. nume. 11. & Aldobrandinus in §. ex non scripto. num. 19. insti. de iure natur. gent. & ciuil. & Thom. Grammati. in decis. Neapo. 64. num. 39. ¶Nisi tenderet contra ea, quæ sunt Principi reseruata, quia tunc requireretur tempus immemorabile. vt in c. super quibusdam. §. præterea. de verb. sign. Alex. in consi. 6. vol. 1. & Iacob. de sancto Georg. in d. l. de quibus. num. 31. & voluit Petr. Duennas Hispa. in Reg. 138. vbi colligi possunt plures limitationes. ¶Non omittam tamen annotare quòd qui non habet potestatem conficiendi statuta, nec habebit potestatem sine principis licentia, & consensu inducere consuetudinem. istud mihi est mirabile. & voluerunt Alex. in consil. 173. Viso. nu. 8. vol. 6. Philip. Corn. in consi. 293. col. 10. litera A. volum. 3. Rocch. de Curt. in tract. consuetud. Secti. 4. nu. 24. refert & sequitur Borgninus Caualcanus. in tract. de tuto. & curato. nume. 45. vbi dicit secus esse si statuta ab illis condi possent sine principis consensu, quia pariformiter fieri posset de consuetudine. voluit Rolandus a Valle in tract. de lucr. dotis. q. 99. num. 12. & D. Duennas in Regul. 141. ¶Et non relinquam quòd ad esse consuetudinis non est, vt obtineatur in contradictorio iudicio. vt voluit Bar. in d. l. de quibus. quem sequitur ibi Ias. Bal. in consi. 210. Casus. vol. 1. communem opinionem dicit esse Socin. in consi. 99. vol. 1. similiter dicit Corn. Perusinus in consil. 293. circa litera y. volu. 1. & in consil. 179. Ex puncto. litera d. vol. 3. & in consi. 155. Ex quo. litera h. vol. 4. Bartho. Cep. in consi. ciuil. 31. Super causa. in fi. voluit Aym. Crauet. in consi. 55. col. 2. in fi & Ias. in consil. 46. col. 2. vol. 1. & voluit Andr. Tiraqu. in tract. de primogenitura. q. 91. in fin. refert, & sequitur communem dicẽs Villalobos in §. consuetudo. nu. 184. ¶Videas si posset attentari quòd in actibus iudicialibus requiratur quòd consuetudo obtineatur in contradictorio iudicio, & in hoc procedat opinio dicentiũ, quod de esse consuetudinis requiritur obtineatur in iudicio contradictorio; In actibus uerò extraiudicialibus sufficiat consuetudinem introductam esse sine obtentu in iudicio contradictorio, pro quibus tamen videas Aymo. in tract. de antiquit. tempor. parte 4. Sect. Transco. num. 32. cum plurib. seq.

## De accusatione contumaciæ, &c.

## Rubrica 5.

SOLET princeps in die assignata pro tribunali sedere, ut in feud. de proh. feu. alie. p Fredericum, in prin. ibi. Quapropter, dum ex prædecessorũ nostrorum more vniuersali Curię Corradi Roucaliæ, pro tribunali sederemus. Nam proprie iudicantium, vel
a ius dicentium, est sedere[a], in auth. de iudicib. §. sedebunt. C. de postu. l. quisquis. C. de dila. a pro cedente. & in auth. vt ab illustribus. & qui supra eos sunt. circa fi. coll. 5. & in c. fi. de re iudi. li. 6. Et principe sedente pro tribunali, vt est dictum, procurator fisci accusat contumaciam absentium. Ad hoc. l. de vnoquoq;. §. qui apud fiscum. ff. de
1 re iud.† Nam semper fiscus vtitur iure priuati[b]
b nisi in casibus expressis in iure. ff. locati. l. si vno. §. Item cum quidam. Si ergo priuato quæritur ius accusata contumacia, citato non comparente, vt in l. properandum, per discursum legis. C. de iudi. & in l. & post ædictum, cum seq. ff. de iudi. & in l. contumacia. de re iud. ff. sic fiscus priuata contumacia accusata, vt possit procedi ad causas curiæ, & in illius expeditione. Nam locus absentis, Dei præsentia repletur. ut in d. l. properandum. §. cum autem ermodicium. C. de iu
2 di.† Et sic absentes legitime citati, pro præsentibus habentur, in auth. ut omnes obediant iudicibus prouinciarum. §. Si uero neque, & extra de dolo & contu. c. veritatis. ¶Sed ad quid prodest accusatio contumaciæ, cum etiam contumax ueniens iudice pro tribunali sedente audiatur, de in integr. restit. l. diuus. & princeps sedeat in curia usque ad eius cõclusionem. maxime, quia in curia agitur de reparatione iustitiæ, & pace regni, ut in d. feu. de super alleg. quę est causa publica, quam iudex & fiscus tenentur prosequi, cessante etiam instantia priuata. Ad hoc not. in l. transigere, de transact. C. de abolitionib. l. 3. dicas quòd ideo accusatur contumacia per fiscũ, ut in causis curię possit procedi hermodicio cõtracto. Ad hoc. C. de iudicis. l. properandum. Et quia si dictum hermodicium non esset, & iudex faceret actum alio die quam asignato, actus esset nullus. iuxta no. per Bar. in l. aut qui aliter. ff. quòd vi aut clã. Bene verum est quod princeps propter impedimenta absentium solet per aliquos

quos dies absen. expectare de gratia, quia po-
test peremptorio procedere. de offic. deleg. cap.
consuluit. C. quomodo & quando iudex. l. 1. ff.
de arbitr. l. si cum dies. §. si quis ex litigatoribus.
Et ad diem prorogatam, qui idem dies est. ff.
de præcario. l. sed si manenti. admittere contu-
maciam, & in negocijs curiæ procedere. Est ve-
rum, quòd præsentes non consentiunt in accu-
satione contumaciæ, imò protestantur pro eis.
Tum, quia aliqui absentes impediti, tum quia
aliquæ sunt vniuersitates, vel populi, qui si pro-
pter absentiam procuratorum non comparen-
tium læderentur, vel seruarentur illæsi, vel saltim
daretur rest. Ad hoc. ff. si quis cautionib. l. nõ exi
gimus. C. ex quibus cau. maio. l. Respublica. Ma
3 xime, † quia hæ causæ cunctæ sunt populares,
& quilibet de populo potest defendere absen.
& sustinere causam, ad hoc quòd not. gloss. ff. de
4 popularibus action. in rubric. † Et ideo credo,
quòd si contumax absens veniret, etiam accusa
ta & recepta contum. etiam circunscripto om-
ni impedimento, & vellet contradicere alicui
actui curiæ, quòd esset contra publicam vtilita-
tem, deberet admitti tanquam vnus de popu-
lo, & deberet facere contradictionem tanquam
unus de populo. Ad hoc, quòd magistraliter
Bartol. scribit. in l. & in prouinciali, in §. fin. ff. de
nou. oper. nunciat. facit. l. de populo. §. fin. cum
seq. ff. eo. Nam non solum contumax audiendus
est, sed etiam princeps tanquam caput Reipu.
de per se deberet regium officium impertiri. ut
l. licitatio. §. quam illicitè, cum simili. ff. de pu-
5 blicanis. † Solum ergo dicta contumacia no-
cet absentibus, quòd in actibus uoluntarijs fa-
ctis per præsentes qui non sunt contra publi-
cam utilitatem, uel sunt dubij, uel indifferentes,
non possunt contradicere. nam stat præsumptio
c pro principe. [c] Ad hoc. l. 2. C. de officio ciui-
lium iudicum. Et pro eius processu præsumit,
Ad hoc. 40. distinct. cap. non uos. Et not. Bald. in
l. fin. C. de precibus impera. offeren. & docere ha
beret ille qui, ut unus de populo diceret, actum
esse factum, contra publicam utilitatem, ad hoc
ut ad contradicendum admitti potest. Et qua-
liter libellus fit in hac actione, uide Bal. in l. & in
6 prouinciali. §. fin. allegato. † Sed pone quòd ue
niunt uocati ad curiam, & non reperiunt prin-
cipem conuocantem, in loco, uel ciuitate desti-
nata ad conuocationem, uidetur quod alibi
eum querere nõ habeant. 2. q. 6. §. biduum. & ff.
quomodo appellandum sit. l. 1. §. biduum. Et
quod not. gloss. aurea. in cap. cupientes. §. quod
si per 20. de electio. libro sexto. ¶ Sed dicas
quod vocati debeant spectare diem sequẽtem.
argum. cap. consuluit. de offic. delegat. Si tamen
post diem assignatam uocati recedunt non pu-
niuntur. ff. de arbitris. l. arbiter, licet. secundum
Innocen. & Hostien. qui ita not. in dicto cap. con
suluit. Sed si princeps die assignata infirmare-
tur, uel aliàs esset legitimè impeditus, allegato
per aliquem, eius uice impedimento, uocati
non debent illicentiati recedere, sed instabili-
liter, ut alia dies assignetur, arg. ff. de arbitris. l.
& si his, primo responso. Et not. Innocen. & Ho
stien. in d. cap. consuluit. Et ad tollenda ista du-
bia & constitutiones, & fori regnorum prouī-
dent, ut principes certas possint facere proro-
gationes ante inceptionem curiarum, quibus
lapsis, curia spirat, quibus standum est cum
sint leges regni pactionatæ, ut prædiximus.

## CAMILLI BORELLI ADDITIO.

2 ¶ IVS dicentium est sedere.] Ideoque sententia iu-
dice pro tribunali sedente proferenda est. vt notatur in
iuribus hic allegatis. & voluerunt Bart. & Bald. in l. 1. C.
de senten. ex breuicul. recit. & voluit Specul. in tit. de sen
ten. §. iuxta. & in tit. de dilat. §. 4. Et idem etiam fieri pote
rit si iudex sit iacens in lecto infirmus. voluit Bart. vbi su
pra. in fin. & Ioan. And. in c. fi. de re iudic. lib. 6. Et eodem
modo si esset iudex supra currum vel turrim. gl. Barto. &
Bal. in d. l. 1. & voluit Ias. in l. ab antiquis. C. de testamen.
vbi dicit esse communem opinionem, quod retulit, & se
quitur Ioann. Baptista Villalob. in tract. opin. com. §. sen-
tentia. nu. 45. & Rober. Marant. in Specul. Aur. par. vlti. in
ver. sententia. n. 48. & Sebastianus Vantius in trac. de nul
litatib. in tit. de nullit. ex defectu process. nume. 84. Apud
quos videri possunt rationes, & ideo dicit Ang. in l. cum
prætor. §. fin. ff. de iud. ipsum vidisse Reginam Ioannam
sedentem in Regali solio, proferentem sententiam con-
tra illos de Baucio. & Ioan. Milleus, in praxi criminum.
in fin. in §. pronunciatum. nu. 1. fol. 195. in paruis. ¶ Ra-
tio quare sedendo sententia proferri debeat, ea traditur,
quòd præsumetur ad eam sententiam, deliberatiori con
sideratione processum fuisse. ex sententia Bald. in d. l. 1.
col. 2. C. de senten. ex breuicul. recitand. dicentis (ex Phi
losophi sententia) sedendo animum prudentiorem ef-
fici, eaque causa intellectum ad extranea minime distra-
hi. sequitur Rolandus à Valle. in consi. 41. nu. 15. & antea
Dominicus de sancto Gem. in c. fi. col. 6. in gl. vlt. de re iu
dic. in 6. ¶ D. Iacobus Menochius, vir (mea quidem sen
tentia) modernorũ omniũ quos vsque huc vidimus (om-
nium pace sit dictum) excellentissimus. in tract. de arbi-
trarijs iudicum quæstion. lib. 1. q. 61. nu. 4. asserit supradi
ctam rationem, non ita facile recipiendam, cum non eo
solo præsumatur considerate lata sententia quòd iudex
sedẽs eam protulerit, cum, & alioquin experientia pa-
teat, etiam sedendo sententiam præcipitanter, & incon-
siderate ferri posse, ob quod ex l. fi. C. de offici. diuers. iu
di. ex l. quisquis. C. de postulan. & ex Bald. Saliceto, & Vã
tio. ipse asserit, ideo iudicem sedendo sententiam profer
re debere ad suæ maiestatis decorem. Cyrillus Fulgeo-
nius in summula Criminum. parte 3. Rub. 30. de senten-
tijs. §. vnico. nu. 10. & D. Pollerius. in pract. crimin. §. stu-
deat ornare bene uiuendi morib. nu. 47. apud quos me re
mitto, ne apostillantis opus excedere videar. ¶ Limita-
ri autem potest ea conclusio suprapofita, quòd non pro-
cedat in causis summarijs, & in quibus omni iuris solen
nitate explosa proceditur, vt in his causis, & sententia stã
do, sedendoq; pro iudicis arbitrio, ac voluntate fieri va-
leat. clem. sæpe. vbi gl. in ver. stans. de verb. sign. cum alijs
adductis per Sebastian. Vanti. in tract. de nullita. ti. de nul
lit. ex defect. process. nu. 24. & ante eum Bart. in extrauag.
ad reprimẽdum. in verb. figura. nu. 21. & Paris de Puteo.
in tract. sindicatus. in ver. sententia. & voluit Ludouic. Ro
ma. in sing. 729. de vno. Refert sequendo D. Menochius.
vbi supra, in fin. & Bernardinus Pandus Grauinas in prag.
dispen-

dispendia.nu.158. licet contrarium suaserit Ripa. in l. 4. §.Hoc autem iudicium. columna decimaquinta. ff. de damn. infect.

b ¶ IVRE priuati.] Fiscus vtitur iure priuati, & non est melioris conditionis, quàm priuatus, vt proprie in bene ficio excussionis.voluit Alex.in Apostil.ad Bart.in l.Mos chis.ff.de iur.fisci.post Bald. in l.cum eorum. C. de sent. & in dubio deterioris conditionis debet iudicari fiscus, quàm priuatus.voluit Raphael Fulgos.in consi.73.pater-familias.col.fin. In dubijs etenim fiscus priuilegiatus nō præsumitur. Ioan.Francis.Rip.in l.1. nu.4.ff. sol. matr.& in l.si debitor.nu.7.ff.de pigno.Philip. Deci. in c.ex literis.col.3. de proba.cum alijs allegatis per D.Gasparem de Caballinis.in trac.euictionum.§.3.n.106.107. Philip. Dec.in l.in ambiguis.nu.2.& in l.fauorabiliores.nu.3.ff. de reg.iu. & iudicatur contra fiscum in fauorem priuati. gl.in l.1. C.de pact.Ias.in l.2.nu.38.C. de iur.emphiteot. Rodericus Xuarez in proœm.Fori.nu.28. & D. Borgninus Caualcanus.in trac. de tutore, & curatore.nu.337. & semper Fiscus priuatorū iure vtetur,nisi priuilegiatus reperiatur.vt voluit Ioan.Fabri.in l.1.nu.1.C. de peti.hæred.quod & voluit, ibidem Cy. refert sequens Guido Papæ.in decis.Gratianop.536.de consuetudine.nu.2. Raph. Fulgo.in consil.127 Quidam nomine.col.2.sequitur Andræ.Tiraquel.in tract.retract.consanguineo.§.1.glo. 14. nu.100.voluit etiam Franc.Marcus,in decis.Delphi.661. nu.7. vol.1. vbi dicit ideo in causis fiscalibus esse seruandum iuris ordinem, sicut in causis priuatorum. allegat Bart. & Ioan.de Plat.in l.1.C.de conduct.& procur.libr. 11.idem Franci.Marc.in deci.38.nu.1. eo. vol. Et in dubio maxime fauore filiorum iudicandum est contra fiscum.Iaco.Mandellus Albens.in consi.7. in causa ista.nu. 17. ¶ Appellatur etiam fiscus hæres extraneus. vt in l.1. ff.de bonis liber.in l.eum qui.ff.de interd.& releg.tex.in c.1.§.& si clientulus.de alien. feud.quinimmo non hæres verus,sed quasi hæres appellatur à Bald.in ca.1.col.2. in fin.qui succe.teneant.Quorum authoritate dicitur,quòd non ita de facili (& de hoc statim dicam) feudum transit ad fiscum, cum non transeat ad hæredes extraneos. Matthæus de Afflict.in decis. Neap.385. dubium.num.2. sequitur plures referens aliorum opiniones D. Ioa.Tho. de Marinis Capuanus. in tract.de generib.& qualit.feudor.lib.1.de feud. hæredi.nouo.tit.7.nu.7.& 8.¶Et facta querela violentiæ,& spoliationis, si renunciauerit spoliatus,& spoliator, cessare etiam debet,& fiscus, ne melioris sit conditionis.vt voluit Aegidius Bossius in trac.causarum crimin.ti.de pluribus violentijs.nu.18.refert, & sequitur alios allegans dominus Iacob.Menochius.in trac. de recuper.posses.remedio.1.nu. 280. ¶ Et ad illud quod proxime dixeram quòd fiscus est hæres, dic quod etiam loco hæredis.voluit Petr.Iaco.in pract.ti.de cau.ex quib. dom deb.amit. proprie.nu.7. ver. duodecima distin.ubi dicit,q̄ loco hæredis extranei reputat.& uoluit Lud.Ro. in consil.73.in causa.per totum.& in consi.93.visis.col.2. & in consil.373.in dubitatione.& Philip.Dec.in l.pari.§. hi qui.nu.1.ff.de reg. iur. ¶ Et tali casu fiscus priuato succedens,priuati iure vti debebit. experiundo hæreditatis petitione,vt iam sæpius dictum fuit.& voluit Franc.Marcus in decision.Delphina.682.nu.1.6.vol.1. ¶ In terminis autem prædictis si bonorum sibi ex hæreditate obuentorum, inuentarij confectionem non impleuerit,vltra hæreditatis vires minime tenebitur.Ioan.Fab. in l.tutoris.nu.1.ad leg.Iul. de vi pub. Angel. in consi. 31.viso laudo.col.2.vers.nunc ad propositum. Guido Pap.in decis.Gratianop.333.fiscus.num.1.& Ias.qui dicit hanc esse communem opinionem.in l.scimus. in princ.nu.1.C.de iur.delib.Didacus de Couarruuias. in rep. rubr.de testa. c.1.nu.4.& D.Iulius Clarus sententia.lib.5.§.fi.q.78.nu. 41.¶ Fiscus autem si bona vacantia prætendens, contra dictorem habeat quempiam, qui se defuncti hæredem prætendat, tunc ad prostrandam fisci prætendentis intentionem,probare sufficit eum publice, & communi voce cum defuncto consanguineum æstimatum, itaque defuncto viuente inuicem appellari solitos. voluit Mansuer.in pract.sua.tit.de proba.§.item si fiscus possidet.nu.18. refert,& sequitur cum aliquo temperamento Andr. Tiraq. in retract.consanguin.§.1.gl.16. nu. 9.¶ Si autem fiscus communem habuerit rem cum priuato, & velit, poterit illam distrahere etiam si fuerit socius in re communi.l. vnica. C. de vendi.rei fisci.commu.cum priua.lib.10.& Abb.Panor.in c.Quamuis.nu. 13.extra. de re iud. Matth. de Afflict.in trac.Protomixe.in princ.l.num.17. fol.23.in paruis.Ioa.Baptist.Asinius.Floren.in l. si quis sepulchrū. nu.12.ff.de religios.& sumpt.Fun. Tiraquel.in retract.cō sanguine.§.1.gl.18.nu.7. vbi asserit tali casu consortem admitti,& alijs omnibus preferri oportere.¶In diuisionisque casu fiscus diuidet, & priuatus eliget, & sic in optione priuati condō melior erit,quā fisci.Bar.in l.senatus.§.senatus.ff.de iur.fisci. Marinus Fieccia in Apost.ad Neapoda in consuetu.Neap.si fratres. tit. commu.diuid. in Apostil.incip.scias quòd Res. ¶ Ante sententiam in bonis delinquentis fiscus nullum ius habet, vt iure communi cautum est.vt in l.ex iudiciorum.ff.de accusa.Cy.in l. si quis posthac.C.de bon.dam.Alexā.in consi.75. visis,& diligenter.col.1.ver.si ergo admittitur.vo.1.Asinius in l. scriptus hęres.§.sed locus.n.7.ff.de reli.& sump.fu.Raph. Fulg.in consi. 179.nu.3.Aut.de But.in cons.63.nu.3.Pau. de Monte Pico.in rep.l.post contractum.nu.40.ff.de donatio.D.Iulius Clarus.in d.q.78.in fi. Nec enim fiscus ante condemnationem super bonis delinquentis aliquam habet hypothecariam actionem, vt placuit Petro Iacobo de Aureliaco in praxi.ti. de actio.in factum Paulianæ. nu.4.cum adductis per Bossium in ti.de bon.pub.nu.81. ¶ Regni autem huius Neapolitani legib.cautum est,ut si citetur delinquens à Curia,& non compareat, & contumax efficiatur, veniet tertiæ partis bonorum mobilium confiscatione mulctandus.vt in Regni Constit.pœnam nouem vnciarum.& in constit.grandis vtilitas.& vtrobique Iser.Afflict.& alij. & hoc iure vtimur. licet de iure communi iudicis arbitrio mulcta imponebatur secundū causarum merita,& personarum. iux.l.vnicam.ff. si quis ius dicent.non obtemp.& multa elegantissime. D.Iacobus Menochius.de arbitr.Iud.q.libr.2.centuria. 3. casu. 180.per totum.ad quem me remitto.& in Regno mortuo contumacis, ac foriudicati patre sine filijs ab intestato in totum succedit fiscus.vt in const. Regni. ob filiorū culpas.vbi Matt.de Affl.in 1.no.In eademq; re si pater testm̄ fecerit, & filium contumacem, & foriudicatū in minimo hæredem instituerit, in illo solo, & non totaliter fiscus hæres fiet.Afflict.ibidem notab.1.& D. Petrus Feller.in prac.crimin.§.annotentur bona contumacis.num. 20.21.¶Nec confiscatio, siue bonorum publicatio ad futura bona, & post publicationem quæsita trahi poterit, l.si mandauero §.is cuius.ff.mand.glo.& Bart. in l.1.ff.de bon.dam.Cyn.& alij in l.1.C.de præscript. Bart.in l.certa forma.C.de iur.fisci.lib.10.Bald.in l.fi.in fi.C.quæ res pig.oblig.poss.Alex.in consi.75.visis.colū.4.vers. inquātum autem.volu.1.& in cōsil.88.col.2. circa prin. vol.3. ¶ Et in casu publicationis fiscus bona alienari prohibita, & restitutioni fideicommissi subiecta non accipiet. Bart. in l.Imperator. in prin.ff.de fideicom.lib. vbi etiam Angel.voluit Ludo.Roma.in l.si finita.§.de vecti.ff.de dam. infe. Alex.in consi.23.oportune.vol.1.& in consi.88.col. 2.vol.3.Bernardi.Bombinus in consi.2.testator. nu.7.8. & Iacobus Albens.in cons.7.in causa ista.nu.17.18.Lud. Roma.in consil. 247.Primo.nu.2. vbi dicit ad fiscum nō transi-

transire legatum conditionale, seu fideicommissum. idē tenuit Nicola. Boer. in consuetudi. Bitucens. tit. de iurisd om. iudic. §. 12. & in decisione Burdegalens. 351. num. 7. vol. 2. Rationes huius videas apud supradictos & præter tim apud Hippoli. de Marsi. in sing. 314. prohibitio. ¶ Tradit autem Hippol. vbi supra duas rei huius limitationes Quarum prima est, quòd tunc demum à fisco non publicantur bona fideicommisso subiecta, quando personæ ad quas fideicommissum pertineret, existerent, secus tamen si defecissent. l. quoties. vbi Bald. C. de fideicō. cum alijs per eum ibi allegatis. Quibus tu addas Iacob. Mandellum in consil. 7. in causa ista. nu. 19. dicentem, fiscum succedere in bonis fideicommisso subiectis, si is cui confiscatio fit delinquēti, vltimus ex fideicommissarijs erit. Et an, & quando res prohibita alienari, non obstante prohibitione alienari valeat. latissime dixi in consi. meo. 12. in cantico Exod. per totum. ¶ Secundam Hippolytus limitationem secus esse in domino vtili, vt intelligatur tunc demum ex bonis fideicommisso subditis publicationem non fieri 53. directi dominij. secus tamen in domino vtili erit qui & publicabitur, licet bona fideicōmisso restituendo subijciantur, ita inquit authoritate Bellemeræ in consil. 23. quidam bastardus. col. 1. cum alijs per eum allegatis. ¶ Tenebitur autē fiscus bona capiens tanquam confiscata, ad onera legatorum, fideicommissorum, & omnibus hæreditarijs creditoribus tanquam hæres. Accur. in l. non intelligitur. §. cum ex causa. in ver. pertinet. ff. de iur. fisc. Alberic. Rosat. dicens communem in l. actione. §. publicatione. ff. pro soc. Aymo. Crauet. in consil. 165. nu. 7. refert, & sequitur Iulius Clarus. lib. senten. 5. §. fi. q. 78. num. 40. Immo actiuè, & passiuè omni actione tenebitur. Ludo. Roma. in consi. 73. circa per totum. & iterum in consil. 93. visis. nu. 3. & in sing. 641. Tu scis quòd hodie Philip. Dec. in l. fi. in ulti. lect. nu. 15. ff. si cert. pe. Francis. de Crem. in sing. 44. an fideiuss. Bartho. Veronens. in consil. ciuil. 58. casus. nu. 3. D. And. Tiraquel. in tract. le mort saisit le vif. par. 2. declara. 14. nu. 16. & secundum Ang. in cōsil. 31. Viso laudo. col. 2. ver. Hunc ad propositum. Tenebitur secundum vires hæreditarias, nō tamen insolidum, posito quod confiscatus teneretur insolidum. vt in l. 1. §. an bona. ff. de iur. fis. ¶ Et pro bonis publicatis, & confiscatis fiscus non tenebitur soluere gabellam. vt in l. licitatio. §. fiscus. ff. de public. & vectiga. & in l. vniuersi. C. de vecti. & commissis. gl. in l. publicanus. §. 1. in verb. mnnificum. ff. eo. ti. Bar. in consi. 226. cauetur statuto montis Polciani. & plures alios referens Nicol. Boer. in decis. Burdeg. 213. nu. 1. vol. 1. & in decis. 279. nu. 2. vol. 2. ¶ In causa lucratiua priuatus præfertur fisco, in onerosa autem fiscus priuato. post multa Anton. Negusant. in trac. de pig. & hypoth. part. 2. memb. 4. nu. 118. vers. Ego autem puto. dicens esse communem opinionem. Ex contractu tamen priuatus indistinctè fisco præfertur. vt communem testatur Didacus de Couarru. lib. variar. resolut. 1. c. 16. nu. 8. & per totum. refert sequendo D. Iul. Clarus lib. senten. 5. §. fi. q. 78. nu. 42. Nec concedēda erit Fisco læso restitutio. quando contractus cum ipso inhitus, ac celebratus. perfectus erat, & absolutus cum omnibus substantialibus, nisi forte esset læsio ex causa nouiter superueniēnte. voluit alios allegās Matth. de Affli. in decis. Neap. 340. Fuit votatum. nu. 3. ¶ Relinquendum deniq; non erit (postquā de fisco loquimur) quòd si fiscus illicitam fecerit personæ capturam, vt priuatus ad expensas, damna, & interesse tenebitur. l. 2. §. si publicanus. ff. ad leg. Aquil. l. si fundum. §. si tutor. vbi Accur. ff. pro empt. Ioan. Milleus in praxi criminaria. §. viso indiciorum Eulogio. in ver. præhensionem corporis. nu. 3. 8. fol. 37. in paruis. ¶ Cumque ad conueniendum inhabilis sit, de iudicio sisti fiscus fideiussor idoneus non est. gl. in l. 2. in prin. ff. qui satisda. cog. Ba. in l. sentētia. C. de fideiusso. Matth. Afflict. in decisio. Neapo. 88. in causa. ¶ Stilum, consuetudinemque curiæ obseruare tenebitur. Iodocus Damhouderius in tract. crim. c. 7. de exceptionib. criminalib. num. 6. ¶ Nunquam tamen tenebitur fiscus etiam si generalissimam promiserit de Euictione vltra simplum, re euicta. l. si procurator Cæsaris. ff. de iur. fisc. Rebuffus in tit. de dilat. artic. 2. gl. 1. nu. 32. Nicol. Bellonus. in cons. 51. Riminald. in cons. 103. num. 52. vol. 1. Matth. de Affl. in tract. Protomixeos. §. 4. num. 26. & nouissime. D. Gaspar Caballinus in tract. euictionum. §. 5. num. 88. ¶ Et fiscus confiscando bona dotare tenebitur filias. post multos tenet Petrus de Benintendis. decis. Bononiens. 91. confiscatis. per totum.

c ¶ PRO Principe.] Præsumitur enim principem iusta causa moueri. Cyn. in l. Rescripta. C. de precib. imp. offer. Abb. Panor. in c. cum olim. de re iud. nu. 23. Alex. in consil. 94. consideratis his. col. fin. & in cons. 101. Visis instrumentis. col. 6. & in cons. 136. Viso. col. 1. vol. 1. Iason. in l. si testamentum. C. de testam Barthol. Socin. in cons. 164. Visa bulli. col. 4. vers. sed contra premissa. vol. 2. Refert, & sequitur Catelli. Cotta in memorab. in verb. Papa ligatur. ¶ Limitant tamen non procedere, nec præsumi principem iuxta causa motum in præiudicium tertij. Bald. & Fel. in c. quæ in ecclesiarum. de constit. Petr. de Anchar. in cons. 308. Præmitto. circa finem. Castrens. in cons. 156. Viso. col. fin. & Calderin. & Ant. de But. in c. post cæssionem. col. 8. de prob. Franc. Aretin. in c. cum à nobis. de testib. licet asserat contrarium Curtius senior in cons. 49. Memoriæ recolendæ. nu. 30. vbi dicit principem disponentem præsumi iusta causa motum, et si ius alteri quæsitum omnino auferret. vbi latissime. ¶ Secundo limitāt Principem iusta causa moueri præsumendum non esse, quādo disponit ad partis alicuius petitionem, tunc enim partis potius importunitate moueri, quàm iusta causa præsumendum est. Ludou. Rom. in cons. 436. Quod inductum Petri. nu. 19. Philipp. Deci. in cons. 576. Pro resolutione. col. fin. Refert, & sequitur Ioan. Nicol. Arelata. in Apostill. ad Andr. Alciat. in tract. præsumpt. Reg. 3. Præsumpt. 8. nu. 1. sequitur etiam Hippoly. de Marsil. sing. 6. In principe. ¶ Ad supradicta tamen videri possunt notata per Florian. de S. Petr. in l. si irruptione. §. ad officium col. 2. ff. fin. Regund. Rota in decis. 371. supposito facto. col. 2. vers. sextum, quia ista. Alberic. in l. 1. C. quand. Imp. inter pupill. Felyn. in c. accedentes. de præsumpt. Thom. Grammat. in decis. Neap. 20. num. 1. & Angel. in l. 2. C. de Quadrien. præscript. Andr. Barb. in consil. 24. vol. 2. & in cons. 62. col. pe. vol. 4. & D. Iacob. Nouelli post Duenn. in Regul. 144. per totum. latissime Socin. inter cons. Curtij Senioris. cons. 20. sæpenumero. col. 5. & seq.

## De forma & ordine standi vel sedendi per principem in curia præsidentem, & inter conuocatos ad curiam.

## Rubrica 6.

*SVMMARIVM.*

1 *Princeps est mundi dominus.*
2 *Clerici, in quibus sint subditi principi laico.*
3 *Rex Hispaniæ non recognoscit Imperatorem.*
4 *Imperium vnde primo traditum est.*
5 *Primogenitus, ad dexteram patris sedere debet.*
6 *Quomodo sedeant Proceres & Prælati, & Officiales.*
7 *Secretarius principis, debet esse miles.*

8 *Pra-*

8 *Præsides prouinciarum.*
9 *Magistri rationales.*
10 *De officio prothonotarij.*
11 *Orta contentione, quis officialem præcedere debet.*
12 *Sapiens præfertur militi, & quare?*
13 *Nobilitas acquisita virtute potior illa est, quæ acquiritur sanguine.*
14 *Principes honorare & extollere debent bonos & doctos viros.*
15 *Respublica quando beata dicatur.*
16 *Consiliarij principis, quare honorantur.*
17 *Rex est iudex incompetens clericorum, & vsurpans in clericos iurisdictionem, peccat.*
18 *Qui vocantur ad curiam principis.*
19 *De quadruplici diuisione Arragonum, & varia aliarum ciuitatum.*
20 *Ciuitates congregatæ in curia, qualiter sedeant.*
21 *Archiepiscopi & prælati præfecto prætorio comparantur.*
22 *Brachium militare, qualiter sedeat.*
23 *Laici proceres, qualiter sedeant.*
24 *Quæ prouincia præcedat.*
25 *Respublica iure minorum vti solet.*
26 *Priuilegiatus, contra priuilegiatum, non vtitur.*

1 PRINCEPS autem † vt regni
a dominus.[a] ff. ad l. rhodiam, de iactu. l. deprecatio, in culmine sedere debet, cum regale culmẽ appelletur. C. de quadriennij præscrip. l. bene a Zenone. Et 23. q. 5. c. principis culmen,
b aut proprie appellatur locus altus[b] super oẽs gentes ad curias conuocatas, regna sua & terras repræsentantes. & in dicto culmine debet rex cathedram tenere. Vnde Hier. 1. c. Ecce constitui te super omnes gentes & regna vt ędifices, euellas, & plantes, transumptiue, in c. 38. dist. §. ecce, & in c. solitæ, de maio. & obed. Et ideo legitur. 1. Pe. cap. 2. & transumptiue in d. c. solitæ. Subditi estote omni creaturæ propter deum, siue regi, tanquam præexcellenti &c. Princeps ergo dominus & prę excellens in solio alto, super omnes vasallos debet sedere. Nam scriptum est. Cum rex iustus sederit super sedem, nõ aduersabitur sibi quicquam malignum. Et ideo solitum est, vt fiat quoddam thronum ligneum, quod nos vulgariter eschauffault, seu tabellatum appellamus, in quo sunt multi gradus ad modum gradarij. Et solium regium stat in loco superiori super caput omnium conuocatorum. Sed vidi dubitari, an in tam alto loco deberent stare, vel ad staturam humilium vassallorum conuocatorũ ad curiam, & allegabatur quòd sic erat antiquitus in curijs generalibus obseruatum, quæ consuetudo est altera lex, vt in l. de quibus. ff. de legi. cum similibus. Sed dicebam quòd princeps nedum super humerum debebat sedere, sed super caput vassalli, cum in eius capite habeat potestatem vt dominus, & habens gladij potestatem, & maius imperium. Et ideo scriptum est, ad Roman. 13. c. omnis anima superioribus
2 potestatibus subdita sit. † Et quamuis videatur dici de laycis, Idem de clericis quo ad exteriora, id est patrimonialia. 23. q. ultima, tributum. Si ergo anima subdita esse dẽt, sic & caput cum inferior suo superiori caput subijciat. Sic legimus dixisse Valentinianum Imperatorem, talẽ in pontificali sede cõstituere procuratorem te, cui & nos qui gubernamus imperium sincere nostra capita submittamus. 63. distin. Valentinianus. extra de iud. c. nouit. Et maxime honorandus est princeps, quia fides & reuerentia debetur ei. 23. q. 5. §. ipsis. & §. ptérea. Et deus imperialem fortunã rebus humanis præposuit, vt dixit Imperator. in l. tanta. in §. sed quia. C. de veteri iure enuclean. ¶ Et vt maior reuerentia principi detur, voluit imperator nomen suũ in quocunque instrumento præponi. in aucten. vt proponatur nomen imperatoris, coll. 3. vnde legimus. j. Petri, c. 2. Regem reueremini, & reges seruiendi, & honorandi sunt, vt in c. quo iure. 8. di-
3 stin. † Et honor Imperatori nostro debetur regi
c in sua patria, qui imperatorem nõ recognoscit[c]. quia a faucibus inimicorum regna sua eripuit. no. in c. Adrianus. 63. dist. ¶ Et vide ad saturitatem Oldradum in consilijs, consilio incipiente, Consueuerunt dubitari. & est 69. ¶ Et quia prin
d ceps est deus in terris[d] & adorari debet a vassallis, non adoratione quæ deo debetur, sed regia subiectione & salutatione, vt inquit imperator in l. j. C. de præpositis sacri cubiculi. & in l. finali. C. qui militare possunt, lib. 12. ibi, nostram pur-
4 puram adorantes. † Et quia imperium a cælesti
e maiestate[e] traditur. C. de vete. iu. enuclean. l. j. nõ mirum si sedeat super caput. Et sic scriptum habes in Psalmo. Omnes gentes plaudite, ibi, quoniam dominus excelsus, terribilis, rex magnus, super omnem terram. Subiecit populum nobis, & gentes sub pedibus nostris. Et in Psalmo. Diligam te domine. ibi. Eripies me de contradictionibus populi, constitues me in caput gentium. Fateor tamen quod si aliter est consuetum, vel in curijs obseruatum, quòd illud obseruandum est, quoniam minime sunt mutanda, quæ longam consuetudinem habuerũt. Et quia in his prælationibus standum est longæuę consuetudini, vt in tex. notabili l. non tantum. §. fin. ff. de decurionibus. & maxime si sic sit obtentũ in contrario iudicio, ad hoc no. in c. fi. de cõsne. per Io. And. in c. abbates sancti Syluani. de verb. signi. Et vidi quòd ad instantiam curiæ, fuit depressum tabulatum curiam celebrante domino rege Nauarræ, locumtenen. ¶ Et ideo potest dici domino regi. Non licet tibi transgredi terminos, quos posuerunt patres tui, Prouerbiorum, 22. c. in fi. ¶ Et si dicas quòd illud ideo, quia nõ erat rex regni, posset dici quòd locumtenen. generalis omnes honores & prorogatiuas regias seruat, quia principem repræsentat, & alter rex est re-

est repræsentatus. Ad hoc.c.si abbatem.de elect.
lib.6.& ibi no.& ideo standum consuetudini, vt
prædiximus, quia mos retinendus est antiquis-
simæ vetustatis. C. de testamentis.l.testamenta.
5 †Ex post in generali curia post principem sedet
f primogenitus,[f] & ad dexteram patris sedere de-
bet.vt no.gl.7.q.1.c.quam periculosum. Et Bal.
in l.ex hoc iure.de iustitia & iure. ¶Et denuo se-
dent præditi dignitate regia, qui prius scribé-
di & nominandi sunt.l.fin. ff.de albo scribendo.
6 † Et sedere debent in tabulato regio, in illius
gradario, non in summitate, sed coęquales Ar-
chiepiscopis,& Episcopis, & alijs Magnatibus,
vel modicum plus,& sic præ cęteris & priores se
dent, inter quos est ordo, nam in manu dextra
g principis,sedet gloriosissimus Quæstor[g] qui ho
die Cancellarius, & vicecancellarius etiam ap-
pellatur. Et ille primus nominatur ab Impe-
ratore,vt vides in tit.de Iustiniano.C.confirmã-
do,tanquam maiori præditus dignitate. Et q̃a
scientia illius præsumitur scientia principis,
quia in iustitia principem repræsentat. Ad hoc
gl.aurea,in c.statutum. super verbo, literarum.
de rescrip.lib.6.& ideo omnes literę,& iussiones
regiæ, subscriptionem habere debent gloriosis-
simi quæstoris. vt in rubro & nigro,in auctẽ. vt
diuinæ iussiones.col.8. & in l.fi. C. de diuers. re-
scr. ¶Ex post ad latus sinistrum principis,quod
est dextrum,quo ad curiales,sedet iustitia. Arra
h gonum,[h] qui ex suis fore, præsident etiam in sui
curia Arragonensium, Et illam prorogat, & ista
dignitas & officium fuit incognitum de iure,
cum sit creatum ex lege regni, & habet magnũ
participium in regia iurisdictione. Ad hoc. le.
j.C.de officio præfecti vrbis: merito honorãdus.
Nam quos princeps tali insigniuit honore, &
de sua participauit iurisdictione, non est præsu
mendum, aliter eum fore iudicaturum pro sua
dignitate,quam princeps. ff. de officio præfect.
præt.l.1.circa fi. Meritò de isto dicendum est, q̃
alibi dicit Imperator, potioris gradus iudicib.
ab inferioribus competens reuerentia tribua-
tur.l.5.C.de officio rectoris prouinciæ. Post istos
i ad vnum latus,sedet regni thesaurarius, [i] qui ẽt
quæstor appellatur,vt dixit gl.in l.vnica. ff.de of
ficio quæstorum.¶Et iste quęstor & alius iam di
K ctus sunt illustres,[k] vt in auctẽ.de appell.§.illo.
coll.4.merito honorandus.¶ Ad aliud latus,se-
l det secretarius[l] regius,cui principis secreta cõ-
mittũtur. Et hic vocatur proximus sacri scrinij.
Et de isto loquitur tex.in l.proximus. de proxi-
7 mis sacrorum scriniorum. lib.12. † Et debet esse
miles,vt ibi,& vide illum tex.maxime in fi.Qui-
bus enim archana pietatis nostræ, merito com-
mittuntur, ijs pietas nostra, vitam cingulo su-
pradicto continuo ordinãdam decorandamq;
decreuit. Et sic eum appellat glo. Placent. in l.
j. C.eo. Et sic vides quanta honoris prærogatiua
iste gaudet, & qualiter a principe extollendus
est.Nam iste gaudet priuilegijs, & pręrogatiuis
eorum,qui in sacro palatio militant: & proposi
torum sacri cubiculi & silentiariorum. vt C. de
priuilegijs eorum qui in sacro palatio militant
l.1.& 2.lib.12.Et de præpositis sacri cubiculi.l.
2. de silẽtia. lib.4.& sic merito honorãdus,maxi
me hodiernis temporibus. Nam istud officium
multum in Hispania a principibus commenda
tur,merito honorandus est quem rex honorat.
ut dicit tex.regnum.
8 POst hos autem sedent†prouinciarum Præsi-
des qui vulgò gubernatores appellantur re
gnorũ, qui in prouincia ipsis decreta,maius im
perium habent post principem.ff.de officio p̃-
consulis.l.& ideo.ff.de officio Pręsidis.l. præses.
merito honoris prærogatiua gaudere debent,
& honorari.ff.de officio proconsulis. le. si in ali-
9 quem. † Denuo sedent magistri rationales[m] re
m gum, qui de rationibus & administrationibus
regis cognoscunt, & in hoc sunt procuratores
Cæsaris.Ad hoc.l.instar.cum ibi nota. C.de iure
fisci.libro decimo:uel dicuntur Comites sacra-
rum largitionũ,qui de debitis principi ex sua-
rum administrationum computis mittunt in-
structionem.Ad hoc.l.1.cum ibi notatis. C. de
apochis publicis.lib.11.Et uide de istorum offi
cio.in le.actuarios.& in le.& in prouincijs.C.de
actuarijs.lib.12.Et iste rationalis dicitur procu
rator Cæsaris,ut l.ad fiscum. C. ubi causæ fisca-
les. Et sic merito iste rationalis, qui tanto ho-
10 nore & iurisdictione utitur extollendus est.†Vl
n terius sedet Prothonotarius,[n] qui est in digni-
tate. Et de isto Prothonotario dicitur, quòd of
ficium notariatus est dignitas. vt C.de primice
rio & secundicerio.l.prima,& 2. libro. 12. Et de
isto dicit text. quòd magistri scriniorum quo-
dãmodo maiestati regiæ assidere uidentur,in l.
vnica. C. de magistris scriniorum.constitutio.
græca,nõ mirum si quàmplurimum extollẽdus
sit,& ideo credunt Prothonotarios se præferen-
dos rationalibus, sed in hoc seruanda est con-
o suetudo,[o] ut in l.1.ff. de albo scribendo, & sti-
lus curiæ regiæ. Et ita intelligo in alijs officijs,
de quibus prædixi, ut dixit text. in cubicula-
rio.in l.1.C.de præpositis sacri cubiculi.lib.12.
Et in l.actuarios. C. de numerar. & actuar. eod.
11 titu.†Et ubi inter iamdictos uel alios regios of
ficiales esset contentio,quis prior sedere debe-
ret,stante paritate officiorum,ille præferendus
est,qui laborum comparatione alios superauit,
& maiorũ meritorũ coronã in domo regia por-
p tat.ut in l.singuli unicuq;.C.de proximis sacro-
rũ scriniorũ.Et sic uirtutes & merita[p] faciunt an
teire.Ad hoc.l.nemo.C.de of.magistri officiorũ.
POst hos sedent Baiuli generales regnorum,
qui sunt procuratores Cæsarum & recepto-
res,& sic sunt ipse fiscus,quia facta computatio
ne & diffinitione p̃ rõnalẽ, & ubi est contentio
de administratione uel administratis,quod nõ
sit in exãine cõputorũ adhibet ipse Baiulus, ut
fiscus & fiscale caput,& p̃ eũ cũ dicto rationali,
C sit

fit destinatio & iudicium, & facto deinde com-
puto per rationalem, fit incorporatio pecuniæ
in ipsum fiscum, i. per Baiulum, & denuo in æra
rium. i. regium tabularium, uel thesaurariũ. Ad
hoc. C. de canone largitionũ. l. i. ad hoc quod no
ta. gl. singulariter in l. in omnibus prouincijs. C.
de numer. & actua. lib. 12. ¶ Et post hunc caput
q fiscale & ipsum fiscum sedet aduocatus fisci,[q] q
multis ornatur priuilegijs. vt vides in titu. C. de
aduocatis fisci. ¶ Denuo sedent omnes alij con
siliarij Principis, & de suo consilio, qui consilia-
rij, ut proximi sacri scrinij, multis ornantur pri
r uilegijs & prærogatiuis,[r] ut uides in ti. C. de p̃-
ximis sacrorum scriniorum. Et isti ordinantur
secũdum eorum ordinem, in quorum loco sub
stituuntur, & uel aliàs secundum illorum meri-
torum præmiũ. ut in l. unicuiq;. C. de proximis
sacrorum scriniorum. lib. 12. Et quia inter hos
est paritas officij, standũ est uirtutibus et meri-
s tis, unde doctor famatus[s] præfertur alijs, ét no
bilib. et militibus de consilio, et dignior in se-
dendo alium debet p̃ire, ut no. Bald. in l. decer-
nimus. C. de sacrosa. eccl. Nam melior est sapiẽ
tia, quam militia. Vnde Ecclesiastici nono. Me
lior est sapientia, quàm arma bellica. Et Psalmi
sta. Non in fortitudine equi uoluntatẽ habebit:
nec uirib. uiri, beneplacitum erit ei. Et alibi in
Psalmo. Exultate iusti. Ibi, nõ saluabitur Rex pp
multã uirtutem, nec gygas in fortitudine uirtu
12 tis. † Et iõ de rõne, maior honor debetur sapien
tibus, quã militibus, qui non debẽt esse nisi exe
cutores præceptorum sapientũ. Ideo dicit tex.
Milites nostros, oportet esse defensores, non do-
minos. C. de captiuis. ab hostibus, in fin. ¶ Et iõ
principes qui istud prætermittunt, et non cu-
rant de hominibus sciæ, de eis scribitur Prouer-
biorũ. 28. Dux indigens prudẽtia, multos oppri
13 mit per calumniam, quia merita scientiæ † no-
bilitant hominem. Ad hoc facit, quia Vlpia-
nus iurisc̃osultus, uocatur nobilis, non propter
genus suũ: sed propter abundantiam meritorũ,
& sciæ, ff. de excu. tutor. l. 2. §. ult. Ad idẽ Papinia
nus uocatur pulcherrimus, licet naturaliter nõ
fuerit formosus. ut ff. in procemio. ¶ Vnde qui
meruit sua uirtute nobilitatem habere, magis
dicitur nobilis, quam hi qui descendunt de no
bili genere, quia ex genere non est aliquis nobi
lis, nisi ex præsumptione. ut. ff. de ædilicio ædi. l.
quod si nolit. §. si mancipia. Et plus commenda
ri potest quis, in eo quod a se quærit, quã quod
a parentib. habuit. ff. de captiuis & postli. reuer.
l. si qd bello, & le. 3. ff. de interd. & releg. Et dicit
Seneca, quod qui genus suũ laudat, aliena lau-
dat. Et Cato dicit. Scientia, nobilitat animum.
¶ Est tamen fatendum, quòd magis ad nobili-
tatem trahitur, qui de nobili genere procedit.
Hinc est quod dr̃, ꝙ Philosophus generat Philo
sophum. Vnde dicit Boetius. Qui sua uirtute
pollet, & parentũ habet imagines, hic magis p̃-
ferendus est, & magis deijciẽdus cũ degenerat.

t Et hinc est qđ virtus nobilitat hominem.[t] C. de
postuland. l. prouidendum. Et virtutũ p̃mia, tri
bui merentib. conuenit. l. ut uirtutũ. C. de stat. &
imagin. Et C. de officio p̃fec. p̃. Affri. l. in nomine
Dñi. & in c. 1. de ma. & obe. quia ad honoris aug
mentum non ambitione, sed labore unũquem-
que conuenit deuenire. in l. contra publicã. C.
de re mil. li. 12. cum similib. & ideo, ut cæteri co
14 lant uirtutẽ † solent principes bonos homines
sciæ, & uirtuosos honorare multum in suo con-
silio, ut fecit Bonifacius Papa, dominũ Richar-
dũ de Senis, vt patet in procemio. 6. libri. Et Im-
perator. C. de nouo. C. cõponendo. in prima cõ-
pilatione dicit tales sunt gloriosi, nedũ doctri-
na legum, sed sapientia rerum. Et isti doctores
sunt in dignitate, ut no. Bartol. in l. ex eo tpe. ff.
de testamento militis. Et Bald. in lege prima. ff.
de iustitia. & iur. Et hi sapientes de regio consi-
u lio debent queri a principe fideles,[u] & bonæ cõ
x scientiæ.[x] ¶ Nã sapiẽs infidelis plus nocet, quã
insipiens, in auth. de ijs qui ingrediuntur ad ap
pelland. §. illud. Et ita no. Io. Fabri, in principio
institutionũ. Et inquit Boetius, in 8. prosa, bea-
15 tas fore † res publicas, si eas uel studiosi sapien-
tiæ regerẽt, vel earũ rectores studere sapientiæ
16 cõtingeret. Et isti de regio † consilio nimirũ si p̃
ponuntur, & multũ honorantur, quoniã princi
pem repræsentant, quia nomine consilij, uice re
gia potest ferri sñia. & prouisiones q̃ fiunt in cõ
silio habẽtur pro regijs prouisionibus. Ad hoc
quod notat Archidia. 17. dist. c. generalia. Et gl.
in l. fi. C. de uindicta liber. & apud cõsilium ma
numission. Et Bal. in l. 1. C. eod. ¶ Et quanuis in
domo regia sint alia officia, etiã maiora aliqui-
bus iã dictis, tñ quia non sunt de consilio regio,
solẽt inter alios de curia sedere, ubi essent de cõ
silio, vel cũ vellẽt sedere inter regios officiales or
dinarentur secũdũ illorũ ordinẽ & dignitatẽ, ut
p̃diximus de alijs, seruata curiæ & domus regiæ
cõsuetudine. ut in d. l. actuarios. C. de nũerarijs.

Ostquam prædiximus de alto solio
regiæ maiestatis, & de loco curia-
lium consilium regni præsentãtiũ,
restat uidere de loco aliorum con-
uocatorum ad curiam. ¶ Et scias
quòd ad curiam conuocantur Archiepiscopi,
y Episcopi, Abbates,[y] & religiosi, præsidentes,
in administratione posſidentes uasallos in re-
gno cum eis interueniant, & non respectu sua-
17 rum personarum, † cum dominus Rex tanquã
iudex laicus, non sit illorum competens iudex,
etiam ex prorogata iurisdictione, de foro com-
petenti. c. nullus. & c. si diligẽti. de iudicijs. & c.
at si clerici. 11. q. 1. c. inolita. & c. placuit. Laicis
ãt disponẽdi de reb. ecclesię nusquã legiẽ attri-
buta facultas. 90. di. c. 1. ¶ Hi. n. qui tñ huma-
nis reb. non diuinis p̃sunt, quo modo de his p
z quos diuina ministrant iudicare p̃sumũt[z] peni-
tus ignoratur. 96. dist. ca. denique. imo grauiter
prin-

princeps delinquit iurisdõnē dei vsurpando, & ei uidet iniuriā facere.2.q.1.c. Et timere debet princeps,ne a domino flagelletur, vt rex Ozias qui lepra legitur esse percussus, quia officium sacerdotij usurpabat.De quo.2. Paralipomenō 23.& in.§.si nō.7.q.2.¶Et quod dixi ꝙ respectu vasallorum, & bonorum intercedant in curia,
a quomodo hoc nomine bona clericorum [a] gaudēt priuilegio clericorum.12. q.2.ecclesiarum seruos.& 16.quæ.1.similiter. Et bona accessoria sunt ad personam & propter hominem creata sunt.ff.de usur.l.in pecudum,& de iure codicillorum.conficiuntur,& accessorium naturam sequi congruit principalis.ff.de reg. iur. l. cum principalis.& eo.tit.cap.accessorium.lib.6.etiā quo ad forum. ut uidemus in vxore,filijs & seruientibus.C.de Episcopis & cleri.l. 2.& de iud. l.quotiēs.& C.ubi & apud quos in integ. restit. postu.l.fi.& de comitibus Cōsisto.l.ijs.& de proxi.sacri scrinij.l.in sacris.lib.12.¶ Duplex est enim militia.50. dist.clericum,& ca. si officia.Et quòd mutatione personæ mutetur forus, etiam quo ad res probatur. Nam ex hoc fundatur æquitas illius tituli, Ne liceat potentiorib.C. Cū ergo bona & iurisdictio sint in ecclesiam translata,eius forum & conditionem sequentur. Nā quæ religiosis adhærent,religiosa sunt. ff. de rei vendi.l.quę religiosis.& magis dignum attrahit ad se minus dignum. extra de consecra. ecclesiæ uel altar.ca.quod in dubiis. & ff.de usuc.l.cū qui ædes. ¶ Dicas uera esse de iure communi, sed fallit in hoc regno in quo bona de Realenco sunt affecta,& cōditionate data, vt transeāt in clericos & ecclesiā cū honore regali & uicinali,& sic propter illa onera. Et qa illa sunt de iu-
b risdictione regia clerici habent [b] coram principe in curia interesse,tanquam corā iudice bonorum suorū,ad hoc ꝙ no. Bar.in l. rescripto. §. filij. ff.de mune.& hon.melius in l.munerū.§.patrimoniorū.de mun.& hon.in gl.ord.& in c.sine cāæ.11.q. 1. Tū quia ipsi clerici habent multa grauamina contra regios officiales,quæ per il-
c los in curia deducuntur. Et hoc iure non vetatur,quia sunt actores,& habent sequi forū rei.[c] de foro compe.c.cū sit generale,cum similibus, ad id quod supra diximus, quod clerici in curijs interueniunt propter bona.Est uerum,nam possessiones clericorum, principum ligantur constitutionibus.no.Inno.in c.postulasti, de fo
18 ro compe.† Vocantur etiam Duces, Comites, Marchiones,Valuasores,Nobiles, Milites, & Generosi. Insuper & ciuitates & uniuersitates regiæ collegialiter vel sub nōine collegii. Et scias quòd cum sunt in curia generali, quælibet prouincia diuidit inter se suam curiam, ut ita loquamur,non tota cōgregatio est una curia, sed inter se diuiduntur in brachia. Nam prouincia Aragonum, diuidit gentem suam conuocatam in quatuor brachia. Primum est, ecclesiasticorum.Secundum est,nobilium.Tertium est, infancionum uel generosorum.Quartum est,ci
19 uitatum,& villarum. † Valentia vero prouincia, & Cathalonia diuidunt gentem suam in tria brachia, in ecclesiasticum, militare & regale,vel ciuitatum,& uillarum. Et non mirandum de hac diuisione, quia sic fuit diuisa gens in prima curia,quam Romulus primus rex Romanorum celebrauit,& illas partes gentium diuisarum in tres partes,curias appellauit,ut in l. 2.ff.de origin.iur. Et ideo fit talis diuisio, quia quodlibet brachiū nititur suis prærogatiuis tā sedendo,ut statim dicam quàm in priuilegiis. Et si aliquoties inuicem in curia contrariantur,non est necessarium,ut unius secreta, alteri pandātur.Et quia cōmunio parit discordiā, solita est fieri talis diuisio. ¶Restat uidere de modo sedendi inter istos sic conuocatos ad generalem curiam, qui sunt diuersarum prouincia-
20 rum.† Et in primis scias,quòd in parte dextra principis, sedent conuocati de prouincia Aragoniæ,tanquam regnum, a quo dominus Rex Aragonum denominatur,& primo intitulatur, ut antiquius,& Metropolis, & quæ prædecessorum regum perfruitur priuilegijs,& decoratur, ad hoc.l.unica.C.de Metropoli Berit.lib. 11. Et inter istos de hac prouincia Aragoniæ est ordo, vt etiam inter alios de alijs prouincijs.Nam primo loco sedent illi qui sunt de brachio ecclesiastico,tanquam digniores, quia Archiepiscopi & Episcopi præfectis prætorio æquiparantur,vt dixit glo.in l.unica.ff.de offi.præfecti prætorio.
21 † Et quia congregatio ecclesiasticorū, dignior est ipsa seculari,ad hoc extra de maio. & obed. c.solitę,& no. in proœmio sexti per Petrum de Ancha.& uide no.in c.per tuas, de arbi. & inter Archiepiscopos & Episcopos sāctos,vt dicit in auth.de sanctissimis Episcopis. Et non est maior dignitas,quàm Episcopalis,& illi etiam Imperator quo ad animam, & spiritualia submissus est,de iudi. nouit. Et ordo clericalis magnæ excellentiæ est,merito præferendus. Ad hoc singulariter tex.10.dis.suscep.Nam dicit tex.quòd lex Christi sacerdotali nos subiecit potestati. Et in c.quis dubitet.96.di.& in c. Si Imperator, ea.di.Et non mirandum si tantus honor sacerdotibus debeatur,quoniam iam in ueteri lege, dij appellabantur. Nam dicitur Exodi. 22.in fi. applica illos ad deos.i.sacerdotes, & in nouo testamēto.Io.10.dijs non detrahes, s. sacerdotib. Et legitur Malachiæ 2. labia sacerdotis custodiunt sciam,& legem exquirunt ex ore eius, qa Angelus domini.&c. Et multa bona exempla, in c.sacerdotibus.11.q. 1.& inter hos est etiam ordo,quia primo Archiepiscopi,& Episcopi sedent, & denuo alij secundum illorum dignitatem,ut uides in feud.de prohi.feu. alie. per Lotarium.c.Imperialem. Et post brachium ecclesiasticum, sedet brachium Nobilium, & Baronum. Et hoc in Aragonia,quia quamuis milites sint in maiori dignitate meritò præferendi,

quanto maiori præfulgent dignitate, ad hoc dicta l. omnes. C. ut dig. ordo seruetur. ¶ Denuo
22 uenit brachium militare, quia ut in dignitate positi, ut in glo. l. primæ. C. de eque. digni. li. 12. sunt alijs popularibus præferendi. In alijs uerò prouincijs Valentiæ, & Cathaloniæ, nobiles & milites faciũt unum brachium, quamuis inter eos sedendo sit ordo, quia duces præferuntur, demum Marchiones, comites, Vicecomites.
23 † Demum nobiles & milites, quia isto ordine subordinantur istæ regiæ dignitates, ut in feu. de feudo Marchiæ ducatus. Et in feud. rñ. de expositione uocabulorum quis dicatur Marchio dux &c. quamuis aliquomodo istum ordinem peruersum reperiam, Marchiones prænominatos ducibus, ut uidetur in feud. de no. feudorũ in fi. aliàs est intitulatio tituli, de statutis, & consuetudinibus, circa liber. ecclesiæ edit. Et quod iste ordo in sedendo seruãdus sit, probatur per l. primam. ff. de albo scribẽdo. Denuo sedet brachium regale, scilicet ciuitatum, & uillarum regalium. Et inter istos est ordo, quia sindici procuratores & nuncij ciuitatis matricis metropo
d licæ regni [d] ut ita loquamur, primo sedent, denuo aliarum ciuitatum, secundum illarum prærogatiuam, & ordinẽ antiquitus statutum, ad hoc allegat. l. 2. ff. de albo scribendo. C. ut dig. ordo seruetur. l. omnis, & l. unicuique. C. de proxi. sacrorum scri. lib. 12. Et maior honor debetur
e ciuitati magis populosæ [e] quam minus populosæ. Nam in frequentioribus populis, & maioribus ciuitatibus dignitatem episcopalem [f] pesse
f se decet. 15. q. 1. cap. præcipimus. Et in c. primo, de priuilegijs. Et ait sapiens ecclesiastes. cap. In multitudine populi gloria subiectorũ, in paucitate plebis ignominia principis: attenditur etiã antiquitas ciuitatis, quia magis antiqua
g præfertur [g] minus antiquæ. ff. de iure immunitatis. l. semper. Et illa quæ habet episcopum nõ habenti, nam proprie non dicitur ciuitas, quæ non habet episcopum, ut dicit Bald. in l. rescripta, de precibus Impe. offe. C. uel in l. fi. C. si contra ius uel uti. publ. Sed fatendum est, quòd potest constitui ciuitas sine episcopo per ipsum populũ, maxime principis authoritate, ut not. glo. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. Et Bar. in l. 1. ff. de uerbo. signifi. Et quamuis Bar. ibi dicat, & est uerum, quòd populus potest condere ciuitatem, tamen non dicitur regia ciuitas, nisi sit a principe condita, uide tex. & glos. in proœmio digestorum, in §. hæc autem tria. Et ad materiã uide no. in §. cum ab ecclesiarum, de offi. ordin. Et Bar. in extrauaganti, quoniam nuper, & Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure, qui dicit quòd non dicitur ciuitas, sed oppidum, quę nõ habet episcopum. Sed magis proprie dicitur ciuitas habens episcopum, quàm si non haberet, & q̃ magis populosa, ut in d. c. 1. de priuilegijs, magis honoranda, ut prædiximus. Et scias quòd ciuitates præferuntur omnibus uillis, quia magis nobiles præsumuntur esse in ciuitate, quam in uilla uel diœcesi, ut notat Bald. per illum tex. in c. Rodulphus, de rescriptis, & ex post cæteri sindici, & procuratores aliarum uniuersitatum sedent secundum ordinem antiquitus constitutum, uel prout in libris curiæ ordo descriptus inuenitur, ad hoc. l. prima. ff. de albo scribendo.
24 Restat igitur uidere, † quæ prouincia debeat aliam præferre, in curia generali, in Valentia, uel Cathalonia, in sedendo & alijs actibus curiæ, ut uidi iam in curia generali altercari? & uidetur quòd prouincia Cathaloniæ debeat pferri, tanquam maior populosa, & maior prouincia, & magis antiqua tempore Christianorum, attento ut succedãt quæ allegauimus paulo ante. Item quia sic prætendunt Cathaloni iudicatum, per dominum regem Petrum, & sic dicta declaratio uel sententia facit ius, & pro ueritate habetur. c. si sæpius, in integ. postu. l. prima. ff. de inoffi. testa. l. Papinianus. §. fi. & no. in l. ingenuum. ff. de statu homi. optime facit. l. 2. C. de fund. limitr. lib. 11. ubi iudicauerit antiquitas. Sed in contrarium dici potest, nam prouincia Valentiana est regnum principis auctorita. coronatum merito præextollẽdum prouinciæ, quę regnum coronatum non habet. optimus textus. C. de metropo. Berito. l. prima, li. 11. ibi, iam suis uirtutibus coronatam. maxime quia has prouincias Valentinam & Cathaloniam, iã sic reperio collocatas, per iurisconsultos. Primo Valentinentium. Secundo Barchionensium. ff. de censib. le. in Lusitania. meritò ab ordine scripturæ debet fieri illarum ordinatio, ad hoc, le. prima. ff. de albo scribendo, & c. primum de maio. & obed. Et quod no. in c. nimis, in 2. de excessibus prælatorum. ubi ex ordine dicit prædicatores minoribus præferendos. Et ex quo dignitatem regalem regio iudicio habent alijs præferẽdi sunt. ff. de albo scribendo. l. fi. optime facit. cap. per tuas, de maio. & obedientia. Et quod ibi not. in glo. Nam episcopi exempti, & illi q̃ sunt ordinati a Romano Pontifice, debent in meliori loco in synodo sedere, ad hoc de priuilegijs. c. ad apostolicæ. lib. 6. ex quo ergo regnũ Valentinum meruit regio iudicio regni dignitate fulgerẽ, claret quòd præferendum est comitatensibus qui minori sunt constituti dignitate. ad hoc l. omnes. C. ut dignitatum ordo seruetur. merito Cathaloni non debent sibi vsurpare locum ante regalem dignitatem. Et si consideremus personam præsidentis, quia propter regnum est rex, propter comitatum comes, ut notat. in glo. l. 3. ff. de offi. præsidis, quamuis duplici fungatur dignitate, ut in ca. a collatione, de appella. lib. 6. Et not. in cap. cum olim, de re iud. eo q̃d rex maior est quã comes. Et si vtroq; nomine loqui haberet prius, vt rex loqueretur, quam ut comes, ut not. in locis desuper allegatis. Et prius se uocat in suo titul. rex, quàm ut Comes, unde rex Aragonum Valentiæ, & cæte.

Demum

Demum uenit ad titulum. C. comiat. nam a dignitate terrarum, fit denominatio personæ & eius tituli, ut in feud. quid sit Dux Comes, uel Marchio &c. Merito dicta descriptio ostendit præeccellentiam, & prælationē regni & exaltationem regiæ coronæ. Nec obstaret quod diximus de maiori populo, quia hoc attēditur propter imparitatem priuilegij, quando sunt duæ ciuitates, quæ habent par priuilegium, sed hic est diuersitas priuilegij, quia una prouincia est regnum, alia est principatus uel comitatus, & ratione præexcellentiæ dignitatis, præfertur regnum principatui uel comitatui, ut superius satis allegauimus. Nec obstat quod diximus de antiquitate prouinciæ, quoniam si tu consideras a principio, magis antiqua, & nobilioribus ciuitatibus erat plena prouincia Valentiæ, quā Cathaloniæ. Nam ibi erat secunda quæ maior erat post Romam: Et prius describitur, & nominatur per iurisconsultos, ut dicimus, si consideras tempus Saracenorum. nam prius regnum erat Valentiana prouincia, per cōuersionem ad fidem, uel uerius per nouam Christianorum populationem, nil demetur argum. extra de rescriptis. cap. eam te. & 21. di. in nouo. 23. q. 6. capi. quemadmodum. Nam infideles qui terram habuerunt, conuersi ad fidem, dominium, & iurisdictionem retinent, not. Inno. in cap. quod super ijs, de uoto. Et Oldradus illum allegans, in suis consilijs consil. 69. Nec princeps uoluit illā demere, imo suum titulum continuando se regem Valentię appellat. Et sic non obstaret, qđ de antiquitate allegaretur. Minusque officeret quod de sententia domini Regis Petri allegatur in aduersum. Tum quia dicitur pro parte Valentinorum, quòd dicta sententia non est in lib. curiæ, ubi omnia acta curię describuntur, merito de actis in curia non probat, adhoc, de proba. cap. primo, ibi, actaque in gazophilatio, & in clem. Romani princ. de iureiurā. ibi libro pontificali. Nam quotiens ad aliquos actus, deputatus est unus tabellio & iudex, qui per aliū facit actum, actus est nullus, ut no. Butrigarius, Bar. & Bal. in l. prima. C. de sportul. allegat. le. in fraudem. §. quotiens. ff. de iure fisci, in rubr. de fide instrum. in principio. subdens, quòd adhibētur alij tabularij, cum a lege uel consuetudine, uel a præsidente certa persona nō est destinata. cū ergo de more antiquissimo, ꝓthonotarius, uel aliquis pro eo regat librum curiæ, ét ille recipiat omnia acta curiæ. Si aliquis actus curiæ monstretur extra librum curiæ receptus per alium notarium, qui liber est matrix scriptura actorū curię, uel nullus est, uel non carens scrupulo falsitatis. Et sic posset dici de allegata sētētia pro parte Cathalonorū. Tum ēt, quia hæc sentētia nō fuit, ut fertur, lata cognitionaliter uocatis, & auditis Valentinis: meritò potius nouerca iustitiæ, quàm matre iudicis fauentis, lata fuit, ut dicitur de sententia Frederi. in clem. pastoralis, de re iud. & sic nulla & nō transiens in rem iudicatā. ad hoc no. in l. fin. C. de legibus, & in c. in causis, de re iudi. C. de appella. l. ne causas. Maximè, quia dicta sententia diceretur per secordiam lata, ubi fuerit lata. Et sic nulliter, qa contra euidentem iustitiam actorum, ut no. Angelus per illā glo. in l. 2. ff. de ferijs. Maximè quia

25 lata contra † rem publicam Valentinorum, q̄ gaudet beneficio minoris ętatis. & sic restitutionis in integrum,[h] ut in l. rem publicam. C. de iure rei publicæ, lib. 10. Et l. res publica. C. ex quibus causis maiores. Sed ad ꝓxime allegata posset allegari in aduersum, quia & si est contra rē publicam, est tamen lata fauore reipublicæ. Et

26 sic † priuilegiatus contra priuilegiatum, non utitur priuilegio. ff. de excu. tuto. le. sed & milites. §. primo, not. in l. finali, ff. ex quibus causis maiores, & in authen. quas actiones. C. de sacro san. eccl. & in l. quamuis. C. de priuileg. Et quia ubi haberet beneficium restituti. in integrum, sunt lapsa tempora quadriennij, & 30. annorum quod tempus datur ad agendum de nullitate ad principium. lege finali, C. de tempori. in integr. rest. pe. & cle. ab ecclesia. de in integrum resti. Ad secūdum. l. omnes, & l. sicut. C. de præscr. 30. annorum. & no. in §. arbitrorum. l. societatē. ff. pro socio. Et ut nil de contingē. omittamus, & ne taceam gloriam gentis nostræ Valentinæ, scias quòd in synodo cælebrata, in ciuitate Toletana, sub die. 16. Calen. Iunij. anno quinto regni domini Amarlei Regis era. d. 65. interuenit episcopus Vogelen. nomine Iustus, qui erat germanus Iustiniani de Hispania Episcopi Valentini, de quo facit mentionem sanctus Ysidorus in libro de uiris illustribus. Item ait, quòd in alia synodo Toletana celebrata, anno quarto fidelissimi domini Ragaredis regis, die. 8. idus Maiarum era, de 27. in qua interfuerunt. 62. Episcopi, interfuit Murilia Episcopus Valentinē. Cuius subscriptio fuit talis, Murilia in Christi nomine Valentiæ Episcopus. In his constitutionibus quibus interfui, annuens subscripsi. Item ait, quòd in alio synodo edita anno tertio, regnan. gloriosissimo principe, domino Sisenādo, die nono Decembris, era de 171. interuenit & scripsit Mustatius Ecclesiæ Valen. Episcopus. Item ait, quòd in alia synodo Toletanen. anno quinto, clementissimo domino Antasinico rege regnan. die 15. Calend. Nouembrium. 83. interfuit, & subscripsit Anianus Episcopus Valentinen. ita dicens, Anianus sanctæ Ecclesiæ Valentiæ Episcopus, similiter subscribo. Item era de 60. in tempore regis Bambæ fuerunt congregati in consilio Toletanen. 366. inter Archiepiscopos, Episcopos, & Abbates. Et inuitarunt regem Bambam Gottorum tempore, ut uideret inter eos terminos dięcesum & cæte. qui uidens contentiones eorum, diuisit terminos &c. Et ibi agens, de Valentia, dicit terminum Valētinorum teneant de silua Vigil, usque in Murne

C 3 tum

tum. Et de mare, vsque la pont. Ex his igitur, videtur apparere, priscis temporibus ante occupationem infidelium, Valentinam prouinciam sub legem Christi orthodoxè uixisse. hanc igitur quæstionem relinquo dubiam, cũ egeat principis declaratione, & quia suspicionis ratio patet, quia Valentinus.

## CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶ PRINCEPS regni Dominus.] Imperator mundi dominus est. Barto. in l. 1. §. per hanc actionem. nu. 2. ff. de rei vendica. & in extrauag. ad reprimendum. in verbo. totius orbis. Petrus de Anchara. in consil. 310. Ius domini colum 3. versicu. Christi igitur. Bartho. Socyn. in consil. 275. in causa fratrum. colum. 4. versicu. Praeterea etiam non militat. volum. 2. Bald. in auth. habita. colum. 5. C. ne fil. pro patr. Cagnol. in Procem. digestorũ, in princip. num. 18. cum pluribus seq. Iacob. Albens. in consil. 62. quamuis. nu. 20 & appellari solet Deus in terris, vt Seneca de Nerone alloquens lib. 1. de clementia asserit. quem retulit, & sequitur Bald. in consil. 28. quæritur si Rex Romanorum. colum. 3. uolum. 1. Iason in l. 1. post alios. C. de summa Trin. & fide catholi. Alexand. in consil. 76. in causa. columna fina. volum. 2. & late Curtius in consil. 157. colum. 3 Catellian. Cotta in memorab. in versi. Imperator orbis. Castald. Restaurus, in tracta. de Imperatore. q. 52. & late D. Iacobus Menochius in causa Finariensi. respons. 2. magna profecto. numero 3. cum pluribus sequen. Appellaturque terrestris Deus. ab Angelo, in consil. 17. Comes Brandisius. colum. 1. in princip. idem Anchara. in dicto consil. 310. ubi refert formalia Senecæ uerba. ¶ Limitari autem saneque discerni debet ista potestas, ut rectè intelligatur Imperatorem vniuersalem dominum esse nõ quòd verè totius mundi sit Dominus, cum maior orbis pars sub eo non sit. Neque Imperator Indorum, Parthorum, Persarum, Tartarorum, aliarumque nationum dominus est inquit Didacus de Couaruuia. in reg. peccatum. parte. 2. §. 9. nu. 7. versicu. secundo adducitur, benè autem dici poterit totius dominus Regnorum sub eo iacentium, vt ideo hoc pacto valeant intelligi hæc huius capitis verba prima à Belluga prolata, dum dicit Principem Regni Dominum, & sic non dicit mundi. ¶ Limitatur secundò ipsum Imperatorem non esse dominum rerum priuatarũ, & particularium personarum. glo. & Bartol. in Procem. digestorum, idem Bartol. in l. 1. §. per hanc actionem. ff. de rei uendic. Angel. in l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscriptio. & in consil. 139. visis omnibus statutis. colum. 2. uersi. non enim. vbi dicit mei libri dominum non esse principem. Voluit similiter Bartholo. Socyn. in consi. 181. visis capitulis. columna 2. versicu. Aliquando. volum. 2. Abb. Panorm. in capitu. quæ in ecclesiarum. num. 11. de constit. & Iacob. Menochius vir omnium quos viderim suauissimus, ubi supra. num. 102. ¶ Limitatur tertio quòd licet non sit dominus rerum particularium Imperator, poterit tamen de eis cum causa disponere, & alteri dare uni auferendo, sine causa tamen minimè. l. Lucius. ff. de euict. l. Itẽ uerberatum. ff. de rei uendica. Petr. Cyn. & Bald. in l. rescripta. C. de præcib. Imper. offe. Bald. in l. fina. C. si contr. ius uel vtilit. public. Alexand. in consil. 136. viso & examinato. colum. 2. uersicu. Confirmantur insuper. volum. 1. Felin. in cap. quæ in ecclesiarum. num. 33. post Abb. de consti. ubi dicit hanc esse communem opinionem. Ferdinandus Loazes in tract. de matrimo. regis Angliæ, dubitatio 2. num. 4. Nicol. Bellon. in consil. 2. per totum. & Io. Baptist. Villalob. in tracta. opin. commun. §. Princeps. numme. 293. & per transitum D. Duennas in regul. 43. num. 1. & latissime remissiue per Andr. Tiraquell. in tract. de pœnis in præfatio. num. 38. Quinimmò dixit Angel. in l. 2. C. de quadrien. præscript. sine causa Principem posse ius alterius tollere, & quòd qui aliter dicunt mentiuntur. Barbat. in consil. 24. volum. 2. refert, & sequitur Iacob. Nouell. post Duenn. in regul. 144. num. 3. & tenuit expressè Ioan. Iacob. de Leonardis inter consil. Albert. Brun. in consil 114. num. 47. refert, & sequitur Camillus Salernus. in Procem. Consuetud. Neap. §. præfatis. sub num. 293. Apostill. incip. magna est. ¶ Cui etiam limitationi finitimum est illud, posse principem rẽ unius alteri remunerationis causa, donare, & assignare. Ludouic. Roman. in consil. 310. in casu proposito, per totum. Castrensi. in consil. 76. donatio. in 1. volum. 1. Philipp. Deci. in consil. 271. in casu tranimisso. colum. 3. Ludouic. Gozad. in causa Illustrissimorum. num. 10. Idem Roma. in singul. 543. Nullus nisi princeps. Nellus de sancto Gem. in tract. Bannitor. 3. parte 2. temp. q. 6. & q. 64. Marsilius in l. 1. §. pen. num. 1. ff. de quæst. Angel. de Aretio. in tract. malefici. in uerb. Fama publica. num. 77. Andr. Tiraq. in rep. l. si unquam. in uerb. donatione largitus num. 43. C. de reuoc. don. Hyeronim. Cagnol. in l. 2. nu. 100. cum pluribus seq. ff. de orig. iuris. & Ioan. de Arnono. Epitho. 77. Princeps enim facere potest quod uult. §. sed quod principi. inst. de iur. nat. gent. & ciuil. & dicit D. Iacobus Menochius. de arbitrar. iudicum quæstionib. lib. 1. q. 7. nu. 64. causaque erit propter quam uni auferre, & alteri dare poterit princeps, publica utilitas. Bart. in l. quæcunque in fin. C. de iure fisc. lib. 10. Ioann. Fab. in l. bene à Zenone. C. eo. latè Alexand. in consil. 94. visis. colum. penul. volum. 5. & Panorm. in dicto cap. quæ in ecclesiarum. num. 11. ¶ Limitatur quartò quòd licet, Princeps sit dominus totius, & non possit de particularium hominum rebus disponere, & auferre, poterit tamen obstaculum de medio tollere etiam sine causa, puta de incapaci, quem facere capacem, uti spurium, ut in hæreditate succedat legitimando. Curtius iunior in consil. 157. num. 19. & in consil. 138. num. 10. dicit hanc esse communem opinionem. quod quomodo intelligi debeat, uide Nicola. Bellon. in consil. 2. nume. 3. & villalobos. in tract. Opin. commun. §. Princeps. nume. 295. ¶ Limitatur quinto, & vltimò, Imperatorem, ac principem dici totius dominum, intelligi debere quoad iurisdictionem, & protectionem. Bartol. in l. 1. colum. fina. ff. de iurisdictione omniũ iudicum, & in l. 2. §. per hanc actionẽ. ff. de rei uendic. Abb. Panormita. in cap. significasti. not. 2. de præscript. Alexand. in consil. 1. ponderatis. colum. penul. volum. 5. Iacobinus de sancto Georgio in inuestitur. feuda in verb. Inuestiri. Martin. Laudens. in tract. de Principib. §. 47. Princeps. uoluit Iac. Albens. in cõsi. 62. q̃uis. nu. 20. de quo puncto latè ẽt Hiero. Cagn. in Procemio digestorum in princ. per totum. ¶ De puncto autem principali, an Imperator dominus sit totius mundi, latissimè vltra omnes tractauit solemnis theologus Dominicus de Soto, de iust & iur. lib. 4. q. 4. articul. 2. & D. Didacus de Couuaru. in reg. Peccatum. parte 1. §. 9. per totum. &c. ego inf. rubr. 14. §. ueniamus. in versic. deprecatio.

b ¶ LOCVS altus.] locus ubi princeps sedere assolet culmen appellatur, & est altus supra alios, appellarique solet quandoque trhonus, quandoque sedes, quandoq; solium, estque locus eminentior propter principum prerogatiuam, iuxta illud Cicero. lib. 2. de finib. sedere in solio ornatu regali, & alibi idem Cicer. de Orator. in solio sedens domi. & inde Virg.

Præ-

Præfatus diuos, solio sic infit ab alto.

Cui simile videtur illud Sueton. Trāquil. in Augusto. At quoties neruorum causa, marinis, albulisque calidis utendum esset, cōtentus hoc erat, ut insidens ligneo so lio. &c. de culmine autem sic Virg. 2. Aeneidos.

Hostis habet muros, ruit alto à culmine Troia.

& idem Virgilius. 12. Aeneidos.

Alitis in paruæ subito collecta figuram
Quæ condam in bustis, aut culminibus desertis
Nocte sedens, serum canit importuna per vmbras.

De sede autem idem Virgil.

Celsa sedet Aeolus Arce.

Et Suetonius in Cæsare dictatore. Ampliora etiam (inquit) humano fastigio decerni sibi passus est, sedem auream in curia. & Cicer. de Priua. consul. Nam si ille (ait) aditus Gallis potuisset, nunquam hæc urbs summo Imperio domicilium, ac sedem præbuisset. & Plin. Ne pos in Paneg. Traiani. Iam dudum illi radiatum caput, & media inter Deos sedes, auro staret, aut Ebore. Quib. concinunt Bernardi verba ad Eugen. lib. 1. Simia in ban cos Rex fatuus in solio. & illud Antonij Sebastiani Minturmi. de Aduentu Caroli 5. lib. 2. dicens.

Inde alto è solio dedit hæc exordia Cæsar.

Talisque sedes vocatur quandoque summa. iuxta il lud Gregorij Moral. 26. summus locus bene regitur, cum is qui præest, vitijs, potius quàm fratribus domi natur. debet esse in loco sublimiori, vt hic asserit Belluga. iuxta thronum Salomonis grandem, quem sibi de Ebore construxit, & auro vestiuit sex gradus altitudi ne summum. habetur 3. Reg. 10. Et talis principis locus superior ac sublimior esse necesse est. ca. Episcopus. 95. distinct. ubi enim maior dignitatis concursus accedit, ibi locus primus assignari oportet. ut in l. 1. C. de consulibus libro 10. capitulo solitæ. & ca. statuimus de maiorita. & obed. & per talem locum eius Excellentia denotatur, ut uoluit Archidiaco. in cap. 1. de re iudica. in 6. quamuis locum nobilitari ab homine, non hominem à loco dici soleat. ideo Aristippus (Laertio teste) cum à Siracusano Dyonisio ei extremus omnium locus assignatus esset, inquit, illustrem hunc locum fieri, & ap parere voluisti. Et à Ludorum Magistro cum Agesilaus in loco parum magnifico poneretur. Ostendam (dixit) non loca uiris, sed uiros locis dignitatem conciliare. au thor. Plutarch. Apophtegmat. . . Cui etiā concinunt ver ba Gregorij ad Anastasium. Non loca (inquit) uel ordines Creatori nostro nos proximos faciunt, sed nos aut mærita bona coniungunt, aut mala disiungunt. ut in ca pitu. non loca. 40. dist. apud Deum enim non gradus ele gantior, sed vitæ melioris actio cōprobatur. voluit Pon tifex in cap. sicut Excellent. 23. q. 4. inde illud iuuenalis.

Tota licet ueteres exornet undique cære
Atria, nobilitas sola est, atque unica uirtus.

¶ IMPERATOREM non recognoscit.] Hispaniarum Rex, ut inuictissimus & gloriosus, ac Catholicus Rex noster Philippus de Austria, qui Imperio subditus non est, ut dicit Belluga infra rubr. 14. §. ueniamus. vbi etiam de Rege Franciæ, & Sicilię. De Rege autem Hispaniæ quòd Imperatori non subiaceat, originale dictū gloss. in cap. Hadrianus. 2. 63. distinct. uoluit Bald. in le. ex hoc iure. ff. de iust. & iu. ubi dicit ꝙ si prosapia Regum Hispaniæ deficeret, regnicolæ possent sibi Regem eligere. & per transitum tetigit Francisc. Marcus in deci. Delphi. 1024. uolum. 1. & uoluit etiam Matth. Afflict. in Prooem. Const. regni. q. 2. num. 7. licet ex Baldo dixerit idem Francisc. Marc. in dec. Delphi. 359. num. 5. volum. 1. quòd Hispania subdita erat Imperatori, & regebatur per Præsidem ipsius Imperatoris, tamen loquuntur absque testibus, & forsitan si computet tempora longe di uersum erit. Quid autem de Regibus Franciæ, Siciliæ, Angliæ, & similibus, latius in loco proprio dicemus infra. in dicto. §. ueniamus, & dixi infra rub. 11. §. his igitur. in versi. recognoscentis.

d ¶ DEUS in terris.] Princeps est in terris ueluti Deus, ut in auth. de instrum. caut. in princ. & Numē dicitur habere diuinum. lege, neminem. C. de sacrosan. eccle.

e ¶ A COELESTI maiestate.] Ideoque sapientiæ. 6. dicitur. Audite reges, & intelligite, discite iudices finiū terrę, Prębete aures uos, qui continetis multitudines, & placetis uobis in turbis nationum, quoniam data est à domino potestas uobis, & uirtus ab Altissimo. Multa autem, & ferè dissona à nonnullis scriptoribus scripta sunt, ut diuersi in diuersas fuerint sententias, an Imperiū à Deo, mediatè, uel immediatè dependeat: quorū flores sequendo dicam referens quid ipsi, & ipsorum quilibet de ea re sentiat. Dicendum est primum, quòd Imperialis orbis potestas non fuit cognita, nec vnquā in veteri scriptura legitur aliquem Imperatorem fuisse, regnum tantummodo in nonnullis scripturæ locis fit notitia. A Deo autem pendere, ac procedere Imperiū nonnullis poterit fulciri rationibus, & authoribus. Primo afferam Pauli Orosij uerba. lib. Historiarum. 6. capitu. 1. itaque (inquit) idem unus, & uerus Deus, in quem omnis, (ut diximus) & si ex diuersis opinionibus secta concurrit, mutans regna, & disponens tempora, peccata quoque puniens, quæ infirma sunt mundi elegit, ut confundat fortia. Romanumque Imperium assumpto pastore pauperrimi status fundauit, hoc per reges, & Consules diu prouectum, postquam Asiæ, Aphricæ, atque Europę positum est, ad unum Imperatorem, eundemque fortissimum, cuncta sua ordinatione congessit. & in fine eiusdem lib. dicit, quod Dominus Noster Iesus Christus hanc vrbem nutu suo auctam, defensamque in hunc rerum apicem prouexerit, cuius potissimè uoluit esse. ¶ Secundo adduci potest text. vulgatus apud Matth. cap. 22. reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. iuxta etiam illud Virgil. diuisum Imperium cum Ioue Cæsar habet. ¶ Tertio ecclesia, & Imperium fraternizant, ut in auth. quomodo oport. Episcop. §. 1. ibi (ex uno, eodemque principio vtraque procedentia) gloss. not. in capi. nouit. in uersicu. nostram. extra de iud. Bartol. & Alexand. in 1. colum. cō stitu. digestorum. Bald. in l. finali C. de quadrien. præscript. ecclesiam autem à Deo institutam nemo est, qui dubitet, per ipsum etenim omnia facta sunt, ex Deo. n. omnia & nos per illum, & in illum. ut Apostol. ait ad Roman. capitu. 11. cuius caput est Christus, & ipse eius fundamentum posuit supra firmam petram, duraturam in æternum, & in seculum seculi. ergo si fratres sunt Imperium, & ecclesia, & à pari procedant (disputandi modo id intelligas) debet utrique æquiperatorum esse similis ratio, ut vnde ecclesia originem habuit, inde etiam Imperium habere dignoscatur. argumen. eorum quæ notat gloss. in cap. 2. de confess. lib. 6. & in clemen. Abbates. in verbo. Præsidentes. de rescriptis. &c. voluit Ioan. de Arnono in Topic. capitu. 1. & Petrus Andreas Gammarrus in dialectica legali. lib. 2. cum notatis per Petr. de Anchara. in cap. si postquam. §. fina. in fi. de electione. in sexto. ¶ Quarto facit textus in cap. si imperator. 96. dist. ubi dicitur, quòd Imperator habet priuilegia suę potestatis, quæ diuinitus consecutus est, pro administrandis publicis legibus. ¶ Quinto facit etiam textus in cap. 1. in princip. de pace tenend. & eius uiolat. in feudis ubi dicit, quoniam diuina præordinata clementia solium Regiæ maiestatis conscendimus.

¶ Sexto adduci potest authoritas scripturæ, ut habetur Genes. Fecit Deus duo magna luminaria unum quod præs-

præesset diei, alterum nocti, ut illud diei Pontificalis, Noctis verò Imperialis dignitas esset adducta, Quod & eo modo induximus, vti illam induxit authoritatem supremus Pontifex in cap. solitæ. de maiorita. & obed. cui concinunt alia etiam verba. Ecce duo gladij hic. vt & Pontificalis, & Imperialis gladius designaretur. ¶ Septimo facit illud Euangelij in passione. Non haberes potestatē mecum nisi data esset desuper. & tamen dicit Pilato esse desuper datam potestatem, cum Tiberij Cæsaris Imperatoris personam sustineret. ¶ Octauo, & ultimo, vt interim omittam alia infinita, quæ potuissem afferre, quòd Imperium à Deo depēdeat, tenuit Specul. in procem. in versicu. Cæterum: dicens, Imperium de Cœlo Deus constituit, vt difficilibus quęstionibus & negotijs disponat, quæ apud eum sunt bona, & bonas decisiones aptet secundum naturæ veritatem. & voluit Alberic. de Rosa. in l. cunctos populos. vbi hoc voluit Francisc. Aretin. num. 3. C. de summa Trinita. & fid. Catholi. tenuit ante eos gloss. in cap. si Imperator. 96. distinct. gloss. in §. sancimus. authen. quomodo oport. Episcop. Abb. Panormita. in cap. Nouit. num. 12. versic. quia fatendum est, de iudi. quam opinionem asseruisse videatur Imperator Fredericus Aenobarbus, dum Hadriano Pontifici scribens inquit, cumque per electionē principum à solo Deo Regnum, & Imperium nostrum sit, vt ex Radeuico Histor. lib. 1. cap. 10. retulit nouissimè Franc. Hotoman. in tripartita feudo. commētar. parte. 1. cap. 1. ¶ Ego autem vt super hoc meum interponam iudicium, dicerem immediate Imperium à Deo cōstitutum non fuisse, sed illud tirannide potius hominum adinuentum fuisset, viribus enim & oppressionibus Romani acquisiuerunt Imperium, iuxta illud senecæ ad Lucillum lib. 14. epistola. 91. sed postquam (inquit) surrepentibus uitijs in tirannidem regna conuersa sunt, opus esse cœpit legibus, vt etiam uoluit Abb. Panormita. in cap. venerabilem. num. 18. de election. Petr. de Monte in sua Monarchia. parte vlti. incip. expeditis. circa finem. Raynaldus Corsus in lib. Indagationum iuris. lib. 3. cap. 15. num. 2. vbi dicit ab infidelibus ortum habuisse nempe à Cæsare. ¶ Permissumque postmodū id Dei nutu fuit propter commune bonū, quia melius est regi per vnum, quàm per plures. Aristotel. teste. in 12. Metaphy. & sequitur Petrus de Monte vbi supra. dicens per illud longissimum tempus, quo Imperium floruit satis superque fuisse purgatum uiolentiæ, & tirannidis vitium, per tacitum populorum consensum, & in fine nescit figere pedes. ¶ Videtur mihi sine pluirib. dicendum in re proposita, Imperium duob. modis à Deo dependere, primo modo subalterno, non immediate, sed mediate, scilicet ab Ecclesia, eiusque summo Pontifice, & ita intelligatur authoritas Bartol. in l. 1. §. præsides. post num. 3. ff. de requir. reis. vbi tenuit Imperium ab Ecclesia dependere, & ante eum Innocen. in cap. licet. primo, de for. compet. & Abb. Panormitan. in consi. 82. quanquam num. 3. volum. 1. vbi apertè innuit hodie Imperium dependere ab Ecclesia. Hoc idem voluerat gloss. in c. causam quæ. il 2. in versic. ad Regem, extra qui fil. sint legit. referens ita tenuisse Alanum, & Tancredum contra Hugonem qui tenebat, a solo Deo Imperium dependere, & quòd ab ecclesia dependeat tenuit idem Panormitan. in capitu. nouit. num. 12. de Iudi. & in capit. venerabilem. num. 18. de elect. ubi dixit hanc esse communem canonistarum opinionem: quod & refert, & sequitur Francisc. Aretin. in d. l. cunctos populos sub. num. 4. C. de summa Trin. & fid. Catho. iura enim, & cœlestis, & terreni Imperij Petro commissa sunt, dum dixit, ecce duo gladij hic. quæ uerba dixit Petrus, & nō imperator, ipse enim Christus vtroque vsus gladio, dum eiecit uendentes, & ementes de templo. Ioan. 2. & facit illud similiter Euangelij, data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra: ob quod Christus utrunque habuit gladium, quam potestatem omnibus Petri successoribus transmittit. capitu. 1. 40. distinct. uerum prohibuit Petro Gladij temporalis executionem dum dixit. Conuerte gladium tuum in uaginam. quam gladij executionem temporalibus Imperatoribus, & regibus cōmisit Ecclesia. ita concludit gloss. in dicto cap. nouit. in uersi. nostram, de iudi. & cum Papa sit Moysis successor, sicuti Moyses utrunque gladium habuit, ita & Petrus gloss. in cap. causam quæ. lo 2. qui fil. sint legiti. & videtur etiam de mente supradictorum doctorum proximè allegatorum, & uoluit Francisc. Aretin. in l. cire. colum. 4. ff. de verbo. obliga. & habetur aperte in clem. pastoralis. de re iudica. ex quo textu potest colligi tota istius conclusionis ueritas. ¶ Secundo modo intelligi potest modo supradicto Imperialem gladij potestatem circa temporalium executionem a Deo dependere, & ita succedat illud, omnis potestas à Deo, ita tamen vt ordinata sint, quia ut ibi sequitur, quæ à Deo sunt, ordinata sunt, ita ut vnus gladius, alio subsit, iuxta notata in dicta clem. pastoralis. & clarius quàm alibi, in extrauagan. unam sanctam. per totum. de maior. & obed. in extrauag. cōmun. aliàs enim inordinata essent: & isti duo gladij habent se sicut maior, & minor, superior & inferior. ita resider Abb. Panor. in dicto cap. nouit. num. 13. de iudic. quibus veluti rectam finem imponere poterūt uerba Augustini, in expositione quarundam propositionum ex epistola Pauli ad Roman. proposition. 72. cuius verba vti ad materiam satis sufficientia, non me pigebit inserere. Quod aūt (inquit Augustinus) ait Apostolus, omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, non est. n. potestas nisi a Deo. Rectissimè admonet, ne quis ex eo quòd à Domino suo in libertatem vocatus est, factus Christianus, extollatur in superbia, & non arbitretur in huius vitæ itinere seruandum esse ordinem suum, vt potestatibus sublimioribus, quibus pro tempore rerum temporalium gubernatio tradita est, existimet non esse subdendum: cum enim constemus ex anima, & corpore, quamdiu in hac vita temporali sumus, etiam rebus temporalibus ad subsidium huius uitæ degendæ utamur, oportet nos ex ea parte, quæ ad hanc vitam pertinet subditos esse potestatibus, idest hominibus, res humanas cum aliquo honore administrātibus. Ex illa verò parte, qua credimus Deo, & in regnum eius uocamur, non nos oportet subditos cuiquam homini esse, id ipsum in nobis euertere cupientes, quod Deus ad uitam æternam donare dignatus est. Si quis ergo putat quoniam Christianus est, non sibi esse vectigal reddendum, aut tributum, aut non esse exhibendū honorem debitum eis, qui, hæc curant, potestatibus, in magno errore labitur. Sed modus iste seruandus est quem Deus ipse præscribit, vt reddamus Cæsari, quæ Cæsaris sunt, & Deo, quę Dei sunt. quanquam enim ad illud Regnum uocemur, vbi nulla erit potestas huiusmodi, in hoc tamen itinere dum agimus donec perueniamus ad illud seculum, ubi fit euacuatio omnis Principatus, & potestatis, conditionem nostram, pro ipso rerum humanarū ordine toleremus, nihil simultate facientes, & in eo ipso, non tam hominibus, quàm Deo, qui hæc iubet, obtemperantes. Per quæ videtur concludendum Imperij dignitatem mediāte Ecclesia, eiusque summo Pontifice à Deo dependere, & gladij utriusque Petro, & successoribus potestatē transmissam, sed tamen executionem temporalis gladij ab Ecclesia Imperatori tributā. multa potuissem utrinque inducere, satis tamen sit monstrasse locum, qui volue-

voluerit videre ad plenum uideat Antonium Florentin. in summa. parte 2. tertiæ partis, in rubr. de statu summorum Pontificum. & aliqua etiã per facundissimũ theologũ, Dominicum de Soto. de iustitia & iure. lib. 4. q. 4. articulo primo, ad contraria facilis poterit à quolibet afferri responsio. dico infra rub. 14. §. veniamus. in uersi. Archiepiscopus Moguntinus. In omnibus tamen, & per omnia quæcunque dixi in præsenti articulo, & quibuscunque alijs ac dicam semper, remitto me iudicio sanctissimi Domini Nostri Pontificis, & Catholicæ Rom. Ecclesiæ.

f ¶ PRIMOGENITVS.] Et sic habemus, quòd primogenitus regis ad eius dextram sedere debet. Idem voluit glos. & Bald. in l. decernimus. C. de sacrosan. eccles. vbi dicit in sedendo honorem consistere, & quòd dignior debet à dextris, inferior autem à sinistris sedere. simile voluit Præpositus in cap. Episcopos. 17. distinct. & Felin. in rubr. de maiorita. & obed. num. 17. Martinus Laudens. in tract. de primogenitur. num. 1. & 2. & Ioannes Sanxon in consuetud. Turonens. titul. de succes. feud. articul. 3. in princip. vbi dicebat quòd secundogenitus in oblationibus, & processionibus cedere debet primogenito, sequitur alios allegans Ioannes Lecerier. in tracta. primogenitur. lib. 2. q. 3. num. 1. 2. 11. dicitur enim maior, qui stat proximior post dominum. gloss. notab. in versicu. Altiore. in §. aliam. inst. de bonor. possess. ubi Io. Fab. Christophor. Porcus. Angel. de Aretio. & alij, & voluit alia moralia, & exemplaria ad propositum inducẽs Nicola. Boer. in addit. ad Ioan. Montan. in tracta. de authorita. Magni Concil. num. 4. & præsertim quòd proximus domino particeps est dignitatis, & splendoris Dominici, quemadmodum Luna vti proximior magis Soli, elucet supra alia sidera. ad quæ omnia concinit textus à nemine perpensus. in §. fin. insti. de iur. natural. gẽt. & ciui. & in l. fi. ff. de Alb. scriben. & voluit Cardinal. in consil. 33. in hac dubia quæstione. adiungi eisdem possunt verba Gen. cap. 43. in fi. sederunt coram eo primogenitus iuxta primogenita sua, & minimus iuxta ætatẽ suam. Et talis dextera maiorem gradus, & dignitatis prærogatiuam ostendit, sicut patet in illo Psal. 109. Dixit Dominus Domino meo sede à dextris meis. Et statim dicam: quandoque enim dextrum appellare solet principium motus. ut ex Aristotel. in primo Cœli. dicit quòd oriens est dextrum mundi, quia inde primus incipit motus. Quandoque etiam dicitur respectu loci, cuius oppositum erit sinistrum, & isto casu locum sibi vendicat solum in rebus corporeis, & hæc significatio aptabilis est casui nostro. Dauid autem in loco supra allegato, non dicit dexteram pro differentia dispositionis in loco, sed dicit bona potiora, quæ pater potest alicui creaturę communicare, & sunt ea quæ voluit de Christo dicere in loco supradicto Dauid. s. potiora bona patris, in quibus residet filius etiam inquantum homo. s. summum Regnum, & Imperium super omnes creaturas, summum æternum Sacerdotium, uniuersalis iudiciaria potestas, & præmiorum distributio, & eadem Adoratio, ac veneratio simul cum verbo. ita refidet Iacobus Perez conciuis Bellugæ in Commentario illius Psalmi. ita confutans Porphyrium, qui dicebat, quòd si filius sedet à dextris patris: ergo Pater sedet ad sinistram, quia non obstat per supradicta. Cui simillimũ est illud diui Augustini in lib. de Agone Christiano. capitu. 26. inquit, enim, nec eos audiamus, qui negant ad dexteram patris sedere filium, dicunt enim, nunquid Deus pater habet latus dextrum, vel sinistrum, sicut corpora? Nec nos ea de Deo patre sentimus, nulla enim forma corporis Deus definitur, atque concluditur, sed dextera patris est beatitudo perpetua, quæ sanctis datur sicut sinistra eius rectissimè dicitur miseria perpetua, quæ impijs datur, &c. Vt non in ipso Deo, sed in creaturis hoc modo, quo diximus, intelligatur dextera, & sinistra: hæc ille. & huic propositioni etiam spectant verba. Matth. 25. dicentis. Tunc dicet his, qui à dextris erũt. Venite benedicti Patris mei, &c. ut demonstratur his paratam benedictionem, quibus dextera domini (idest potiora bona) data est. & Iterum Matth. 26. A modo videbitis filium hominis, sedentem a dextris virtutis Dei. ad quæ multa dicit super illo Matth. 5. (si oculus tuus dexter) Paulus Palatius ibidem, & iterum capitu. 22. & de his iam satis. quòd primogenitus Regis sedeat ad dexteram cum alijs filijs, voluit Marinus Freccia de subfeud. Baron. libro. 1. titul. de offici. Magni Constabul. num. 25.

g ¶ GLORIOSISSIMVS Quæstor.] appellari assolet Cancellarius iste quæstor, ut in authenti. vt diuin. Iuss. vbi Accursi. voluit Lucas de Penna. in l. 2. C. de peti. bon. sublat. lib. 11. & in rubr. C. de quæstor. sequitur Matthæ. de Afflict. in constitutio. Regni Iustitiarios. nume. 4. candidatus princi pis. vt est tex. & glo. in l. 1. ff. de offi. quæst. & præfecti prætorio. secundum Lucam de penn. in l. duos. C. de susceptor. & Archi. lib. 10. huius Cancellariatus dignitas in Francia etiam omnes pręcedit. ut placuit Gulielm. Budeo in l. fina. ff. de senatorib. & etiã in vrbe Romana omnes præcellit. teste Gomes. in procœmio regul. Cancellariæ. q. 1. de cuius, ac eius uicem gerentis potestate multa retulit disertissimus D. Quintillianus Mandosius. in tract. commission. for. 5. colum. 1. ¶ In Regno autem isto Neapolitano Cancellarij officium sine dubio inter septem Regni principalia officia enumeratur & similiter quæstoris officio successit, vt dixit Lucas de Penna. in l. neminem. C. de decurio. lib. 10. quod officium in sessione penes Regem nostrum vltimum post sex tenet, ut in placuit Marino Frecciæ. in tract. de subfeudis Baro. lib. 1. titul. de offi. magni Cancellarij. num. 34. & in hoc dissentimus in Regno isto, à Regnis Hispaniæ, ut hic, & à Regno Franciæ.

¶ Nec videtur bona mihi expositio quòd quæstor sit Cancellarius, sed verior mihi apparet expositio eiusdem quòd in locum quæstoris in Regno sit Logotheta, siue prothonotarius, vt voluit idem Lucas in dicta rubri. C. de quæstor. & sequitur Freccia. in tract. de subfeu. lib. 1. titul. de officio Logoth. cuius quęstoris authoritatẽ refert Cassiodorus in li. uariarum. 6. inter cætera dicens. quæsturam toto corde suscepimus, quam nostrę linguæ vocem esse censemus, hæc nostris cogitationibus necessario familiariter applicatur propriè dicere possit, quod nos sentire cognoscit, arbitrium nostræ uoluntatis disponit, & ita mentis nostræ uelle suscipit vt à nobis magis putetur exisse, quod loquitur, O quam arduum est, subiectum verba dominantis assumere, loqui posse, quod nostrum creditur, & nonnulla alia quę retulit Lucas Pennas. vbi supra. de quæstoris officio nõnulla colliges ex Corne. tacito lib. 11. est Pædiano. actione Cicero. in verrem. secunda. Ioann. Pyrrh. in lib. 2. de magistratib. & alij quam plurimi relati a Hieronim. Cagnol. in ver. perinde, in l. 2. num. 325. cum pluribus seq. ff. de orig. iur. & Iacob. Cuiacius in l. 2. C. de pet. bon. subla. lib. 10. cum alijs relatis per excellentissimum Iureconsultum D. Iacobum Menochium. de arbitr. iud. quæstio. lib. 2. centur. 1. casu. 68. similis. num. 8. cum pluribus seq. Sed vt verum uerè fatetur, potius censet quæstorẽ esse thesaurarium, & commissarios prouinciarum, qui vulgo perceptores appellantur, (& infra dicam in verb. thesaurarius) & antiquitus etiam apud Romanos, quæstores pecuniæ publicæ curam gerebant, & erant, quæstores vrbani, & etiam qui bello proficiscebantur authore

thore Cicerone.de fene. Nō me (inquit)ijs effe viribus quibus, aut miles punico bello, aut quæstor in eodem fuerim.& idem Cicer.lib.2.de Inuentio.inquit, Rhodij. quosdam legarunt Athenas, legatis quæstores sumptū quem oportebat dari, non dederunt, quorum officium erat, vt dicit Budæus: quæstores vrbani (ait) ærarium cu rabant, eius pecunias, expensas, & acceptas referre in tabulas publicas consueuerant. Q. cæpio, qui per id temporis quæstor urbanus erat (inquit Cicero. lib.1. rethoric.ad Herennium) docuit senatum, ærarium non posse pati largitionem tantam. Quæstores dicuntur etiam eleemosinarij, qui eleemosinas quærunt.de quorū officio latè Lucas de penna.in dict.rubr.C.de quæst.lib. 10.& Angel.de Clauas.in versi.quæstuarij. quam etiam opi.tenuit Fenestel.li.2.de magistra.cap.3. Pompon.Lætus.in tit.de quæst.latissime etiam Hotoman.in Magistr. Roma. descriptione. & simili modo habetur etiam per Gulielmum Postellum, de Magistratib. Atheniensi. capitulo 13.

h ¶IVSTITIA Aragonum.] In regno isto Neapoli appellatur Iustitiarius, qui Iustitiæ Speculum appellatur ab Imperatore Federico. in Regni Constit. Iustitiarij nomen, & normam. Sub rubr. de offic.Iustitiariat.& iterum in const.magnæ curiæ.& vtrobique gloss.Andr. Afflict. & alij.ex re.n.cui præest, ei nomen inditū est.le. decernimus.C.de Episcop.& cle.& in l.1.ff.de offic.præfect.vrb.& in authen.de defens.ciuitat. in princip. & gl. in dicta Const.magnæ. in versi.Magistrum. & Afflict. in constitu.Inconsutilem.num. 6. & dicitur luminare maius, cuius aduentu facit cessare luminare minus. vt in cōstitu.honorem. eiusque Iustitiarij amplissima est potestas, & præsidis officium gerit. Lucas de Penn. in l.si cū ingeniū.C.ne quis lib. inuit. lib.11.& in Regno est unū ex septem principalibus, & secundum obtinet locum, vt uoluit late Marin. Freccia in tract. de subfeud. Baro.li. 1.tit.de offi.mag.iustit.per totum.

i ¶THESAVRARIVS.] Iste thesaurarius poterit uerè appellari Quæstor, cum ipse conseruet omnes red ditus Regios, & illud officium thesaurarij generalis est in Regno, penes quem tota Regis pecunia peruenit, & cauetur nonnullis Regijs Pragmaticis. sub rub. de officio quæstoris generalis. Licet dici possit ꝙ q̄stori non successerit thesaurarius, sed potius Comiti sacrarū largitionū, qui dicebatur comes utriusque ærarij.vt in l.1.C. de officio q̄stor.& in l.vnica.C.de q̄stor.& mag.li.12.& appellatur ēt thesaurorū Comes in l.nullus. C. de palatinis Sacrar.largit. lib. 12.& voluerunt ibidem Bartol. & Lucas de Penna. Aucto enim ærario, à Romanis quæstores constituti sunt.vt in l.2.§.huidem temporibus. vbi Zasi.& Cagnol.ff.de orig.iur. dictique fuere quæstores, quia inquirendæ in ærarium pecuniæ cā crearētur. à quo Trebatius, & Fenestella non dissentiunt. Et Bruti temporibus duo fuere, & tumultuante postmodum plebe quatuor, Mox seni, & postmodum (Syllana lege lata) vltra Vicenum numerum excreuerunt.vt Tacitus, Annalium lib. 11.voluit. Prædam vendere eorum munus erat, & inde in ærarium pecuniam reponere. Auctore Aul.Gelli.noct.Atticarum.li.13.cap. 23. & mulctas irrogatas exequi, & exequutas in tabulas publicas referre. ex Tacito.lib. Annal. 15.Thesaurariusque præfatus loco conseruatoris totius pecuniæ dicitur, & ideo ēt dicendum est per præpositos thesaurorum prouincialium, (qui vulgò, perceptores appellantur) posse regias pecunias per cambia transmitti, & traijci, ut Comiti præfato olim fieri fas erat.l.1.C.de canō.larg.ti. li. 10.l.j.C. de aur.pub.prosequ. lib. 10. de quo etiam aliqua habentur per Francisc.Marc.in decisio. Delphin. 441.per totū volum.1.per Cagnol.in l.2.versic.deinde.nume. 341.ff. de orig.iur.& per Marin.Frecc. in tracta. de subfeud. Baro.lib.1.titul.de offic.magni Camerar.hic enim thesaurarius in Regno subest magno Camerario, & consequēter Regiæ Cameræ summariæ. ut Freccia ubi supra astruit.& patet ex supranotatis Pragmaticis.

K ¶ILLVSTRES.] Is tantū quæstor Illustris dicitur qui in sacro palatio circumit, vt in l.pcipimus.C.de appellat.& uoluit Philipp.Deci.in l.1.nume.12.ff.de offic. eius, cui mand.Alberic.de Rosat.in rubr.ff.de offi. quæstor.sequitur cum aliquali temperamento Do. Iacobus Menochius de arbitrar.iud.quæsto.lib.2.Centuria 1. casu.68.num. 8.9.& uidendus est Hieronym. Cagno.in dicto.§.deinde.l.2.nu.344.ff.de orig.iur.

l ¶SECRETARIVS.] Secretarius, & scriba apud Hebreos maximi erat honoris.patet.2.Regu. 8.vbi erat Saraias scriba.& apud Græcos etiam honorificentius erat vt refert Aemilius Probus in uita Eumenis. Regios enim scribas cuncti Præsides habent, inquit Herodotus historiarum.lib.3.& apud Personam Hetruriæ Regem similiter primum locum obtinebat, docuit Liuius lib. 2.ibi, & scriba cum Rege sedens pari ferè ornatu. de Gneo Mutio loquens. & paulo post. scribam pro Rege obtruncat. apud Romanos uile habebatur officium, ut de Gneo Flauio scriba, Curulem Aedilem factum ægrè tulerunt Romani refert Valer.lib. 2.capit.1. quanta autem apud Hebreos ea dignitas fuerit, uidemus clarè in sacra pagina, quia & Scribarum consensus in concilio in dominum facto accessit.

m ¶MAGISTRI Rationales.] Magistri rationales hodie etiā sunt in Regno & proprie in regia Camera Summariæ, & dicuntur Cæsaris procuratores, & principis dispensatores, & sacri ærarij Præsides. Voluit Lucas de Penna in l.si quando.la secunda.C.de Bon. vac. libro 10.ipsi tamen rationales in regia Camera Procuratores Regis dici nequeunt, cum separatum sit officium Regij procuratoris fisci, qui Principis bona procurat, ipsis tamen Rationalibus spectat computa redditūum Regiorum uidere, & significare. & in hoc sunt nonnulla alia ad eorum officium spectantia, de quibus plura sunt in libro Regiarum Pragmaticarum. sub rub. de offi.quæstoris Generalis. Antiquitus in Regno Fisci res, & negotia in Regia Siclæ Curia tractabantur, quorum loco hodie Regia Summariæ Camera statuta est, vt vbi supra tenuit Pennens. in qua loco præsidentium Sacri ærarii præsunt Locumtenens magni Camerarii, & Regii præsidentes. argum.l.fin.C. de aduo.fisci. aliàs appellabantur procuratores Cesaris; ut ait Lamprid.in Alexandro.apud Græcos logistæ.Postell. Barent. de magistratib.Atheniens.cap.14.

n ¶PROTHONOTARIVS.] Apud Romanos Magister scriniorum prothonotarius erat, ut sentit Luc.de Penn. in rub. C. de mag. scrin. lib. 12. maximaque est in Regno Neapolitano dignitas.quam exercuit Bartholomeus de Capua Illustris Iureconsultus, quam ita exercuit, vt post se non reliquerit successorem, vt inquit idem Luc.de enn.in l.quoties.la secunda, C. de uendi. rer.fis.lib.10.& tam principis, quam Papæ prothonotarius in dignitate esse dicitur.voluit Francisc.Aretin.in l. laudabile.circa finē.C.de Aduoc.diuers. iud. & de prothonotarii, ac vice prothonotarii officio in Regno late Matth.de Affli.in Constit.Regni. In locis demanii, per totum.presertim num. 20. & talis prothonotarius non solùm dignitate pollet, sed in Regno hoc unum ex septem officiis primioribus est, & dicitur Illustris persona, ut docuit Iacobinus de sancto Georgio.in l.1.colum.4.ff.de offi.assessor.Et prothonotarius Papæ in dignitate esse dicitur, notarii enim principum dicuntur, & dignitatem habere noscuntur.l.1. C. de mand. princip.

cip.l.maximarum.C.de excusatio.mune.lib.10.& debet habere vigesimum annum, vt statutum esse à Paulo Papa I I.retulit Francisc.Marc.in decisio.Delphin.1097.nu 4.volum.1.& licet Marinus Freccia.in tract.subfeud.Baro.lib.1.rubr.de officio Logothe.nu.16. disputet an possit Viceprothonotarium sui loco substituere Prothonotarius, & quòd ex speciali gratia Nicolaus Freccia fuit substitutus domini Bartholomæi de Capua, fortsian nimium sibi,& familiæ vult placere Freccia, quia istas speciales gratias Inuictissimus Rex noster Philippus continuo concedit,& fortasis fine dubio illa opinio Pennensis quòd in illo officio Bartholomęus de Capua non reliquerit successorem similem sibi,non ita verificata est, scio ego tępore meo in loco Viceprothonotariatus Regem nostrum viros scientissimos, & perquàm eruditissimos posuisse. Et modo etiam Rege ordinante illud officium mirificè exercet Iureconsultus vere Doctorum seculi huius Monarcha Do.Ioannes Andreas de Curtis Præsidens Regij Senatus Neapolitani, quem Optimus Deus Maximus ad Nestoris annos conseruet incolumē, cum sit vera iustitiæ statera,& legum fons,qui longo reliquerunt interuallo Bartholomæum de Capua, parcāt tanti viri manes,cui propter mortem defertur,quia iuxta Petrarcham, à morte hominis viuere incipit humanus fauor, & finis uitæ principium est gloriæ.de hoc officio nonnulla Marinus vbi supra,dicens quintum in sessione locum occupare, & mortuo proxime Domino de Curtis,Rex noster in eius locum assumpsit D. Antonium Orificium,qui factus est præsidens S.R.C. vir sicuti nulli aliorum secundus, ita nemini ipsorum inuidēs, sed cui omnes ob scientiæ profunditatem inuident.

o ¶ CONSVETVDO.] Et ideo inquit Bald. in cap. cum olim.de consuetu.quòd consuetudo firmat loca,ac designat,sedendi.idem Bald. in c.Marchio. colum.3.qui feu.dar.poss.& in l.obseruare.§.antequam.ff.de offi.procons.inde in dicto c.Marchio.Bald. dicit, ordine hactenus consueto Barones penes Regem sedere oportere. in quibus sessionibus consuetudo attēditur, voluit Bar. in l.non tantum.ff.de decur.Doc.in c.1.de maio. & obe. Angel.in consil.111.Ordo Francisc.Aretin. in consil.23. in præsenti consultatione.colum.2.& Felin. in c. statuimus.de maiorita.& obed.dubietas enim & ambiguitas, ex his,quæ hactenus obseruata fuerunt elucidationem recipit.cap.cum dilectus.de consuetud.& in l.fi.ff. de offi.præfec.vrb.nec veram dijudico quorundam sententiam,qui consuetudinem istam minime induci asseuerant,nisi super præcedentia contradictum fuerit,& simplicem permittendi tollerantiam vt quis præcedat ad consuetudinem introducendam non sufficere;quia arbitror simpliciter quem præcessisse verum non esse, nisi ex debito permissum esset, iactari enim prærogatiuas, ac præcedentias quem ita de facili nō præsumitur. quia ait Chrisostomus super Matth. Omnes de honore suo soliciti sunt,nec aliquem inuenies (inquit Cicero. de amicit.)qui honorem amici suo anteponat. honorem enim meum(dominus inquit)nemini dabo. & si ex vrbanitate permissum esset,precedētes ex debito sibi asscripsissent.iuxta Bart.doct.in.in l.3.§.ex hoc interdicto. ff. de itiner.actuque priuat. Nec requiritur ad consuetudinis introductionem in contradictorio iudicio obtentum ita esse,potest enim consuetudo absque contradictione introduci,vt nouissime docuit supremus Iurecōsultus nostra ætate primarius D.Francisc. Bursatus Mantuanus in consil.50.triplici.nu.27.volum.1. vbi alios allegat,dicens hanc communem esse doctorum sententiā cui ego omni prorsus voluntate consentio.

p ¶ MERITA.] Semper enim virtutum merita præmio digna fuere,felice seculum Alfonsi quondam Regis nostri,qui Antonium Panormitan. ob scriptū de factis,gestisque suis,librum,aureis mille donauit,& idem etiam quingentis fecit aureis olim Nicolaus Quintus Pontifex Maximus Poggio Florentino, ob conuersam à Græco in Latinum Cyri Pedian. & de Ferdinando Aragoneo ministrante quotannis ex suo ęrario pecuniā Rethoribus,Medicis,Philosophis,alijsq; scientiarū professoribus in ciuitate Neapol.dicit Iouinianus Pontan. Egregium sanè factum ingenia prosequi, virtutes ornare,& ad excolendos animos excitare iuuentutem. Inde Suetonius in Cęsare.dicit, ipsum omnes Medicinæ, & liberalium artium professores ciuitate donasse, ut libētius vrbem incolerent. Indeque est merita aliás in pœnalibus in consideratione haberi, ut de Appio legum libros furante refert Iureconsultus in l.2.§. postea cum Appius.ff.de orig.iur. & in simili habetur per Nellū Geminianens.in tract.bannitor.3.parte secundi temporis. q.6.& q.64.& q.65.& Ludouic.Roman. in consil. 310. in casu propositæ.nu.5.vbi Excellens Iureconsultus D. Horatius Mandosius Romanus,filius D. Quintilliani Iuriconsulti ętate nostra Excellentissimi, qui nuper mihi prę manibus uenit,ad quem ita perfecte additiones,& Illustrationes scripsit,quòd mihi non reliquerit ansam in lucem mittendi mea additamenta super eodem, in quibus aliquanto insudaueram,sit Deo,& ipsi laus. Angel.de Aretio.in tract.maleficio. in §. fama publica. nu. 77.& Hierony.Cagnol.in dicto.§.Postea. num. 100.cū pluribus seq.& Hyppolit.de Marsil.in l.1.§. pen. num. 1.ff.de quæstio.& Ioannes de Arnon.Epitho.77. & Andr.Tiraquell.in rep.l.si unquam.in versi. donatione largitus.nu.34.C.de reuoc.don.& in tract. de pœnis. causa.51.per totū.pręsertim num.151.

q ¶ ADVOCATVS fisci.] Ideo Reges, & pręsertim Catholicæ, & inuictissimus Rex noster Philippus de Austria Aduocatos in eius fisco tenet quāplures, videlicet in regia Camera Summarię,in qua nunc residet Excellens Iureconsultus nulli secundus D.Marcellus de Mauro,ad cuius officium inter cętera spectat in omnibus rebus,causisque,& negotijs in Camera tractandis, quę vel modicum vtilitatem, vel Regis interesse haberent pro Rege audire,& in Rota cum Regijs pręsidentibus asidere, in quibus causis semel, bis, ac iterum si ei ui debitur audiendus est,ut pręsens esset in causis votandis,cauetur Pragmat.1.incip. Alli tempi. & Pragm. 16. incip.volumus,etiam sub rub.de offi.procur.Cęsar. ibi (in causis,in quibus tangitur interesse Regij fisci non possit aliquo modo procedi nō requisito aduocato,seu procuratore Regij fisci ) & de officio Aduocati fiscalis Regię Camerę latè in Pragmat.20. Aduertentes. Prag. 21.Item mandamus.& Pragma. 26. Item statuimus, & mandamus,& Pragmat.28.mandamus, & nonnullis alijs Pragmaticis Regiis sub eadem rubrica supra citata. et est etiam alius Regius fisci Aduocatus in magna Curia Vicarię, prout tunc est excellens Dominus Pyrrhus Antonius Pansaluris Vindex Sanctissimus, de cuius officio latè in libro Regiarum Pragmaticarum. sub titul.de offic.magn.Iustitiarii.sunt & alii assidentes in qualibet Regni Prouincia de quibus Prosper Caranita.in Pragma.filiorum famil.§.1.num.14.15. 16. Nec ab re in causis fisci aduocatum audiri oportet, maximè in re criminaria, quandoquidem in delictis non pars sola offenditur,sed & fiscus,idest,ipsa Iustitia.vt dicit D. Iodocus Damhouderius.in Praxi crimin.cap.95.de raptu.num. 5. 6. ¶ Et in torturis Reorum Inquisitorum fisci aduocatus pręsens esse debet,vt voluit Ioann. ab Imol. in l.ad custodias.ff.de pub.iud.licet secus sit in Aduocato inquisiti.iuxta notata per Francisc. Marcum in decisio.Delphin.908.num.6. 7. volum. 1. ¶ Aduocatus

tus fisci an possit concedere Saluũconductum, hosti, delinquenti, vel Rebelli? concludendum, aut est hostis, & rebellis, & bannitus ab uno iudice, & ille potest saluũ conductum facere, aut ab alio, & non potest. ita conclu dit multos allegans Matth. de Afflict. in decisio. Neap. 4. Aduocatus. per totum. ¶ Et licet alicui sit factus, & cõcessus saluus conductus, non ideo sequitur eum è banno exemptum, si bannitus erat: saluus enim conductus, quędam est superioris securitas; non autem liberatio, seu gratia. voluit D. Francisc. Herculan. in tract. de caution. de non offend. c. 37. per totum. sequitur Excellentissimus Iureconsultus D. Franciscus Bursatus. in consil. 54. Presupposito. nu. 8. 9. vol. 1.

r ¶ PRIVILEGIIS, & prerogatiuis.] Consiliarii non immerito priuilegiis quàm pluribus gaudent, cum sub Rege militent, & continuis uexentur occupationibus, & poterit quis maior viginti annis consiliarius, & Senator fieri. vt voluit Do. Quintillianus Mandosius. in tract. de etate min. c. 5. num. 84. 85. & aliqua habentur per dominum Ascanium Clementinum. in tracta. de Patria potest. c. vltim. num. 66. vbi ait, has dignitates inter cętera, quem eximere à patris potestate, dum tamen non sint procuratę. ita residet Ascan. Clemen. ubi supra. ¶ Qui autem sint consiliarij, videas declarationem Vaconii à Vacuna declaratio. iuris. lib. 6. declarat. 83. num. 2. ¶ Consiliarij dicuntur Illustres. l. quisquis. in versi. Illustrium. vbi Angel. Cyn. ad leg. Iul. maiesta. & voluit Martin. Laudens. in tract. de Consiliarijs Principum. §. 17. Consiliarij. ¶ Consiliarijs in regno permissum est hospitari in hospitijs inuito domino statuit Rex Carolus Primus. in cap. ad audientiam. sub rubri. & nullus appropr. sibi. & idem confirmauit Carolus Secundus in cap. quod stipendiarij. sub rubr. quòd nullus pro seruit. nostr. & vtrobique Ioan. Anton. de Nigris, & aliud cap. statuimus vt quoties, sub rubr. quòd liceat specialibus perso. vbi idem Niger. ¶ Ad onera collectarum non tenentur consiliarij, vt voluit Guid. Papæ. in decisione. 376. in generali. per totum sequitur simpliciter referẽs Niger. in cap. Regni. porrecta. num. 113. sub rubrica. de mod. & form. Appret. & etiam quòd Consiliarius bis, aut ter soluerit sibi præiudicium nõ fecit. voluit Guido Pap. in decisio. Grationop. 387. sed quid. quo priulegio vxor etiam eius gaudebit vt idem Guido Pap. in decisio. 379. quæro quid. sequitur nouissimè excellens Iurisconsultus Dom. Nicolaus Festasius Mutinens. in tracta. de æstimo. parte. 4. c. 3. num. 6. cum tribus seq. vbi dicit Consiliarium ignobilem gaudere priuilegio uxoris nobilis, ex Guidon. Pap. in decisio. 380. sed quid, & voluit Francisc. Marc. in dec. Delphi. 458. nu. 6. vol. 1. ¶ Præsumuntur etiam Consiliarij scire ea, quæ aguntur in consilio, vt voluit Raphael Comens. in consil. 4. Domina Stella. colum. 1. quod intelligendum, dum tamen in consilio sint præsentes vt ibi voluit Comens. ¶ Excusantur Consiliarij à tutelis, & curis, voluit Anastasius. in l. fi. C. de excusat. tutor. per transitum Camillus Salernus in Proœ. consuet. Neap. §. p̃fatis. Apost. incip. Pro conclusione. circa princip. habetur in l. Atlehe. §. Gentium. & in l. iurisperitos. in prin. ff. de excusa. tutorum, & textus in l. verum. §. ex facto. ff. de minorib. ¶ In Hispania tamen Regij supremi Consiliarij, & Auditores (obseruatione antiquissima) ius litigantibus reddendo Ecclesiasticos iudices compellunt, si forte aliquibus vim inferrent, & eos cessare faciunt. Ita retulit seruari Didacus de Couarr. Practicarum quæstio. ca. 35. sub num. 3. vers. cæterum in hac regia. & etiam ex eo quòd forte ne præiudicium aliquod fieret regis, vel aliquorum secularium beneficiis, vt in Regiis sanctionibus patet. in his quæ sunt de iure patronatus Regis, quoque enumerat in Regno Marin. Freccia. de subfeud. Baro. lib. 1. ¶ Quę autem seruare debet consiliarius Regius, & quæ requisita concurrere in eo debeant? ponit decem, & septem requisita Matth. de Afflict. in constit. Reg. vt vniuersis. à num. 41. vsque ad num. 58. sub rubr. de seruand. Indemni. Comit. Baron. & milit. ¶ Consilarii Principis ad latus eius sedere debent. Parisi. in tract. sindic. in cap. de excess. Aduoc. Consiliarii tamen Papæ debent sedere ad eius pedes. Nicolaus de Neap. in l. iurisperitos in princip. num. 1. ff. de excu. tutor.

s ¶ DOCTOR Famatus. Et ideo attenditur opinio doctoris magis famosi, & maioris authoritatis, ut voluit Alexand. in consil. 202. viso. colum. ultim. volum. 7. Francisc. Turzan. in tract. opin. com. 160. Hierony. Gra. in consil. 75. quamuis. num. 20. volum. 2. Ludouic. Gozadin. in consil. 39. prima facie. num. 17. cum aliis subtiliter cumulatis à Facundissimo Iureconsulto. Dom. Anton. Maria Coratio Cortonensi in tracta. de commun. doct. opin. lib. 1. titul. 4. nu. 5. & 24.

t ¶ VIRTVS nobilitat hominem.] Nobilitas enim ex scientia causatur l. 2. §. Amplius. ubi Bartol. ff. de excusat. tutorum, & l. prouidendum. C. de postuland. inde nõ generis, sed uirtutum nobilitas, uterque honestas gratum Deo faciunt, & idoneum seruitorem, inquit Pontifex. in cap. venerabilis. vbi gloss. extra de Præbend. cuius authoritate inquit Cardin. in clem. 2. in prin. de sẽt. excommun. nobilitas sola est, animum quæ moribus ornat. inde etiam Platina in Dialogo, de Vera nobilitate, dicebat. Gloriari quidem possumus nos à claris maioribus sanguinem, artus, viscera accepisse, nobilitatem vero nequaquam, quæ tota ex animis nostris pendet, & nõ aliunde uenit, ne ignarum uulgus sequamur, qui persæpe in maximos errores dilabitur. & paulo post. solos illos nobiles existimo, qui aliqua singulari virtute præditi sunt, non autem illos, qui bene loti, pexi, & sericati, coxinatiue accipitrem circumferũt, in ipsa ignauia, non in solertia (ut par esset) nobilitatem collocantes. Quod & clarè ostendunt verba Salomonis. Sapien. 7. Omnibus (inquit) nobilibus, nobilior est Sapientia, p̃ponitur enim regnis, & sedibus. Vnde Hieronimus ad Celantiam. Summa nobilitas apud Deum est clarum esse uirtutibus: unde illud Iuuenalis. nobilitas sola est, atque unica uirtus. & ideo dicitur in c. si non ex fidei. 23. q. 4. quod exteriora uirtutum opera uiros eminentes in hac uita constituũt. Cui finitimum est illud Senecæ in Epistol. virtus veram in anima nobilitatem perficit, quã natura inchoauit. inde Ouid. lib. 13. Metamorphoseos.

Nam Genus, & Proauos, & quę non fecimus ipsi
Vix ea nostra Voco.

Et propterea inquit Boetius lib. 3. de consolat. Philosoph. Si quem (ait) propria virtus non exhibet nobilem, ipsum clarum aliena claritudo non afficit. Audi Chrisostomum. sup. Matth. c. 4. super illis verbis. (Patrem habemus Abraham) quid prodest ei, quem sordidant mores, generatio clara? Aut quid nocet illi generatio uilis, quẽ mores adornant. Ipse. n. se vacuum ab omnibus bonis ostẽdit, qui gloriat̃ in patribus, Quid profuit Chã, quòd fuerit Noe filius? nonne separatus de medio filiorum, qui secundum, carnem frater fuerat natus, secundum animam factus seruus. Nec familia eius sancta potuit defendere impios mores. & Paulo post. stannum de argento egreditur, sed non est argentum. & deinde inquit. Et Ideo melius est ut in te glorientur parentes, quam tu in parentibus glorieris. Magis enim est meum, quod ex mea probitate, quam quod per antecessores acquiro. l. si quid in bello. ff. de capt. & postlim. reuer. Inde Policraticus lib. 1. cap. 5. in fin. inquit. Nunc vero nobilium in eo sapientia declaratur, si venaticam nouerint

uerint, si in alea fuerint damnabilius instituti, si naturę robur effeminatę vocis articulis fregerint, si modis, & musicis instrumentis, virtutis Immemores obliuiscātur. Nobilitas etenim ictu oculi non nascitur. l. stemmata. ff. de gradi. refert & sequitur Roland. à Valle in consi. 41. Ponderatis. nu. 11. vol. 2. Ideoq; vera nobilitas à virtute prouenit, vt plura scripsisse And. Tiraq. in Tract. nobilit. c. 4. refert vir magnæ scientiæ D. Iacob. Menochius. de arbitrar. iud. q. lib. 2. Centur. 1. casu. 67. nu. 2. si illum tractatum Tiraquelli hic haberē profecto, in hac re non laborarē, cū in his quæ à tanto viro tractationē accipiunt, nullam soleat relinquere scintillā, ita vt ad finē ipsa non reducatur, laboro aūt in istis occasione iā dicta. Nec erit quispiā, qui me arguat, dicā etenim forte aliqua ab eo nō visa, vel forte nō scripta, saltim à scriptorib. q post eundē feliciter scripserūt. Vti proprie est profundissimus Theologus Dñicus de Soto Hispanus, qui libr. 3. de iusti. & iur. q. 6. artic. 6. inquit. qua ratione honoramus Illustres, & sanguine ingenuos, qppe quorū maiores arbitramur virtutis gradib. sublimē cōscendisse locū. & inde inqt Seneca. lib. 3. de benefic. ad ebur nū. Nemo est altero nobilior, nisi cui rectius ingeniū est, & actib. bonis abūdat. refert. & seqtur Sebastian. Napodā. in Proem. consuet. Neap. §. vt igit. nu. 275. Nec. n. rusticus iō nobilis erit, qa feudū nobile emat, inqt Freccia. de subfeudis Baro. li. 2. sub Rubr. quis dicat subfeudatar. nu. 11. ex Luca Penē. si. inde Franc. Petrarch. de Remed. vtriusq; fortunę. li. 1. dial. 16. de gloriāte se de antiqua generis nobilitate inqt, antiqua igit, virtus fuit, sine qua vera nobilitas, nō ē. & circa finē, inqt, verus nobilis nō nascit, sed fit. & multa, ac ppemodum infinita pulchre in illo Dialogo posuit. Virtus. n. est, q̄ dat nobilitatē. alia allegās dixit Ang. Clauas. in verb. virtus. Quibus annecti pñt verba Senecę. in lib. de morib. nobilitas inqt, animi generosus sensus, nobilitas corporis generosus animus. cui astipulātur verba sicuti Tirāni ita Doctissimi Philosophi Phalaridis, in epistola ad Asiochū, Virtutē (inqt) solam nobilitatē scio, cætera fortunā. Inde Raymūdus Lullius prouerbiorū pte. 1. c. 95. dixit inter alia. Qui virtutes multiplicat nobilis est, & paulo post. In nobilitate finis est nobilitas opationū. Inde ēt exordit Seneca Tragediograph' in Herculē furēte. c. 6.

Non vetera patriæ iura possideo domus
Ignauus hæres, Nobiles non sunt mihi
Aui, nec altis inclitum titulis genus
Sed clara virtus, qui iactat genus tuum
Aliena laudat.

Ille namq; q ex virtute notabilitatē acqsiuit præfertur nobili ex genere inqt Cyn. in l. Prouidedū. C. de postu. sequitur Dec in c. clerici. de iud. refert And. Alciat. licet aliud tenear in idem sonans in tract. presump. reg. 1. presumpt. 48. nu. 5. Iacob. Alua. in c. 1. col. antepen. Qui dic. Dux, vel March. seqtur ponendo aliquas Fallentias D. Iacob. Nouell. regu. 106. nu. 1. sequitur ēt Fely. in c. sup eo. n. 11. ex. de test. b. nobilitas vero generis, & virtutū, ac animi oib. præfertur. & est excellentior. multa allegans dixit Lucius Paulus Rof. in Apostil. ad reper. Frācisci Aret. in ver. nobilitas. vbi bene. ad dignitatem. n. & nobilitatē plerunq; virtute, ac morib. quis ascendit. Inde cū quidā Leonidi diceret, nihilo amplius ipsis subditis pstare pter regiā dignitatē respondit. At ni vobis (inquit) melior extitisse, dignitatē regiam adeptus nō essem. refert Plutarch. Apophtegm. 50. adeo q nō semper genus ad dignitatē adducit, nomenq; maiorū. iux. illud Persiauli Faustini de triūpho stultitiæ. li. 1. inquit,

Signis me corā proauis, & stemmata iactet.
Arma, greges, villas, armenta, & iugera mille
Hunc ego desipere, hunc & delirare fatebor.

Sola enim (id recte intelligas) scientia hominem reddit nobilem. uoluit Alex. in consi. 213. vol. 6. sequitur Cassaneus in Catalogo glorię mundi. part. 8. cōsid. 10. refert & sequitur nouissime D. Nicolaus Festasius, in tract. de Aestimo. par. 4. c. 3. nu. 47. & 48. Testes rei huius habemus quàm plurimos. Arrianus historicus ad Consularem euectus dignitatem Hadriani, & Marci Anton. Principum beneficio, M. Cicero, Arpino ortus Climate virtute sua ad Romanæ Reipublicę principatū aspirare non dubitarit, Appiano Alexandri. teste. Nicolaus Quintus natione Lunensis Professione medicus, summo tamen Pontificatu potitus est. Alijsq; huius rei sunt quā plures quos referre, non subtilitas, sed labor esset.

u ¶ FIDELES.] Fidelis idem est, quod Catholicus. glo. in clem. j. §. regula. vbi hoc tenuit Card. de stat. monach. ut inde dicatur consiliarios fideles, catholicosq; esse oportere, catholicum. n. nil aliud designat, nisi pręceptorum vniuersalium, legum, canonum, fideiq; catholicę statuta seruare. Authore Quintil. lib. 2. c. 13. significabit etiā vt Regi, principiq; suo seruet fidem, & secretus sit. iuxta illud Ciceron. ad Q. fratrem. Græcorum familiaritates parū fideles. & idem Sulpicio. lib. 4. si quē tuorū fidelium voles, ad me mittas, & idem Cic. pro Pompeio. Scimus Romę, solutione impedita, fidem concidisse.

x BONAE CONSCIENTIAE.] Cōscientia, sui scientia, ac notitia eius rei, quæ animo nostro inest. vt voluit Bal. in trac. Schisma. col. 3. ver. & rursus. Quę conscietia approbata est à lege. vt in l. 2. not. 4. C. de fideic. est. n. & appellatur bonus vir. voluit Bal. in c. cū cām, de testib. Alex. in l. itē si pretio. §. 1. in fi. ff. loc. Est. n. Angel. menti præsidens, vt voluit Bal. in l. 2. not. 2. C. de fideic. est nāq; lex ipsius intellectus, uoluntatem quodāmodo frenans. Bal. in l. fi. §. 1. col. vlt. ver. quid si populus. C. cōmu. dele. & cū consiliarius bonę debeat esse cōscientię, vt eidē veritas cōmissa. Bal. in l. nemo. circa fi. ver. quæro quid si statutū. C. de sen. & in d. l. 2 not. 4. cui conscientiæ nō debet abesse rōnis iudiciū. c. non solū. de reg. iur. in 6. & in clē. quāuis. §. sanè. de for. cōp. qui. n. lædit conscientiā, ad gehennā ædificat. c. per tuas. extra de Simo. c. ex his. 28. q. 1. c. per literas. de rest. sp. & voluit Spec. in tit. de aduoc. §. vtriusq;. vers. Item caueat ne falsam. conscientia. n. sine scientia est insipida, & scientia sine conscientia est diabolica. Fel. in c. ex parte. il ij. in prin. extra de off. del. Debet. n. se conformare, ac regulare sm ius ciuile, & Canonicum. Corn. Perus. in cons. 10. visa, litera 2, & i, vol. 1. & ipsa lege clementior esse nō oportebit. Idē Corn. in cons. 201. in hac litera p, vol. 2. & voluit ēt Abb. Panor. in c. constitutus. il 2. nu. 2. de app. iudex. n. se. qui debet conscientiā lege munitā inquit Bal. in l. vl. C. de pœna iud. qui mal. iud. sequitur multa inducens more suo D. Menochius. de arb. iud. quæst. lib. 1. q. 8. nu. 40. cum plur. seq. licet aliās forus conscientiæ forus æquitatis appelletur à Bal. in c. cū causam. de testib. refert idē D. Iac. Menoc. q. 49. nu. 6. & quando quid committitur conscientiæ alicuius, quid denotet talis clausula. D. Menoch. in d. q. 8. & ego latè dixi in regia Aragonum. §. 2. gl. 6. nu. 47. & 48. ibi videas.

y ¶ ARCHIEPISCOPI, Episcopi, Abbates.] Videri pñt ad hoc doct. in c. nimis. de iureiu. & in c. solitę. de ma. & obe. & aduertendū q hi plati nō vocantur ad concilia, & parlamenta pp eorū dignitatē, sed hij tātūmodo de quorū interesse posset tractari, puta, quia possiderent castra, villas, iurisdōnes vel alia feuda. vt voluit Marinus Freccia. in trac. de subfeu. Baro. li. 1. in §. alia ēt fuit. nu. 28. usq; ad finē. quia personæ licet ecclesiasticæ possidētes feudū debēt tractari circa feudalia illa tanq̄ laici, sicuti tractatur ecclesia tenēs feudū. c. verū. de for. cōp. c. cæterū. de iudi. voluit Matt. de Affl. in deci. Neap. 361. Monasteriū. nu. 11. ¶ Et inde est q prelatus, seu ecclesia

clesia tenentur ad omnia tributa, & perpetua onera, & vniformia rei affixa. gl. in c. 1. in ver. bonorū. de immu. eccles. in 6. vbi idem si bene inspiciatur tenuit Philipp. Franc. col. 2. ver. in glo. in ver. bonorum. & voluit Bal. in l. ad instructiones. C. de sacrosf. eccl. Bar. in l. Placet. in repet. nu. 59. vbi Iason. nu. 17. C. de sacrosf. eccl. videtur de mente Bar. in cons. 180. si aliqua possessio. probatur in l. de his. C. de epis. & cler. & voluit Bal. in auth. Item nulla communitas. C. eo. tit. voluit etiam Pet. de Anchar. in cons. 217. Dubium facit. Abb. Pan. in c. fi. col. pen. de vita & hon. cler. & in consi. 9. Primum. vol. 1. & iterū in consil. 13. Ne hunc casum. per totum. vol. 2. de quo puncto latissime Nicol. Festasius in tract. de Aestimo. par. 4. per totū. & per D. Pet. Foll. in const. Item statuimus. de epis. & cler. & latissime ut benè, ac perfectè assolet. D. Francis. Bursatus in cōs. 42. traditum. per totum. vol. 1. quib. annecti possunt quę voluit Iac. Mandellus in cons. 8. pro resolutione. per totum. licet dubitari posit an ecclesia, vel Prælati sint feudorum capaces. de quo per Matt. de Affl. in decis. Neap. 324. agitur. nu. 1. & in decis. 361. Monasterium. nu. 11. 14. 39. Et videmus in viridi obseruantia feudalia posideri per ecclesias, & prælatos in Reguo, vt de nonnullis ponit exempla Freccia, vbi supra. & de nonnullis alijs etiam extra regnum. ¶Bal. tamen. in l. fi. C. fine cēs. vel reliq. dicit ꝙ si ecclesia accipit feudum, quod seruant alij feudatarij & ipsa seruare tenebitur. & ita sentit Inn. in c. verum. de for. comp. Ratio est quia per inuestiturā cum principe contraxit, & ecclesia tenebitur ad id quod venit ex natura contractus, voluit Ias. in d. l. Placet. vbi etiam per Thom. Parpalia. Faciunt notata per eundem Inn. in d. c. nimis. ibi, sed certè tunc prædicta subijt nō tanquam munera, sed quia ex pacto, vel aliàs ad ea præstanda obligatus est. Quinimo per verba Bald. & Saly. in d. l. sed periculum. C. fine cens. vel reliq. concluditur ecclesiam teneri ad collectas, si sibi æstimam faceret. tanq̄ ex promissione, & consensu, & quamuis clerici fori priuilegio renunciare non possint, exemptionis tamen, & immunitatis priuilegio renunciare valebunt, ut in d. c. non minus.

z ¶IVDICARE præsumunt.] Imponendo falcē in messē alienam, ꝓ quos dr̄ in c. quis dubitet. 96. dist. quis dubitet sacerdotes Christi, Regū, & Principū, oiumq; fidelium patres censeri, nōne? infamiæ miserabilis esse cognoscitur, si filius patrē, discipulus magr̄m sibi conet subiugare, & iniqs obligationib. illū suę ptāti subiacere à quo credit nō solū in terra, sed ēt in cęlis posse ligari, & solui. & posset ei dici: Regnū tuū nō ē de hoc mūdo, Amice, quō huc intrasti nō hn̄s vestē nuptia. quid ad te.

a ¶BONA clericorum.] Quòd clericorū bona sint ab oī penitus seculari exactione exēpta. ꝓbatur Gen. 47. & Esdr. 8. doct. in l. placet. C. de sacrosf. eccl. & in c. non minus. de imm. ecc. & Phil. Fran. d. c. 1. de imm. eccle. in 6. Io. de Plat. in l. fi. C. de exac. tribut. lib. 10. & Gui. Pap. in deci. Gratianop. 372. vide j. in rub. 17. S. fi. ¶Vide tamen tu eundem Gui. Pa. in deci. 79. an clerici, vbi dicit ꝙ cōstitutio Imperat. vel Regis ligat res, & bona clericorū in eorū territorijs sitas. Inn. & Io. Andr. in c. postulasti. de for. ꝯp. licet aliud videat̄ innuere in decis. 381. de clericis. idē Gui. Pa. vbi Rambaudi. in apostil. & idem ēt in dec. 382. sup. & in dec. 383. sed, dicit idē ꝓcedere ꝙ nec clerici primæ tonsurę teneant̄. ¶Clericus tn̄ coniugatus à collectis immunis nō est. voluit Albert. Gand. in trac. malefi. tit. de pœnis reorum. col. 15. vers. eō allegatur. ¶An aūt teneantur clerici cōtribuere, ad hoc vt territoriū rapinis & incendijs nō grauetur? Petr. de Anch. in cons. 96. super dicto dubio ꝑ totū. cōcludit, discutiēdo, & cleric. & ecclesias ad tales collectas, & onera teneri.

¶CLERICI habent.] Rex superest oībus prelatis

b ab eo feuda tenentib. & ipse est iudex cōpetens. concludit Abb. Pan. in d. c. verū. nu. 14. 17. ante eū voluit Spec. in tit. de comp. iud. adito ver. octauo. melius per Bal. in c. 1. de controu. inter par. term. in feud. quæ omnia procedunt dū ciuiliter agitur pro feudo, vt tunc demum rex, & iudex feudor. laicus sit iudex cōpetens, secus tn̄ si ageretur ꝓ clericos criminaliter, tunc. n. debet causa agitari corā ecclesiastico, ita cōcludit Pan. in d. c. verū. de for. cōp. & fuit de facto contra clericos Oliuetanos cū excellente D. Barone Valuæ, inter quos vertebatur q̄dā lis cuiusdā feudi, & fuerūt clerici cōuēti corā R. D. Archiepō Cōsano, eorū diœcesano, sup quo extat meū latius cōsiliū, & videbitur Deo auspice in meis cōsilijs.

c ¶FORVM REI.] Quando actor sequatur forū? Marian. Soc. in c. cū sit generale. de fo. comp. Barth. eius filius in reg. in ver. actor. Matt. de Afflict. in const. Siqs in posterum. in gl. in ver. magistri Iustitiarii. & idē Mat. in dec. Neap. 268. Nic. Boer. in decis. Burdegal. 255. vol. 2. & Iac. Philip. Port. in tract. conclu. lib. 1. concl. 19. per totū. & pſertim. ver. quinto limita. & iurisc. memoriæ immortalis D. Francis. Bursatus. in cons. 74. mirabis. nu. 44. qd̄ est firmatū à nōnullis iurecōs. Italiæ primis, vbi ꝙ actor sequat̄ forū rei, dicit nō ꝓcedere ī mercatore.

d ¶METROPOLICAE Regni.] Metropoles (inqt Suidas) dr̄ q̄cunq; ciuitates colonias deduxerunt, & latine matrices ciuitates poterunt appellari. μήτηρ mr̄icem sonat, & πόλις ciuitatē. Et in hoc Regno Neapolitano sindicus ciuitatis Neapolis ꝓcedit ēt Barones, & titulatos Regni, qa singulorū causas agit. l. 1. S. quib. ff. quod cuiusq; vniuers. nom. & l. munerū. S. defensores. ff. de munerib. & honor. prout ēt nonnulla ꝓtulit de sedē di more, & ordine, & præsertim de sindico ciuitatis Neapolis, Marinus Freccia. in tract. de subfeud. Baron. lib. 2. c. de differ. inter feud. Reg. tit. nu. 16. 17. & seq. & post primā ciuitatē Metropolim Regni, sedent alia iuxta fidelitatē, & antiqtatē, nec refert ꝙ iunior sit Archiepiscopalis, qa hoc ut sæpius dictū fuit in ecclesiast. procedere arbitrabimur, & latius erit videre per Marin. Frecc. vbi supra.

e ¶CIVITATIS populosæ.] Et sic concludit D. Belluga ciuitatē magis populosam ꝓcedere oportere. Rō vr̄ in promptu, ex quo hoīm copia magis digna ibi prę sumitur. Sed tn̄ ꝯtra facere vr̄ tex. in auth. de referendariis. S. propterea. Vbi dr̄ ꝙ multitudo numerosa nihil habet honestū, qm̄ in paucis ex multis, quæ ſm virtutē est vita Saluatur. vbi gl. in ver. honestū. dicit ꝙ ubi multitudo ibi cōfusio est. arguit. n. imperfectionē multitudo. arg. c. multi. 40. dist. alia allegās. D. Ant. Maria Coratius in tract. de cōmun. Doct. opi. li. 2. tit. 8. nu. 15. Multitudo. n. nō inspicitur sed fides, & qualitas. ut in testib. voluit Spe. in tit. de test. S. 12. uersi. Quid si plures. Videmus ēt nonnullos grauissimos homines in villis, & humilib. locis natos. Bias. n. Prienæus fuit, Pytagoras Samius, Anacharsis Scytha, Democritus Abderites, Aristoteles Stagirites, Theophrastus Lesib. Cicero Arpinas, Hippocras, Phidias, & Appelles choi. Quæ nisi humiles patriæ originum Romuli, Humæ, Septimii Seueri, Augusti, Caii, Vespasiani, & Alexandri Macedonis fuere, vt interim relinquam totius mundi Dominum Nostrum Iesum Christum in humilissima patria nasci voluisse, verificarique posset illud Ouidii.

Flumina magna uides paruis de fontibus orta.

Negare tn̄ neq; ꝙ in ciuitate populosa, & magna facilius erit grauiores hoēs iuenire, cū ibi frequentia assistat principū, quorū si qui boni sunt semp doctissimorū hēbunt hoīm societatē, sed veh populo huic, recessērūt Augusti, Mecenatis, Tragiani, Gordiani, Caroli magni, Sigismūdi, Borsii Ducis Ferrariæ Bessarionis Car. Alex. Seueri, Alfonsi Regis, Ferdinandi, Pauli Tertii Pōtificis maximi de Illustriss. domo Farnesia, aliorūq;

quam

quam plurium felicia secula, quorum opera viri literati in pretio habiti fuere.

f ¶ DIGNITATEM Episcopalem.] Et sic dignitas episcopalis ciuitatem constituit, nec ciuitas appellatur, quæ episcopum non habeat. voluit Bart. in l. si hæres. §. 1. ff. de leg. 1. in l. fi. col. 2. ff. de colleg. illicit. & in const. qui sint rebelles. §. Lombardiæ. nu. 5. Bal. in l. si aliqui. ff. de of. procós. & in Margarita. in verb. ciuitas. in l. ex hoc iure. in prin. ff. de iust. & iur. Alberi. Rosa. in dictionar. in uerb. ciuitas. & And. Alcia. in l. Pupillus. §. vrbs. ff. de uerb. sig. ¶ Contraria uero, & rectè tenet sententiam latè disputãs D. Raynaldus Corsus indagatio num iuris. lib. 3. c. 3. ubi latissime per totum.

g ¶ ANTIQVA præfertur.] Facit tex. in c. 1. & c. statuimus. de maior. & obed. & in l. 1. & 2. ff. de Alb. scribendo. l. 1. C. de consulib. l. 1. C. de præposit. sacr. cubicul. & l. 2. C. ut dignit. ord. seruetur. lib. 12. & in sacra pagina dicitur loquere tu maior. quod refert Bald. in l. obseruare. §. antequam. ff. de offi. proconf. cui concinunt dicta notabiliter per Ang. in consil. 111. ordo consuetudinis. ubi asserit, ꝙ posterior nõ debet locum præcedẽtis usurpare.

h ¶ RESTITVTIONIS in integrum.] An restõ in integ. in ciuitate solũ Romana fit, uel ẽt in aliis omnib. ciuitatib. & uniuersitatib. ac in paruis uillis, & Casalib. gloss. in d. l. respublica. Specu. in tit. de rest. in integ. §. 2. versi. idem quoque iuris, ubi Bald. & alij. Paul. de Cast. in consil. 37. vt bene astringatur. vol. 2. Philipp. deci. in consi. 42. in fi. Matth. de Afflict. in prælud. const. Regni. q. 5. per totum. & latè Barth. Soc. in consil. 66. uiso compromisso nu. 6. uol. 4. dicunt quòd sic. idem fatetur Vicent. Maxill. in consue. Bari. §. cũ minor. nu. 7. de minor.

## De habilitatione curię per principem facienda, & habilitatione per curiam quoque facienda.

## Rubrica 7.

*SVMMARIVM.*

1 *Agens alieno nomine, debet docere de mandato.*
2 *Donans principi nomine ciuitatis, debet habere speciale mandatum.*
3 *Forma ordinandi seu constituendi sindicos procuratorem uel nuncium ab uniuersitate.*
4 *Actus factus contra constitutionem iuratam, est nullus.*
5 *Qui possunt remittere iuramentum.*
6 *Congregati pro bono publico, non debent contra illud agere.*
7 *Filius militis, gaudet priuilegio militari.*
8 *De milite seculari, quis sit miles ecclesiasticus.*
9 *Filius natus antequam pater sit miles, utrum gaudeat priuilegio militari, & quem honorẽ habeat.*
10 *Naturales & similes, vtrum gaudeant priuilegio patris.*
11 *Naturales, insignia legitimorum ferre non debẽt, nec sint de agnatione.*
12 *Per militarem dignitatem, omne uitium spuritatis est purgatum.*
13 *Non omnes de ciuitate debent interesse in cõsilijs ciuitatis, sed eligendi sunt probi, & boni publici zelatores.*

AD curiam comparent multi per procuratores, & uniuersitates, per sindicos, & princeps, qui in ea præsidet ex sui officij debito ꝓ curię habilitatione uidere habeat, an habeant sufficiens mandatũ, & sint personæ legitime, adhoc. ff. ex quibus causis, in poss. eatur. l. hæc autem. §. desendi. ibi liquere constareque debet ꝑtori, ad hoc quod no. Iac. Butr. & refert Bal. in l. qui stipen-
1 dia. C. de proc. quia quotiẽs quis † agit alieno
a nomine, debet de mãdato docere,[a] ut no. Spe. in ti. de actore, uersi. sed pone quidã, dicens ad hoc no. ꝑ Bar. in l. multũ, ff. de cond. & demon. Et quod no. Bal. in l. 1. C. de procu. Et in l. si qui inficiatus. ff. depositi. Ea rõne facit princeps recognosci procuratoria & sindicatus. Nam secũdum diuersarum regionum consuetudinem, uel legem patriæ, procuratoria sunt ordinanda. Ad hoc. l. generaliter. C. de fideiusso. q̃ est l. singularũ, facit tex. in l. qđ si nolit. §. q assidua. ff. de edil. edict. Et qđ no. Io. An. in add. Spe. tit. de instr. edi. §. illo. alias, aliqua. Et qđ no. Bar. in l. ex ea parte. ff. de uerb. oblig. Nam in Aragonia, in procuratorem ad curiam per forum regni sunt necessaria certa uerba. nam necessariũ est quod dicatur post nominationem singulorum de uniuersitate, & nos totum cõsilium, & sic illa consuetudo uel lex est seruãda. Et tabelliones illam tenentur obseruare, etiam si non diceretur a partibus, ut in dictis iurib. Et maxime ponderanda sunt procuratoria uel sindicatus in curijs, nam magna attribuenda est ꝓcuratorib. uel dictis sindicis potestas, quia habet habere ꝑtãtẽ cũ principe concordandi de legib. uel constõnib. regnorũ, bonũ publicũ cõcernentiũ, faciendum, uel reuocandis iã factis.
2 † Et de principi donãdo: q̃ omnia speciale mãdatum requirũt. Et quia sunt stricti iuris, uno expresso non uenit aliud, ut no. Bar. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ordine faciendis. Et in l. si hominẽ. ff. mandati. Et leg. creditor. §. iussus. ff. eo. merito illa sunt specificanda in procuratore, cum clausula generali. Et ista vidẽda sunt per principẽ, ne in dubio acta fiãt, & curia pos
3 sit habilitari. † Ordinandi sunt igitur sic sindicatus uel procuratoria. Nos talis iustitia, & tales iurati, talis ciuitatis, uel uillæ, tales consiliarij dictæ uniuersitatis, & cæteri probi homines,
b nominibus omnium expressis[b] consiliantes, & consilium facientes, & vt lex Aragoniæ obseruetur in suo regno: dicatur, Et nos totum consilium conuocati ad præsens consilium celebrandum more solito, per sonum tubæ, vel cãpanæ, vel voce præconis, prout sit moris, oẽs cõcordes, nemine discrepante, vel saltim duæ partes, vt. l. quod maior, ad municipales, & ff. qđ cuiusq; vniuersi. l. nonnulli. & l. noiationum forma. C. de decu. li. 10. Facimus, cõstituimus,

ac creamus, vos talépræsentem, & acceptan. si præsens sit, in procuratorem sindicum, & nuncium specialem, ad interueniẽdum pro nobis, & nostro nomine in curia nouiter conuocata p Serenissimum dominum Regem talem, prout de dicta conuocatione, & causis eius constat, litera sua data sub tali Calendario, ut illa sit pars dicti procuratoris uel sindicatus, arg. ff. de condi. & demonstr. l. si ita scripsero, positisque cum dicto domino rege, ac tota curia, vel cũ aliquo vel aliquibus brachijs eiusdem concordare de obtinendo a dicto domino rege, uel priuilegij, in illisque præstandum nostro nomine consensum, & voluntatem vel foris iam factis reuocãdum. Et hac de causa vel aliãs pro cõmuni bono publico regni, vel particulari nostræ reipublicæ, donandi, paciscendi, & cõcordandi, cum principe, & omnibus actis curię interessendi, nomineque nostro, & pro nobis supplicandi, protestandi, contradicendi, & impugnandi, prout vobis dicto procuratori vel sindico, videtur expedire. Concedentes vobis, dicto procuratori potestatem generaliter omnia alia, faciendi quę personaliter nos possemus, si præsentes essemus. Et sine quibus negocia curiæ expediri non valerent, cum libera & generali administratione denuo ordinetur. Largo modo, cum clausulis de rato, & satisdationibus, vt est moris, & tabularijs notissimis. Quib. uisis procuratorijs per principem uel eius magistrũ seniorum, solet princeps accusatis absentibus de contumacia, vt prędiximus, p præsentes habiles iudicare, & sic curiam habilitare. Sed quia aliquomodo curia conuocatur, ut prædiximus, in huius opusculi initio per locumtenen. generalem, qui uetãtibus foris, & priuilegijs, & constitutionibus nequit curias cælebrare, & circunscripta necessitate regiæ personæ, quo casu, ut diximus, posset curias cælebrare. Ideo stante dubio necessitatis, vt fori saluentur solent conuocati, qui eo casu ante habilitationem stamenta regni, & non brachia curiæ, se appellant, non obstantibus foris, & priuilegijs habilitare præsidentem pro illa vice, cõsentiendo sub protestationib. quòd non trahatur ad usum, neque consequentiam, neque plus iuris vel possesionib. acquiratur principi, neque preiudicium regno generetur, quodam iure curialitatis. ff. de acqu. poss. l. qui iure, & not. in c. cum ecclesia Sutrina, de causa poss. & proprie. Et sic ex tali actu non generatur præiudicium regno, neque quæritur possesio, vel quasi domino regi. Sed quomodo hoc, nũquid & leges regnorum sunt iuratæ per principem, cæterosque officiales, quomodo stãte illo foro, uel illa lege iurata, qua cauetur, qđ alius quam rex, uel eius primogenitus non possit curiam cælebrare, dispensari potest, non videtur argum. glo. in cap. cum non debeat, de elec. lib. 6. Et quod no. Io. An. in capit. primo. de ijs q̃ fiunt a prælato, & scribentes in ca. primo, de regularibus, in cle. imo dicit Bald. in l. clari, de fideicom.

4 † quod actus est nullus qui fit cõtra cõ-

c stitutionem iuratam. [c] Et ideo consuluit Petrus de Anch. in dicta cle. quod remoueatur prius constitutio, & sublata constitutione non sunt p iurij contrafacientes. Dic quod illud est cum sine causa aliqua fit contra constitutionem iuratam, quia tunc illa stãte sunt periurij, contra faciẽtes, ut no. in locis desuper notatis. Sed causa suadet, puta Regis absentia, vel necessitas alia occurrerit, tunc sine metu periurij fit contrauẽtio, de consensu illorum ad quos iuramentũ dirigitur. Nam iuramentum semper habet clausu

d lam, rebus sic se habentibus. [d] argumento eorũ, quæ no. in l. quod Seruius. ff. de cond. ob causã. Et q̃ de nouo emergũt, auxilio nouo indigẽt. l. prima, in princi. ff. de uentre inspi. ff. de interroga. le. de ætate. §. ex causa, cum similibus, verba sunt Bald. in propria materia, in d. l. clari, si ergo iusta causa suadet talem fieri habilitationẽ, absurdum foret, ea quę statuta sunt pro publica vtilitate, contra publicam utilitatem interpretari, argumen. l. cum ij. §. eam. ff. de transact. verba sunt Bald. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offi. proconsulis. Et sic cum ex causa fit habilitatio, non multum dubij habet quæstio, quia est quodãmodo necessaria. Et ad dictam causam iuramentum non extenditur, sed etiam ubi sola populi uoluntas fit, dispensatio potest fieri ex eo, & aliãs, quia iuramentum fororum est factum per principem, in fauorem vasallorum,

5 & directum ad eos, merito, pro illa vice illi pos-

e sunt † remittere iuramentum, [e] vt not. in capitu. pręterea, de sponsal. per Innocen. Ioann. An. & Anto. de But. & per Bart. in l. 1. §. & post operis, de no. operis nunci. Meritò ergo vasalli congregati totũ regnũ repręsentantes pñt suspẽdere uires legum pro illa uice. & princeps non restat periurus: In quæstione domini Petri de Anch. in dicta cle. statutum erat iuratum per collegiũ, & iuramen. alicui, uel ad alicuius priuati vtilitatem non dirigebatur, sed soli deo præstabatur. Et tunc est seruanda cautela, de reuocando prius, ut ipse consuluit, uel de cum causa cõtrouueniendo. ut dixit Bald. in dic. l. clari, uel authoritas superioris, de iureiuran. c. venientes. In nostro autem casu, solus consensus populi sufficit, in cuius fauorem iuramentum dirigitur. Ad hoc quod no. in cap. 1. de renunc. per Innocen. & quod not. per Bar. in d. §. & post operis, & in propria materia, id firmat Io. And. in addit. Spec. ti. de iureiurã. uer. sed pone aliquis. Et sic determinat dominus Anto. de Butrio, prædictã faciens distinctionem, in ca. præterea, de spon. in fi. & in d. c. 1. de ijs quæ fiunt a prælato, dicẽs, quod canonici qui iurarũt seruare statuta, si deliberant cõi utilitati cõtra uenire possunt, si tale statutũ concernat puram utilitatem eorũ priuatam, ex quo ergo ipsi sũt auctores statuti, possunt cõtrauenire in illũ casum: quãto plus vbi princeps

princeps est conditor consilio, & consensu curiæ, & illis iurat ad illorum utilitatem populus cui dirigitur, potest dispensare pro illa uice, nõ est dubium quin in eum casum princeps, & populus sunt excusati a periurio, bene tamen facit populus si id non faciat nisi causa suadente,
6 † quia conuocati pro bono publico, non debẽt contra bonum publicum exercere mandatũ, argum. l. creditor. §. Titius. ff. mandati. Sed quia de habilitatione curię intendimus, uidi iam du
7 bitari. † Filius militis qui generosus est, & gaudet priuilegio militari. C. de filijs officialiũ, & militarium. l. 1. & 2. lib. 10. C. de decur. l. priuilegio, lib. 10. C. de professo. & medi. l. medicos, eo. lib. adeptus ecclesiasticam militiam, uidelicet sancti Io. Hierosolymitani, de quibus, in c. cum & plantare, & sequẽti. de priuilegijs, uel sancti Iacobi de Spata uel ordinis, de Alcãtera uel Calatroua, q̃ sũt religiones approbatę, ut refert Io.
f An. in capitu. ... Et sic sunt religiosi, [f] & ecclesiasticæ personæ, ut in c. religioso, de sententia excommu. lib. 6. uult intrare brachiũ militare, dicens se generosum, uel ẽt forsitan, ante dictã militiã ecclesiasticã, est miles armatæ militiæ: nũquid potest uel erit remittendus ad brachium ecclesiasticũ cũ sit illius professionis: qđ uidetur cum sit ecclesiasticus, ut prædiximus. Et de vno brachio in alio non debet intrare, ne inuicem se conturbent, ut iam latius diximus, in titu. ut uocati ad curiam personaliter ueniãt. Et mutata cõditione personæ, rem statim conuenit immutari, C. de impo. lucra. des. l. 1. Et sicut per militiam secularẽ mutat quis forũ, ut. C. de agenti. in reb. l. ex eo. & de silentiarijs. l. 2. li. 12. & ff. de re mili. l. qui cum uno. §. sin autẽ reus, multo magis per cœlestẽ, arg. ff. de arb. l. non distinguemus. §. sacerdotiũ. Et sic mutatur forus, & sic & brachiũ. Sed in contrarium dici potest,
8 † quòd possit intrare in brachio militari, & sit habilis, & uocem habeat, nam per monachatũ quis perdit iura ciuilia, ut in l. deo nobis. C. de episcopis & clericis. Item ille qui monachatur ascẽdit ad maiorẽ statũ, ut in aut. de monach. in principio. Sed per dignitatem superuenientẽ, prima ciuilitas non tollitur, ut l. filij. §. senatus. ff. ad municipales, & ff. de sena. l. ultima. Item p̃ monachatum non desinit esse ciuis. Et licet nõ teneatur ad munera realia, uel personalia, non minus per hoc dicitur ciuis, ut l. 1. ff. ad municipales, sed dicitur ciuis priuilegiatus. Et ita tenet Bartho. in l. prima. ff. ad municipales. Et sic
g dicti milites [g] uel generosi per dictam militiã ecclesiasticam, non desinunt esse de brachio militari, licet maiori dignitate ecclesiastica sint p̃diti, licet contrarium uideatur innuere textus feudi, in titulo, de uasallo milite, qui arma bellica deposuit. c. unico, in fine, ibi. eo quòd desinit esse miles seculi, qui factus est miles Christi.
h Sed loquitur quo ad retentionem feudi [h] quia ex quo non potest seruire, non debet habere beneficium, ut ibi uides: uerum, in negocijs tangendis brachium ecclesiasticum contra militare, illorum uox non esset æqualis alijs militibus, ut dicam in rubrica de inæqualitate uocum. Sed quid dices de filio nato antequam pater militaret, nunquid ut generosus erit habilis, & admittendus in brachio militari. Et uidetur qđ non per legem. qui ad tempus. §. filijs. ff. de decurionib. Et ibi Barth. idẽ. in l. senator. C. de dignitatibus, libro duodecimo. Et quod not. per illum textum Saly. in l. imperiali. C. de nuptijs. §. iis illud. Ad hoc. l. Titius. ff. de testam. militis. Communis habet schola quòd filius natus, antequam pater militaret non sit generosus, nec gaudeat priuilegio militari. Ad hoc optimus tex. cum glo. in l. senator. C. de dig. lib. duodecimo. Est uerũ quòd aliquis honor illis debetur, quia sunt clarissimi filij nati ante adeptam per patrem dignitatem senatoriam, sed nõ illustres ut in tex. & glo. d. l. si senatoris filium, & sic uide
9 tur quod isti filij † nati antequam pater militaret, non gaudeant priuilegio militari, nec di
i cantur generosi, licet contrarium [i] aliqui dicãt, in d. l. Imperialis, & uide ibi Saly. ubi tamen esset consuetudo uel forus, uti in regno Valeciæ, standum esset illi tanquã legi regni. ¶ Restat ui
K dendum de spurijs. [k] Nunquid spurij nobilium uel militum dicantur nobiles vel generosi, & habiles, ad standum in brachio militari in curia,
10 & uidetur quod non. † Nam spurius non potest dici filius militis, ut no. glo. in l. 1. ff. de test. tutel. Idem quia spurij non dicuntur de domo nec de casato, ut no. Bald. in l. fi. C. de uerb. sign. nec possunt portare arma legitimorũ, ut no. Dy. de lega. 2. l. cũ pater. §. mater. Et Bald. in l. filium. ff. de ijs qui sunt sui uel alie. iur. ubi dixit Bald. quòd ubicunque fit mentio filij, respectu alicuius dignitatis assequendæ, uel pœnæ infligen-
11 dæ, † intelligitur de legitimo & naturali. ff. de sena. l. liberos, & ibi per Guil. & fuit consultum qđ dominus de petra mala, nõ intelligeret de domo de petra mala, licet esset miles eximius. Nec spurij dicũtur esse de cognatione uel agnatione, ut dicit Bar. in l. Itẽ in potestate. ff. de ijs q̃ sunt sui uel alie. iur. Nec sunt coniunctæ personæ, ut no. in c. nonnulli. de rescriptis, per Inno. & Bal. in l. cum acutissimi. C. de fideicommis. nec dñr spurij nobiles, no. Bar. in l. Lucius. ff. de leg. 2. Et iõ dicit alibi Bald. q̃ si est concessa emphiteosis, in tertiã generationẽ nõ includit Bastardus, ut dicit Bal. i auth. si quas ruinas. C. de sacr. san. eccle. Et alibi cõsuluit Dy. in cõsilijs suis, cõ si. 9. quod incipit, in Christi nomine amẽ. quod appellatione coniunctorũ non cõtinetur spurius, uides ergo plura mala de iis spurijs. Quomodo ergo solitũ est illos sedere in brachio militari, ut generosos? dic quòd milites tanq̃ laici nõ curãt de naturalitate. Nã quoad eos a naturalib. differũt, nihil illos redigẽtes ad primæuũ ius naturę, in aut. qb. modis naturales efficiãtur legitimi.

legitimi.§.si quis ergo,col.6. Et in his multũ est considerãda cõsuetudo,& communis usus loquendi,ut dicit Bald.in l.fi.C.de uerb. signi.qui habuit a Bar.illud exprimens, in l. pronũciatio. §.familiæ.ff.de uerbo.sig.quem uide,& in l. tutelas,de capitis diminutione. ex quo ergo communi usu filij uocantur, & nomina,& arma portant,non sunt prohibendi ab honoribus. ff. de decurionib.l.spurij.Bene est uerum quod legitimè nati præferuntur,ut in tex.not.l.generaliter. §.spurios.ff.de decurion. qui est pulcher text.in materia. Nam dicit text. cessantibus vero ijs; scilicet legitimis, et spurij ad decurionatum,& re, & ita honesta recipientur, quod utique non sordi erunt ordini. Cũ ex utilitate eius semper sit ordinẽ plenum habere. Et sic utilitas est brachij, postquam in honoribus legitimos præferat bastardis, & sic dicit illos habiles. Et quod pñt in dicto brachio stare, maxime si consecuti
12 sint † militarem dignitatem. Nam tunc omne uitium spuritatis est purgatum,ut in text. not. Et ibi Bal.in l.Imperial.§.si miles.C. de nuptijs: faciant se igitur milites omnes spurij filij militum,ut possint omnes honores militibus pertinen.habere,dum tamen princeps sciat quod sint spurij,ut ibi no.faciunt no.in l.quidam consulebant,de re iud.per Bar.per Innocen.in cap. innocuit,de eo qui fur.ordi.recepit. Sed pone,
l aliquis ciuis[l] qui non est sindicus ciuitatis, uel aliquis canonicus qui non est sindicus capituli uoluit intrare brachium ecclesiasticum, uel regale:nunquid poterit prohiberi a sindicis, & interuenientibus? non uidetur,quia est principalis persona,uel una de illis qui sindicum constituũt. Et si sit principalis, non possit uetari à procuratore uel sindico,quin assistat si uult. ff. de procuratoribus.l.qui procur.dant.& l. maritus.C.de procur.arg.l.suspecta.ff. de inoffi. test. Dic contra quod nolentibus illis, de brachio intrare non possit, quia ipse non est principalis, sed collegium uel corpus qui constituit sindicum, & uox illius unius est nullius, quo ad iura collegij, maxime extra collegium, quia quod maior pars &c.ff.quod cuiusque un.l.1. & ff. ad muni.l.quod maior. Et maxime, quia in actib.
13 curiæ non debent † omnes interesse,sed eligendi sunt cæteri probi, & boni publici zelatores, argum.text. not.in propria materia, in feud.de clerico violatore pacis.§.post natali.ibi,septem testimonij uiros sibi eligat,& de qualibet prouincia,cum ijs habẽdis sagaciter disponat, &c. Ex quo ergo facta est electio illius qui habet interuenire pro illo corpore, alius singulariter nequit interuenire,licet secus sit, in consilio prouinciali,ubi alij not.Episcopi etiam non uocati si ueniant admittendi sunt, argum. capitu. fidelis, de ijs quæ fiunt a prælato,& not. per dominum Anton.de But.in c.nimis graue,de præben.Tamen si quod bonum publicum concernens dicat,tractãdum erit,per illos sindicos de brachio, ad dictam curiam destinatos. & hæc sufficiant circa habilitationem curiæ.

## CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶DE MANDATO docere.] Legitimatio enim personarum semper exigitur etiam in iudicijs summariis. l.non ignorat.C.qui accus.non poss.Alexan.in l.iudices C.de iud.& in l.2.C.de edict.diui Hadria.tol.Iason in l. licet.C.de procur.& in rub.C.qui admitt.Riminald.in l.1.colum.7.eod.tit.Lanfran.Oria.in clem.sæpe.in versi. figura,vbi Georgius Matth.in §.quæ omnia. colum.24. de verb.significa.Hieronym.Zanettin.in ca.1. colum.4. de accus.Rob.Marant.in Specu.Aur.parte 4. dist.9.num. 38.& Bernardinus Pandus in Pragm. dispendia. nume. 115.de iud.summar.& talis exceptio reddit iudicium retro nullum,& processum inualidat, & poterit quandocunque opponi, vt in d.l.licet,& in cap. in nostra. in fin. extra eodem titu.l.licet.ff.de iud.sequitur Bald. in le. 2. C.si ex falsi.instrum.sequitur Alexand. in consil. 1. colũ. 5.in fi.volum.4.& in consil. 35. consideratis. colum.1. volum.7.Curtius Iunior in consil.77. colum. 2. Nicol. Boer. in decisio. Burdegal. 228. in fin. volumi. 2.debet enim quis semper ostendere se talem, qualem se facit in iudicio.Marian.Soc.in consil.15.visis. colum. 13.ver. septimo probatur.volum. 1. faciunt notata per Guidõ. Papæ.in decisi.Gratianop.173.in dicto. & iterum in decision.320.quia gesta,& latius habetur per Capell.Tholosan.in decisione.271.Item fuit quæsitum, vbi per Stephanum Aufreri. in Apostillis.& latè etiam Sebastia.Vãtius in tracta.nullitat.titul.de nullita. ex defect. manda. per totum, præsertim num. 59. cum pluribus sequenti. ¶Prædicta tamen limitabis non deberi copiam mãdati aut procurationis ab eo, qui est procurator vniuersitatis, pupilli, collegii, vel personarum, quæ de per se comparere nequeunt.Alberic.de Rosat.in l. ait pr̃tor.§.defendi.ff.ex quib.causi.in poss. ea.sequitur Vicentius Maxilla.in Commen.consuetud. Bar. §. cum durante.num.26.de fid.instrum.vbi dicit ita obtinuisse in regia audien.& aliqua per Dom.Achillem Personalem iureconsultum Mirandulanum.in tract. de adipiscend.possess.num.66. ¶Principalem tamen conclusionem limita procedere quando opponeretur per partem, alias processus substineretur.ita voluit Gargiareus Patrocin. 47.quod non curo discutere pro nunc.

b ¶NOMINIBVS omnium expressis.] In istis contractibus vniuersitatum de iure nomina personarum describenda sunt.voluit Specul.in tit.de sindico.§.1. versi. Item oppono quòd nomina.Bartol.in l.1.ff.de Alb.scriben.Ioan.Andr.Anchara.Imol.& alii, in cap.quanto.de his quæ fiunt à præl.Bald.in l. 1.ff. de Magistra. conue. Abb.Panormitan.in dicto cap.quanto, & Iason. in l.placet.colum.3.C.de sacrosi.eccle.Philipp.Corne.in consil. 148.viso.litera e, la 1.volum.1.& Anton. Capici. in decisione.Neapol.quarta, in causa monasterii.nu.4.

c ¶CONSTITVTIONEM iuratam.] Nec etiam contra actum iuratum quid factum valebit, aut id iuramentum a Principe remitti valebit. voluit gloss.sing.in cap.cum non doceat.in fin.de electio.in 6.Philipp.Dec. in cap.constitutus.nume.4.de rescript.Hyeronim. Gratus.in consil.41.num.21.cum seq.volum.1. & post multa voluit Dominus Iureconsultus Modernorum Princeps. Francisc. Bursatus.in consil.78.visis.num. 18. volum.1.Dom.Roland.a Vall.in consil.62. factum. num.5. volum.2.

d ¶SIC SE habentibus.] Iuramentum, & quælibet promissio intelligitur rebus sic stantib. capit. cum inter.de renunc.l.quæro.§.inter locatorem.ff. locat.l. qui

seruum

ſeruum.vbi Bartol.& latiſsimè Vdalrich.Zaſi.ff.de verb. obliga.Et ideo ex noua cauſa poterit contra iuramentũ impunè veniri.iuxta illud Alexand. in conſil. 13. ex his quæ in themate.volum.1.refert Zaſi. in dicta l. qui ſeruum. num. 4. dicens quòd ſi facio tecum pacem cum pacto de non offendendo, ſi poſtmodum offendo ex noua cauſa,ad pœnam promiſsionis non teneor. Ita etiam inducit Zaſi.ibi ad promiſsiones defenſionũ quas inuicem ſibi promittunt ciuitates,& Principes confœderati,vt debeant defendere in bellis iniuſtis. allegat. Angel.in l.ſi quis in graui.§.1.ff.de Syllan. faciunt nota ta per Docto. in l.fina.ff.qui ſatiſda.cog.& in capi. quẽ admodum.de iureiur.per Federic. de Senis in conſilio. 281.caſus talis eſt.Petr.de Anchar.in conſil. 83.& Phil. deciſi.in conſil.335.Barthol.Soc.in conſil. 129. Præſtantiſsimi.in fi.volum.1.& in conſil.215. viſa prædicta.volum.2.Philip.Corne.in conſil.192.licet videatur. litera p,volum.1.tetigit etiam aliqualiter Dom. Petrus Anto. Anguſſola Placenti.in conſil.12.aduertendum. num. 2. & 4.volum.6.& ad materiam idem Anguſſ.conſil.19.inter.num.2.volum.ſecundo. Mandellus in conſil. 76. numero 2.& conſi.77.nu.31.

e ¶ REMITTERE iuramentum.] Non dicetur meo iudicio eo caſu iuramentum remittere,ſed obligationẽ vt ex cap.1.& 2.de ſponſalibus,& voluit etiam latè Oldradus.in conſil.241. & videndus eſt ſanctus Thomas. ſecunda,2.q.89.Articul. 9. ex quo iuramenti abſolutio Eccleſiaſtici fori cum ſit,à ſeculari remitti nequit, niſi forte illud à parte remitteretur cui iuramentum præſtitum fuit,antequam pars ipſa iurans iuramento contrauenerit.Argum.notatorum per Bald.in auth. quod eis. C.de nup.& Alexã. in conſil. 83.Interrogatus. colum.2. verſi.benefaciunt.volum.5. & videtur intentio Matth. de Afflict.in deciſio.30.fuit dubitatum. num. 2. & latiſſime communem dicens Dom.Rolandus à Valle in conſil.34.redemptoris.num.3.volum.1.& latè etiam in conſil.93.viſo num.6.volum.eo.de quo puncto ſubtiliſsimè tractauit Dominicus de Soto.Hiſpanus de iuſti. & iure, lib. 8.q.1.Articul.9.

f ¶ SVNT religioſi.] Idem in Regno videtur dicendum de Militibus Sancti Lazari portantibus Crucem coloris viridis,qui ſunt ſub regula.S.Auguſtini, & promittunt obedientiam eorum magno Magiſtro, & religioſi dicuntur. Voluit Calderin.in conſil. 30. an conuerſi. ſub tit.de regularibus,& Silueſt.in ſumma. §. eccleſia. num.4.& in §.religio.il 3.num.3. ibi Hoſpitalarij. Promitunt etiam caſtitatem,quia unicam,& virginem vxorem ducere poſſunt,& ea mortua aliam ducere nequeunt.vt in cap.nicena.31.diſt. Hoſtienſ. in ſumma de regul.§.1.& Ioan.ab Imol.in clemen.per literas.de præb. Nec obſtabit quòd retineant propria, quia etiam Monachi de licentia Abbatis propria retinere poterunt, ratione iniunctę adminiſtrationis. ca. Monachi.§.quæro. de ſtatu Monach.& clerici ſeculares cũ clerici ſint retinent etiam propria.latè Camil.Salernus.in Proœ.conſuetud.Neap.§.præfatis.in additio.incip.Pro concluſione.col.4.

g ¶ ET SIC dicti milites.] Facit quod dicit Abb. Panormita.in cap.quamuis.extra,de decim.quòd iſti milites debent Regere ſuas eccleſias ſacerdotum medio,cũ ipſi ſint laici,& licet non remaneant in ſeculo, tamen religioſi dici non poſſunt, ſed hoc tenendum non eſt, per ſupradicta. Pro opinione tamen Domini authoris facit dictum Andre.Barbat.in c.inquirendum.de pecul.clericor.quòd iſti milites magis æquiparantur militibus armatæ militiæ,quam clericis,qua de re iudicandi ſunt in eo ſtatu quo magis incaleſcunt. l.quæritur.ff. de ſtatu hominum.

h ¶ AD RETENTIONEM feudi.] An clerici ſuccedant in feudis, vide quæ ad materiam dixi ſupra in rubr.præcedenti in verſi.Archiepiſcopi. Regulariter tamen clericus feudum poſsidere nequit, niſi patre mortuo clericatui renuntiet,vel per ſubſtitutum ſeruire velit.Lucas de Penna.in l.nulli.C.de numer.coll.lib.12.docto.in auth.ingreſſi.C.de ſacroſanct.eccle. & in cap. in præſentia. extra de probatio. præſertim in hoc Regno Neapolitano,vbi quis perſonaliter ſeruire nõ cogitur: item admittitur mulier.vt in conſtit.Regni,vt de ſucceſſionibus, vbi Iſer. Matth. & alij,& tamen de iure communi repellitur,vt clericus,cap.1.§.filia.de ſucceſ. feud. Ergo de iure conſtitutionum Regni clericus ad feudalium ſucceſsionem admittẽdus eſt,cum quoad hoc fœmina,& clericus ęquiparentur. cap.1.an mut. vel ſurd. cap.1.de benefic.fœm.& cum ſit noua conſtitutio,antiquam corrigẽs in vno,in alio etiam corrigere videtur. gloſſ.not.in l.ſi quis ſeruo. C. de furt. Quando autem clericus feudum retineat.videas Alex.in conſil. 10.... volum.5. Deci. in dicto cap.in præſentia,de probatio. Anton.Capici.in deciſi.Neap.10. in cauſa Dominæ Rogaſiæ.per totum.& iterum in deciſ.31.in cauſa Sancti Coſmati,& latius in deciſio.32.in cauſa Magnificæ Mariellæ.& voluit Matth.de Afflict.in deciſio.Neap.320.Ioannes.num. 6. & per totum, & per Ludo. Gozadinum.in conſil.26. ¶ Notandum tamen eſt quòd Afflict. vbi ſupra.num.2.dixit ex ſententia Cy. in auth. ingreſſi. C.de ſacroſ. vbi dicit clericum ſiue monaſterium ſuccedere feudo,quãdo ipſi annexum eſſet onus, & ſeruitium reale,vt à contrario ſenſu, ſecus dicatur in ſeruitio perſonali,id enim ab ipſis impleri nequiret, ita Ruinus in cõſil.42.num.10. volum.1. vbi dicit eſſe communem, dũ tamen huiuſmodi perſonale ſeruitium non poſſet per ſubſtitutum impleri, vt inquit Aymo Crauetta in conſi. 303.nume.10.refert,& ſequitur Dom. Iulius clarus. in §.feudũ q.78.per totum. vbi etiam ponit quid de clerico primæ tonſuræ.de qua Clari limitatione licet ipſius mentionem non faciat videri poterit Ioã. Thomas de Marinis. in tract.de generib.& qualit.feud.in tit.de feudo ex pacto, & prouid. antiq. ſiue paterno. num. 144. ¶ In ſpecie autem in iſtis militibus ꝙ de ſtricto iuris cõmunis rigore in feudo non ſuccedunt, tenuit Bald. in conſil.170.colum. 1.volum. 2. ſequitur Andr. Barba. in rubrica de feud.colum.4. in tract. de Præſtantia Cardi. parte.2.q.5.colum.4.& Albertus Brunus. in conſil. 17. poſt multos ſequitur Domi. Rolandus à valle in conſil. 23.viſis.num.39.volum.1.ſequitur etiam Domi. Iulius Clarus. in d.§.feudum.q.78.& Dom.Io. Thom. Mari.in dicto titul.num.141. ¶ Contrariam tamen ſententiam tenuiſſe videtur Bald.Iacob.Aluarotus, & Matth.de Afflict.in c.1. de milite Vaſal.qui arm.bellic. ubi inter cætera dixit Præpoſit.cum non perdere ſtatum vnde poterit ſeruire per ſubſtitutum argum.l.nullus. & l. neminem.C.de decur.lib. 10.eſt enim vt ipſe ait, auctus honor,ſed cauſa iuris non mutata.l.falſa.§.1.ff. de condit. & demonſtratio.niſi cauſa iuris forte ex conſtitutionibus eorum ordinationum immutationem receperit.vti ibidem Bald.aſſerit.Curtius ſequitur in tract.feudorum parte 3.q.10.Et huic ego ſubſcribo,maxime in Regno, cum,& perſonaliter,& per ſubſtitutum tales milites ſeruire poterint,tanto plus,ſi feudi onus fuerit reale. Nec forte obſtabit tex.in dicto cap. 1.cum loquatur de clericis, & Monachis, qui bellica arma depoſuerunt, ſecus autem de militibus iſtis quorum officium erat,& eſt militare,vt prællegati Doct. dicunt. vide etiam latè Ioannem Lecirier. in tract.de primog.lib.1.q.24.nu.81.cum pluribus ſeq.& poſt omnes,& vltra omnes D.Iac.Menochi.in cõſil.54.in cõtrouerſia.vol.1.ad quẽ me remitto.

¶ LI-

i ¶ LICET contrarium.] Quod nati ex milite, anteaquam miles pater fieret priuilegio militum filiorum gaudeat, & ita de nobili, antequam nobilis fieret. Voluit tex. inuictus. in l. senatoris filium. ff. de senatoribus, vbi id expresse tenuit Guil. de Cun. & Cardinal. in cap. per venerabilem. qui fil. sint legit. & Ioan. de Platea in l. si senator. C. de dignitatib. lib. 10. ¶ Contrarium tamē quòd immo tales filij nobiles non dicantur. tenuit Bartol. in l. 2. §. in filijs. ff. de decurio. Bald. in dicta. l. Imperialis. C. de nup. Io. de Platea sibi contrarius, in le. cum adoptiui. C. de decu. li. 10. Et pro hac opi. facit tex. in l. si qs decurio. la. 3. C. de dec. lib. 10. & l. quicūq;. C. de princip. Agen. in rebus lib. 12. tex. in l. filij. §. senatores. ff. ad municip. & in l. ex libera. C. de suis, & legiti. ¶ Prima opinio, mihi vr̄ verior. pp tex. in d. l. Senatoris filiū. ff. de Senat. cui nullo pacto, recto poterit iure rn̄deri. ¶ Quib. concinunt quæ circumferuntur de illa quæstione ardua Doct. an natus ex Rege antequam Rex fieret dicatur primogenitus Regis? in qua quæstione quòd sic tenuit Bella Pertica, & post eum Cy. in dicta. l. Imperialis. §. his illus. & eos sequitur Iacobus Rebuffi, in dicta. l. si senator. C. de digni. lib. 12. vbi plus dicit, quòd supposito primogenitum admitti ad Regni successionē, quòd si Rex aliàs ex cōcubina (quod plus est) filium susceperit, cum qua postea matrimonium contraxerit, quo filius legitimatus intelligitur, si rex fiat, aliosque post Regni susceptionē liberos suscipiat, censebitur primus ille ante regnum adeptum primogenitus. quam etiam videtur opinionem amplexum fuisse Anto. Corsetum. in tracta. de Potest. & Excell. Regia. q. 26. vbi latissimè. pro qua opi. facit tex. in c. ad extirpandam. extra de fil. præsbyter. tenuisse videtur Alberic. de Rosat. qō. 157. in 1. parte statutorum. tenuit etiam Salycet. in dicta. l. Imperialis. vbi plures assignat rationes: vbi hoc etiam innuit Ioann. Faber. num. 9. argum. l. si ancillæ. ff. de condit. & demonstr. quam etiam multum latè disputans referendo quatuor opiniones respondens ad quædam motiua in contrariū tenuit solemnis Doctor Gallicus Ioan. Lecerier in tract. de primogenit. lib. 1. q. 12. per totum. ad quos me remitto, & interim cogita.

k ¶ DE SPVRIIS.] Contra notata hic per D. Bellugam, faciunt illa dicta Doctorum, quòd spurius potest esse tabellio. dicit Calder. in consil. 2. sub titul. de fide instrumentorum, & Angel. in consil. 284. præmitto, quem refert, & sequitur licèt corruptè allegando Didacus de Couarru. Practicar. quæstionum. cap. 19. num. 6. versi. secundo constat. ¶ Contrarium tamen tenuit Alexand. in consil. 80. examinato. colum. 1. volum. 2. & latè Andræas Tira. in tract. nobilitat. c. 15. n. 15. & c. 34. nume. 26. & cauetur etiam iure regni Neapolitani, ut in const. constitutione præsenti. sub rubr. de honore militar. vbi gloss. Andr. de Iser. & Afflict. videtur tamen innuere Angel. in dicto consil. quòd si obtinuerint Notariatus priuilegium censetur cum eis dispensatum, & tā quam absumpti poterunt eorum officium peragere, quod ego intelligo dumtamen non surrepserint in supplicationibus principi porrectis, sed dixerint de eorū illegitimatione, quia tunc videtur legitimari, & admittuntur, vt voluit Angel. ibi. sequitur Bernardi. Pand. de de Exeq. Inst. ad form. Ritus. parte. 1. declarat. 5. nume. 30. & cum Alexandro alios allegans tenuit Do. Rolandus à Valle in consil. 79. stante. num. 52. volum. 2. ¶ Ad ea tandem, quæ hic per transitum tetigit Belluga quòd apud spurios auita, vel paterna nobilitas minime conseruetur. tex. in l. humilem. C. de incest. nup. Bartol. in l. tutelas. ff. de capit. diminu. in l. 1. num. 50. C. de dignit. lib. 12. Bald. in l. cum legitimè. ff. de statu homin. Floria. in l. qui testamentum. ff. de probat. Io. & Alex. de Imol. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad trebel. Gemi. in consil. 140. quoad primum Alex. in consil. 25. circa primum. volum. 1. & in consil. 172. colum. fi. volum. 7. Franc. Aret. & Fely. in cap. super eo. de testib. idem Fely. in cap. nonnulli. §. sunt & alij. num. 58. de rescript. Guido Papę. in decisio. Gratianop. 580. an bastardus, & Bartol. in tract. de de insignijs. & Armis, & latè Nicola. de Vbaldis in tractatu. de successio. ab intestat. in princip. colum. 17. versic. vltimo circa istam, dicens etiam quòd illi spurij solent ponere barram supra Campum per transuersum, & dicit ipsum vidisse seruari in Francia, & Britannia, & audiuisse seruari in Germania, sequitur Franciscus Marc. in decisio. Delphi. 1140. num. 5. volum. 1. & latissimè Andreas tiraq. in tract. retract. consang. §. 1. gloss. 8. num. 4. cum pluribus sequentibus. De armis tamen & insigniis quòd ab eis nō asportentur voluerunt Pan. & Car. in ca. per venerabilem. qui fil. sint leg. Guido Pa. in dicta decis. 580. Gulielm. Benedict. in rep. capit. Raynutius. in versi. & vxorem. num. 36. & seq. Domi. Cardi. Illustriss. Palleotus in tract. de noth. & spurij. cap. 60. Camillus Salernus in Consuetud. Neap. si quis. in Apostil. incip. qualiter. de successión. ab intest. tenuit etiam Anto. de Butr. in consil. 54. vbi Gasp. Caballinus in Apostil. ¶ Quod procedit non solum in spurijs, sed etiam in eorum filijs, licet legitimis, & naturalibus, voluit Bald. in l. fi. C. de verbo. sig. & Petrus de Anchara. in consil. 389. visis diligenter. ¶ Quod semper limitatur nisi per principem, vel potestatem habentem fuerint legitimati. Matth. de Afflict. in decisi. Neap. 195. dictat. nume. 9. ¶ Domus, cognatio, agnatio, casata, & familia in eis non conseruatur dicit Belluga infra rub. 27. §. milites. nu. 16. voluit Inn. in d. c. nonnulli. de rescrip. Barto. in l. tutelas. ff. de c. dimi. in l. pronuntiatio. §. familiæ. ff. de verb. sig. in l. fi. ubi Bald. C. eo. ti. Bal. in l. libertinum. C. de interd. ma. in l. certum. num. 8. C. vnd. leg. in l. fratres. num. 1. C. de inosfi. testam. in l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. in l. generaliter. in fi. C. de inst. & sub. Angel. in l. si spurius ff. vnd. cog. And. de Iser. in cap. 1. si de feud. defunct. Floria. in dicta. l. qui testamentum. Io. de Platea. in l. si senator. C. de dignita. lib. 12. Philip. Francisc. in cap. 1. de scismat. in 6. Ludouic. Bologni. in addit. ad Io. de Ana. in consil. 46. dubia. Benedict. Capra. in cōsil. 80. punctus fuit. Philipp. Corn. in consil. 169. nume. 8. volum. 3. Barthol. Socy. in consil. 102. visis. colum. 4. volum. 3. Paul. Barisi. in consil. 58. nume. 41. volum. 3. Carol. Ruinus in consil. 9. volum. 5. Guido Pap. Singul. 897. & sing. 980. Matth. de Affli. in decisio. Neap. 96. fuit in sacro. num. 9. Gulielmus Benedictus in dicto. cap. Raynutius. in versicu. Raynutius. num. 36. extra. de testament. Dom. Ascanius Clementinus in tracta. de patria potest. cap. 5. num. 24. & nouissimè Do. Octauianus Vulpellus in pulchro tract. de pace, & inducijs. q. 84. num. 4. ubi latè. ¶ Nec tales spurij ut alij nobiles à collectis sunt immunes, vt voluit Petr. de Anchar. in dicto consi. 389. visis diligenter viribus. ¶ Retinebunt tamen similes spurii cognationem cum coniunctis ex parte matris, voluit Matth. de Afflict. in dicta decisio. Neapo. 96. fuit nume. 10. ¶ Tales etiam sunt omni pœnitus substantia indigni, & nihil eis à patribus donari, aut in testamento, relinqui poterit. vt voluit Azo in summa. C. de natural. lib. Alex. in consil. 202. col. 1. in fi. volum. 6. & in consil. 54. in princip. vol. 7. Francisc. Areti. in consil. 48. col. 1. & 2. Guido Papæ. in consil. 17. colum. 2. & iterum in consil. 146. in princip. & in Decisio. Gratia. 280. dicens ita vidisse terminari in Curia parlamenti Delphinalis. Didacus de Couarruuias. in Epith. de sponsal. parte 2. ca. 8. §. 5. num. 3. & D. Iureconsultus omni laude dignus Iulius Clarus. in lib. 4. sentent. §. testamentum. q. 31. vers.

sed

ſed quid dicendum, & ætatis huius primarius Iureconſultus Dom. Franciſcus Burſatus Mantuan. in conſil. 55. nobilis D. Io. de Burgo. nu. 15. volum. 1. cum multis allegatis per Matth. de Afflict. in deciſio. 203. vult. num. 2. ¶ Immo de iure ciuili nec eis alimenta dantur, vt in auth. ex complexu. C. de inceſt. nup. in authē. licet. C. de natural. lib. reddit rationem D. Cardinal. Paleot. in trac. de noth. & ſpur. c. 46. Aſcanius Clementinus in tract. de patria poteſt. c. 5. nu. 37. ubi dicit, iſtud etiam vno l. 12. tabu. capite cautū fuiſſe, Ex meretrice natos pater ne alito. eam tamen. l. ego inuenire non potui apud Ciceronem, Gellium, Riuallium, Ludouicum Charondam, Hotomanum, aliosque rei huius ſcriptores. & de re iſta D. Iulius Clarus in dict. §. teſtamentū. q. 31. verſi. ſed quid & voluit D. Iacob. Menochius de arbitrar. iud. quæſtio. lib. 12. centur. 2. caſu. 182. num. 33. legem 12. tabulariū. quam refert Clementi. reperio apud Iacobū Spiegel. in tit. de iure filij ¶ Et talis ſpurius in feudis non ſuccedit. Matthe. Afflict. in c. 1. §. naturales. in princip. ſi de feud. fuer. controuer. int. dom. & agn. in feudis. Carolus Ruinus in conſi. 36. num. 18. volum. 1. communem teſtatur. D. Clarus. in §. feudum. q. 82. dicens nō ſolùm in ſpurio, ſed etiam in naturali procedere ex ſententia Raphael. Comenſi. in conſil. 168. nume. 4. vbi limitat non procedere in legitimatis, de quibus ſermo noſter non loquitur. ¶ Feudum tamen de nouo ſpurijs concedi poterit Bald. in l. 2. C. de iure Emphi. ſequitur Afflict. in deciſio. Neap. 99. ſi pater. ¶ Et ſimiles ſpurij non prouocant nobiles ad duellum, vt uoluit Belluga. infra. rub. 27. & uidetur de mente Paridis de Puteo. in tract. de re militari. lib. 7. c. 11. vbi neſciens figere pedes, tamen concludit quòd ubi ſit, morū honeſtas, & proprium honorem proſequeretur, & eſſet perſona armis aſſueta, vel legitimatur non poteſt repelli, & conſequenter nobilem prouocabit, quod & ſequi uidetur Andr. Alciat. (tacito Paride) de ſingul. certamine. cap. 19. ubi dicit ſeruandam etiam in hoc conſuetudinem. ¶ Diſpoſitio. l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſ. in ſpurijs locum ſibi non uendicat, ut ibidem uoluit Bald. colum. 2. idem Bald. in conſil. 456. colum. 2. volum. 5. ¶ Et ideo in noua Roma tales ſpurios ad eorum concilia non admittunt, ita enim de Illuſtri Venetorum republica aſſerit. Raphael Fulgo. in conſil. 62. ſtante ſtatuto. colum. 2. ¶ Emphiteoſis eccleſiaſtica, pro ſe, & filijs recepta, ad ſpurios filios recepta non ueniet. voluit Bald. in l. generaliter. C. de inſti. & ſubſti. ſequitur Ripa in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. il 1. num. 62. ad treb. quod procedit in emphiteoſi eccleſiaſtica, ſecus in recepta à priuato. Pariſi. in cap. in præſentia. nume. 86. 87 de proba. Rubeus. in l. Gallus. §. quidam recte. nume. 154. ff. de lib. & poſthu. ſequitur, & hos refert D. Iulius Clarus. lib. 4. ſent. §. emphyteoſis. qō. 30. l. ſi unquam. C. de reuoc. donatio. in his ſibi locum non uendicabit, nec militabit in eis. Oldra. conſil. 278. Curtius Senior. in conſil. 74. ſuper memorata, & Bald. in cap. Innotuit. de elect. Guid. Pap. ſingul. 571. cum multis allegatis cumulatiſsime ab Andr. Tiraquel. in ea. l. in verſicu. ſuſceperit liberos. num. 56. cum pluribus ſequē. ¶ Et §. ex imperfecto l. hac conſultiſsima. C. qui teſt. facer. poſſ. in ſimilibus ſpuriis locum habebit. Philipp. Deci. in conſil. 610. num. 2. in fi. Rubeus Alex. in conſil. 5. nume. 7. Nicol. Boer. in deciſio. 240. volum. 2. D. Aſcanius Clementin. in tract. de patria poteſt. cap. 5. nu. 41. vbi limitat opinionem hanc non procedere in teſtamento à matre condito, ex ſententia D. Iulij Clari. in §. teſtamētum. q. 12. uerſi. Et hæc quidem. ¶ Spurius demum Ciuium appellatione in ſtatutis non uenit. voluit Bald. in conſil. 267. Ad euidentiam. colum. fi. uolum. 1. refert, & ſequitur Catellia. Cotta. in memorabilibus in uerſicu. ciuium. ¶ Nec etiàm ſunt in patris poteſtate. l. uulgo cōcepti. ff. de ſtatu hom. §. 1. inſt. de nup. §. 1. ubi Aret. inſt. de patr. pot. Bald. in c. ex literis. colum. 2. de conuerſ. infid. Paulus Leonius in tract. ſubſtitutio. in materia pupillaris. nume. 74. D. Cardi. Paleot. in tract. de noth. & ſpur. refert, & ſequitur D. Aſcan. Clem. in dicto tract. de patria poteſt. cap. 5. num. 23. ¶ Et de patris morte ſpurius pacem facere de iure nequit. D. Iodocus Damhoudor. in praxi Crimin. cap. 146. ſequitur. D. Octauianus Vulpellus in tract. de pace, & indut. q. 17. ¶ Qui præſtitit cautionem de non offendendo pro ſe, & ſuis, uel filijs, non tenebitur pro ſpuriis, late D. Franciſc. Herculanus in tract. de cautione de non offend. cap. 32. ſequitur D. Clementinus Amer. in tract. de patr. pot. cap. 5. nume. 26. D. Vulpellus. de pace, & induttis. q. 16. num. 3. ¶ Et ſtatutū cogens ad compromiſſum conſanguineos, non comprehendit ſpurios. Alex. in conſil. 60. volum. 6. D. Vulpellus, ubi ſupra. q. 16. num. 4. refellens Fulgoſium contrarium aſſeuerantem de naturalibus in conſil. 109. & ego latiſsimè dixi in regia Aragonum. §. 1. gloſſa. 3. nume. 163. cum pluribus ſequen. ubi limita ut ibi, ad quæ me remitto.

1 ¶ ALIQVIS ciuis.] Omnes enim ciues per unum loqui uidentur, ſcilicet ſindicum. l. 1. §. quibus. ff. quod cuiuſque vniuerſi. no. & cum omnes id ſindico ceſſerint, priuati cenſentur. l. ſi duo. ff. de adminiſtra. tutorū, & l. quod in rerum. §. fi. ff. de lega. 1. l. 1. C. de offic. præfect. Prætor. Aphricæ. & de ſindico ab uniuerſitate conſtituto, & eius poteſtate latiſsime dixi pro Mag. Art. & Medic. Doctore Alfonſo Taricio ut in conſil.... & etiā in alio pro nob. Petro Vitali Biſatienſi, ut in conſi... ad quæ me remitto, & fortaſsis propediem in lucem ibūt, amicorum ſuaſu, & iuſſu.

## De propoſitione Principis in curia facienda.

## Rubrica 8.

*SVMMARIVM.*

1 *Pietas & clementia, nos deo parificant.*

2 *Princeps debet uigilare pro quiete ſubditorum.*

3 *Iudicium Dei, cui ſimile debet eſſe hominum iudicium.*

4 *Princeps audiens clamores, & lamentationes de officialibus ſuis, tenetur uenire ad curiam, & informare ſe de veritate.*

5 *Cauſæ quibus princeps, curiam conuocat.*

6 *Iuſtitia omnibus alijs uirtutibus præfertur.*

7 *Mali rectores regna deſtruunt.*

MITARI ſummum bonū decet principem, in l. Imperialis. C. de nuptijs: quia per
1 † pietatem, & clementiam [a]
2 quam habere debet ad vaſallos, ſe parem Deo facit, ut in authen. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. itaque Deo. Ex qua clementia & pietate, Deus omnipotens, rex regum, dominus dominātium, qui pro ſalute humani generis, carnem humanam ſuſcepit, de virgine glorioſiſsima

ſiſſima Maria, paſſuſque eſt pro illius redemptione.C.de ſumma Trini.& fide catho.lc. nos reddentes benignitatem, & amorem quem generi humano habebat,mōſtrando corpus ſuū in cibum,ſanguinem in poculum tribuit, de conſecra.diſt.2.cap.acceſſerunt,& ea.diſ. capi. quia paſſus.Etiam ait Chriſtus,caro mea vere eſt cibus.Io.Vi.cap.& tranſumptiue, in capit. utrum,& cap.in quibus,& capi. dupliciter.de conſecra.diſ.2.unde dicitur.decens quoque liberalitas extitit,& conueniens operatio pietatis, ut uerbum Dei æternum quod rationalis creaturæ cibus eſt,& refectio,factum caro ſe rationali creaturæ,homini uidelicet in edulium largiretur.in clem.ſi dominum in ſanctis.de reliquijs, & uenera. ſanct. Decet igitur principē

2 imitari,† in clementia,& amore ſubditorum, Deum omnipotētem,qui corpus ſuum in utero uirginali incarnatum, pro humani generis redemptione expoſuit. hinc legimus Imperatores dixiſſe pro ſubditis noſtris, uolūtarios labores competimus ut quietem eis præparemus,ut in auth.ut diui in ſu. ſuſcrip.hanc glorioſi q̄ſtore col.8.in prin.Et in auth. ut iudices ſine quoquo ſuffragio,in prin. colum. 2.& idē dicit Romanus Pontifex,in proœmio.6.lib.noctesque tranſimus inſomnes, & illos ſub æqualitate dierum tranſeuntes,ut ſubiecti, ſub omni quietudine uiuant,ut in dictis iuribus dicti officij noſtri debito remedio inuigilat ſubditorum,extra de officio le.capi.officii,lib.ſexto. Et alibi:circa legis ſtudium,& omnia alia à nobis,ideo quotidie cum labore aguntur, ut utilitatem noſtris ſubditis inueniamus, in auth. de eccleſiarum immobilium rerum alienatione,cum ſimilibus.hinc eſt quòd Deus omnipotens,cum omnia certa ſunt, munda & aperta oculis,ad Hebræos.cap.4.& Danielis. 14. Cum uidiſſet peccata Sodomorum,noluit audita iudicare,ſed manifeſte cognoſcere, quæ dicebantur.ait Gen.18.cap.deſcendam,& uidebo vtrū clamorem,qui uenit ad me, opere compleuerint.Iudicibus & prælatis dans in exemplum,

3 † ne quid dijudicent,niſi illis conſtito, ut iudicibus,in cap.Deus omnipotens.2.q.1. Et legitur Lucę decimoſexto. capi. quòd uillicus ille qui diffamatus erat apud dominum ſuum qđ diſsipaſſet bona ipſius audiuit ab illo quid hoc audio de te, redde rationem uillicationis tuæ,iam enim nō poteris uillicare, extra de accuſationibus.capit.qualiter,& quando. in ſecūdo,dans principi, & prælatis in exemplum, ut cum uident malam adminiſtrationem officialium per frequentem clamorem deſcen-

4 dant † ad curias celebrandas,& uideant an clamor qui ad eos venit,opere compleuerint.Ad hoc tex.in auct. vt iudices ſine quoquo ſuffragio.§.1. col.2.nam ut ibi dicit tex. princeps ui-

b dere habet,ne ſubditi [b] à iudicibus, vel officialibus aggrauentur, vel male tractentur. Nam tunc princeps abundat,cum ſubditi bene tractantur,& ſunt locupletes, & tales cauſæ malæ tractationis vaſallorum,& iuſtitiæ mouere debent principem ad curias celebrandas, vt vides in feudis,de prohibita feu. alie. per Lotarium.capi.Imperial.ibi per multas.Et cum interpellationes ad nos factas didiſcimus &cæt.

5 †Quæ de re curias cælebrare mouere dēt prin-
c cipe iuſtitia,& pax regni, ita vt iuſtitia & pax oſculatæ ſint,ut alibi legit Dauid.84.Et ita loqtur tex.feu.allegatus,ubi ꝑ iuſtitia & pace cōponēda,in qua iuſtitia uenit ipſius principis, & ſuorū officialiū iuſtificatio. Nā iuſtitia eſt q̄dā animi pfectio,ſe & alios iuſtificans, ſedum Barth.poſt diffinitionē textualē,in l.iuſtitia.ff. de iuſt.& iu.Nā iuſtitia eſt conſtans,& ppetua uolūtas ius ſuū vnicuiq; tribuēs,ut in d. l.iuſtitia.Pax & regnorū cōcordia, multū ꝑdiligēda eſt,unde cū oīb.hominib.pacem habentes, ad Romanos 12.& ad Corinthios. 8. Et tranſumptiue inter hæc uerba.11.q.3.& in cap. apoſtolicæ,de re iudi.libro ſexto, unde ſummus Pontifex,Imperatorem ad pacē hortatur, pro quibus iuſtitia,& pace, princeps laborare debet, ut in ſuis uigeāt regnis.unde dicit Imperator, unam quidem eſſe oīum perfectiſsimam virtutē,arbitrandū eſt hominib.q̄ iura omnib.diſtribuit,hæc eſt ex cauſa cognominata iuſtitia,etenim unaquaque illarum uirtutum, niſi ſubſequantur huius bona fiet, nihil eorum quæ

6 competunt. † Itaque neque fortitudinem,quę non eſt cum iuſtitia laudamus, cum ſecundū paternam linguam fortitudinem,in armis uirtutem appellet ſolum, & ſi qui ab ea iuſtitiam ſubtrahat delictorum ſolummodo non quorūdam bonorum fiet occaſio,in authē. ut omnes obediant iudici prouinciarum, in principio col.quinta,& alibi ſe dicit Imperator iuſtitiæ amatorem,& ueritatem colere,de lati.libe.tol. l.unica.Et per iuſtitiam Reges regnant,ut legitur in eccleſiaſtico.Et in epiſtola, inter claras, de ſumma Trin.pacemque etiam ſe dicit amare,& pro illa laborare.ut in dicta epiſtola,inter claras.C.de ſumma Trini.Et iuſtitia regni conſolidatur habita pace,ut in tex.notabili, in capitu.quis enim.23.q. 5. Et alibi dicit Imperator,pacem deſiderari debere, & terræ neceſſariam fore,in feud. de pace tenenda, in principio,& bonum,& ſalus regni in quietudine cōſiſtit,dicente Caſsiodoro,omni quippe regno deſiderabilis debet eſſe tranquillitas,in qua & populi proficiunt,& utilitas gentium cuſtoditur,hoc eſt bonarum artiū mater decora, hæc mortalium genus multiplicat,facultates pro-

d tendit,mores extollit. [d] Et ideo dicitur quod congruit præſidi pacatam habere prouinciā.

e ff.de off.præſidis,congruit. [e] Et alibi, non enim niſi pacis in tempore bene colitur pacis author,& tales principes qui pro iuſtitia,& pace laborant,de eis ſcribitur,Dauid in Pſalmo.71.

oriętur

orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec auferatur Luna. Et isti imitantur Christum, qui uenit pacem docere. Et ait dicens Matthæi decimo capi. pacem meam do uobis: & transumptiuè, in canone, in capi. nisi bella. 23. q. prima. Cū enim princeps, qui per iustitiam rex est, uidet frequentem populi clamorem, iniustitijs oppressum per se, uel suos ministros, id est, suos officiales, dicit ordinem modum, & formam clare, vt subditi ab officialibus non grauentur, & depredentur, ut in authen. ut iudices sine quoquo suffragio, per discursum, uel pro habenda pace in regno castigandis officialibus illis de meritis exigendis, remouendis, uel aliter castigandis, uel pro bono publico regnorum, & ciuitatum reparādo.

7 Tum propter † malorum rectorum regimina, qui regna & terras destruunt, ut in textu notabili, in capitu. fundamenta. §. digne, de elect. libro sexto. ibi no. dispendia intulerunt peregrina regimina. Et ibi sub regente, eo tempore nephando subuersa regimina, & ideo interest principis. Et sic manum quoque apponit, mutādo regimina, ut in d. tex. singulari, ibi, aciem nostræ considerationis extendimus, ut felici ducta regimine præseruetur a noxijs, & optatis semper proficiat incrementis: uel pro honore regio, & regni augendo & conseruando ipse princeps rei publicæ, apud curias cōuocat, ut in feud. de prohibita feu. alie. per Frede. & iste est mos regius, ut dicit Impetator in dicto feudo, ibi, qualiter dum apud Roucalias, secūdum antiquorum Imperatorum consuetudinem, pro iustitia & pace componenda concederemus omnia, quæ ad honorem Imperij Romani spectare uidentur, solicite indagātes perniciosam pestem resecare proposuimus & cæt. Ex his igitur causis, princeps curias conuocare, & in prima propositione aliq̄ ex his causis solet exprimere. Licet aliqn̄ maximè hodiernis tēporibus princeps, ob necessitatē soleat subuentiones petere a uasallis, offert se tamen iustitiam facturum, & reparaturum ad usatitia bono publico leges, foros, & priuilegia concessurum, quæ utilia & necessaria regno sibi uidebuntur, ut plenius uideri potest in libris curiæ.

## CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶ PIETATEM, & clementiam.] Salomon Prouerbio. 26. Aufer (inquit) impietatem de vultu regis, & firmabitur iustitia thronus eius. Quia Pietas vitam spirat, ut docuit Paul. Apostol. ad Titum 1. assidui enim esse debemus in pietatibus. Petrus 2. cap. 3. misericordia, & ueritas (dicitur Prouerb. 20.) custodiunt reges, & roboratur clementia thronus illius, & inde Cicero in offi. nil laudabilius, nil magno, & præclaro uiro dignius pietate, atque clementia. vnde Seneca de clementia, inquit. Nullum magis decet clementia, quàm Principem. proinde humana est uox illa Scipionis, qui se maledicebat unum ciuem seruare, quam mille hostium perdere. & regis est proprie pietas, ut docuit Isocrates ad Nicodem Cypri Regem Oratio. secunda. & clementiæ obseruatio propriè est illorum qui sunt in magistratu cōstituti, docuit Laurētius Grimalius Polonus de optimo Senatore. lib. 2. Albuinus Longobardorum Rex laudatur ob clementiā à Carolo Sigonio. lib. Histor. de Regno Ital. primo, hinc dicit Cassiodor. lib. Variarum. 12. quòd pietas Principum totum custodit Imperiū. Vnde illud etiam Claudiani uersiculum.

Sis Pius imprimis, nam cum vincamur in omni
Munere, sola Deos æquat clementia nobis.

Quibus iungenda sunt Demosthenis uerba ad Alex. nil habes, inquit, Rex, uel fortuna tua maius, quàm ut possis, uel natura tua melius, quam ut uelis, seruare plurimos, nulla enim de uirtutibus tuis generosior misericordia, uel admirabilior clementia, nec per aliud propior Deo accedere potes, quàm ut salutem conferas hominibus, uel dando si eguerint, vel parcendo si deliquerint, uel indulgendo si supplicauerint. cui simile est illud Illustris Poetæ Francisci Petrarchæ. li. Aphricæ. 8.

Pulchra est uindicta Præcanti
Parcere prostrato, nulla est uictoria maior.

Lactantius (ut idem Petrarcha de remedijs fortunæ. lib. 1. Dialog. 13. refert) inquit. Pius homo, neque Demoni pessimo, neque fato subiacet, Deus enim Pium liberat ab oī malo. ob quod rectè Macedo ille Alexander laudatur, qui Sisigambem. Darii hostis matrem, uxoremque omnium quidem ætatis mulierum pulcherrimam, regio, honestoque nimium more tractari fecit, quam Darii coniugem non solùm non violare, sed ne uidere quidem uoluit Ocumque inimici filium regno reposuit, auctor Q. Curtius. omitto Cęsaris factum, qui Pompeii scrinius apud Pharsaliam habitis, in quibus epistolas cōtra eum scriptas ne legere quidem uoluit, sed igne bona fide assumi iussit. authore Plin. lib. 7. ut omittam interim Philippū Mariam Mediolani ducē, qui Alfonsum Nauali prælio cum fratribus captum nō libertate solum, sed muneribus donauit. Non est (inquit Augusti) quod ita Deo nos faciat amabiles, ut pietas &c. Indeque Ianus Anysius in libro Sententiarum.

Regi est certa securitas clementia.

b ¶ NE subditi.] Imperatores id obseruarunt in l. 2. C. de offi. Vicar. libenter (inquiunt) relationes omnium audimus, ne administratorum decrescere uideatur authoritas, si eorum consulta, ueluti profanorum præces à nostris aditis repellamus, ut bellissimè conqueritur Aeneas Siluius. in lib. de duobus amantibus, in fi. ad imperatorem etenim, regem, ac superiorem spectat prouidere ne subditi grauaminibus uexentur ab officialibus ut in constitu. cum circa. sub rubr. de ordinand. iudici. notatur plenè in regno. in cap. grauamina, sub rubrica de Graua. vasallorum, ubi Ioannes Antonius Niger. plenissime.

c ¶ IVSTITIA, & pax.] De iustitia effudi nonnulli in regia Aragonum. in præfatione. & de pace ibidē longè, lateque. §. 1. gloss. 1. per totum. & latissimè orbis Primarius tum Theologiæ, tum etiam scientiarum omnium seculi huius Cornelius Mussus Episcopus Bitontinus lib. Sermonum primo. in sermo. de pace. Quibus iunge uerba aug. in lib. de 12. abusionibus, iustitia Regni pax est populorum, tutamen patriæ, immunitas plebis, munimentum gentis, cura langorum, gaudium hominum, temperies aeris, serenitas maris, terræ fecunditas, solatium pauperum, hæreditas filiorum, & inquit Salomon

Salomon Prouerb. 13. Iustitia custodit innocentis viã, impietas vero peccatorem supplantat, iustitia leuat gẽtem, miseros facit populos peccatum. & Esaias. capit. 32. Et erit opus iustitiæ pax. Inde aurea verba sunt Lactantii. in lib. de ira Dei in fi. non faciunt beatum (inquit) vitiosæ, ac mortiferæ voluptates, non opulentia libidinum incitatrix, non inanis ambitio, non caduci honores, quibus illaqueatus animus humanus, & corpori mancipatus, æterna morte damnatur, sed sola iustitia, cuius legitima, & digna merces est, immortalitas quã statuit à principio Deus sanctis & incorruptis mentibus, quæ se à vitiis, & omni labe terrena integras, inuiolatasque conseruant. Ideo inquit Aristot. 2. topicorum. Iustitia Regentis utilior est subditis, quàm fertilitas temporis. & secundum Cicero. apud maiores nostros fruendæ iustitię causa, uidentur olim Reges constituti, nam cum præmeretur ab initio multitudo ab hiis, qui maiores opes habebant, ad vnum aliquem cõfugiebant uitæ præstantem, qui prohiberet iniuria tenuiores, æquitate constituenda, summos cum infimis pari iure retinebat, eademque constituendarum legum causa fuit, quæ regni fuerat.

d MORES extollit.] Pacis bona nonnulla recensui in regia Aragonum. §. 1. gloss. 1. per totum. vbi remitto me, ne iterum hic eadem transcribam.

e ¶ CONGRVIT.] Expedit ciuitati seditiones abesse. Plutarch. in Alcibiade. Cassiodorus Epist. 22. decet regalis Apicis curam generalitatis custodire concordiã, quæ ad laudem regnantis trahitur, si ab hominib. pax ametur: quid est quod principem melius prædicetur, quam quietus populus, concors Senatus, & tota respub. morum honestate prædita. Diuites enim locupletesque habere reipublicæ interest. §. sed & maior. inst. de his qui sunt sui, uel alieni iur. & §. 1. auth. uit ud. fine quoque suffrag. unde horum authoritate dicitur, quòd dominus sperat uasallum facultatibus abundare. inquit Lucas de Penna in cap. Regni. Comites. in fi. sub rub. de subuentio. uasallor.

## De iuramento per Principem faciendo ad postulationem curię, de seruandis foris, priuilegijs, & libertatibus regnorum.

## Rubrica 9.

*SVMMARIVM.*

1 *Constitutiones regnorum, transeunt in cõtractum, & ligant Principem.*
2 *Quare alienationes per Principem factæ, non valent.*
3 *Regi male regenti, dandus est curator seu coadiutor.*
4 *Iuramentum vtrum impediat dominij translationem.*
5 *Bona patrimonialia, per principem nequeunt alienari.*
6 *Quibus modis princeps alienare potest.*
7 *De donatione facta per Constantinum Beato Silvestro.*
8 *Donatio Principis facta militibus.*
9 *Quando Princeps alienat ex causa necessaria, ut ijs casibus valet.*
10 *Iuramentum nunquam extenditur ad casum necessitatis.*
11 *Probibitio alienationis, non includit necessariã.*
12 *Papa & prælatus, quando possunt alienare.*
13 *Frater tenetur subuenire fratri, saltim quo ad alimenta necessaria.*
14 *Non dicitur proprie alienatio, quod fratri donatur.*
15 *Forma seruanda in donationibus Principum, vt non possit impugnari.*
16 *Merum Imperium utrum præscribatur.*
17 *Donatarius qui rem restituat cum fructibus.*
18 *An probibita alienatione, censeatur etiam probibita possessionis translatio.*
19 *Successor in regno, Ducatu, vel Episcopatu, vtrum teneatur de contractu prædecessoris.*
20 *Ignorantia iuris, neminem excusat, vide fallaciam.*
21 *Emptor malæfidei, quod pretium recuperet.*
22 *Priuilegium uni concessum non debet alteri esse damnosum.*
23 *Priuilegium si ex superuenienti alteri noceat, reuocatur.*
24 *Statuta non debent fieri ad iuris priuati æmulationem.*
25 *Propter publicam vtilitatem, potest fieri statutum, in iuris priuati læsionem.*
26 *Quando princeps facit legem contra ius priuatum.*
27 *Princeps quando aliquid concedit, si accipiat pecuniam quod sit contractus emptionis, & uenditionis, & quid quando, nihil recipit.*
28 *An princeps possit reuocare priuilegia per eum, uel eius antecessores concessa.*
29 *Iniuria debet esse a principe remota.*
30 *Priuilegium principis, quando transeat in contractum.*
31 *In quibus authoritas superioris semper reseruetur.*
32 *Princeps dum iurat, utrum debeat tangere euangelia, uel sufficiat illa habere coram se.*

OST propositionem factam per principem, solet a curia peti, & supplicari Domino Regi, in curia præsidenti, maximè per brachia ciuitatum, & uillarum regalium regni, ut iuret foros, cõstitutiones, & priuilegia regni. Brachia uerò ecclesiasticum, & militare, tali simplici iuramento contradicunt, maximè quoad foros, & priuilegia, dictis brachijs aduersantia, maximè in materia alienationum per principes factarum, de quibus subdo. Et sic dicta brachia protestantur quòd non consentiunt tali iuramento, quatenus facit contra eos, & iura sua bona, & uasallos suos. Et potest uidere in libris curiæ. Sed ad quid istud iuramentum, vel dictæ protestationes proficiunt, nonne Princeps in principio

cipio sui regiminis: & in coronatione iurat foros regni, & iura regni sui, & honorem coronæ illibata seruare, de iurei. c. intellecto. Et sic iuramentum non est iterabile. & ad quid dictæ protestationes, cum princeps sit aliàs iam astrictus ad obseruantiam dictorum fororum, & priuilegiorum, tum ex iuramento præstito.
1 †Tum quia fori, & constitutiones regnorum
a transeunt in cōtractum, & ligant principem,[a] vt not. in l. digna vox. C. de legibus. per Bald. & not. in l. cunctos populos, de sum. Tri. per eundem, & habes plures concordantias supra in titu. de conuocatione curiæ, vbi vide. Item quia
b certum est de iure, quod alienationes[b] quas facit princeps de bonis coronæ non valent, imo & si sint iuratæ, possunt reuocari. Ad hoc. d. ca. intellecto. imo quotiens donatio fit uel alienatio, & iura regni diminuuntur vel enormiter læduntur, non ualet &c. quæ fieret donatio vel alie. in ecclesiam non potest, ut no. Guillier. in in Spe. in ti. de instr. edi. §. nunc autem, uersi. fi. Et hoc sequitur gl. ord. in auth. quomodo opor
2 tet epos, in princ. †Etiam eadē rōne qua valeret alienatio ptis ꝓuintię, valeret de tota prouincia, & sic regnū deduceret̄ ad nō esse, qđ esse nō pōt, nec debet in auth. quomodo opor. epos. §. fi. Itē quia tales alienationes sunt cōtra bonū publicū, quia cōtra publicā vtilitatem. Nā ut dicit Aristote. entia nolūt male disponi, nec bona pluralitas principū, unus ergo princeps. Nam regnū nō recipit sectionē, uel diuisionē, iō non fit in eo detractio legitimę, uel alicui⁹ iuris, ut no. gl. singulariter in fi. in c. licet, de vo. & vot. redēp. in antiq. nā oīa patrimonialia sunt inalienabilia de iure, qa regnū est indiuiduum, & non recipit sectionē seu diuisionē, in 10. col. de prohi. feu. alie. §. præterea. Ducatus & res coronæ principis, est inalienabilis, ut l. apud iul. de leg. 1. Hinc dicit Bal. in princ. feudorū, quòd princeps non potest a se expropriare territoriū, vel rē suæ coronę, maximè vassallos, qui alienari nō pñt realiter sine illorū cōsensu: ut Cyn. in l. prima. C. de noua. & canon. in c. dilecti, de mai. & obe. Et ad prędicta vide optimum tex. in l. si qua loc. C. de fund. & saltibus rei Dominicæ. li. x). Si ergo princeps alienādo diuidit ꝓuinciā, plures in illa facit principes, uel duos, cōtra publicā utilitatē. Itē quia
3 per tales alienationes rex † dr̄ male regere regnū. Et pro illis reuocandis, dādus est illi cura-
c tor, uel coadiutor,[c] in regni administratione, vt in tex. notabi. c. grandi, de supplēda negl. p̄la. lib. 6. Item quia ex quo princeps pactum fecit, legē uel priuilegiū concessit de non alienādo, & decreuit nullā alienationē, actus est nullus, ad hoc not. in l. filiusfam. §. diui. de leg. 1. & in l. Diuus, de pet. hæred. de accusa. c. prælatorū. Et accedant no. in materia pacti, de nō aliena. in l. ea lege. C. de condi. ob causam. & in l. si ita stipulatus. §. ea lege. ff. de uerb. obligatio.

& in l. creditor. §. fi. de distrac. pigno. Nā quamuis ibi dicatur, quòd sit necessaria hypotheca bonorum, ad impediendam alienationem bonorum, tamen ex quo princeps legē facit plus est quàm hypotheca, ut uides in titu. de fundo dotali. nam per legem non est dubium, impediri alienationem posse, ut ibi uides. Et no. in locis desuper allegatis. Ad quid ergo est necessarium, nouum iuramentum, & ad quid conferunt protestationes quas faciunt ecclesiastici, & militares? dicas quòd iuramētū iō de nouo præstatur per principē, & requirit̄ per brachia ciuitatū. Et sic de more, ꝙ in initio curiæ præstetur, ut princeps illud habeat in recenti memoria, quoniā de factis antiquis, homo obliuiscitur. ff. de acq. pos. l. peregre. Et magis rubor & uerecundia esset principi si periuraret nouiter facto iuramēto, quā pro priori antiquo. Et quia habet intendere in reuocādis foris factis contra foros in dicta curia, & quia sic practicauit antiquitas & minime sunt mutanda, q̄ lōgam consuetudinem habuerūt. ff. de legib. minime. & mos relinquēdus est antiquissimæ ve-
4 tustati. C. de testa. l. testamenta. Et quia † iurm multum operatur in foris, uel constitutionib. factis, de non alienando, uel etiam in pactis, quia licet realiter pactum priuatorū citra specialiter obligationem non impediat dominij trāslationem, ut no. in l. ea lege. C. de cond. ob causam, & in l. ita stipulatus. §. ea lege. ff. de verbo. oblig. Et in l. creditor. §. fi. ff. de distra. pig. Et idem de iuramento quod non impedit domini translationem, ut no. Inno. in ca. dilecto. de præben. tamen si contractus ineat̄ super re
d iam aliàs prohibita alienari[d] realiter, licet in aliquē casum possit alienare, ut in bonis principis, iux. no. in l. cum multa. C. de bonis quæ libe. tali casu contractus priuati impediret do-
e minij translationem[e] fortius principis, qui habet uim legis. l. Cæsar. ff. de publicanis, & iā fortius si uallaretur iuramento, quo casu iuramētum impedit dominij translationem, ut est casus singularis, a nemine ponderatus, in c. intellecto. de iureiur. subtiliter intuenti. ¶Protestationes uero fiūt per ecclesiasticos & militares, ideo quia in dictis foris, uel priuilegijs factis p principem, de non alienā. bona coronæ, uel patrimonialia, se dicunt minime cōsensisse, & sic non comprænhensos in illis, & sic quo ad populares, uel ciues est introducta alienatio, non in ipsos milites ecclesiasticos, quia si dictā legem dicis ualere ut pactū, p illud pactū non potest interdici alienatio, ex quo nō habet obligationem uel hypothecam bonorum, ut in casu notabili, scdm lecturam Pisanam in l. creditor. §. fi. ff. de distract. pigno. Si dicas illam ualere ut legē, non tamē communem & generalem, sed ut legem regiam confiscantem, quo ad non cōsentientes, in nuda uoluntate principis: & sic princeps pōt illā reuocare ad nutū, vel cū clau

ſula, non obſtantibus. illi contrauenire. vt not. in l. humanum. C. de legib. & in le. reſcripta. de preci. impera. offer. & in l. fina. ſi contra ius, uel vtili. publi. quia nõ eſt lex pactionata, niſi quo ad cõſentientes, & paciſcentes. ¶Sed quid eſt hoc dicere, nam de iure factum pactum inter me & te, ꝙ dabis vel non dabis tertio, valet, & eſt ſeruandum, maxime ſi eſt iuratum. 1. q. 6. c. quotiens cordi oculus, & ibi glo. ordinaria ſuper verbo, ſeruierant. & quod no. 12. q. 2. c. quicunque ſuffragio. Merito pactum factum per principẽ, cũ ciuitatib. illum ligabunt, quo ad tertios, non paciſcentes, quia cõtrarium faciẽdo frangit pactum tertio, cum quo pactus eſt, & ille poteſt agere ut in ſimili: vt in l. ſeruo legato. §. 1. ff. de leg. 1. Sed dicas quòd illlud pactum & ſi valeat de iure canonico, attamen qñ non habet bonorum obligationem non impedit obligationem, vt prædiximus, ſolùm princeps teneretur ad intereſſe. lex autem regia reuocari & contra eã diſpẽſari põt per principẽ ad nutum. ¶ Sed quid dices ad iuramentum quod inualidat alienationes? vt in d. c. intellecto, & ad id quod dr̃, quod † bona patrimonia

5 lia Principis, nequeunt per illum alienari, vt ſuperius ſatis allegauimus? Dicas hic eſſe ſub alternatione, uel diſtinctione reſpõdendum. Nã ſi Princeps uelit uoluntarias alienationes facere, & tunc obſtat ſibi & iuramentũ, & iuris prohibitio, ne diminuatur regium patrimonium. Et iſti ſunt caſus. c. intellecto. de iureiur. & cap. grandi. de ſupplenda negligentia prælatorum lib. 6. & l. prohibere. §. plane. & quod ibi no. per Bartol. ff. quod ui aut clam, & in iurib. deſuper allegatis. Et tales alienationes ipſe idẽ poteſt reuocare, & poteſt venire contra factum ſuum. vt ibi not. uel vbi eſſet datus curator, uel coadiutor, ille teneretur illas reuocare, ut in d. capi. grandi. de ſupplenda negligen. præla. libro. 6.

6 ¶ Si autem princeps uult † alienare ex aliqua cauſa ſubſiſtente, & tunc ſubdiſtingue, aut cauſa eſt decens & rationabilis, aut neceſſaria. De primo capite diſtinctionis, quando dicatur cauſa decens & rationabilis. Pone exemplũ, qa vult remunerare benemeritũ ſeruitorum, cui eſt obligatus ad antidora. de peti. hæredi. l. ſed & ſi lege. §. cõſuluit. in feud. de natura feudi. ca. 1. Et quod no. Io. An. de iudi. cum ueniſſent. & Bald. in l. cũ multa. C. de bonis quæ liberis: uel in magiſtrũ, ut ff. de do. l. Aquilius Regulus. ff. de adminiſt. tu. l. qui plures, uel uult ſoluere ſolitam mercedem ſeruitorum, uel uult dare eccleſijs, uel pijs locis pro remedio peccatorum, de rerum perm. c. j. uel eccleſias & capellas fundare, uel ſimilia, quæ ex accidenti occurrunt. Et tunc ſi ex ijs uel ſimilibus cauſis uelit alienare? Dicas, aut uult donare eccleſijs uel eccleſiaſticis, qui dictis foris dicunt ſe non conſenſiſſe, & ita eſt ꝙ pro nunc non firmo. Et tunc in dubio ualet alienatio, dummodo regnum non enormiter lædatur, quia iuramentum factum de conſeruandis bonis coronæ, ad has rationabiles alienationes, & honori regio concedẽtes non extenditur. Et hoc probatur per c. Abbate ſane. de re iud. lib. 6. Et firmat Bart. in l. pro-

7 hibere. §. plane, quod ui aut clam. † Et ideo

f fuit tollerata donatio facta beato Silueſtro [f] Romano pontifici & eccleſiæ Romanæ per Cõſtantinum. Nam ut dicit glo. decreti, quòd ꝑ tales donationes eccleſiæ factas, non minuitur imperium. in c. ego Ludouicus. 63. diſt. & ideo tales donationes eccleſiæ factas, tenetur ſucceſſor confirmare, in c. Adria. el primo. ea diſt. Et ita firmat glo. in l. 1. §. cũ urbem, ff. de offi. præf. vrbis. Et idem tenet Specula. de dona. factis eccleſijs particularibus, dum iura imperij enormiter non lædantur, in Spec. in tit. de inſtrum. edi. §. nunc autem. uerſi. fi. Et not. Bald. in prin. Codicis. Et uide Bal. ſtrennue bene loquentẽ, in ti. quid ſit inueſtitura, in uſibus feudorum. Ad hoc etiam facit quod no. Specu. tit. de feudo. in ulti. col. dicens, quod ſicut princeps poteſt patrimonialia donare, ſic & fiſcalia. Allegat. C. de quadrien. præſcrip. l. bene a zenone. Et ad hoc uide priuilegiũ dñi regis Iacobi datũ Valen. 2. Idus Feb. anno D. 1251. Sed hoc intellige cũ cauſa rationabili, & proprio motu,

g non ad poſtulationem [g] per tex. ſingularem. in l. 1. C. de peti. bono. ſubla. lib. 10. Ad hoc optimè facit. l. cum multa. & quod ibi no. per Bal. C. de bonis quæ liberis, qui eſt caſus ſingularis ꝙ illa quæ donantur per principem uel regem, habentur ut peculium Caſtrenſe. Sis ergo cautus tu aduocatus qui ordinas donationẽ principis, uel alienationem, vt adijcias cauſam ſi neceſſaria non ſubſit, de qua dicam infra, ſaltim iuſtã concedentẽ & rõnabilem apponas &

8 facias adijci motu proprio. † Si autem uult donare militibus uel in eos alienare ex dictis cauſis, non eſt dubium quod ualet donatio & alienatio, quia dictæ prohibitioni dicunt non conſenſiſſe. Et quia aliàs de iure illis benemeritis

h donare [h] & remunerare poteſt. ff. de don. l. ſi pr̃ §. 1. & l. cũ multa. de bonis q̃ liberis. & l. 1. allegata, de peti. bon. ſubla. li. 10. & in c. ius militare. 2. di. ¶In ijs enim caſibus in quib. diximus alienationem ualere, intelligas ſemper, dũ tamen regna enormiter non lædantur. Et quod tales alienationes non ſint contra uniuerſum ſtatũ regnorũ, quoniam eo caſu, ſucceſſor poſſet illas reuocare, ut no. per Archid. in c. non licet Papæ. 12. qõ. 2. Et per Bar. in dicta. l. prohibere. §. plane. ff. quod ui aut clam. Et ideo ad fugiendum iſtud dubium, fac quod talis alienatio per principem de conſilio digeſto ſui conſilij decretetur neceſſaria, uel ſaltim ex iuſta cã facta, & ex ea non parari enorme damnum regno. Et hæc cautela bene probatur per text. in c. 1. de rerum perm. maxime cum alienatio eſt magnæ rei, ut alicui⁹ magnæ ciuitatis vel villę,

quia

quia sic facit Papa, cum uult alienare uel infeudare aliquam magnam ciuitatem, quod id facit de cõsilio cœtus Cardinalium, ut no. Archi. in c. cum redemptio, c. abbatibus. 12. q. 2. ¶ Si autẽ uult alienare in ciues uel populares qui sunt de brachio ciuitatum, uel uillarum regalium qui dicto foro uel priuilegio notoriè cõsenserunt, & tunc non ualet alienatio, quia obstat lex pactionata, cum suo brachio, quæ est irreuocabilis, & citra curiam indispensabilis, q lex impedit dominij trãslationem, ut uides in ti. de fundo dota. & maximè in l. 4. Et no. in d. l. filius fam. §. diuus. de lega. 1. Si aũt † princeps
9 uult alienare ex causa necessaria, pone exemplum, quia uoto præcedente quod illum obligat. extra de uoto. ca. licet. & l. si quis rem. ff. de pollicitationibus, uult facere peregrinationẽ, in qua facturus est expẽ. eo. ti. magnæ, propter illas extraordinarias expẽsas uult alienare, uel pro constructione monasterij, uel pro donatione ecclesiæ. extra de dona. capi. ad Apostolicæ. Melius probatur in c. abbate sane, de re iudic. lib. 6. qui tex. loquitur in rege Aragonum dõnã. monasterio de Benifacano uel Populch. Vel pone quòd in bello habet soluere armigeris stipendiũ. C. de re mili. l. 1. lib. 12. Vel pone quod uult dare dotẽ sororibus. ff. de admi. tuto. l. cũ plures. & l. tutor, secundum dignitatem. & nõ sufficiunt redditus uult alienare. Vel pone qđ uult supplere ultimam uoluntatem patris, ut in cap. licet, de uoto. & in l. fin. & auth. ibi posita. C. de fideicõmissis, uel similibus causis, in quib. quotidie reges & principes uacantes arduis negotijs, maxime bellorũ uersantur, quæ magis ex casuum occurrentia, quod exemplo intelligi potest, in talib. uero casib. stante necessitate regia, & multo fortius si regiæ pſonæ necessitas sit, nullum obstat priuilegium, neque forus, habito moderamine, ut secũdum occurrentiam necessitatis uel causæ alienatio fiat. Ad hoc, extra de donat. ca. Apostolicæ. & quod ad casum necessitatis, non obstet iuris prohibitio, nec iuramentum de non alienando, nec forus, nec priuilegium de nõ alienãdo. Ad hoc facit. c. quærela. de iureiur. quo ad iuramentũ, quo ad iuris prohibitionem. Quod non exten
10 datur † ad causam necessitatis, allego tibi leges notabiles. l. vnica. C. nemini licere ab emp. specierũ se excusare, & de nu. sin. li. 10. Et l. cum ad fęlicissimã, cũ seq. C. de quibus mu. uel præsta. nemini liceat se excusa. & l. multi. C. de nauibus, non excusan. lib. 11. Ibi, cũ omnes in cõmune, si necessitas exegerit, conuenit utilitatibus publicis obedire, & subiectionem siue dignitatẽ priuilegio celebrare. & le. iubemus. C. eodem. & C. de sacros. eccl. l. iubemus. Et iõ uides iure prohibita alienari per legem, quia ꝓhibitio non extenditur ad alienationem † ne-
11 cessariam, uel ex necessaria causa factam. ff. de
i fundo dotali. l. 1. ff. familiæ herciscundæ. le. alienationes, cum simili. Et sic uides iure subiecta resti. ꝓhibita alienari, quia in certis causis necessarijs põt fieri aliena. ut uides in auth. res q C. communia de leg. Similiq; modo in possessore hæreditatis, controuersia mota, q non põt alienare, tamẽ certis causis necessarijs ꝑmittitur alienare. ff. de pet. hæred. le. diuus. Sicut uides in p̃latis ecclesiarũ, qui alienare nõ possũt
12 res ecclesiæ, nec † Papa, nec inferiores prælati. de Papa. in c. nõ licet Papæ. 12. q. 2. de alijs inferiorib. in ca. sine exceptione, eadẽ causa & qõ.
K Et tamen si necessitas exegerit k seruata solemnitate, de qua in d. c. sine exceptione, ualet alienatio. 10. q. 2. c. hoc ius porrectum, quæ est. l. C. de sacros. eccle. Et ideo allegando dixi in qstione facti incliti domini infantis Henrici, de donatione facta sibi per dominũ regem de ciuitate Sugurbi & aliarũ terrarũ ob necessitatẽ bellorum pro habẽda pace regni, quia erat expulsus a suo magistratu sancti Iacobi, & terris suis, quòd ualebat, non obstãtib. foris & priuilegijs de non alienando, maxime quia aliena-
13 tio erat facta † in fratrem domini regis non hæreditatum, cui fratri maior & abundãs, s. ex amore naturali, & fraterno tenebatur instituere saltim quo ad alimenta necessaria. Ad hoc nota. in l. qui filiũ. ff. ubi pupillus educa. debeat, & in l. cum in plures, de admi. tuto. & per Bald.
14 in l. alimenta. C. de neg. gest. † Et quia non dici
l tur proprie alienatio quod fratri donatur, l Ad hoc. C. de fideicõ. l. uoluntas, cum similib. quæ in dicta questione allegabam, quæ sufficiant, quia ita fuit de facto pro claro habitum cum consiliarijs per remissionibus & sententijs. Et uide ad saturitatem Oldradum in suis consilijs, consilio incipiente, allegabatur, & est. 94. Et sic habes casus indubios, cum princeps alienat ob necessitatem uel aliquam causam honestam, & non enormiter læderet iurisdictionẽ suam, ut dicit Bar. in l. prohibere. §. plane. ff. qđ ui aut clam. habita differentia, de qua dixi ꝓpter foros, & regni priuilegia. Et istud quod diximus loquit in totali alienatione rerũ patrimonialium, in quib. princeps sibi non seruat, neq; canonẽ, neque aliquod directum dominium, quia cum per stabilimentum quid alienat saluo canone, non tamen prohibita est talis alienatio, ut uides in l. j. & l. nemo. C. de fun. rei priuat. li. 11. Saluo quod habes in le. locali. nulli. C. de fund. patrimonialib. lib. 11. Et scias quod istę tales alienationes q fiunt ꝑ principẽ in certa causa sufficiẽti uel necessaria, si sint factæ cũ decreto, & pragmatica princip. iux. no. in c. j. de rerũ perm. & in l. allegata ꝓhibere, qđ ui aut clã. & cũ cõsilio cõsilij, ex quo in illis est
15 seruata † forma consueta, non possunt impugnari per successorẽ. Ad hoc allego tibi glos. auream in d. c. sine exceptione. 12. quæstion. 2. Et quod not. Bald. in authenti. hoc ius porrectum. circa medium. C. de sacrosanct. eccles. Et

in l.raptores.de episcopis & cler.C. ad hoc.c. cæterũ. de don.maxime quando consuetudo
m tanti tẽporis [m] cuius initij memoria non existit, quia talis dat titulũ & iniustum tolerat, data scientia & patientia principis contra principem, vt in gloss. singular. in lege.hoc iure.§. ductus aquæ.ff. de aqua quotidia. & æstiuali, faciunt not.in l.1.§.denique.ff. de aqua pluui. arce. per Bar. & alios scribentes, ad hoc in l.viros.C.de diuersis officijs & apparitoribus.lib. 12.& c.super quibusdam.de verb.sig. Et quod
n no. in materia † meri Imperij præscribendi [n] in
16 l.imperium, de iuris.om.iud.& in auth. de defen.ciuitatũ.§.nulla.in fi.magnæ glos.in l. 1. C. de emancipa. libe. per Cy. & Bal. in quæstione Papiæ disputata, quæ incipit Apulus. & quod no.Io.An. & Anto.de But.in c. cum contingat. de fo.comp. Et aduerte quòd in casibus in quibus p̃diximus valere alienationẽ statim, quòd princeps concedit vel donat, transfert dominium, licet regulariter sine traditione non trãseat, vt in le. traditionibus. de pactis.C. & hoc priuilegio principis, ad hoc. c. si tibi absenti, de præben.lib.6. Et vide quæ scribit Bal. in feu. de noua forma fidelitatis. in casibus vero vbi prohibitio est de non alienan. vt puta; quia sine causa probabili alienat., & tunc is in quem
17 fit alienatio, non facit † fructus suos, immo illos restituit, vnà cum re, quia cum contra iura mercatur iustum est, vt tali afficiatur pęna, ut in cap.non licet Papæ.12.q.2. Et quod ibi not. in gl.facit.l.quemadmodũ.de agricolis & censitis.& c.si quis præsbyterorum. de rebus eccl.
18 non alie.† Sed est dubium, an si prohibita est
o alienatio, sit prohibita possessionis trãslatio. [o] Vide no.per Bal.in aut. hoc ius porrectum. de sacros.eccle. Et vide Innoc.de rebus eccle.non alien.c.Episcopi. Et vide in meis notabilibus, notabili.87. ¶ Sed nunquid emptor cui amouetur res male alienata poterit agere contra
p Principem ad præcium rei? [p] Dicas sic cõtra vẽditorem non successorem in regno, nisi conueniret illum vt hæredem, quia successor in regno non est defuncti hæres, quia solũ est iuris successio. vt no.in c.licet. de voto. Et in authe. hoc amplius.de fideicommis.C. merito de factis prædecessoris non tenetur, nisi quatenus vtilitas regni procuratur: si vt hæres conueniretur & vere esset hæres teneretur ex cõtractu defuncti.ut no.in ca. parrochiano. de sepulturis, ad hoc.ff.de actionibus & oblig.l. ex depositi. ff.de reg.iur.l.ad ea.§.in contractibus. de con-
19 tractu facto per prædecessorem regem † successor rex, vel prælatus, de cõtractu prælati defuncti non tenetur, nisi regni vel Episcopatus, uel ecclesiæ vtilitas ex tali contractu procuretur. de solu.cap.1.& de præca.capi. 2.cum similib. contra eundem alienantem qui pecuniam accipit, non est dubium competere actionem ad restitutionẽ præcij, ut no.in c. ad audientiã.de reb.eccle.non alien.in c.si quis præsbiterorum eo.tit.ad hoc de prohibita feudi alie. per Frede.§.nos autem.maxime quia tales emptores, sunt bonæ fidei possessores, quia emunt a principe, quem credunt iuste uẽdere posse. Et quãuis debeant scire quòd in casu nudæ uoluntatis principis rei magnæ, non sit permissa alie-
q natio, & iuris ignorantia, [q] † neminem excuset,
20 maximè quando laicus est in loco in quo peritiores consulere potest, vt in l.litera, cum similibus, de iuris & facti ignorantia. attamen hoc fallit in iure difficillimo, in quo peritus aliquotiens falleretur, ut vidistis per discursum præsentis dubij, in quo proculdubio, probabilis fuit ignorantia, ad hoc quod not.Ioan.Fab.Insti.de suspectis tuto.& quod no.glo.in l.3.ff.ad exhib. Et quòd no.in c.cum inter R.Seniorem. de elect. maximè quia propter titulum, dicitur bonam fidem habere, ex quo coloratus est. ad hoc not.in l.si fundum. C. de re. uendi. & in c.si diligenti.de prescrip. Merito ab ipso vendi-
21 tore indubie, præcium recuperabit † emptor, & etiam a successore si melior conditio sit illata, sicut diximus de ecclesia, & ad saturitatem desuper allegauimus. Sed multum obstat di.l. quemadmodum, de agri. & censi.lib. 10.nam ius commune patriæ, resistit contractui: & inficit titulum & possessionem, & non dat titulũ præscribendi, vt in tex.not.in feud. de prohibi. feud.alie.per Lotarium.c.1.& in l. si qua loca. C.de fund.& saltibus rei Dominicæ. lib. 11. Et quod fortius est, quia priuilegijs, de non alienando communiter adiicitur clausula, decer-
r nentes irritum [r] &c.quæ facit ut contractus resoluatur ipso iure, ut dicit Bald. per illum tex. in §.si uero, uel in totum in feud. qualiter olim põt feud.alie.allegat de resti.& ea q̃ parit inf. annũ luctus, col.4.§.quamobrem. Sed dices tu quòd si contractus est resolutus ipso iure, iustũ est præciũ restitui, cogita. Sed ubi fit alienatio in casum prohibitum, ad quos competat ius reuocandi uel in uiam grauaminis deducẽdi, quia congruentius cadit in titulo de propositione grauaminum? dic ut ibi dicam. Sed dubitatur: Pone, aliqua res principis fuit alienata, facta est lex per principem cum consensu curiæ, de non alienando dictam rem in specie, designando illam, an præiudicet detentori, & uidetur quod non, quia cũ princeps concedit priuilegiũ sic tẽperate, & ciuiliter est intelligẽ-
s dũ, ut quantũ fieri posit, sine alterius iniuria [s]
22 & iuris præiudicio alien. intelligatur † concessæ. ff. de admi.tut.l.impuberi.& ad trebel.l.sed cum ab hæred.C.de emancipa. lib. l. nec auus. ne quid in loco publico.l.2.§. merito. extra de usu & auth.pallii.c.ex terrarum.de rescrip.c.q̃uis. lib.6. Et iste intellectus nedum est tẽpore concessionis, sed etiam in futurum, si trahitur
t ad noxã [t] iuris tertij † reuocatur. de uulg.& pup.
23 l.ex fact.& de decimis.c.suggestũ. ¶ Sed his nõ obstan-

obstantibus vt dici posse, quòd princeps possit condere legem vel priuilegium in curia, cum curiæ consensu, abdicatiuum dominij,
24 vel iuris tertij. † Nam quamuis regulariter leges de iure nequeāt fieri ad iuris priuati emulationem. l. si priuatus. ff. qui & à quibus. l. totiens. ff. de pollicitationibus. l. ambitiosa. ff. de dec. ab ordine fa. Et vtrobiq; per Bar. imo competit ius appellandi, vt ibi, & in l. 2. ff. de doli
25 excep. † Tamen si illę leges fiant propter publicam vtilitatem, etiam ad iuris priuati læsionem, valent. Adhoc communiter allegatur. l. venditor. §. si constat. ff. commun. prædior. Hoc elegātissime firmat Bar. in l. quæcunq;. C. de fi. instr. & iur. hastæ fiscal. lib. 10. dicens quòd illa lex loquitur quando Imperator rescribit pp publicam vtilitatem, quia tunc potest res priuatorum tollere & etiam ciuitatem, vt l. certa forma. C. de iure fisci. & l. item si uerberatum. §. 1. ff. de rei uend. & in l. Lucius. & in l. vẽditor. §. si constat. ff. commun. prædi. secundum Bart. Sed subtilius posses dicere, nam quotiens alienationes fiunt contra ius regni, princeps in
26 curia de consilio procerum, potest facere † leges contra ius priuatorum, reuocando alienationes factas, & ius quæsitum, etiam ex præscriptione, & per talem legem præiudicatur detẽtoribus. Casum habes multum singularem iuxta gl. de prohib. feud. alie. per Fredericum. c. imperialem. & de prohib. feu. alie. per Lotharium. c. 1. & est magna ratio. Nam in l. principis cum consensu curiæ facta, inest consensus, saltim præsumptus detentoris, secundum gl. auream in rubrica. C. quæ sit longa consuetudo. Facit. l. ꝙ maior, ad municipales. ff. ¶ Et quia supra diximus de ijs alienatio. quas princeps facit de bonis patrimonialibus: & quia hæc fiunt aliquotiens per uiam donationis, aliquotiens per uiam venditionis, aliquotiens per uiam concessionis & priuilegij, vt in iurisdictionibus fit multotiens in primis duobus casibus, venditionis, vel donationis, clarum est quòd isti sunt contractus nominati, & suas pariunt actiones, sicut vides in titulo de actionibus empt. & in l. si quis argentum. C. de don.
27 † Et scias quòd in contractu principis, vbi ex parte accipientis daretur pecunia principi, etiam quòd princeps vteretur verbo, indulgemus, esset vẽditio & contractus irreuocabilis [u] arg. C. de prædijs curialium. l. fi. li. 10. & eleganter describit Bal. in l. qui se patris. C. vnde lib. Si aũt princeps sine receptione pecuniæ uteretur verbo, concedimus, vel indulgemus, esset priuilegiũ, & in hoc est magna vis. Nã si princeps vendit vel donat in casum permissum, vt includamus dubitationem superiorem, tum non potest reuocare. l. sicut. de act. & oblig. l. fi. C. de reuo. don. Si autem cōcedit uel indulget in vim priuilegij, potest reuocare ad nutum: quia hæc est prærogatiua principis, quod pōt
28 priuilegia reuocare † per ipsum concessa. nō obstante quòd dicatur quod decet à Principe concessum priuilegium esse mansurum, vt in regula, decet. de reg. iur. & in authen. consti. quæ de dignitatib. in fi. col. 6. quia ibi verbum decet, est honestatis, quo ad principem. Et ita dicit ibi glo. super verbo, mansurum. in dicta regula allegata, de elect. quia sæpe. in fin. lib. 6. de immun. eccles. c. clerici. de sentent. excom. c. vlt. & 63. dist. c. verum. C. de leg. digna vox. Et hoc tenet Nicolaus de Matarell. C. de Iustiniano codice confirmando. contra Guidonẽ de Sudaria, qui dicebat quòd Imperator non poterat reuocare priuilegium antecessorum, nec proprium. Ex quo est efficaciter quæsitũ ius, dicens, quod per reuocationem fieret alijs
29 † iniuria, quæ maxime in principe debet esse remota. ff. de uulga. subst. l. ex facto. & unde vi. l. meminerint c. Sed Nicolaus de Matarell. hoc non concedit esse verum, quia non facit iniuriam, cum in nullo sit obligatus, cōcedens priuilegium hoc seruare, nam sicut lex, ita statutum, rescriptum, & priuilegium potest reuocari, vt patet. C. de sacrosanct. eccl. authen. quas actiones. Et hoc dicit verum esse, nisi prætextu talis concessionis, concedens aliquid sit lucratus à suscipiente, puta aliquam dilationẽ, vel fructum, quæ habeat perpetuam commensurationem cum re concessa: nam tunc concedens non potest reuocare, quia committeret dolum. ff. de dolo. l. si cum mihi seruum. quæ
30 opinio est ipsa veritas. quia eo casu † priuilegium transit in contractum, & efficitur irreuocabilis. Ad hoc not. per Innoc. de iudi. c. nouit. & de iureiur. c. in nostra. Et satis desuper diximus. Et hanc opinionem firmat Bald. in l. qui se patris. C. vnde liberi. Et hoc dicit maxime verum in cōcessionib. uel priuilegijs, quæ semper conceduntur absq; præiudicio superioris,
31 vt in iurisdictionib. † Nã in eis semper auctori
x tas superioris [x] reseruatur, & nisi eius auctoritate non pōt exerceri cum in ea resideat, & suprema potestas inseparabilis, unde pōt iurisdictiones supprimere aliorum. Et non solũ singularium personarum: sed ẽt ciuitatum. vt in l. oẽs populi. de iustitia & iu. per doct. sed hoc tamen limita uerum, quotiens iurisdictiones trãseunt in vim nudi priuilegij, non transiẽtis in contractum, quia si data pecunia, tunc esset cōtractus, & haberent locum quæ diximus in alijs contractibus principis, quia quãuis antiquo iure iurisdictiones nō essent in cōmercio, neq; possent vendi, nec vel in contractũ deduci, attamen hodie consuetudine est vsurpatũ, & omnes cōtractus in illa cadunt, vt not. idem Bal. in §. eadem l. de l. Corradi. in feud. nimirũ ergo si in iurisdictionalib. est idẽ ius. Ex his igr̃ causis supplicatur rex in curia, vt iuret foros & priuilegia, & consuetudines regnorũ, & illa iurat in plena curia, ut diximus. ¶ Sed nunquid

 cum

32 cum iurat rex habet tangere † euangelia, uel sufficit illa coram se proponi, quod uidetur, ut dicimus in episcopo, in c. fin. de iurament. calum. sed contrarium est uerum. Nam ibi gl. dicit quòd episcopus cum iurat, regulariter tangit euangelia. 1. q. 7. c. quotiens. nisi in casibus expresis in iure. De principe auté quod habeat tangere euangelia cum iurat &c. si sit imperator, habes tex. in c. tibi domino. 63. dis. expresius in clemen. Romani principes. de iureiuran. ibi, & tactis sanctis euangelijs. Et vide no. per glo. in clemen. 1. de hæreticis. glo. super verb. tacta. & quod not. Inn. & Ioan. And. in c. & si Christus. de iureiurand. & ita practicatur quod iurat tangendo missale præpositum coram eo, auctoritate illius glos. quam not. Et sufficit de principis iuramento.

## CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶LIGANT PRINCIPEM.] Principum constitutiones, & rescripta, quæ in contractum trāsierunt, eos ligare explorati iuris est. diximus late supra, in rub. 1. in ver. naturam contractus. & rubr. 2. in ver. per populum pecunia. & in ver. tendit ad noxam. & quòd princeps ligatur his quæ transierunt in contractus naturam, & obligari ex eis successores quando dignitatis nomen expressum est, uoluit Iacob. Mandell. Albēs. in consil. 67. communitas. per totum. Aymo. Crauetta in consil. 135. colum. 3. Carol. Ruinus in consil. 69. nu. 23. vol. 3. & in consil. 29. num. 4. vol. 4. subtiliter D. Rolandus à Valle in consil. 66. quoniam veritas. nu. 33. 53. & per totum. volum. 2. & elegantissime D. Petrus Ant. Anguissol. in consil. 3. vt propositæ. nu. 1. 13. & per totū. & in consil. 6. traditum est. num. 1. 2. & per totum. vol. 7. & latè D. Franciscus Bursatus in consil. 16. Multum. num. 47. quinimò si reuocet præsumitur princeps circunuentus, vt cum multis allegatis per eum dicit idé D. Bursatus. in consil. 78. visis. nu. 4. & per totum. vol. 1.

b ¶ALIENATIONES.] Regalia etiam cum iuramento per principem alienari non posse, doctores cōmuniter concludunt. in c. dilecti. de maior. & obedien. totum namque Regnum paulatim exinaniretur, vt frustatim lupus agnum comedit. inquit Pennens. in l. quicunque. C. de omni agro desert. lib. 11. esset enim Principatum, ac regnum deformare voluit Bal. in Procem. Codic. doct. in c. 1. de probat. Cardinal. in consil. 137. Matth. de Afflict. in c. 1. num. 67. quæ sint reg. Barth. Socin. in consil. 4. super quæstione. colum. 4. volum. 3. & in consil. 7. super quæstione mihi. per totum. eod. vol. ¶Et adeo hæc vera sunt ꝙ principes de eis testari nequeunt. Anton. Corset. de potesta. & excell. Regi. q. 8. ¶Quæ omnia limitantur non procedere vbi Regnum modico afficeretur detrimento, secus tamen quando maximo, quia tunc alienatio fieri non poterit. voluit Barto. in l. prohibere. §. planè. ff. quòd vi aut clam, Spec. de instrum. edit. §. nunc autem. vbi Bald. idem Bald. in l. cum multa. C. de bonis quæ lib. Oldr. in consil. 94. eleganter. Aluarotus in c. 1. in princip. Episcop. vel Abb. Federic. de senis. in consil. 200. Ioann. de Ana. in consil. 81. Abb. Panormit. in consil. 3. vol. 2. Fel. in c. ad audientiam. de rescrip. Andr. de Yser. & alij in c. Imperialem. §. ita tamen. de prohib. feud. alien. per Feder. Corsetus in tract. supra narrato. q. 4. & q. 75. Matth. de Afflict. in rubr. quæ sint regal. q. 5. Socin. in d. consil. 4. & in consil. 7. & Ioa. Igneus. in l. necessarios. § non aliàs. nu. 176. ff. ad Syllan. refert, & sequitur allegans alios. D. Rolandus à Valle, in consil. 1. in præsenti consultatione. num. 97. cum pluribus sequenti. vol. 2. Reges tamen nostri temporis videntur de feudis ad libitum voluntatis disponere vt pateat ipsos in hoc legibus non subiacere.

c ¶CVRATOR, vel coadiutor.] Ad similitudinem prodigi, vel furiosi vt in l. 1. ff. de curator. furios. in regibus tamen nescientibus Regnum defendere, vt iustitiam, & Pacem seruare, maxime religiosis, nec deperdita recuperare, datur curator, & coadiutor ut ex mente Innoc. & Ioan. Andr. voluit Philipp. Francis. in d. c. Grandi. colum. 2. de supplen. negligen. prælat. in 6. & talis curator poterit administrare ea, quæ sunt patrimonij, & iurisdictionis, vt inquit Francus. vbi supra. & tale coadiutoris officium morte eius, cui coadiutor datus est expirat, ita tamen vt si Rex moriens successores relinquat, illi succedant, sin autem non habeat successores succedit dictus coadiutor. Ita glo. in dict. c. Grand. in fi. tenuit Ioan. And. in c. consuluit. de cleric. egrot. tetigit Bart. in l. quæsitum. & seq. ff. de tutel. Bal. in l. post susceptam. ff. de excus. tut. & late Spec. in titul. de feud. §. quoniam. per totum.

d ¶ALIAS prohibita alienari.] Regulare est non valere alienationem etiam in casibus à iure communi permissis, vbicunque duplex alienationis concurreret prohibitio. §. sanctissimas. auth. de alien. & emphit. latè Philipp. Dec. in consil. 636. & dicebat Bald. in c. 1. §. præterea. de prohib. feu. alien. per Fede. ꝙ vassallus faciens pactum de non alienando, alienare non poterit etiam in casibus à iure communi permissis. Quibus facit illud quòd res legata ecclesiæ quòd non alienetur, etiam in casibus à iure licitis alienatio fieri non poterit. glos. not. in auth. Hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccle. Salyc. in l. ea. C. de cond. ob caus. sequitur Bart. in d. authen. hoc ius. num. 3. & tenet expresse Abb. Panorm. in consil. 45. videtur primo. num. 4. vol. 2. licet contrarium attentauerit Benedictus Canophylus Monachus. in extrauag. Pauli. Cum in rebus iudicij. de rebus eccl. alien. vel non. Fall. 1. in fi. & nonnulla ad materiam dixi in consi. meo. 12.

e ¶DOMINII translationem.] Contractus enim prohibitus de iure, iuramento non firmatur. Barto. in l. si quis pro eo. col. 2. ff. de fideiusso. & in auth. sacramenta puberum. vbi tamen vide Marc. Mantua. C. si aduer. vend. & videre licet per Spec. in titu. de emp. & vendi. §. 3. uersi. quid si uxor. & §. 4. & facit illud ꝙ iuramentū contra legem Aeliæ Scentiam à patre factum, filijs nó nocet. Specul. in tit. de feud. §. 3. vers. sed quæritur. Faciunt notata per Bart. in l. Titia. §. imperator. ff. de lega. 2. per Paul. de Castr. in l. hæred. §. filia. ff. de pact. Bald. & Ang. in l. fin. §. filijs. C. de bonis quæ libe. iuramentum enim super promissione nulla nullum est. Card. in cle. 1. §. porrò. de re iud. no. 6. q. 4. Alex. in consil. 16. col. 2. volum. 3. Iaso. in l. duobus. §. fin. col. penul. uer. tenendo tamen. ff. de iureiuran. sequitur referens, Rolandus à Valle. in consil. 62. factum. nu. 5. 6. vol. 2.

f ¶BEATO SILVESTRO.] Hanc quæstionem latè doct. in Procem. digestorum. Ange. in rubr. auth. Alexand. in l. filius quem pater. col. fi. ff. de lib. & posth. Bald. in l. testamento. C. ad leg. Falc. Abb. Panorm. in c. auditis. de præscrip. Lucas de Penna. in l. quicunque. C. de omni agr. desert. lib. 11. Fel. in c. solitæ. de maior. & obed. Ant. Corse. in tract. de potestate regia. q. 4. Signorol. Homod. in consil. 69. idem Panor. in consil. 84. vol. 2. Alexand. in consi. 34. ponderatis his quæ. col. fi. vol. 5. & Lucius Paulus Rosellus, in repertorio Francis. Aret. in ver. donatio. & Matth. de Afflict. in Procem. constit.

Reg.

Reg.q.2.num.4.& supra omnes tuetur, ita ut non reliquerit in scribendo alteri ansam, donationem Constãtini Siluestro factam omni iure validam D. Franc. Bursatus. in consi.124.volens. per totum. vol.1. quibus & nos subscribimus, & assentimur.

g ¶AD POSTVLATIONEM.] Vide Ludouic. Roma.in l.si vero.§.de viro.ff. soluto matrimon. & in consil.436.quod indultum.num.18.19.20.refert, & sequitur Ioann.Nicol.Arelata.in apostill.ad Andr.Alciat. in tract.præsumpt.reg.3.præsumptio.8.num. 1. Iaso. in l.si testamentum.in fin.C.de testam.

h ¶BENEMERITIS donare.] Notandum est istud inter specialia remunerationis, vltra collecta per Iaso. in l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iure.& in l.si non sortem. §.libertus.ff.de cond.indeb.cum proprium Regum sit donare.l.cum in plures.§.pen.ff.de administr.tut.dum tamen ex donatione enorme non sequatur præiudicium. vt inquit Philipp. Franc.in c.grandi. col.2. versi. in gloss. in ver.liberam. de supplen.negl.prælat. in 6. ¶Et est regula generalis rem aliàs alienari prohibitã, ob remunerationem alienari posse. Bartol.in proœm. digestorum.colum.fi.Bald.in c.per tuas.de donatio. & Ias.in locis supra allegatis.Philipp. Dec. in consil. 232. Dura. ¶ Et notandum est, concessa alicui per principem ob remunerationem alteri concedi non posse. do cto.in c.nouit.de iud.And.de Isern.& Matth. de Afflic. in const.Regni.Ea quæ ad decus.Bald.in l. qui se patris. vbi Dominus meus Ioannes Bolognettus. C. unde lib. Lud.Rom.in dicto allegato.consi.436.quod indultum. Vitalis Cambanis in tracta. clausularum. clausul. non obstantibus.Decius in consil. 293. Matth. de Afflict.in decisio. Neap. 128.fuit dubitatum.per totum. Ant. capic.in decisi.Neap.116.quod res.nume. 6. & in decisio. 121.in causa officij. ¶ Et donationi per principem factæ ob merita non censetur derogatum per generalẽ prouisionem, etiam causa subsistente, nisi specialiter & nominatim donationi illi fuerit renuntiatum. Paris. in tract. de reintegrat.feudo.fol.84.capi.& quia multa diximus.

i ¶ALIENATIONEM necessariam.] de necessitate nonnulla dixi supra in rubrica.1.in uersic.Necessitatem reipublicæ. an autem feudum ob necessitatem alienari valeat. Isern.Bald.& alij.in cap. 1. qualit. olim feud.poter.alien.& in c.1.§.aut si.quibus modis, feud. amittat.& infra rubr.25.Philipp.Deci.in l.quæ propter ff.de regul.iur. Cur.& Ias.in l.admonendi.ff. de iureiur. Iason in l.1.ff.de offi. eius, vbi latè Do. Camillus Plautius.Idem Iason in Authen.res quę.C. commun. de leg. Felin.in capi.cum accessissent. de const. Matth. de Afflict.in const.si quando cõtingit.not.1.& Lucas de Pen. in l.1.C.de delator.lib.10.in l.curiales.la secunda.C.de decuri.lib.eo.cui concinit Scipionis historia, qui cum pecunia ad reipublicæ usum esset necessaria, nec posset prohibentibus id quæstoribus ex ærario percipi, claui bus ærarii receptis, eo aperto, legi utilitatem prætulit reipublicæ.author Valer.lib.3.sub tit. de fiducia.

k ¶SI NECESITAS exegerit.] Et sic necessitate sub sistente Prælatus res Ecclesiæ seruata solemnitate alienabit.Archidiacon. in c.placuit.12 q.2.glo.in c. vnico. de relig.domib.in 6.& Bald.in autho.Si qua mulier.co lum.4.C.de sacrosf.eccle.& Vide lapum allegatio.26.di sputat.vbi etiam in apostill.D.Quintilan.Mandosius.& late Benedictus Canophylus in Rep.extrauag. Pauli.3. de Reb.ecclesi.alien.vel non.col.3.fall.1.

l ¶QVOD fratri donatur.]; Ideoque non dicitur alienari quod alienatur in suos, etiã in re prohibita aliena ri.vt in l.peto.§.fratre.ff.de leg.& in l.pater.§. Iulianus Agrippa.ff.de leg.3.& in l.in suis.ff.de lib.& posthum. Ioann.de Imol.& Ange. in l.ea lege.C.de condictio ob caus.Rayner.de Forliu.Dyn.Barto. Ioan.de Im. & Corneus in dicta.l. cum pater. §.cum inter.Alex.in consil. 62.viso, & discusso.col.2. in fin.vol.2. Andr. Tiraquell. in tract.retract.consangui.§.32.glo.1.num.45. & latissime dixi in consi.meo.12.in cantico.num.27.cum pluribus sequentib.

m ¶CONSVETVDO tanti temporis.] Quòd consuetudo tanti temporis cuius non extet hominum memoria in contrarium habeat vim tituli, uoluit Abbas in dicto c.super quibusdam.§. Præterea. de verborum signific.Bartol.in l.si publicanus.§.fi.ff.de public. Alex. in l.more.col.2.ff.de acquir.hæred. Francisc. Aretin. in consil.30.viso themate.Dec.in consil.341.Abb. Panormita.in c.ad aures. de præscript. ubi dicit quòd data probatione præscriptionis immemorabilis non requiritur titulus. Dyn.in c.possessor.colum.9. in fi. in paruis. de regul.iur.in 6.Alexan.in consil.68.& viso. col.4. versic.nec obstat quòd videatur. volum.2.& in consi.6. per totum.vol.1.Florian.in l.seruitutes.la grande. col. 12.ff.de seruitu.Alexand.in consil. 7.vol.2.vbi dicit habere vim priuilegij, & vim concessionis, etiam absque licentia Imperatoris, seu eius scientia. Idem Alexand. in consil.78. videtur prima.num.3.& in consil. 110.nu. 19.vol.6.Corn.Perusi.in consil.22.in princ. & litera a, volum.1.faciunt notata per Mar.Soc.in consi.15.visis. col.pen.versi.confirmatur.vol.1.Rober.Maranta.in dis put.2.Ambigua nu.38.& Matth.de Afflict.in const. Regni.siue reali.in fin.& in constit.Baiulos. no.1. late etiã Vincentius Maxilla in proœm.consuetudin.Bari. num. 20.cum pluribus seq.Cardin.Zabarel.in subscriptione. ad Petr.de Anchar. consil. vlti. Ioannes de Arnono in epitho.21.dixi. Quinimmò talis præscriptio adeo est priuilegiata, vt multi voluerint in ea bonã fidem non requiri.Prout Salyc.in l.2.in princ. C. de seruitu. Philipp.Deci.in l.Traditionibus.C. de pact. & in consilio. 632.& Ias.in consi.209.vol.2. licet contrarium asseueret Calcan.& in consi.52.rubeus.in consi.13.colum.4. Guido Papæ.in consil.91.& Zasius. in consi. 16. vol. 2. Quorum contradictiones conciliat Iacobus Philippus Port.in tract.conclu.lib.3.conclus. 46. Et ad materiam vide etiam Matth.de Afflict.in decis.Neap. 324. agitur, & latissimè Iacobus Mandellus Alb. in consil. 64. quia. num.50.& per totum.D. Rolandus à Valle in consil.2. in causa.num.122.& in consil.47.visis.num. 17.volum. 1.& latissimè in consil.89.Et si.num.9 cum pluribus sequen.volum.2. & nouissime D. Franciscus Bursatus in consil.23.apparet.num.22.vol.1.& dixi latè in quodam consil.meo pro communitate nostra Oliuerana.

n ¶MERI Imperij præscribendi.] Quanto tempore præscribatur merum, & mixtum Imperium? Vide latè Bartol.Lud.Roma. et Ioannem de Imola.in l.1.§. denique.ff.de aqua quot. & æsti.Abb.Panor.& Docto. in c. cum contingat.de foro compe. Ias.& Ottinellum post alios.in l.Imperium.ff.de iurisd.omn.iudic. Petrum de Ancha.in consil. 142.clarior. per totum. ubi subtiliter & bene Alexand.in consil.16.in causa.per 4.colum.volum.5.aliqua per Francisc.Aret.in consil.154. consultatio.Anton.de Butrio.in rep.peruenit.colum.11. de censibus, vbi etiam tangit quanto, & quando præscribi possit ius carceris.ad prædicta uide Claudium Aquensem in l.more.colum.4.ff.de iurisd.om. iud. & latissimè vltra omnes Io.Francis.Balbus in tract.præscrip. secunda parte, quintæ partis princip.q. 3. per totum, & vltra allegatos à supradictis vide Cur.iuniorem in cõsi. 174. num.152.ubi asserit merum, & mixtum Imperium præ scribi spacio tanti temporis, cuius non adsit hominum memoria in contrarium. sequitur Nicolaus Bellonus in consi.

in consil.46. num. 1. dicens hanc esse communem opinionem, quos idem dicens sequitur Dom. Rolandus à Valle in consil.89.& si.num. 16. 17. volum. 2. sequitur Curt. Ioann. Baptista Villalobos in tracta. opi. commun. §.merum, & mixtum.num.86.

o ¶ POSSESSIONIS translatio.] Vide Bartholo. Socyn.in consil.241.circa primam.colum.11. versi. secunda ratio.& in consil.266. in causa.columna quinta, volumi.2.

p ¶ AD precium rei.] An fiscus teneatur, uel princeps de euictione & proprie in feudo? videtur dicendum non teneri, nec ad pretium rei, quia ex euictione ipsius sequuta, de rei natura actio quæuis non competit nisi is a quo euincitur, expressam stipulationis promiserit euictionem.gloss.Bartol.Bald.Sal.Pau.de Castr.& alij.in l.si familiæ.C.famil. herciscund. voluit Francisc. de Aretio.in consil. 3. consultatio præmissa. sequitur Curtius in consil.49.tenuit etiam idem Bald. in cap. 1. in princi.num.22.de prohib.feud.alien. per Fed. tenuit etiam Curtius Iunior in tract.feudo. parte 4. q. 28. vbi dicit hanc esse communem doctorum sententiam. ¶ Ratio ea mihi videtur, quia cum feudum dicatur beneficium. voluit Freccia. de subfeudis.lib.1.titu.de origin.feudor.num.55. Est enim feudum beneuola, libera, & perpetua concessio rei immobilis, uel æquipollentis, cum translatione vtilis dominij, proprietate retenta, sub fidelitate, & exhibitione seruitiorum, vt dicit Ioan.Raynandi in repe.cap. Imperialem. de prohibit. feud. aliena. per Federic.quam refert, (& aliam etiam Matth.de Afflict.in prælud.feudo.num.69.) Dom. Iulius Clarus lib. Sententiarum.4.§.feudum. q.4. est enim feudum gratia, beneficium, ac donatio quædam, vt alia allegantes voluerunt apud Dominum Menochium in in causa Finariensi, Domini de Collegio Bononiæ responso. 3. Dei optimi, quamuis.num. 6. ob quod cum feudum donatio sit, sicuti in donatione, quæ à traditione incipit euictio locum non habeat. Stephan. Bertrandi in consil. 317. lib. 2. parte prima, Curtius Iunior in consil.174.num.34.& Carol. Ruinus in consil. 134.nu. 8.volum.1. Iason in consil.73.volum.1. Nicol. Boer. in deci.Burdeg.67.num.1.volum.1. Riminaldus in consi. 409.num.21.volum.3.& Andr.Alciat.in consil. 340. filias, ita & pariformiter in feudo, quæ donatio censetur locum non habebit. ¶ Contrarium tamen quòd immo princeps, & fiscus ad pretij restitutionem teneatur. tenuit Archid.in cap.per principalem.9.q. 3. Bald.in l. l.serui.C.de quib.ex caus. seru. pro pre. lib. ac. & in l. Titius.§.fin.ff.de pignoribus. Philipp. Decius in consil. 357.in casu.colum.4.& post Archidiac.& ante alios voluerat Andr.de Iser.in cap.1.§. similiter. sub num.7. de Capita.qui cur. uend.voluit etiam Hyppolit. de Marsi. in singul.634. Credo te scire. sequitur Camillus Salernus in Procem.consuetud. Neap.§.præfatis. in additio. incipien.Magna est principis. qd et vltimo tenuit loco licet videatur potius loqui de priuato quã de principe Do.Ioannes Thom.de Marin.in tracta.de generibus, & qualitat.feudo.tit.de feudo ex pact.& prouid. antiq. siue paterno.§.constitutio regni num. 15. cum pluribus seq. vbi distinguit, an possessor fuerit sciens, vel ignorans, bonæ, vel malæ fidei possessor, & quærit an etiã in euictione veniat interesse. Ad supradicta etiam uide Marin. Frecc.de subfeud.Baro.lib.2.§.pluribus.nume.38.& 39.& Matth.de Afflict.in decisio.Neapo.286. Iacobus.& Anto.Capic.in decis.Neap.197. in causa.nu. octauo, quos ultimo loco citatos sequitur Domi. Gaspar Caballinus in utili tractatu euictio. §. 5. numero 49.50.51. apud quos videri potest. semper tamen rectè intelligerem id procedere minimè posse, quando res euinceretur ob proprium delictum, vt tunc demum euictio fisco minime noxia sit, regulanda tamen videntur secundum naturam inuestiturarum. ¶ Aduerte tamen circa ea, quę diximus an donans de euictione teneatur, iam clarum est donantem ob merita donatario de euictione teneri, vt alios allegans voluit Gaspar Caballin.in dicto tracta.§.4.num 4.5.vbi uide. ¶ Et tali casu dici poterit Principem precij restitutioni obnoxium esse, ex eo solo, quia locupletior factus dicitur cum alieno detrimento.l.nam hoc natura. ff. de condi. indeb.l.iure naturæ.cum simil.ff. de reg.iur.

q ¶ IGNORANTIA iuris.] Ignorantia iuris naturalis nullum excusat, Specu.in titul.de summa Trinit. & fide Cathol.nec etiam excusat iuris diuini ignorantia. Cardi.in clem. 1.q.6. de consan. & affinit.& ad propositum eius quod dicit Belluga, quòd iuris ignorantia neminem excusat, nec mulierem, nec rusticum, vt uoluit gl.in l. 1.C.de interdi.matr.& in l.q cõtra C. de incest.nup.Bartol.in l.nec passim.C. de iur.& fact. ignor. Card.in dicta clem.1. Francisc. Marcus in decisio. Delp. 988.num.2.uolum.1. Andr. Tiraquel.in tracta.retracta. consangu.§.8.gloss.7.num.22. Nec etiam excusat prelatum, ut uoluit Lapus allegat.50.dicebatur.num.17.& allegat.73.prelatus.num.6.& vtrobique D.Quintilhianus Mandosius, in addit.& in simili Dom. Franciscus Bursatus in consil. 115.ex apostillis num.16.volum.1. Aldobrandin.in addit.ad Hormanot.Pet.in l.4.§. Cato. sub. num.183.in versicu.iudicando.ff.de verbor. obligatio. Dom.Marcus Anto.Coratius de commu.Docto.opi.li. 3.tit.13.num.1.2.3.uoluerat etiam Alex. in consi.165. dubitatur.uolum.6. Io.Baptist.Plotus in repet.l. si quando.num.262.C.und. ui.& Domi.Octauia. Cacher. in decisi.pedemontana.87.quæsitum.num.4. & Cyrillus Fulgeonius in summula criminum.parte.2. titul. de iuris, & facti ignorantia.§.2.num.1. ¶ Limita tamen primo supradicta, excusari mulierem, rusticum, militem, & similes quando in loco proprio, peritorum copiam habere non potuerunt, tunc enim excusatione iuris digni erunt, ut uolunt Doct. supra allegati. Non tamen excusabuntur si fuerint in locis circumuicinis. argum. not.per Bartol.in l.continuus.§. qui insulam ff. de uerb. obligatio.& aliorum quę adducit Domi. Rolandus à Valle in tracta.super statu. de lucro dotis. quæstio. 65. num.4.cum pluribus seq. ¶ Secundo limita, quòd ignorantia iuris excusabit, & proderit quoad fructuum acquisitionem.gloss.in l.si fur.§. 1.ff. de vsucap. ¶ Tertio limita Ignorantiam iuris quem excusare à dolo presumpto. Alexand. in l.quod Nerua.ff.deposit. Bald. & Angel.in le. sicut. C.de præscrip 30.annorum Castr.in consil.189.Corn.Perusi.in consil. 177. in hac consultatio.litera x, uolum. 2. ¶ Quarto limita præfatam conclusionem procedere in ignorantia iuris crassa, & supina, secus autem si non fuerit crassa ignorantia, sed iuris dubij, & difficilis, tunc enim excusatio proderit. ita hic tenuit Dominus Belluga. & uoluit Salyc.in l. ita nobis.C. de adult. Ludouic.Rom.in l. 1.§. occisorum.ff.ad Sylla.Io.de Ana.in cap.ad falsariorum extra de falsi. Andr.Tiraquel.in tract. retracta. consangu. §.35.glos.4.nume.24.Curtius iu. in consil. 28. colum. 3. Cor.in consil.307.in hac num.11.uolum.4.& uoluit etiam Didacus de Couarruuias in Epith.de sponsal.parte 2.cap.8.§.1.nume.9.cum aliis infinitis congestis per Dom.Marcum Antonium Coratium, de commun.Docto.opi.lib.3.titul.13.num.8. ¶ Quinto limita non procedere quoad contrahentes incestas nuptias, illo nam que casu excusationem afferet. Voluit Couarruuias ubi supra.cap.6.§.8.num.22. ¶ Sexto limita excusare iuris ignorantiam, dum tractatur de damno vitando, secus

eus uero si de lucro captãdo. Ita uolunt supra notati, Præsertim Fulgeonius. §. 2. nu. 2. ¶ Septimo, & ultimo (ut hijs finem imponam) limita iuris ignorantiam pro desse minoribus decem annorum, ut alia allegans uoluit D. Mandosius in tract. de ætate minori. cap. 4. num. 37. ¶ Ad supradictorum materiam vide Ludoui. Rom. in consi. 218. pro plena. num. 7. & Iasonem in consi. 83. num. 2. volumi. 1. refert, & sequitur Domi. Borgninus Caualcanus, in tractat. de vsufruct. mulier. relict. numero 120.

r ¶ DECERNENTES irritum.] Clausula decernentes irritum, quòd resoluat ipso iure, videtur etiam text. in clem. 1. in princip. de concess. præben. vbi etiam Cardinal.

s ¶ ALTERIVS iniuria.] Semper enim rescripta principum intelliguntur saluo iure tertij. concordat gloss. in cap. 2. vt lit. pend. Andr. de Iser. in capitu. 1. qui success. tene. in feudis. gloss. & Io. Andr. in capitul. 2. de decim. in 6. Dominic. de S. Gemi. in add. ad Io. Calderi. in consil. 29. in titul. de preb. & ita præsumitur in dubio principem per priuilegium iuri tertij noluisse præiudicare. l. 2. §. merito, & §. si quis à principe. ff. nequis in loco public. latè Bartholo. Soci. in consil. 15. in causa. sub nume. 7. volum. 3. Ludouic. Bolog. in consil. 6. & latè Andreas Alciatus in tract. presumpt. reg. 3. præsumpt. 11. vbi latè Arelatanus. tu illis addas Iacobum Mandellũ in consi. 34. quis. nu. 10. Petrum Ant. Anguss. in consil. 7. ut pposite. n. 29. li. 2. & in pulchro casu. D. Rolan. à Valle. in consi. 46. de duob. nu. 7. volum 1. hinc respondit authoritate non modica Dom. Iacob. Menoch. de arbitra. iud. quæst. li. 2. centu. 2. casu. 156. nu. 6. nõ posse principẽ ad alterius æmulationem ædificare. quam iuris regulam longe lateque tractat idem Menochius eodem tractã. lib. 1. q. 48. per totum. vbi ad prædicta duas ad regulam attulit declarationes. ¶ Quibus adde tertiam non procedere quotiescunque iuri tertij per verba expressa princeps derogauit, de primo alterius iure mẽtionẽ faciendo, vt voluit Bartol. in l. fi. C. de locat. prediorum, ciui. li. 10. notat ex c. sup. extra de of. dele. in ca. cũ in sua de cõsue. li. 6. & in c. quis. de rescr. eo. li. Io. de Plat. in l. 1. C. de petit. bon. subl. li. 10. Bal. in l. fi. C. si cõt. ius, vel vtil. pub. Ludo. Ro. in consi. 298. circa præmissam. Abb. Pan. in consil. 94. in quęstione. in princ. volumi. 2. Alexa. in consil. 3. & iterum in consil. 23. volum. 5. ¶ Et isto casu, si diceretur per Principem, non obstante collatione alteri facta: intelligetur de inualida. Voluit Matth. in decis. Neap. 324. agitur. ¶ Et tali casu rescriptum tollens ius tertij præsumitur de falsitate suspectum, quia non solet princeps talia concedere, & ideo vti insonsueta continens de falso suspectum redditur, docuit multos allegans Ripa in cap. 2. num. 32. de rescrip. vbi dicit Panormita quòd rescriptum principis à suæ Cancellariæ antiquo, & solito stilo deuians, continensque nouas, ac insolitas clausulas de falso suspectum præsumitur, vnde non venit exequendum, sequitur ibidem Felin. & ante eos Curt. Senior in consil. 73. super memorata. col. fi. quos refert, & sequitur Io. Nicola. Arelat. in apost. ad Alciat. in tract. præsump. reg. 2. præsumpt. 30. & reg. 3. presumptio. 11. sub num. 4. & vltra hos omnes tenuit D. Roland. à Valle in consil. 47. in præsenti. num. 57. volum. 2. ¶ Per ęquipollentia etiam verba poterit intelligi Principem iuri alterius per rescriptum, vel priuilegium præiudicium inferre, puta per clausulam ex certa scientia, cuius hæc est potestas vt iuri alterius per eam preiudicium fiat. argum. notatorum per Bartol. in lege. conficiuntur. §. codicilli. ff. de iure codicilli. Bald. in capitulo. 1. §. si quis autem. de pace consta. Aleaxand. in consil. 216. Nec arguendi. colum. 5. versi. sexto confirmatur. volum. 2. Anania in consil. 81. viso instrumento. Philipp. Decius in consil. 373. viso. colum. 2. & in consil. 390. quoniam. colum. 6. in consil. 191. in causa colum. 2. & in consil. 498. viso colum. penul. Carol. Rui. in consil. 175. colum. pe. volum. 1. & in consil. 229. colum. 1. volumi. eo. & Iafredus Lanfranc. in conclus. 172. clausula. & in conclusi. 348. clausula. de qua etiam latissime Iacob. Philippus Portius in tracta. conclu. lib. 1. conclu. 1. vbi ponit. 25. effectus talis clausulę, de qua etiam Iacob. Mandell. in consil. 62. quamuis. nume. 41. quod magis nouissimè placuit D. Roland. à Vall. in cõsil. 3. deuenio. nume. 129. volum. 1. de qua Dom. Iacob. Menochius de arbitrar. iud. quæst. lib. 1. q. 52. nume. 9. & Dom. Franciscus Bursatus in consil. 47. testata est. nume. 22. volum. 1. ¶ Idem etiam operabitur clausula motus proprij, vt per eam appareat Principem alterius iuri prȩiudicare voluisse. Philipp. Dec. in consil. 137. diuino. Curtius in consil. 174. sacratissimæ Trinitatis. ¶ De primo tamen dicto quòd clausula (ex certa scientia) nõ operatur in prȩiudicium tertij, voluit Bald. in prælud. Feudorum, nume. 37. Francisc. Areti. in cap. causam. colum. 3. de testibus. Curtius in consil. 170. colum. 6. Soci. in consil. 120. memini. colum. 4. volum. 3. Parisi. in consi. 11. colum. pe. volumi. 1. & nouissimè Dom. Anguissola in consil. 3. vt proposita. nume. 6. lib. 7. ¶ De secundo, scilicet de clausula motus proprij, quòd non operetur in præiudicium tertij voluit alios allegãs Hiero. Gigas in tracta. de pensi. ecclesi. q. 9. num. 5. & D. Rolandus à Valle in consil. 47. in præsenti. num. 57. vol. 2.

t ¶ AD noxam.] Vide quæ latius dixi supra rubric. 2. in verb. tendit ad noxam. vbi me remitto.

u CONTRACTVS irreuocabilis.] Idem quòd vbi princeps recipit pecuniam dicitur venditio, & erit contractus irreuocabilis: dixi in dicta rubr. 2. in versic. tendit. & iterum in eadem rubrica. quibus iungi poterũt notata per doct. in l. digna vox. C. de legib. Barth. Soc. in consi. 97. num. 13. vol. 3. Iason in l. ciuitas. ff. si cer. pe. Philipp. Dec. in consi. 151. Matth. de Afflict. in decisio. Neapol. 128. Maxime erit irreuocabilis quando princeps sub fide regia promiserit non reuocare: vt voluit Decius in dict. consi. 151. tum præsertim si iuramentũ accesserit, quod in actu sui natura reuocabili tollit pœnitentiam gloss. in l. si pecunia. ff. de condic. ob caus. & Philipp. Deci. in cap. 1. de iud. Thomas Ferrarius in cautela 30. reddit enim priuilegium irreuocabile, licet testamentum minime: voluit Federic. de Senis in consil. 123. Andr. Barbat. in capit. iurauit. de probat. Ripa in dicto capit. 1. colum. 24. num. 59. de iud. & Anto. Corsetus in repe. rubr. extra de iureiur. priuileg. iur. 2. ¶ Nec desunt, qui in donatione ob merita reuocationi locum fore dixerunt, vt si ob iustam causam uelit Rex, vel Princeps benemeritum remunerare, sed dicendum eo casu Regem, vel principem de suo remunerationem præstare oportere, vt consentiunt Hostiens. & Anto. de Butr. in c. quanto. de iureiur.

x ¶ AVTHORITAS superioris.] Vide infra rubr. 23. & inde verũ esse videtur illud, quòd Papa committens iurisdictionem, videtur maiorem penes se reseruare. voluit Bald. in consil. 326. Rex Romanorum.

## De officio examinatorum, per Principem eligendorum, & per curiam.

## Rubrica 10.

*SVMMARIVM.*

1 *Princeps in administranda iustitia debet consuli.*

2 *De*

2 *De electione examinatorum grauaminum curiæ, per quos fiat, & quomodo.*
3 *Consuetudo antiqua seruanda.*
4 *Examinatores, non debent esse aduocati.*
5 *Reuelans consilium principis, est capite puniendus, aut furcis suspendendus.*
6 *Ciues, ciuibus inuidere naturale est.*
7 *Quod & quale sit officium examinatorum curiæ.*
8 *Princeps, utrum teneatur sequi sententiam consultorum.*
9 *Officium, non extenditur ad aliud quam verbum sonet.*
10 *Princeps, quomodo teneatur sequi consilium procerum.*
11 *Dispensatio, consistit in arbitrio superioris.*
12 *Dignitas scientiæ præfertur dignitati prælaturæ.*
13 *Non creditur illis, quorum lingua est, sepulchrum patens.*
14 *Vtrum examinator possit collegæ suo, vicem committere.*
15 *Animi sui motum, vtrum aliquis possit committere.*
16 *Industria, ubi persona est electa, non habet locum delegatio.*
17 *Laicus, non potest in iustitia votum dare.*
18 *Prærogatiua principis, est habilitare processum nullum.*
19 *Princeps, est lex animata in terris.*

CIAS quòd antequam grauamina curiæ proponatur, solét eligi examinatores grauaminum, vel uerius nominari. Et videndum est qualiter sint eligẽdi. Secũdo, quo modo nominandi. Tertio, quid sit illorum officium. ¶ Ad primum, qualiter sint eligendi? Dicas quod examinatores q pro parte regia nominantur, eliguntur, ut ita loquimur. per ipsum principem, & communiter sunt illi de suo consilio. Et qui aliàs in ad-
1 ministranda iustitia, principem habent † consulere, de quibus in cap. generalia. 17. distin. & gloss. in l. fina. C. de uindict. liber. & apud consilium man. in glo. Et per Baldum in l. 1. C. eo. hi enim pars corporis principis sunt. C. ad leg. Iuliam. maiesta. l. quisquis. Et ibi non est seruanda alia solemnitas, nisi quos princeps prælegit, illi sunt examinatores nominãdi per prin-
2 cipem. † Et solet princeps eligere & nominare, qui per curiam eliguntur & nominantur, & publicantur, uel saltim in æqualibus uocib. Et si in minori esset numero, alij autem examinatores eligũtur per brachia curiæ. Nam quodlibet brachium eligit certos, prout inter eos conuenitur quo ad numerum. In eis autem eligendis, seruantur fori diuersi: quia aliquando per uiam concordem, & sancti Spiritus eligun tur, aliqui de brachio in examinatores, aliquã do per uiam compromissi: quia concordant de certis personis q sunt electores, aliquotiens per uiam scrutinij: aliquando, maxime in brachio militari, milites eligunt nobiles examinatores, & nobiles milites in pari numero, ut sint tot milites quot nobiles, & econtrario. Et quæ
3 libet bona practica. † Et ubi aliquæ contentiones essent in modo eligendi, seruanda est consuetudo & mos illius brachij, put solitũ est in lib. curiæ, vel in actib. illius brachij curia lib. reperit. Ad hoc l. sing. actuarios. C. de actuarijs. li. 12. vbi non aliter, nisi ut consueuerat, & manus sanxerit principalis, sublimitas tua percipiat, ordinari. Ad hoc capit. Cumana. de elect. Et sic inter brachia curiæ, fit electio de dicto examinatorum officio, quodlibet brachium, de suis, faciens suos examinatores.

Et pro modo eligendi, vide glossam in cap. Imperialem. §. præterea. gloss. super uerbo cognitio, de prohib. feudo. alie. Aliquotiens eliguntur inter eos aduocati brachiorum, & seruandum est, quod placet eligentibus. Et bene verum est, quòd improprium est quòd sint ad
4 uocati † examinatores: quia cum sint aduocati & ordinatores grauaminum, non debent assumere officium consulendi. C. de assessoribus. nemo. Et quia uenenum aduocationis durat: sed est uerum quòd quãdo aduocati sunt probi homines, & melius grauamina purgantur, & princeps tollerat, & curia practicat illos eligi in examinatores, & totum reperies in practicatis in libris curiæ. Post electionẽ de istis examinatoribus factam, fit illorum publicatio & datio potestatis a principe sedente pro tribunali in curia: Nam primo princeps per eum electos facit publicari in plena curia, aliquotiés dando illis facultatem examinandi grauamina per iustitiam, demum per supplicationem oblatam coram principe fit nominatio examinatorum, per curiam electorum, dãdo illis potestatem examinandi grauamina, tamẽ quod habeant referre brachijs. Et ista non possunt aliquid diffinire siue consulere, sine consensu brachiorum curiæ, ut in l. si quis decurio. C. de falsis, & in l. vnica. C. sine iussu principis: aliquãdo sine aliqua retentione, ut debet fieri, quia isti (ut statim dicemus) sunt consiliarij, merito non habet reuelare uotum neque secreta consilij regij brachijs curiæ, quæ sunt partes graua-
5 mina præponentes, † quia si illorum uotum, uel intentum illis reuelaret de curia quæ sunt partes, ut diximus, suspecti sunt. Ad hoc not. per Innocen. de officio ordina. capitu. irrefragabili. si promunt uel reuelant intentum iustitiæ & purgationis grauaminum, sunt reue
a latores consilij regij, merito capite plectendi[a] quia aut uiui exuruntur, aut furcis suspendun tur. ff. de pœnis. l. si quis aliquid. §. transfugæ.
1 Quid est ergo quòd princeps quandoque tollerat, quod examinatores nominẽtur, cum potestate

testate referendi? dicit quod pro complacendo voluntatibus & passionibus brachiorum, quia commmuniter inter pares est inuidia, quia
6 naturale est ciues† ciuibus inuidere,[b] vt refert
b Seneca,& Ioan. And.in c.Etsi Christus.de iure iuran.Et ideo cæteri de brachio non confidentes de electis,dant talem potestatem,ita quòd referre habent quod princeps pro expeditione curiæ,quandoque tolerat,licet sit mala practica & periculosa,vt diximus. ¶ Restat uidere quid sit officium istorum examinatorum.
7 † Dicas quod istorum officium est consulere Principi,super iustitia ministranda, in grauaminibus oblatis.Et hoc bene probat tex.in ca. 1.de prohibi.feud.aliena. per Fredericum, ibi habito consilio Archiepiscoporum, Episcoporum, Ducum &c.In capitul.1.de controuersia feudi apud pares terminanda.& de contentione inter dominum & fidelem,de inuesti. feudi cap.1.& in constitu.Fred. imperialem.Ad hoc not.per Innoc.in capit.cæterum. de iudicis,& ibi Antonius de Butrio.in cap.verum, & capi. ex transmissa.de foro competen.Nam quandò dominus grauat subditos, uel officiales,sui pares curiæ habent administrare iustitiam in feudali iudicio,ad cuius instar fit purgatio grauaminum per principem,vel ipsius officiales factorum,quia conuocati ad curiam certi electi, qui vulgo examinatores dicuntur, Principi assistunt consulendo in iustitia administranda
8 super oblatis grauaminibus. † Sed nunquid princeps tenetur sequi illorum consilium, vel maioris partis, uel illo neglecto potest ad nutum purgationes grauaminum facere & quod principi placuit sit habendum pro iustitia? Et videtur quòd teneatur sequi illorum consiliũ, nam cum communi consensu quid est faciendum cum consilio aliquorum, omissio formæ & consilij viciat actum. Ad hoc de elect. cap. cum in veteri.ff.de admi.tuto.l. Titium & Meuium.Et l.quidam decedens.iuncta.l.consilio. de cura.furios.quia talis conditio consilii sequẽdi seruãda est.l.pupillus.§.condõ.ff. de institoria.10.q.2. c.hoc ius.C.de nuptijs.l.si ut ꝑponis.Ad hoc nota.per dominum Antonium post Ioan.Andr.in capit.cum olim.de arbitris. Bartol.& Salycetus in lege prima.§.si plures.ff. de exercit. Et per Bartol.in dicta lege,Titium & Meuium. Si ergo princeps cum concordia curiæ,facit aliquos examinatores grauaminũ, illorum consilium sequi tenetur, aliàs tale officium superuacaneum est. ¶ Item quia ex pacto cum curia per principem inito, datur illis facultas grauamina examinãdi,in qua examinatione venit si concludant ad iniustitiam factam per principem,uel per illius officiales. Et condecens prouisio, & omnia sine quibus dicta grauamina, rite & secundum iustitiam examinata non essent. Ad hoc quod eleganter scribit Bartol.in l.ambitiosa. ff. de decretis ab ordi.facien.4.colum.ibi. ¶ Prima regula est, quod habentes arbitrium super aliquo, possunt omnia facere& statuere quę principaliter expectant ad id super quo habent arbitrium. probatur.ff.de arbit.l.non distinguemus.§. officio.ff.mandati.l.diligenter.ff.de exerci.l.prima.§.non autem.& §.igitur.ff.de instit. l. sed si pupillus. ¶ Item quia id uidemus quòd quotiens princeps intendit in reparatione boni publici,& in legibus condendis, id facit cum consilio procerum,& non illo neglecto, ut in l. humanum.C.de legibus. In contrarium tamẽ uidetur dicendum: Nam aliud uidetur uelle importare,grauamina examinare,aliud grauamina prouidere:in examinatione grauaminũ, solum uenit idoneitas grauaminis, ut in clementina,Romani Principes, de iureiur. Quæ idoneitas solùm attenditur quòd grauamen concludat ad iniustitiam factam contra foros, priuilegia, bonas consuetudines regni,uel naturalem æquitatem,ut plenius dicemus,in rubri. de propositione grauaminum. ergo illo-
9 rum † officium non extenditur ad aliud, quã uerbum sonet,nec per iuris intellectum possit interpretari,in clementina Exiui.de uerbo. significa.Et quod not.Bal.in l.cunctos populos. de summa Trinita.in prouisoribus uero grauaminum aliud esset.Et ideo nimirum si aliquo modo per principem & curiam, prouisores grauaminum eliguntur, de quibus dicemus, in titulo,de prouisoribus grauaminum. ¶ Itẽ quia id uidemus,nam iura feudi desuper allegata,quæ dicunt,habito consilio,&c.quamuis loquantur in purgationibus grauaminum:attamen non dicunt, quòd necessario illud consilium esset sequendum, & sic saltim sufficeret inquiri,ut in dicto cap.cum olim.de arb. & nota.in locis desuper allegatis. ¶ Quid dicendũ dicas,quod si omnes examinatores tam regij, quam curiales, concordant in consilio dando super purgatione grauaminum,& tunc humanitate regiæ congruit,ut in publica curia recitentur,ut in tex.notabili,in l.humanum. C. de legibus,ibi,& cum omnes consenserint: Tunc demum in sacro nostro nominis consistorio recitari,ut uniuersorum consensu,& nostrę serenitatis authoritate firmetur,& ibi, Bene enim cognoscimus quòd cum nostro consilio fuerit ordinatum, id ad beatitudinem nostri Impe-
10 rij, & ad nostri gloriam redundare. † Non dico quod de necessitate princeps, uota sui con
c silij[c] teneatur sequi: quia solum de humanitate est,& de essentia rPincipis, ut not. Bald. in dict.l. humanum. Sed hic plus est quàm suum consilium,quia ex concordia cum curia facta, illos examinatores & cõsiliarios assumpsit,merito illorum cõsilium sequi decet principem. Et ubi esset in principis arbitrio, ex quo esset principem decens, humanum, & congruum, & per Principem solitum, licite petitur a Principe,

cipe, ut sequatur tantorum consilium cum iuris pręsumptione ad gloriam imperij, non est dubium redundare, in dicta. l. humanum. Nam quamuis ea quæ sunt in arbitrio Principis, nō ueniant in iuris præsumptione, vt necessario petantur, vt l. apud Iulianum, de legat. primo. Tamē id fallit cum causa suadet quod fiat: Nā tunc & si in arbitrio vel officio superioris consistant, iuste petuntur: & si non fiant, dicitur grauare, & iniuriam facere. vnde dicimus,
11 † quod dispensatio consistit [d] in officio & arbi
d trio superioris, & tamen causa debita est. 1. q. 7. capit. exigunt. Et vide Io. 23. q. 1. inolita. 23. q. 2. capitu. interfectores, & c. de incest. Et ideo dicitur quòd subsistente causa, superior cogitur dispensare: licet pro obtinenda dispensatione solum officium iudicis imploretur. l. dis. Si quis. & c. domino sancto, & cap. minor. quo implorato si non dispensat peccat, & dicitur iniuriam facere, sicut dicimus in postulationibus, de postulatio. præla. cap. bonæ, & capi. fina. l. 1. §. permittimus. ff. de aqua quotidiana & æstiua. Et ideo dicit gloss. quod tali casu agi poterit coram superiore, de iure patrona. cap. nullus in iustitia. Et hoc dicit in d. ca. exigunt 1. q. 7. capi. considerandum; licet non detur actio, de quo per Ioan. And. de elect. licet cano. libro sexto, & ca. cum ex eo. in nouella. & uide ad materiam Innocen. in ca. nisi cum pridem. §. propter conscientiam: de renunciatio. Et Cynus, in l. finali. C. si contra ius vel vtilita. publi. & dominus Anton. de Butrio in capitu. si clerici. §. de adulteris. de iud. Si ergo causa subsistit, scilicet bonum publicum, & decentia principis, & illius propria humanitas, & iustitia ab eo peteretur etiam quod in eius consisteret arbitrio, quod consilium examinatorum sequeretur in reparandis grauaminibus: maxime, quia sic sunt soliti principes sequi illorum cōsilium, & si non faceret, curiam grauaret. Et iste est casus singularis, si bene uideas eum in leg. 2. ff. de cadaueribus punitorum. limitans secundum modernos dictam. l. apud Iulianū. & ibi not. ff. de lega. primo. Sed ubi inter examinatores esset discors sententia, siue uotum, quia vni dicerent unam formam examinandi grauaminis. & sic qualiter princeps iudicare habeat, & alij aliter, uideretur sequenda maior pars, uel uotum maioris partis. ff. ad municipales. l. quod maior. quia si dicimus illos esse assessores, & habere ordinariam iurisdictionē, in cognoscendo, saltim de grauaminib. curiæ uel consilij, uel parlamēti, uti dn̄t doctores, & post illos D. Anto. de Butr. in c. nimis graue. de præben. Et diximus in prin. huius operis, merito de eis iudicādū est, vt de iudicib. diximus. Nā aut hæc cognitio & iurisdō eis examinatorib. cōpetit, ut uniuersis, vti credo: & tunc stādū est maiori parti. Ad hoc ff. de tutorib. & curatorib. datis ab his. l. vbi absūt, & qđ ibi notatur, & qđ no. in c. qđ sint. de arbi. li. 6. Et isto casu vendicat sibi locū. l. quod maior. allegata, & l. plane. & l. nulli. ff. quod cuiusque vniuersita-
e tis nomine. Et tali casu maior pars intelligit̄ [e] secundum dignitatem personarum examinatarum. Non credas dignitatem pontificalem,
12 sed † dignitatem scientiæ. Nam in puncto iuris, magis creditur doctori, quam militi. In factis armorum, militi strenuo plus quàm militibus gallinas comedentibus: Quia cuilibet ex
f perto, &c. [f] Ad hoc l. prima. ff. de uentre inspicien. & capi. proposuisti, de proba. cum simili
13 bus. Et iō in administratione iustitiæ plus † crederetur singularibus doctoribus & bonę famę, & conscientiæ zelantibus bonum publicum, quàm laicis uel alijs doctoribus, quorum lingua est sepulchrum patens, ut ait alibi Psalmista. Et in hoc multum debet princeps attendere: quia in suo consilio sunt omnes officiales grauamina inferentes, & cæteri, facillime ad complacendum trahuntur per illos. Et ideo bonus princeps, sequitur multotiens meliorem & saniorem partem sui consilij, uotum in iustitia ministranda. Et ad proxime dicta, bene facit, quod satis exquisite Bartol. scribit. in l. pomponius. alias incipit, si uni. ff. de re iudic. Si autem ut singulis competeret ista cognitio, vel consilij datio, attenditur maior pars, respectu personarum. ut in l. inter pares. de re iudi. ff. quod esset absurdum, quod tantum ualeret uox boni doctoris sine passione consulentis, quantum laici, forsitan fatui. Et ideo tene qđ dixi, & ad prædicta, adde nota. in l. cum ad magistrum. C. qn̄ prouocare nō est necesse. & in l.
14 magistratib. ff. ad municipa. † Sed quid dices? Vnus de examinatoribus grauaminum, uult committere vices suas alteri, nunquid potest, quod uidetur: quia si illos dicamus habere siue cognitionem siue iurisdictionem ordinariā uel delegatam, committere potest: ex quo a principe habet. C. de iudi. a iudice de of. dele. capitu. pastoralis. cap. ultimo, de of. ordinari. Idem uidetur tenere Bar. in l. Pomponius, alias
15 incipit. Si uni: de re iudi. dicens quod † animi sui motum potest committere consocio, sicut unus tutor potest alteri tutelam gerendam cōmittere. gl. tamē in l. sicuti, de arb. tenet quòd animi sui motum nequit alteri committere, & alleg. ff. de arbi. l. 1. Et hanc opinionem sequitur Bald. in l. cum magistratus. C. quando prouocare non est necesse. dicendo quòd idem est dicendum in tutoribus & executoribus, quo-
16 rum est electa industria. † Nam personalis indu
g stria, [g] alteri committi non potest. Allegat. C. de caduc. tollend. l. unica. §. ne autem, pro eo facit. capitu. is cui. in fine, de officio delega. libro sexto, melius in l. quia tale. ff. soluto matrimo. Et hoc uidetur tutius tenendum, nam cum certæ personæ per principem & curiam in magno numero & arduo negotio, ubi pēdet tota iusti-

iustitia regni sunt electi, uidetur quod alter al-
teri non committat,sed personaliter adesse de-
beant,& uota dare, quoniam personalis indu-
dustria uidetur electa, sed aliquotiens tales
commissiones tollerantur pro curiæ expedi-
17 tione, † Maxime de laicis, qui nescirent vo-
tum in iustitia dare, & ideo committunt aliis
aduocatis.Et sufficit pro ualidando actu, scien
tia principis id tollerantis.Ad hoc not. per Bar
tol.in leg.quidam consulebant, de re iudicata.
18 † Et quia principis prærogatiua est habilitare
processum nullum,ut in casu singulari, capi.ad
petitionem Galteri. Sed pone quod inter exa-
minatores est paritas uotorum, tam respectu
numeri,quàm dignitatis,dicit quod tunc prin
ceps eligit.Arg.ff.de re iudic.l.inter pares.argu.
no.in l.fi.& in l.humanum.C. de legibus. Sed u-
bi examinatores nollent uotũ suũ donare prin-
cipi super grauaminibus,uel alteri illorum, nõ
potest dici, quod scilicet dicamus istos cõsulto
res uel consiliarios assumptos ex legis disposi-
19 tione: † quia a principe qui est lex animata in
terris,in authen.de consulibus,§.fi.coll. 4. ꝙ tũc
talis consultor si præsens est, potest per iudicẽ
cogi. Et sic per ipsum principem ad dandum
cõsilium siue uotum.l.finali.§.necessitate. C.de
bonis quæ liberis,facit.C.de decurionibus. le.si
quidem.libro.10. si essent absentes, & mora es-
set periculum allegatura, potest actus ille exer-
ceri,non spectato eius consilio.vt l.si longius. ff.
de iudic.ff.de iure dotium. lege, si ego. §. pri-
mo. & ff. soluto matrimon. le. si cum dotem. §.
eo autem tempore, uersicu.quid si latitet. ¶ Et
est hodie casus nouus, extra ne sede uacan. c.1.
libro.6.Aut diceremus illos assumptos ex homi
nis dispositione,quãuis in curia,& per actũ cu-
riæ,quod non ur̃.Et tunc si examinator accepta
uit officium,etiam posset cogi dare uotum, uel
consiliũ.arg.l.3.§.1.& §.ait pretor.ff.de arbitris,
Si tamẽ mora sit periculum allegatura, eius cõ-
silio prætermisso procedi potest, ut in l. fina. C.
de iure emphi.& cap. cum olim,extra de arbitr.
Et ad materiam,uide Ioan.Andr.in cap.ex par-
te.de consti.Et Anto.de Butr.in d. c. cum olim.
Et Saly.in l.1.§.si plures.ff.de institoria, qui do-
ctores in uarias ruunt sententias. Cum autem
ab homine est electus consultor, & si differat cõ
sulere,si potest actus geri in alio casu, quam ul-
timæ uoluntatis per l.fina.§.sed & si quis. C. cõ
munia de lega.Vide ibi, quia isti sunt electi ab
ipsa lege per actũ curiæ. Quare dic ut dixi: hęc
sufficiant de materia examinatorum.

CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶ CAPITE plectendi.] Capitis pœna afficiuntur se-
creta principis, vel concilij Regij reuelantes,voluit gl.
in c.de forma.in versic.de secreto.22.q.vlti.Marti.Laud.
de consiliarijs Principũ.§.2. Alex. in l. respiciendum. §.
delinquunt.ff.de pœnis.Archid.in c.anteriorũ.2.q.6.Ia-
so.in l.& suũ hęredẽ.§.hodie.ff.de pact.dr̃.n.ꝓditor qui
talia secreta reuelat.voluit Petr.de Anch.in cle.1.§.quia
vero.de stat.monach.& in c. si peccauerit.2.q.1. gloss.in
c.clericus.il.1.46.dist.& dicitur periurus ẽt talis reuelãs
vt voluit Bal.in l.nullũ.col.2.C.de testib. & dr̃ venire cõ
tra iur̃m suum,& contra pacem,vt ex Bald. in pace Con
stan.& Matth.de Afflict.in const. reg. vt vniuersis.nume.
51.versi.vndecimo requiritur.sub rubr.de seruand.indẽ-
ni.com.& Baro.Allegat ad hoc valerium. (licet eius di-
cti,& verborum tenorem non inserat, sed vti ea perce-
perat à Laudens.vbi supra, ita simpliciter retulit, qui si-
militer,& ipse uerba ipsius non retulit)is autem Valer.
Max.lib.2 de institutis antiquis. c. de maioribus danti-
bus exemplum uirtutis iuuenibus.ita dicit (adeo autem
magna charitate patriæ tenebantur, ut arcana consilia
P.C.multis seculis nemo sęnator enunciauerit) vbi de-
mum,refert Q.Fabium Maximũ,eo ꝙ Publ. Crasso secre
ta de tertio Punico bello acta in curia reuelasset à Coss.
vehementer obiurgatũ.Quibus addi etiam poterit illud
ecclesiastici.c.27.Denudare (inquit) amici missteria,de-
speratio est animæ infelicis.quinimmo talis secreta re-
uelans priuari poterit feudo.voluit Bald.in c.1.§.Credẽ
tia.de pace const.refert,& sequitur Matth. de Afflict.in
decis.Neap.265.Illustrissime.nu.84.quos nouissimè re-
fert excellens Iureconsultus D. Quintilianus Mandosius
in tract.ingratitudinum.cap.62.causa.13.vbi alios alle-
gat.¶ Pęna autẽ falsi eos reuelatores puniendos asserit
D.Iodocus Damhouderius in Praxi.crimi.c.123. nu.19.
& ad materiam faciunt notata per Angel. de Aretio. in
tract.malefic.in uerb.che hai tradito la patria tua.col.2.
& vltimo in ea re est plenum consiliũ Hyppolit.de Mar
sil.in cõsil.1.non auferas.nu.3.4.uol.1.ubi habes ad satu
ritatem,& prope tẽporibus nostris,eã ob causam ꝙ Se-
natorum regiorum in concilio Neapolitano vota reue-
lasset Iureconsultus eximij Ingenij Marinus Freccia, in
uita,è Senatorum numero traditur eiectus.de hoc latè
Prosper Caraui.part.3.nu. 16. apud Eegyptios reuelan-
ti secreta hostib.lingua absciditur. Diodor.lib.2.

b ¶ CIVES ciuib.inuidere.] Vulgus odit uulgũ, & figu
lus figulum.gl.not.in l.2.C.de dol.mal.notauit Bal. in l.
1.C.de præscrip.30.anno.unde inquit Arist. lib. Retho-
rico.2.ꝙ inuidet inuidus simili sibi,in hoc ꝙ similis vnus
excedit aliũ.contra quã Isidorus inquit. cuncta bona uir
tutũ germina inuidia concremat.inde August. tolle inui
diã,tuũ est,quod habeo, tolle inuidiã meũ est quod ha-
bes,ita inquit in Euangel.Ioann.Inde dr̃ Sapient.2.quòd
inuidia Diaboli mors introiuit in orbẽ terrarũ. cui con
cinũt uerba Isidori.inuidus(inquit)membrũ est diaboli,
cuius inuidia mors introiuit in orbẽ terrarũ. Diabolus
parentes nostros seducere voluit, qa inuidebat eis re-
gnũ Cælorũ,quod perdiderat,& nunc facit similiter no
bis.inuidus.n. socius est Diaboli, quia p inuidiã fratres
vendiderũt Ioseph,Cayn occidit Abel, Iudæi Christum
crucifixerũt.Ad eundẽ propositũ faciunt August. verba
dicentis. Per inuidiã Chr̃s crucifixus est: ideo autẽ, qui
inuidet fratrẽ suũ crucifigit Christũ.& Gregorius ait.In
uidia cũ mentẽ tabefecerit,cuncta q̃ inuenerit bene ge-
sta cõsumit.Vnde inquit Isydorus.Inuidia animi vt tinea
sensũ comedit,pectus urit,mentẽ afficit,cor hominis,vt
q̃dã pestis depascit.Et Hugo de S.Victore dicit,superbia
aufert mihi Deũ,inuidia ꝓximũ,ira me ipsum. Inde scri
ptura,Gen.26.dãnat palestinos, ꝙ inuidissent puteos A-
brahę.Ideo Salomon Prouerb. 23. ait. Ne comedas cum
homine inuido, & nè desideres cibos eius, qm̃ in simili
tudinẽ Arioli,& cõiectoris ęstimat,qđ ignorat.Nõ effi-
ciamini(inquit Apostol.ad Galat.c.5.) inanis glorię cu-
pidi,inuicẽ ꝓuocãtes, inuicẽ inuidẽtes.Deponẽtes(inqt
epis.1.Pet.2.)oẽm malitiã,& oẽm dolũ,& simulationes,
& inuidias.Vita carniũ(inqt Salo.puer.14.) sanitas cor-
dis,& putredo ossiũ inuidia.inde Aug.ad Iulia.Epist.111.

inuidus vir similis est naui, quæ iactatur in fluctibus maris, in perturbatione semper est, vt lupus rapax, insanit inaniter, in miseria detinetur. Et Hyeronimus in epitaphio Paulæ. semper virtutes persequitur inuidia, & ait Ambrosius. inuidus est certè, qui alienū facit bonū suū inuidendo supplicium. Inuidię error (inquit Eusebius) non solū religiosas, sed & viles animas peruadit. Fugiamus inuidiā (inquit Basilius) obicē pietatis, obstaculū regni cælestis, pignus, & primitias ꝑpetuę pęnæ. Est enim vt inquit Remigius. inuidia dolor de alieno bono, vel secundū Ioann. Damascenū lib. 2. Sen. inuidia est tristitia de alienis bonis. īuidia mox nominata sonat aliquid mali. inquit Aristote. 2. moral. Nichoma. inuidia (inquit Augusti. ad fratres in Hæremo Sermon. 17.) est illa fera pessima, quæ fidem tollit, concordiā & iustitiam dissipat, & omnia mala generat, hæc est, quæ Abel occidit, Adā onerauit, exulauit, pastorē suspēdit, Petrū iugulauit, dū Christū negauit, Paulū Decollauit, Ioannē, & Stephanū lapidauit, Goliam prostrauit, Dauid decepit, muros Hierusalem euertit, Romam depopulauit, Carthaginem destruxit, Troiam deuastauit, & multa per hanc feram pessimā mala in orbe terrarū facta esse legimus. O inuidia (inquit Hieron. ad Asellam) primū sui mordax: cui concinit illud Oratij.

Inuidia Siculi non inuenere tiranni
Maius Tormentum.

Et illud Francisci Petrarchę lib. Aphricæ. 1. dum pulcherrime inquit.

Radix cunctorum infecta malorum
Inuidia, vnde oriens extrema ab origine mors est
Atque aliena uidens tristi dolor omnia vultu
Prospera non potuit florentem cernere Romam
A emula Carthago.

Et inde idem Petrarcha de remedijs fortuitorū. libr. 2. Dialogo. 106. inquit. Tritus mos est, inuidia lippa est, longinqua non uidet, vicinitas, atque prosperitas inuidiæ sunt parentes. Refert ibidem Alexandri Macedonis dictum. Inuidos homines, nil aliud esse, quàm tormenta seu tortores suos proprios. Qui misero inuidet (inquit idē Petrarcha lib. Inuectiuarū ɔtra Medic. 1. c. 4.) necesse est sit ipse miserrimus. inuidia pestis infęlix, inquit Idē Petrarch. epist. 87. famil. inde Cyprianus inquit, huic vultus minax, toruus aspect⁹, pallor in facie, in labiis tremor, stridor in dentib. uerba rabida, & effrenata conuitia, & manus ad uiolentiam prōpta. Quib. non dissentit Cassianus dū inquit. Vsq; adeo est incurabilis ista inuidiæ pernities, ut blandimentis exasperetur, inflectur obsequiis, munerib. terreatur. Pulchrū de inuidia ponit exēplū Gregorius lib. Dialogor. 3. inuidia est mala, & ꝑ illā desiderant homines habere bonū inquit Raymūdus Lullius Prouerb. li. 3. c. 87. vbi de ea nōnulla effundit, & idē fecit Ouidius lib. 2. Metamorphoseos. dum inquit.

Pallor in ore sedet macies in corpore toto,
Nunquā recta acies, liuent rubigine dentes,
Pectora felle uirent, lingua est suffusa ueneno,
Risus abest, nisi quem uisi fecere dolores,
nec fruitur somno, uigilantibus excita curis,
Sed uidet ingratos, intabescitque uidendo
Successus hominum, carpitque, & carpitur vnà,
Suppliciumque suum est.

cui adiungi possunt uersiculi notatu digni, quos reliquit Sylius Italicus. lib. 17. dicens.

O dirum exitium mortalibus, ò nihil unquam
Crescere, nec magna patiens exurgere laudes
Inuidia.

Ob quā fugiendam nonnulli è propria se abdicarunt patria testes sunt Ipicrates, Conon, Thimotheus, Chabrias, Chares, Hermodorus, Pompeius, aliique quā plurimi. Ita ut ob eam uitandam inter filios, patrem posse vni filio donationem factam reuocare, ut inquit Spec. in ti. de donationib. & de hoc iam satis.

c ¶ VOTA sui consilii. ] Dixi Principem non necessitari ad consilia procerum habenda, poterit enim ipse solus legem statuere, tamen vt seruet, quæ alii seruauerunt Principes, suorum consiliariorum uota pro libito sequi assolent: late per me supra. Rubric. 1. in versicu. decuriones. iterum rubr. 2. in uersicu. Procerum. in uer. sine consilio. & uersicu. Principaliter. ubi uideas, ne idē denuo repetam.

d ¶ DISPENSATIO consistit. ] In arbitrio superioris est an sit dispensatio facienda. Bald. in addit. Specul. in titul. de dispensatio. versi. Tertio, & de arbitriis iudicum, omniumque superiorum iam uideri potest opus Domi. Iacobi Menochii Iureconsulti immortalis, in libro de arbitrariis iudicum quæstionibus, suis locis qui in hoc clausit ius dicendi cuilibet.

e ¶ MAIOR pars intelligitur. ] Contrariū quòd immo opinioni plurium stari debeat uoluit Innocen. in capitu. ne episcopi. de temp. ordi. Pro Belluga autem ꝙ plurimorum sententiæ standum non sit, habetur Exodi. 23. nec in iudicio plurimorum acquiescas nec sniæ. & pro hoc faciunt notata per Specul. in titul. de homicid. §. 1. ubi dicit quòd si plures medici deposuerunt uulnus esse mortale, postponitur dicto pauciorum magis peritorum. sequitur Lud. Rom. in l. 1. §. si. colum. 3. ff. de verborum obligatio. Anton. de Butr. in cap. proposuisti colum. pen. de probat. & uoluit Iacob. Butrig. in l. maiorē. ff. de pact. sequitur Matth. de afflict. in decisio. Neapol. 1. num. 2. & ad materiam uide latissime. D. Anton. Mariā Coratium. in tract. de commun. doct. opi. lib. 1. titul. 5. nume. 1. cum pluribus seq.

f CVILIBET experto. ] Vnusquisque eorum, quæ cognoscit bonus est iudex. inquit Aristotel. 2. Ethicorū. Et de Ludo Azardi creditur plus baroni, quàm excellēti Doctori, inquit Ange. de Aretio. in §. præterea quod per alluuionem. inst. de rer. diuis. peritis in arte standum est etenim, vt ī iuribus hic per authorem adductis, & per Docto. in allegato capitu. proposuisti, ubi Feli. & Deci. de prob. & notatur in l. semel. C. de re milita. lib. 12. latè per Luc. de Penn. in l. magistros. C. de profess. & medico. lib. Socin. in tracta. fallen. regul. 294. & idem Socy. in consil. 164. uisa bulla. colum. 9. uersicu. ex parte. uolum. 2. & tradit Dom. Francisc. Herculan. in tracta. de negatiua. nume. 232. & dum periti in aliquo casu eliguntur duo saltim eligendi sunt, ut multos referens uoluit Dominus Iacobus Menochius de arbitrar. iudi. quæst. lib. 2. centur. 2. casu. 114. nume. 27. & tali casu eorum iudicium uniforma esse conuenit, & concorditer, ut post multos dixi in regia Aragonum. §. 3. glo. 5. nume. 2. ubi videas. & exigitur quòd tales periti iurent, vt dixit dominus Menochius vbi supra. nume. 28. & iterum lib. 1. quæstio. 58. numero 4. Et ego latè etiam dixi in consil. meo pro Nicolao Antonio Cappa, contra Serium eiusdem cognominis in lite conductionis feudi dicti Miglianello in partibus Apuliæ. & an peritorum sententia in rem transeat iudicatam, quando à iudice eliguntur, & quid quando à partibus? Primo casu à iudice, sententia tunc transitum in rem iudicatam non faciet, secundo autem sic, ut ex Roberto Maranta, & aliis retulit eruditus Iureconsultus Do. Camillus Plautius in repe. l. unicæ. in uerbo. per suam subtilitatem. num. 42. C. de sent. quæ pro eo quòd int. & ad materiam vide Iaco. Mandel. in consi. 20. cum de interpretatione. num. 15. & in consi. 55. ad primā. nu. 5. D. Petr. Anto. Anguss. in cōsi. 1. iure Cæsareo. nu. 9. lib. 5. cum allegatis per Dom. Eximium iureconsultum Franciscum Bursatū. in consil. 57. cognitum

cognitum.num.22.& iterum in conſil.111.potuit. num. 5.& 20.volum.1.

g ¶ PERSONALIS induſtria.] Si eſt electa induſtria perſonæ,an poſsit alius ſubſtitui?Plene Bald.in d.§.ne au tem,& nonnulla etiam per Ioannem Lecerier.in tracta. de primoge.lib.3.q.1.nume.22. cum pluribus ſeq. & ad materiam uideri poteſt excel. Iureconſ. Do. Rolandus à Valle.in conſil.23.viſis num.16.17. volumi. 1. & contra principis volūtatem ſubſtitutus non admittitur. l.ſi quis. la ſecunda,C.de murilegul.lib. 11. & hoc iure utimur in Regno,maxime in regijs officiis. & in quibuſdam aliis caſibus bene per excellentē Iureconſultum Dom.Ioann. Felicem Scalaleonem in procem. conſuetud.Neap.§.præ fatis.in Apoſtill.incip.exceptio clericatus.

## De propoſitione grauaminum,coram principe, in curia prȩſidente,facienda per brachia curiȩ.

## Rubrica 11.

### SVMMARIVM.

1 *Princeps, de iure diuino, tenetur facere iuſticiam.*
2 *Adam,& Eua,per iuſticiam puniti ſunt, & Cayn & Lamech,&c.*
3 *Regalis dignitas, diuinitus populis cognita.*
4 *Saul,quia non fecit iuſticiam, eiectus eſt e regno.*
5 *Antiqui, quærelas populi,ad Deum ferebant, vt ſecundum illius imperium iudicarent.*
6 *Princeps,omni tempore,debet facere iuſtitiam.*
7 *Princeps non faciens iuſtitiam, a Deo redarguetur.*
8 *Iuſtitia,tam lege ueteri,quam noua, debetur a principe.*
9 *Iuſtitia,appellatur virtus heroica.*
10 *Anima qualiter creatur, & de diffinitione ipſius.*
11 *Filij literatorum uirorum, vt plurimum ſunt fatui.*
12 *Ratio quare principes naturaliter ſint potius inclinati ad virtutes,quam cæteri.*
13 *Bonus,aſſidua malorum conuerſatione, efficitur malus.*
14 *Iuſtitia,hominem Deo æquat.*
15 *Priuilegium,quando tranſit in cōtractum, princeps obligatur,vt priuatus.*
16 *Imperatores, quare & quando leges fecerunt.*
17 *Index,iniuſtitiam faciens,puniendus eſt.*

Ntremus profundū pelagus in materia grauaminum, quȩ eſt materia iniuſtitiarum in in regno. Quas iniuſtitias frequenter faciunt principes, a & illorum officiales,[a] quæ populum depauperāt: ut in tex. no.in authen.ut iudices, ſine quoquo ſuffra. in prin.propter quod uidere habet princeps, & il 1 las iniuſticias reparare,& iuſtitiam facere. † Et præſupponendum eſt quod tam princeps quā cæteri officiales, tenētur iuſtitiam facere populis ſibi commiſsis. Et in primis uideamus de principe: & dicas quòd de lege diuina a principibus eſt debita,& eis neceſſaria adminiſtratio iuſtitiæ. Et ex illorum regali natura, debet eis eſſe iuſticia innata uirtus moralis ex imperatorum, & prudentum reſponſis illis congrua & condigna. ¶ Videamus imprimis de lege diuina, & certe cum in mundi exordio, rex regum & dominus dominantium, fons iuſtitiæ. 23. q. 5.cap.ſi non licet, Deus omnipotens, mundū per ſe regebat, ſine regibus, uel rectoribus, ut no. per Innocen.in cap.licet ex ſuſcepto. de foro compe. ſecundum iuſticiam uiuere uoluit,
2 nam patrem noſtrum † Adam & matrem Euā, mandati diuini tranſgreſſores iuſtitia media pȩna puniuit,Gene. 3. capit. Deinde Caym & Lamech peccantes, in lege naturȩ, pȩna illos afflixit.Gen.4.cap.Denuo Noe,quē regem & mundi rectorem & ſacerdotem ſimul fecit, noluit ſecū dum legem uenire, ut legitur Gene. 9. Et pòſt, legem dedit populis ſuis ſecundum quam uoluit populum uiuere. Et tranſgreſſoribus pȩnā impoſuit. Et hoc per Moyſem, ut uides per diſcurſum, Exodi 22.23. q.5.cap.reos. per diſcur
3 ſum illius capitu.& ſeq.† Etiam in ueteri teſtamento regalis dignitas erat (diuino permittente iudicio) cognita, cum iam multi reges eſsēt uncti,ut uides in Dauid, Saul, & Salomone & alijs a deo approbatis,extra de ſacra vnctio.capitu.1.§.cum in veteri.Et de illis dicitur prouerbio.8.capitu.per me reges regnant: id eſt,diuino mandato.Et iſti ideo reges fuere: quia iuſticiam fecerūt, & iuſtitiam miniſtrare iuſsi ſunt populo. Vnde Dauid in Pſalmo. 8. Quoniam feciſti iudicium meum, & cauſam meam, ſediſti ſuper thronum qui iudicas iuſtitiam. Et in Pſalmo.71.Deus,iudicium tuum regi da, & iuſticiam tuam filio regis. Et in eodem pſalmo. Iudica populum tuum in iuſtitia tua,& pauperes tuos in iudicio. Et in Pſalmo centeſimo quinto. Beati qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt iuſtitiam in omni tempore: Et in multis alijs locis legitur in Dauid, quod quærere uel ſcribere eſſet magis laborioſum quam ſubtile.
4 † Et legimus Saul regem repræhenſum, & contraxiſſe offenſam, quia non exercuit iuſtitiam in Achab hoſtium regē,primo Reg.17.Et in ca. eſt iniuſta.23. q.4. Et non ſolum erant iuſsi iuſtitiam miniſtrare, ſed etiā nō eſſe partiales, & ſine perſonarum acceptione.unde legitur Deuterono.13.capit. ſi frater tuus,& amicus tuus,& & vxor tua,quȩ in ſinu tuo dormiuit,deprauare uoluerit ueritatem, ſit manus tua ſuper eos, & effundes ſanguinem ipſorum.Et ut melius iuſtitiam antiquitus poſſent iuſticiæ adminiſtra
5 tores adminiſtrare † querelas populi tabernaculum dei ingredientes ad dominum referebāt ut ſecundum illius imperium iudicarent.Exodi trigeſimoſecundo, capitu.& tranſumptiuè.
6 11.q.3.in cap.ſummo opere. †Item in nouo te-

ſtamento, Chriſtus rex ſuper omnes reges, uolẽs
qualis erat iuſtum ſe oſtendere, & iuſtitiam face
re, Legitur Matthæi. 22. dixiſſe interrogantibus
Iudæis, ſi eſſet licitum dare tributũ Cæſari, red-
dite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei,
Deo. Et legimus quod omni tempore Rex de-
bet facere iuſticiam, tam pacis, quam belli. Vn-
de legimus in uita ſancti Gregori, quod Theo-
doſius Imperator fuit abſtractus ab inferno, &
ſaluatus, eo quia uadens ad bellũ fecit iuſticiã
de quodam principe. Et legitur Chriſtum dixiſ
ſe, niſi abundauerit iuſticia veſtra plus quàm
Scribarum, & Phariſeorum, non intrabitis in re-
gnum cœlorum. Matthæi. 5. capi. dans in exem-
plum principibus, quod ubi iuſticia obfuſcat
per Scribas & Phariſæos, i. per malos iudices re-
7 gna euertantur. † Et certe ſi princeps rectum iu
dicium, & iuſticiam non ſeruauerit, a Deo re-
darguetur. Vnde legimus Ioannis. 16. arguet
mundum de peccato, de iudicio, & de iuſticia,
& noua lege æqua lance iudicandum eſt, ſicut
antiqua lege, vnde ſcriptum reperimus. Ita ma
gnum iudicabis, ut paruum, & non erit apud te
acceptio perſonarum, Deuteronomi. capit. 1. &
Actuum 11. Et tranſumptiuè, in capi. nouit, de
iudic. Et alibi Marci. 4. ca. & Lucæ. 6. & Matthęi
ſeptimo. Eadem menſura qua menſi fueritis, re
metietur uobis: tranſumptiue in canone, in ca.
8 aliorum. 9. q. 3. † Et ſic uides, quod iuſticia tam
lege ueteri, quam noua, diuina, eſt debita a prin
cipibus, & eis neceſſaria. Eſt igitur uidendum
qualiter ex illorũ regali natura iuſticia debeat
9 eſſe illis innata virtus moralis. † Et hæc proprie
in regibus heroica uirtus appellatur, & ut de
ijs aliqualis detur doctrina, ſcias quòd in initio
ſuæ creationis, omnes animę æquali gradu per-
fectæ ſunt, & tantæ beatitudinis capaces una ſi-
10 cut alia. † Nam anima cum creatur, infundi
tur, & infundendo creatur, & eſt ſicut tabula ra-
ſa, in qua nihil eſt depictum. Imbuitur autem
moribus, & doctrinis, ut inquit Philoſophus, in
primo de anima. Eſt verum quod anima quæ in
funditur, in male organizato corpore, propter il
lius complexionem, dicitur anima captiuata,
non capax tantæ beatitudinis, quia non ita do
ciles, nec capiunt virtutes, ut in aïa corporis be-
ne organizati. Et ſic vides, quod anima quæ eſt
in corpore ruſtico, non eſt tam apta ſcientiæ.
Et ideo aliqui ſunt tam rudes, quod non poſ-
ſunt aliquid addiſcere. Anima uero quæ habi-
tat in corpore bene organizato, habens molles
carnes aptiſsima eſt (vt inquit philoſoph⁹) mol-
les enim carnes habentes, aptiſsimæ mentis di-
cuntur. & huius cauſa eſt aliquotiens influxus
cęleſtis, ut de corpore, & anima glorioſæ Mariæ,
ſancti Ioannis & ſimilium. Aliquotiens conſtel
latio planetarum, in generatione concurren-
tium, aliquotiens bona uel mala parentum di-
11 ſpoſitio, cõcurrens in generatione. † Et ideo vul
b gariter dicitur, quod filij hominũ[b] ſcientiæ ſunt
fatui, & male organizati, quia homines ſciẽtiæ
habent (vt plurimum) malum ſtomachum, pro-
pter nimias uigilias, & nocturnos labores, & ſic
habent ſperma crudum, & indigeſtum, & per il
los generati, ut plurimum ſunt dementes & ma
læ complexionis, cuius oppoſitum eſt in regib.
12 & principibus. † Primo quo ad cauſam ſupra
cæleſtem, ſi deus de eis, & de maiori re, maiorem
curam habet, & ſic maiorem gratiam infundit
in eos. Sunt etiam ſubiecti melioribus influxib.
cęli, & planetarum conſtellationib. Poſt eorum
autem natiuitatem, electo lacte, & cibis deli-
catis, & electis nutriuntur, & non ad ingluuiem,
ſed ad peritorum aſtantium conſiliũ, ut ſic mor
bis innumeris excuſantur: ſequentes, uiri doctiſ
ſimi Hipocratis doctrinã, in amphoriſinis reci-
tatam in canone, in c. ne tales, de conſecra. di. vl
tima. Præterea illis non deficit communio uel fa
mulatus uirorum illuſtrium, & doctrina uirorũ
prudentium. Ex quibus indubie neceſſario im-
bui habent uirtutibus. Et hæc innata, & acqui
ſita uirtus appellatur: & omnibus prædictis oc-
currentibus heroica, id eſt uirtus ſuperhuma-
na. Et ideo antiqui poetæ, iſtos principes
heroes appellabant, & per has uirtutes prin-
cipes ſe Deo pares appellant, ut in authen.
vt iudices ſine quoquo ſuffrag. §. itaque Deo,
iõ antiquitus p has uirtutes poetæ deos appel-
labant, Iouẽ, Apollinẽ, Mercurium, & alios id ge
nus. Et niſi eſſet conuerſatio principis cum ali-
c quib. reprobis,[c] a quib. aliquomodo diſtrahun-
tur, ſumme perfecti eſſent principes. Vnde legit
13 Dauid in Pſal. diligam te domine, † Et cum ele-
cto electus eris, & cum peruerſis, peruerteris. Et
ſic vides quòd natura regia in ſe eſt plena, & de
bet eſſe plena uirtutibus, & talis debet eſſe præ-
ſumptio, ex quo ex uirtuoſa proſapia deſcen-
dunt: argumen. quod ſi nolit. §. ſi mancipia.
ff. de edilit. edicto. & hinc exit Boetij dictum
dicentis, qui ſua uirtute pollet, & parentum
habet imagines, magis pręferendus eſt: quia
præſumitur, etiam magis uirtutibus pollere.
Et ſine iuſticia nullam poteſt rex habere uir-
tutem, ut in authen. ut omnes obediant iu-
dic. prouinc. in princip. columna. 5. Et alibi
14 dicit Tullius de officijs. li. 1. † Iuſticia eſt illa uir-
tus, ex qua uiri boni acquirũt nomẽ, & gloriã: q̃
cũ quis deſerit, deo fit diſſimilis, & regio nomi-
ne indignus. Et ſic uides quòd regalis proſapia
eſt naturaliter uirtuoſa, & ſic uirtus iuſticiæ illis
debet eſſe innata heroica, & moralis. Ex pruden
tum, & Imperatoris reſponſis illis ſcilicet regib.
eſt cõdigna. Nam quamuis lex dicat, quod prin
ceps ſit ſolutus legibus. ff. de legib. l. e. princeps.
tamen ipſe profitetur ſecundum legem ſe uelle
uiuere. C. de legib. l. digna uox, maxime in hoc
regno Aragonum, in quo princeps ex pacto
obligatus eſt foris & priuilegijs, & conſti-
tutionibus regnorum. Et ſic pluſquam decens,
& condigna eſt illis iuſticia, quia imo natura-
li æqui-

15 li æquitate pensata pacti † vel priuilegij in contractum transeuntis, obligatus est iusticiam administrare, ad quam talia pacta principē, & successorem obligant, ut pluries diximus: & allegat. c. primum. de proba. & no. in d. l. digna vox. C. de legibus, & per Bal. in ca. nouit, de iudic. & de iurei. c. in nostra, cum similib. Et ubi tale vinculum naturale pacti, non esset, etiam ex prudentum, & Imperatorum responsis, decēs, & cōdigna est principibus iustitia. Nā primū Romani Imperatores adepto imperio, statim uolētes
16 secundum iustitiam uiuere, leges † fecere, & illas mandarūt obseruari, ut probatur per discursum. l. 2. ff. de ori. iur. Et uide capi. Moyses. 7. dis. Et semper in respondendo Imperatores ad dubias quæstiones secundum iustitiam respōdēt, vt ff. de in diem adiectione. l. Imperatores. ff. de iure fisci. l. Imperatores. Et Imperator alibi dicit in epistola, inter claras, quod per iustitiam reges regnant. Et quòd sine virtute iustitiæ, rex non potest habere uirtutem, ut in dicta authen. ut omnes obediant iudici prouinciarum. Et alibi dicit Roma. Pontifex, se iustitiæ debitorem, extra de foro compe. capitu. ex tenore. Et nulli se facere iniustitiam debere, ut ibi, & uide cap. Regum. 23. quæst. 5. Et ideo quia sententia lata per Imperatorem fuit, contra iustitiam, fuit per Papam nulla declarata, tanquam a nouerca iustitiæ, id est, iustitiæ nouercantis: in clem. pastoralis, de re iudica. Et sic uides qualiter ex prudētum, & imperatorum responsis, principibus est decens, & condigna iustitia. Et si principibus est decens, & condigna, ab inferioribus iudici-
17 bus est debita, & necessaria. † Et si iniusticias faciunt, puniendi sunt, ut uides in authen. ut iudices sine quoquo suffragio, & aliàs faciunt litem suam, ut vides in rubrica & nigro. C. de pœna iudicis, qui male iudicauit, & in l. fina. ff. de vari. & extraordi. cogni. Et in l. ex maleficijs. §. si iudex, de ac. & obliga. Et alias pœnas incurrunt ecclesiastici iudices, ut uides, in cap. cum æterni tribunal. de re iudi. libro sexto, & iudices, qui iustitiam non faciunt, iudices non sunt. 23. q. 2. capitu. secundo.

## CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶ PRINCIPIS, & illorum officiales ] Deberent mundi Principes, potentatus, & domini, sicuti eorum Potestas à domino Deo est, ita grato animo illa vti, vt ad ipsorum exemplū cæteri discerent; Principū namq; vita (vt Plinius nepos in Traiani Cæsaris Panegirico astruit) censura est, eaq; perpetua ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur. Ipsi autem surda aure (serpentum more) fingunt longius ire, & ne videantur eorum opera praua, officiales eligunt, qui postergatis penitus legū, canonumque placitis, nil aliud student, nisi vt domino placeāt, ob quod laxatis penitus voluntatis habenis, in miseros subditos infęliciter sæuiunt, ipsosque bonis spoliant, vt dominos ditent, ac vestiant, ipsosque excoriant, & ad sanguinis vsque ac animæ deliquium (vt medicè loquar) emissionem totalem reducunt: o miseri, o terque, quaterque miseri, & infælices, cum vna simul ante Dei tribunal exactam reddent gestorum rationem vsque ad vltimum quadrantem. ego etenim pœnitus ignoro, cui potius infelicitatem istam tribuam, an officiali talia gerenti, vel domino potius non reluctanti. De his dici potest, q cæcus cæcum ducit, & ambo in foueā cadunt. Gloriantur tales potestates quòd crudeles, & rigidi, ac seueri sunt, è conuerso Domini q officiales habent fiscales. & infælices, quanto nos æthnici antecedunt, cū & Plin. nepos loco iā relato asserat, tunc Principē bonū esse, dū fiscus eius vincitur, nō autē dū ditatur dū ait. Sæpius vincitur fiscus, cuius mala causā nūquā est, nisi sub bono Principe. horū omniū cā potissime in vtroque est auaritia, q̄ cū (iux. Apost.) idolorū sit seruitus, qui eā insectant Christianos se nō esse profitētur. Quia (vt inquit de morib. seneca) nō satiat pecunia auaritiā, sed irritat, ideo semper indiget. Nullū (inquit Cicer. in Orat. pro P. Quinctio) esse pōt officiū tā sanctū, atque solemne, quod nō auaritia cōminuere, atq; uiolare soleat. Audiāt Bernardū dicētē. ad imaginē Dei factus es, vt superna aspicias, & terrena nō quæras. Cuius contrariū cum faciāt, cōtra illos Deus q̄nque irascitur, & dat illud gentib. faciētib. fructus. inde Zacch. c. 1. dicitur. ira magna ego irascor super oēs gētes opulentas. vn̄ Eccl. 10. dr̄. regnum de gente in gētem trāsferri pp iniustiā. Inde Esa. 57. inquit, pp iniquitatem auaritię iratus sum, & percussi eū. Iā. n. (inquit Hieronimus) nō sunt tua, q̄ possides, dispēsatio tibi credita est. inde Origenes inquit, copiosa bonitas Dei, q̄ multis peccantibus multa bona ministrat, blandiēs ut ad pęnitētiā attrahat, dat ēt tēporalia ad dispensandū, nō ad dominādum. Vnde Augusti. fecit Deus pauperē, ut probet hominē, & fecit Deus diuitē vt pbet illū de paupere. laqueus. n. Diaboli est auaritia, ut Paulus, & Hieronimus astruūt. Illis tamē rectè dici poterit illud Amos. 3. nescierūt facere rectū dicit dn̄s, thesaurizantes in iniquitatē, & rapinā in ędibus tuis. & Abachuc. 2. vęh ei, qui multiplicat nō sua, vsq; quo aggrauat cōtra se densum lutū. Quæ est ista (inquit August.) Animarū insania amittere uitam, appetere mortem, acquirere aurū, & perdere Celū. & q peius est aliis, ea quæ acquirūt præparāt, cōtra illud Chrisostomi. Quid tibi prodest, q filijs prępares hęreditatē, & tibi tormētorum acquiris immanitatem. Quæ est ista (inquit Augu.) auiditas concupiscentiæ, cum ipsę belluæ habeāt modū? Tūc. n. sapiunt, cum esuriunt, parcēt uerò prede, cum senserint satietatē, sola uero auaritia diuitum semper rapit, & nunquam satiatur. Melius esset si specularent seipsos in Marco Antonio Philosopho Imperatore, qui exhausto ob bellū ęrario, ne prouintias onerib. grauaret, in Traiani foro vasa, ac pocula regia, ornamenta Imperialia, vestes etiam uxorias sub hasta venditionis posuit. Et Tiberius Cæsar (Suetonio authore) suadentibus præsidibus onerandas tributo prouincias, respondit boni pastoris esse pecus tondere, nō deglubere. Ideo Cato apud T. Liuium, (inquit) auaritiam, & luxuriam omnia subuertisse Imperia. sed proh dolor, domini hodie ita populorum pelles excoriant, vt vix pręcariū dimittant spiritum, ut ex Bald. refert Iacobi. in tract. de feud. in versi. qui quidem inuestiti. col. 21. Et in regno est tāta quorūdā Comitum ob neglectū iustitiæ nequā tyrannides, q vasallos eorū ēt non personalib. seruitiis obligatos, ex ciuitatib. extrahunt ferreis nexib. alligatos. ut uoluit Luc. de pen. in l. colonos. in fi. C. de agri. & mācip. li. 10. & Io. Anto. Niger in c. regni grauamina in prin. sub rub. de grauaminib. vasall. hęc omnia bonorum pace sint dicta.

b ¶ FILII hominum scientiæ.] Hęc omnia exempla patent in Ciceronis filio, Q. Hortensio, Hærodoto, Marco Anto. Commodi Imperatoris patre, & in patre Licinij Imperatoris, qui (ut Eutropius Rerū Romano. lib. 10. astruit) parentibus est ortus splendidissimis, stolidus tamen

men, & multum iners, neque ad vsum aliquem publici negocij consilio, seu gestis accommodatus. Pelopides etiam vir clarissimus infamem filium genuit, Authore Plutarcho. Ob quod Thebanus Epaminundas ne filium degenerem produceret, vxorem ducere noluit, cuius contrarium fecit nequissimus Eliogabalus, qui filios nolebat, ne quis ei frugi contingeret. Id tamen Cęlso, & Neruę non accidit, qui filios sapientissimos genuerunt. Andr. Barbat. in cap. 1. extra de iudic. Natura autem solet (authore Aristote. in generat.) effectum sibi in qualitate similem producere, hoc tamen (eodem Philosopho teste) in hominibus quandoque fallit, vel quòd homo vago plurimum, varioque in coitu soleat esse animo, vel quia filij diuitiarum freti copia, doctrinas, virtutesque alias, quæ labore comparantur, contemnant, & fugiant. Vel vt rectè Alexander Aphrodiseus libro Problem. 1. Proble. 26. astruit. prudētes, doctosque, filios imbecilles, stolidosque procreare, quia cum se coitui tradunt, plerunque animum non liberum, totumque libidini applicant, sed ad variarum rerum indagationes diuisum, huc, atque illuc varia, diuersaque coniectando diuertunt, è conuerso autem homines stultiores cum concūbunt, totos sese libidini dedunt, animoque pœnitus in corporis concreatione demerso, astrictoque rei tantum Venereæ, semen, vires optimas, tum rationales, tum naturales persluit, creaturque inde homo prudentior. dixi in Problematibus meis miscellaneis.

c ¶ CVM aliquibus reprobis.] Malorum hominum fugienda omnino conuersatio. iuxta illud Salomonis. Prouerb. cap. 1. Fili mi (inquit) si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. & iterum Prouerb. 4. ne delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorum via. & Prouerbiorum. 22. ne contrahas amicitiam cum homine iracundo, & cum homine furioso ne verseris. Fugite (ait Hieremias capitu. 51.) de medio Babylonis, vt saluet vnusquisque animam suam. Ideo dicitur Num. 16. recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere, quę ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum. Inde Gregorius. Solus in illicitis non cadit, qui se aliquando, & a licitis cautè restringit. Periculosum est etenim (ut ex Sebastiani Amiani ęditionę ille docuit) cum illis, qui prauæ conuersationis sunt, sociari. Inde Iesus Syrach Eccle. 7. Discede ab iniquo, & deficiant mala abs te, pondus super se tollit, qui honestiori se communicat. Ob quod rectè innuit Paulus. 2. Timoth. 2. iustum igitur, & valde iustum separare eum, qui saluari vult, ab eo, qui non vult. & 2. Thess. 3. Rogamus vos fratres, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè. Ex mala enim conuersatione quis malus presumitur. l. si plures. in versicu. assidue. ff. de administra. & pericul. tutor. cuius authoritate dixit Albertus Gandinus in tracta. maleficior. titul. de præsumptionib. & indic. colum. 1. versic. item quia qualem vitam. Malorum conuersationem ad torturam indicium facere. sequitur Bald. in consil. 79. volum. 3. sequitur Ange. de Aretio. in tracta. maleficio. in verb. fama publica. colum. 6. versi. iudex enim bonus: & voluit Marcus Anton. Blancus in repe. l. fina. num. 253. & seq. ff. de quæstionib. Ex mala etenim conuersatione quis malus efficitur, & vitiosus. l. ædiles. §. Pedius. ff. de Edili. edict. nec in simili ab hæresis suspitione longe est, qui cum heretico conuersatur, ipsumque ex sui industria recipit. iuxta notata per Alphōsum de Castro. de iusta hæreticorum punit. lib. 1. cap. 17. cui concinit illud. qui tetigerit Picem coinquinabitur ab ea. & facit illud Dauit Psalm 100. non adhæsit mihi cor prauum, declinātem à me malignū nō cognoscebā. & multa adducens ad propositum D. Iodecus Damhou. in pract. crim. cap. 10. nu. 4. & seq.

In §. Postquàm.

*SVMMARIVM.*

1 *Quid sit Iustitia.*

2 *In quolibet bene regente iustitiam, tria requiruntur.*

3 *Iustitiæ administratores, prius se debent iustificare.*

4 *Princeps, non debet declinare, neque ad dextram, neque in sinistram.*

5 *Nullus debet honorem assumere, nisi a Deo vocatus.*

6 *Ad regem pertinet ex causa necessaria imponere collectas.*

7 *Ministri iustitiæ, inter iustitiam & misericordiam, medium teneant, sint ergo iusti & misericordes.*

8 *Princeps, nunquam præsumitur mandasse, vt alicui fiat iniustitia.*

9 *An sententia iudicis delegati, contra ius lata, est nulla.*

10 *Iudex pronuncians contra iustitiam, per hoc non est in dolo.*

11 *Princeps præsumitur de se iustitiam facere.*

12 *Arbiter, non potest ius partis auferre.*

POstquam prædiximus qualiter a principib. Regibus, & alijs inferiorib. iudicibus est debita, & necessaria administrō iustitiæ: Restat uidere, q̄d est iusticia. a Iustitia autem multis

1 modis describitur. † Nam (vt ait Philosophus secundo Ethicorum) Iustitia est virtus præclarissima, & non est pars virtutis, sed tota uirtus: & eius contrarium, non est pars maliciæ, sed tota malicia. Alibi Tulius iusticiam describens ait, in 3. de officijs. Iustitia est illa uirtus, ex qua uiri boni acquirunt nomen, & gloriam, quam cum quis deseruit, Deo fit dissimilis, & regio nomine indignus, sine qua urbes, & hominum societates stare non possunt, ut ēt latronum conciones sine ea esse desinant seque periment, &c. Socrates uero aliter illam describens ait. Iustitia est quæ plurimum prodest ei qui parum potest. sed hoc potius est effectus iustitiæ quàm ipsa iustitia. A iurisconsulto describitur: Iustitia est constans, & perpetua uolūtas, ius suum unicuique tribuens. ff. de iustitia & iure, in l. iustit. Ex qua diffinitione uel descriptione dicit Bar. de regimine ciuitatis, quod in quo

2 libet bene regente, † tria requiruntur. Primo perfecta ratio ad discernendum, ut sciat iustum ab iniusto, licitum ab illico separare, ut ff. de iustitia & iure. l. 1. Secundo debet habere rectam intentionem, & hoc bene probatur, licet Bar. non alleget per cap. omnis qui. 45. distin. Tertio, debet habere perfectam stabilitatem quia cōstās. Alibi describitur iustitia perpetua & immortalis

lis sapientiæ. Primo, & hoc põt dupliciter intelligi: vno modo prout est in Deo & est uerum, & ista iustitia relinquenda est theologis. Alio modo prout in diuino subiecto, scilicet in anima rationali uirorum cõstantium, & perfectorum: talis enim habitus non moritur, sicut anima est
b immortalis [b] atque perpetua. Alio modo de iusticia, ut in abstracto. sed melius ut describas iustitiam, dic quòd iusticia est animi nobilissima virtus moralis se & alios iustificans. Probemus igitur hãc descriptionem, primo quòd sit
c animi nobilissima uirtus, [c] ideo quia sine illa nulla virtus. unde dicit Imperator, unam esse q- dem omnium perfectissimam uirtutem, arbitrandum est hominibus, quæ iura omnibus distribuit, hæc est ex causa cognominata iusticia. Etenim unamquamque aliarum uirtutum nisi subsequatur huius, bona fiet, in auth. ut omnes obediant iudicibus, prout in prima col. & 32. q. prima, capitu. cum renunciatur. Et ideo nõ potest habere participationem cum homine scelerato.
3 † Quòd autem debeant iustitiæ administra
d tores se prius [d] iustificare, & in se iustitiam facere, multis auctoritatibus & exemplis, probatur. primo auct. Deuterono. 17. ca. cumque fuerit constitutus Rex vester, non multiplicabit sibi equos, nec reducet populum in ægyptum æquitatus numero subleuatus: præsertim cum dominus præcepit vobis, vt nequaquam amplius per eandem viam reuertamini, non habebitis uxores plurimas, quæ alicient animũ eius, nec auri, nec argenti immensa pondera. Postquam autem sederit in solio regni sui describet sibi Deuteronomij leges, in volumine, accipiẽs exemplar a sacerdotibus Leuiticæ tribus. Et habebit legem secum omnibus diebus uitę suæ, vt discat timere dominum Deum suum, & custodire uerba, & cærimonias eius, quæ leges præcepta sunt, ut eleuetur cor eius, in superbiam su-
4 per fratres suos, † ne declinet in dexteram partem, nec sinistram, ut lõgo tempore regat ipse, & filius eius super Israel: Hæc sunt verba Dei demonstrantis, qualiter rex se debet iustificare. Ex quibus innuitur, quod debet quis ab alio rex constitui, non ipse sibi sua authoritate regnum assumere, nam tunc nõ dicitur rex, sed tyrãnus:
5 † vnde non debet quis honorem assumere, nisi
e qui uocatur a Deo, [e] tanquam Aaron, in ca. qualiter, de elect. Deinde non dicitur, multiplicabunt sibi equos, quasi dicat, effugiat pompam, seu uanam gloriam. Est enim multiplicare ultra quam expediat. Nec reducet populum in Aegyptum: hæc uerba possunt intelligi ad literam, ut iacent: & nunquam debet ire rex Iudæorum ad occupandum terram Aegypti. Potest etiam intelligi allegorice, quasi dicat, non reducet rex populum in seruitutẽ, quæ seruitus significatur per Aegyptum, ubi populus in captiuitate tenebatur. Prohibet ergo per hæc uerba populum grauari oneribus personalibus, quæ quasi sunt species seruitutis. Ibi notat. habebit uxores plurimas, supra prohibuit uanam gloriam. Hic prohibet in rege luxuriam, illa uero separat animam regis a uero iudicio: non solùm erga homines, sed erga Deum, ut accidit in Salomone, qui effectus est idolatra, vt legitur. 3. regum. 11. capitulo. Et non mirandum, quia castitas sola est, quæ animas solet Deo repręsentare, ut in auth. de leno. colum. 4. non mirandum, si contrarium uicium animam perimat; Neque auri & argenti, immensa pondera. Hic prohibet auaritiam, sicut enim propter põpã nimis expenditur, & pp hoc populus aggrauaẽ, ita propter auaritiã, nimis a populo extorquetur, inde auaritiæ cæcitas, appellatur ambitio, & improbitas. de primo, in capitu. auaritiæ, de secundo, in capitu. quorundam, de elect. lib. 6. & ista duo excæcant animos, ut agenda non videant, & a prohibitis non declinent. 47. dis. virum, & in capitu. sunt ij, ibi Deuteronomij, leges huius. Postquam autem prohibuit aliqua fieri a regibus, nunc autem fieri mãdat aliqua, Deutero. secundum interpræatur secunda lex, & est figura euangelicæ legis, debet ergo Rex esse fidelis & catholicus. Et hoc præcipit. l. C. de episcopa. aud. auct. statuimus, vbi accipiens exemplar à sacerdotibus Leuiticæ tribus. per illos sacerdotes figuratur sancta mater ecclesia, à qua exemplar Christianæ legis, omnis rex debet assumere. Nec eleuetur cor eius in superbiã, hic repræhendit, ut aliqua alia prohibeat, scilicet superbiam cordis, quæ omnium uitiorum est radix. Super fratres suos apparet: igitur qđ illi qui sunt subditi, non sunt serui regis, sed fratres. Nec declinet in partem dexteram, uel sinistram, quasi rectum sit iudicium, non amore uel odio, quasi dicat, sit iustus. Debet iste bon' Rex esse fidelis Christianus, iustus & non pomposus, nec subditorum grauator, non luxuriosus, non auarus, nec superbus, uerba sunt Bald. in dicto tractatu, aliquibus allegationibus demptis, subdens. Alia autem facere debet Rex, quæ ponuntur. 23. q. 5. capitu. regum est, & c. rex debet. Sed ea quæ ibi ponuntur ad prædicta adaptantur, sed licet ibi ponatur quid rex facere debet, & qualis in se debeat esse, non tamen hic ponitur quid a subditis possit exigere, & ubi expensas maiestati regiæ congruentes facere debeat, sed hoc habemus expressum. 10. col. quæ sunt regalia. capitu. primo dicitur, quod ad regem pertinent omnia publica uectigalia, & census
6 publici, quæ ibi specialiter nominantur. † Et quod ad regem pertineat, ex necessaria causa
f ponere collectas, [f] ut ibi dicitur, & iure digestorum probatur, quod reges habent omnem potestatem, ut ff. de orig. iur. l. secunda. §. in initio, de quo dic, ut latius dicam infra in rubrica de donatiuo per curiam faciendo. Tantum ergo
7 minister iustitiæ se debet iustificare, † ut inter iusticiam, & misericordiam medium teneat ut ait

vt ait Gratianus.46. dis. omnis qui iusticiam iudicat, stateram in manu gestat, vtroque penso iusticiam, & misericordiam portet: sed per iusticiam reddit peccatis sententiam: & per misericordiam peccati temperat pœnam, vt iusto libramine quædam per æquitatem corrigat, quædam per misericordiam indulgeat. ¶ Qui Dei iudicia oculis suis præponit semper timens, & tempus in omni negocio formidat, ne de iusticiæ tramite deuia cadat, vt vnde non iustificatur, inde potius condemnetur. Et etiam iudex se debet iustificare, vt aliquomodo compassionem habeat miserorum in cap. vera iusticia. ea. dist. Et aliquo modo per misericordiam necessario miseretur, vnde iudicium sine misericordiam fiet ei qui non facit misericordiam. Ecclesiastes 7. & in §. præterea. 23. q. 4. & vide. c. sequẽs cum alijs sequentibus. In tantum autem principes uel reges iuste præsumuntur, & iusticiæ amatores, vt nunquam † præsumatur illos alicui
8 mandasse, vt iniusticiam faciant partibus, ut in delegatis, no. Innoc. in capi. cum olim abbas. de offi. delega. Et ex isto dicto sumunt doctores argumentum, † quòd si iudex delegatus contra
9 iusticiam pronunciat, sententia est nulla, quia contra formam mãdati. Et sic nulliter, extra de rescriptis. c. cũ dilecta. ff. mãdati. l. diligẽter. Nã nõ videtur mãdatũ quòd faciat iniusticiam: Et ideo dicũt q̃d sentẽtia excõmunicationis iniuste lata, per delegatum est nulla, & nõ tenenda, extra de præbendis. cap. fi. no. Archi. in cap. primo de offi. delega. libr. 6. & in capi. sententia. 11. q. 3. & Innoc. in c. quia cunctis, de conce. præbẽdæ, & Hostien. in sententia, de clerico excommunicato ministrante, ubi uide. Et primum de sententia iudicis delegati, iniusta, quòd sit nulla, quia contra formam mandati, tenet Arch. in d. c. primo, de offi. deleg. & Ioan. Fabri, in l. prima, C. de errore calculi, & in §. in bonæ fidei, insti. de actionibus. & Albericus de Rosatis, in l. bonafides. ff. depositi. Et est ratio, quia in generali mãdato, non venit iniusticia uel dolus. l. creditor. §. Lucius. ff. mandati. quod est vtile si est uerum, quòd sententia iniusta delegati nõ transit in rẽ iudicatam, etiam lata contra ius litigatoris, q̃d no. quia multum limitat. l. secundam. C. quando prouo. non est necesse, & l. primam, quæ sententiæ sine appellatione rescindantur, & ca. primum extra de re iudi. cum similibus. Sed saluo honore tantorum patrum dictum istud nũquã mihi uisum fuit, uerum, pluribus rationibus: Primo ex regula generali, quia sententia lata cõtra
g ius ligatoris transit[g] in rem iudicatam, & appellare opus est. lege prima, cum similibus, C. si sæpius in integrum resti. postu. † Secundò quia est
10 verum, quòd sit in dolo delegatus, pronuncian do contra iusticiam post quam non expresso errore, quia in iure maximè difficillimo & c. in perito non est dolosa ignorantia. Ad hoc quod no. in l. 3. §. idem. ff. ad exhiben. Et quod no. Ioan. Fabri, insti. de suspectis tu. §. tutor. & quod no. in c. cum inter R. seniorem, de elect. Tum etiam, q̃a delegatus quando contra formam expresam in mãdato pronunciat sentẽtia est nulla, ut in d. capi. cum dilecta, de rescriptis, in c. Pisanis, & cap. Lucanus, de resti. spolia. sed iniustus est processus vel sententia, quando delegatus non seruat formam mandati, sed iniustitiam facit parti. Et istud non est facere processum ipso iure nullum, imo talis processus est aliquis, quia licet intentio principis sit quod iusticiam faciat, nõ tamen hoc est de forma scilicet, iniustitia mandati, hoc tenet multum singulariter dominus Anto. de Butrio, in c. fi. de præbendis. dicens nõ obstare dictam decretalem finalem, quæ loquitur quando ut executor procedit, non tãquam iudex, ideo est nullus, uel si ut iudex processit contra mandatum, facit quod no. de rescriptis, ad audientiam, & c. cum dilecta. Quæ uerba ultimate dicta multũ pondera, quia limitant no. per Archi. in d. c. sententia pastoris. 11. q. 3. Et in dicto cap. primo, de officio deleg. Ad primum dictum domini Ant. de Bu. licet nil alleget, pro eo est casus in ca. Raynucius, de testa. quod not. Et sic vides ex suprascriptis qualiter princeps
11 se debet iustificare. † Et ita de eo semper præsumitur, quod de se iustitiam faciat, & eam mandet: quia administrator iustitiæ. Primo se, secundo alios iustificare, vnde dicitur quòd nõ pudeat errores vestros corrigere, qui positi estis, vt aliorum corrigatis errores, extra de accusa. c. qualiter, & quando. in primo, & alibi legitur, in quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini. 2. q. prima, capitu. Deus omnipotens. Sed qualis est iustificatio, quã quis in se debet habere? dicit quòd regulet se secundum metas, & dispositiones iuris communis, unde secundum Bald. in l. iusticia. ff. de iusticia & iure, si compromissum est factum de iure, & iusticia, & secundum ueritatẽ, talis arbiter, se debet iustificare secundum formam iuris communis. Nam uerũ & iustum conuertuntur sicut ens, & bonum argumen. ff. de statu. hominum. l. e. libertini, illud enim est iustum, & æquum arbitrium, in alio, quod bonus uir optat in se ipso. ff. de solu. l. prima. Et ideo quæcunque sit data potestas etiam
12 per ultimam uoluntatem, † non potest arbiter ius partis auferre; quia non se & alios iustificaret, hoc tenet Bartho. in l. dotalem. ff. de testam. mili. Et in extrauagan. ad reprimendum, super uerbo, uidebitur; & ideo iudices in iudicando se debent regulare secundum metas iuris communis, aliàs litem faciunt suam, in l. finali. ff. de uar. & extraordina. cog. Et in l. ex malefi. §. si iudex, de actio. & obliga. Et idem in arbitratori-
h bus, [h] vnde si contra iusticiam pronunciant, similiter litem suam faciunt; quamuis Bartolus dicat hoc leg. non cautum, tamen dicit eos teneri de dolo, & lata culpa, pro Bartol. facit l. unde si Neruę. ff. pro socio, Bald. uero dicit indistincte eos

& eos litem suam facere si contra iustitiam immodice partem lędit hoc dicit Bald. per illum tex. in lege, si quis in conscribendo. C. de pac.

## CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶ IVSTITIA.] Belluga inducit hic duas definitiones, ex Aristot. 2. Ethicor. & ex Tullio in Officijs. quarum nulla habet veras definitionis proprietates, & requisita, sunt enim potius quædam appropriata ad iustitiam, quam ipsius definitio. Vnde melior videtur illa tradita à iureconsulto in l. iustitia. ff. de iust. & iur. quod sit constans, & perpetua voluntas, ius suum vnicuique tribuens. quam diffinitionem ad legalem, ciuilemque iustitiã spectare asseruit, probauitque Vaconius à vacuna, declarat. iuris ciuil. lib. 1. declarat. 30. nume. 10. vbi aliam etiam iustitiæ partitionem attulit. Alio etiam modo eam diffiniuit idem Aristotel. in moralibus ad Nicomach. lib. 5. quòd iustitia sit actus, quo homines acti, ad res iustas agendas, & quo agunt, & volunt iusta. ¶ Cicero libro officiorum 1. iustitia est splendor magnus, ex quo viri boni nominantur, cuius munus primum est, ne cui quis noceat, nisi lacessitus iniuria, deinde vt communibus pro communibus vtatur, priuatis, vt suis. & ¶ Idem Cicero rursus Rethorico. 3. inquit, quòd iustitia est æquitas, ius vnicuique rei tribuens pro dignitate cuiusque. ¶ Ambrosius de offic. ait, iustitia est, quæ nihil alienum vendicat, cuilibet dat, quod suum est, negligit propriã vtilitatem, ut seruet communem æquitatem. ¶ Anselmus in lib. Cur Deus homo. iustitia (inquit) est animi libertas, tribuens vnicuique propriam dignitatem, maiori reuerentiam, pari concordiam, minori disciplinã, Deo obedientiam, sibi sanctimoniam, inimico patientiam, & egeno operosam misericordiam. ¶ Ioannes Antonius Piperonus Iureconsultus Contursinus, olim vicinus meus nonnulla de iustitia memoriter, & iocundè narrauit. de omni vero officio. lib. 5. cap. 1. 2. 3. & pluribus sequen. ¶ Ludolphus Saxonius Monachus Cartusiens. in lib. de vita Christi, primo, capitu. 21. inquit, quòd iustitia est reddere vnicuique quod suum est, & hæc videtur similis ferè diffinitioni supra notatę à Iureconsulto traditæ. ¶ Thomas de Aquino in secunda, secundę, q. 58. Articul. vltim. dixit, quòd iustitia est habitus, secundum quem aliquis constans. & perpetua voluntate ius suum vnicuique tribuit. quam refert, & sequitur Luc. de Pen. in l. neminem. colum. 2. C. de suscept. præposi. & Archi. lib. 10. ¶ Augustinus autẽ libr. quæstionum. 73. q. 31. inquit, quòd iustitia est habitus animi, communi vtilitate conseruata, suam cuique tribuens dignitatem. ¶ Cicero lib. 5. de finibus, inquit, quòd iustitia est habitus animi, communi utilitate seruata, suum cuique tribuens, atque societatem coniunctionis humanæ munificè, atq; ęque tuens. à quo cępisse quodammodo videtur August. quam Ciceronis descriptionem probare videtur etiam Andr. Tiraquel. in tract. de pœnis. caus. 14. num. 3. ¶ Salomon sapientiæ primo, iustitia est perpetua, & immortalis, refert Bernardin. Pandus in Prag. dispendia. num. 71. de iud. summar. ea tamen diffinitio non est, quia illa verba (perpetua, & immortalis) quæ stant pro genere, nõ conueniunt soli diffinito, quia non omne perpetuum, & immortale iustitia est, ut cuiquam rectè intuẽri cognitum est. ¶ Dominicus de Soto Segobiens. Hispanus. de iust. & iure. lib. 3. q. 2. artic. 1. & Didacus Couarruuias. in regul. peccatum. parte. 2. §. 7. nume. 4. enixe defendunt vlpiani iureconsulti diffinitionem supra notatam. à quo Dominico Soto Pãdus ubi supra, nomine ipsius suppresso acceperat omnes responsiones aduersus opposita diffinitioni à iureconsulto traditæ. quam etiam tuetur Marin. Freccia. de subfeud. Baron. lib. 1. de offic. magistr. iustitia. num. 6. quam & nos sine alio veram sentimus, & Philosophicè illam defendi subtiliter posse, non est tamen præsentis speculationis, sufficiat loca monstrasse. ¶ Thesaurus autem nouus in enarration. Euange. 6. Dominicæ post Trinit. super illo Matth. 5. (nisi abundauerit iustitia vestra) in eandem iustitiæ diffinitionem uidetur incidere. dicens, iustitia est uirtus, tribuens vnicuique quod suum est.

b ¶ ANIMA est immortalis.] Non defuere quàm plurimi, spiritu nequam & obstinati in malo ducti, uel eorum obstinatione in reprobum sensum incidentes, aut varijs phãtasmatũ, & argumẽtationũ modulis ducti q̃ dixerunt animam simul cum corpore, & interire, & corrumpi, quorum authores Arabes fuisse primos tradidit Eusebius lib. Historiæ ecclesiastic. 6. capit. 26. contra quos, & præsentia, & uerbis enixè animæ immortalitatem tutatus est Origenes Græcus. Sed quia opinio hęc manifesto errore dilabitur, & quę ab anima perennitatem, perpetuitatem, ac immortalitatem disseparet, omnium uiuentium is iure merito censeatur nequissimus, ita vt à fidelium cœtu disgregatus hæresis crimen apertè incurrisse cognoscat, ob id cum ista pestis multis iam antea seculis orta ab inuictissimis uiris est omni conatu defensa, ita ut apud ecclesiam nostram Catholicam ferè stultum sit de re eadem dubitari, cum & eadẽ Christo eius capite instructa immortalitatem animarũ fateatur, & teneat, idemque constituit legitimè in spiritu sancto congregat. in Lateranensi Concilio cui p̃fuit Leo Decimus Pontifex maximus. Sess. 8. cap. cum diebus. sub anno Domini. 1513. sub die. 19. Decemb. (quam etiam animæ corruptionẽ & falsam opinionem sequuta fuit Barbara Sigismundi Imperatoris coniux) quam & denuo postmodum suscitauit Hermannus Risswich de Holandia, contra quos enixè certat summus inter Modernos Theologus Alfonsus de Castro ꝯ hęres. li. 2. sub rubric. de Anima. cuius immortalitatem etiam fatentur nonnulli Philophi. vt refert hoc Augustin. sermon. 139. de tempore. de cuius immortalitate multa docuit, & reliquit idem Augustin. præsertim in euangel. Ioannis tracta. 23. dicens. immortalis esse dicitur anima, est quidem quia uiuit semper, & est in illa, quædam uita permanens. & lib. 7. de Genesi ad literam, cap. 28. dicit. Nunc tamen de anima, quam Deus inspirauit homini sufflando in eius faciem, nihil confirmo, nisi quia ex Deo sic est, ut non sit substantia Dei, (& post pauca) & quòd sit immortalis, & alibi pluries in operibus eius. quam opinionem pro anima Ethnicus tenuit Plato in Phedro. & post eum Xenocrates eius discipulus, quam animę immortalitatem à Pherecyde (ut Philosophi astruunt) inuentam, & à Pytagora susceptam, ac demum ab Archita Tarentino ea didicisse (Cicerone teste) Platonem. Referente Francisco Petrarcha rerum memorandarum. libro primo, tract. 2. capit. 14. quam, etiam sententiam licet Etnichus tenuit Cicero in Catone maiore. his verbis. O præclarum illum diem, cum in diuinorum illud animorum concilium, cetumque proficiscar, cumque ex hac turba, & colluuione discedam, proficiscar enim non ad eos solum uiros, de quibus ante dixi, sed etiam ad Catonem meum, quo nemo uir melior natus est, nemo pietate pręstantior: quam opinionem tenuit, defenditque summus orator, Philosophus, & Theologus Franciscus Petrarcha Epistol. familiari. libr. 2. Episto. 12. & iterum Episto. 51. & prę sertim eam fassus est immortalem Cyrus Persarum Rex (ut Cicero ex Xenophonte docuit) qui dum morti proximus esset filios alloquutus est hisce verbis. Nolite arbitrari mi filij charissimi,

me cũ à vobis discessero, nusquã aut nullum fore, neque enim dum eram vobiscum, animum meum uidebatis, sed eum esse in hoc corpore, ex his rebus, quas gerebam intelligebatis, eundem esse credito, & si nullum videbitis. Refert idem Petrarcha rerum memorandarum. lib. 3. tract. 2. cap. 28. subiungens. Quis enim dempta spe præmii mortis, tot humanæ uitæ pericula, tantosque labores perferet? Quis se à voluptatibus arcebit? aut impetus animi frenare volet? Quã ira, aut libido vocabit, sequetur quisq; ; ita totus hic pulcherrimus atque optimus rationis ordo turbabitur. & de animorum immortalitate libellum scripsit magister Philippus de Barbarijs ordinis prædicatorum, quem misit ad Honoratum Caietanum Fundorum Comitem. Nonnulla etiam disseruit Franciscus Philelphus in Oratio. Consolatoria ad Iacobum Anto. Marcellum Patritium Venetum. de Obitu filij. & nonnulli alij de ea re latissime scripserunt, Ioannes Aquilanus & Daniel Vicentinus Sermon. 54. & Petrus Neliç in eius sermonibus. & Carolus Bouillus Samarobrinus, & Cassiodorus post libros Variarum. Vnde cum ea non sit institutio nostri sermonis, nec de hac re Christianos dubitare debeant, nec de eius rei substantia ualeamus differere, concludo cum verbis Augustini lib. 7. de Genesi capitu. 1. vbi ait, cum res hæc difficilis sit, nisi Deus illum adiuuaret non rectè loquuturum. ob quod rem ipsam Theologis relinquimus, cum satis nobis sufficiat Christiana institutio; qua credimus, firmiterque, & tenaciter confitemur post hanc fragilem uitam, animas secundum merita, bonorum, aut malorum, ad uitæ, uel mortis perennē immortalitatem ituras.

c ¶ NOBILISSIMA virtus.] Lactantius Firmianus diuinarum institut. lib. 5. dixit, iustitiam, aut summam virtutem, aut virtutis fontem. Cicero in offici. omnium virtutum esse dominam, & Reginam asseuerat. Aristot. lib. 5. Moral. Nichomach. virtutum omnium eam præclarissimam appellat. Idem Cicer. lib. de legib. 1. asserit, iustitiam omnium virtutum causam, & sententiam esse.

d ¶ SE prius.] Vnde dici assolet antiqua illa Philosophorum sententia, cognosce te ipsum. Inde Salomon. Cantic. 2. si ignoras te, ò pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum, & pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum. De se enim iudicare iudicium est grauissimum, inquit Cicero. in Orat. pro P. Quintio. Inde Seneca lib. 1. de moribus ait, difficillimum est se ipsum uincere, & paulo post. Alteri semper ignoscito, tibi ipsi nunquam: nihil enim turpius quã qui obiicit alteri, quod sibi obiiciēdum est, quod enim de alienis tractas, ex tuis iudices. Inde Ioannes Gerson. de imitat. Christ. lib. 2. capit. 3. Habe (inquit) primũ zelum super temet ipsum, & tunc zelare poteris etiam iustè proximum tuum, & ibidem capitu. 4. inquit. Parua in alijs reprehendimus, nostra maiora pertransimus. edoctus ab illo. Matth. cap. 7. quid vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem in oculo tuo non uides. & Lucæ capitu. 6. hypocrita eiice, eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui. Quibus concinunt versus Poetæ illius.

Tollere festucam si uis de fratris Ocello
Quæ tua conturbat lumina tolle trabem.

Ob quod Paulus primo Timoth. 3. inquit. Qui domui suæ præesse nescit, quomodo præerit alienis? Inde Phalaris in Episto. ad Cleostratum. Qui alios castigare vult, omni eum crimine liberum esse oportet. cui assimilatur illud alterius Poetæ non contemnendum.

Castigans alios te castiga prius ipsum,
Vt castigatus, sis castigare paratus.

Ex historiarum monumentis Zalencus Locrensis, & Charondas Tirius in ipsos castigationem intulerunt. Quibus etiam Manlij torquati concinit historia, qui securi filium percussit, licet victoriam consequutus esset, quia in Samnites contra edictum pugnasset, ut inde alij discerent legibus obtemperari debere. de quo & virgil. lib. 6. Aeneid.

Sæuumque securi
Aspice Torquatum, & referentem signa Cammillũ.

e ¶ A DEO.] Iuxta illud. manete in ea vocatione, in qua vocati estis, & Matthias sorte (id est Dei gratia) ad Apostolatum assumptus, nec enim quis proprio conatu debet honores, dignitatesque ambire, nisi habeat potestatem desuper. vnde dicitur in cap. miramur. 61. distinct. Ad honorem sine suffragio temporis, sine merito laboris, indignum est peruenire, & notari ambitu solent, quos probitatis documenta non adiuuant. & iterum in capitu. qui Episcopatum. 8. q. 1. dicitur, locus superior sine quo populus regi non potest, & si administratur ut decet, indecenter tamen appetitur. Inde Chrisostomus in capitu. multi. 100. distin. inquit. quicunque desiderauerit primatum in terra, inueniet confusionem in cœlo, nec inter seruos Christi computabitur, qui de primatu tractauerit. Ideoque Dominus Matt. cap. 20. matri filiorum Zebedęi primatum pro filiis petenti, respondit nescitis quid petatis. & paulo post. Et qui uoluerit inter uos primus esse, erit vester seruus. Et arguit Iudæos uolentes appellari Rabbi, & appetentes primas cathedras, primosque concubitus. Matth. capitu. 23. Lucifer Angelus ambiit sibi parem Dei Sessionem parari, & cecidit. Adam dum audiuit, & eritis sicut Dij scientes bonum, & malum, gustauit & pœnas luit. Abimelech à muliere occisus, eo quòd septuaginta suos fratres occidi fecerat, ut certum obtineret Principatum in Sichem, ut patet Iudicum capitu. 9. & 2. Reg. 11. & retulit etiam Iosephus Antiq. Iudaicarum lib. 5. capitu. 9. & iterum lib. 7. capitu. 7. Absalon occisus est quia voluerit inter alia principatum patri arripere. 2. Reg. 16. 18. Ioseph. Antiquit. Iudaic. lib. 7. capitu. 9. Atalia et mulier mortuo filio Ioram ut ipsa sola regnaret, regios filios omnes interfici fecit (Ioade paruulo excepto, qui absconditus fuerat) & ob id ipsa demum occisa est: patet quarto Reg. 11. Remus occisus à Romulo, ut ipse solus regnaret, & eadem causa se mouit Cyrus erga Babilonios, Alexander Macedo contra Darium, Nabuchodonosor contra Dei populum, nequissimus Basianus Impe. contra Arthabanum Parthorum Regem, Totila contra Italiam, Turcharum Tyrannus contra Christianos, & Christianos etiam Principes contra seipsos, de quibus, & similibus quam plurimis referti sunt Historiarum libri. Contra quos Bernard. ait. Ambitio subtile malum est, secretum uirus, pestis occulta, doli artifex, mater hypochrisis, & viciorum origo. est enim ambitio inanis affectio potestatis, siue prelationis, ut docuit Albert. Magnus. lib. 2. sent. dist. 25. inde Bernard. in sermone ait. Potestatis ambitio Angelum fęlicitate angelica ad quam erat creatus priuauit, scientiæ appetitus hominem immortalitatis gloria spoliauit, non Euam cibus deflexerat, non mandatorum obliuio destituerat, sed promissio honoris illecebrosa decepit. & iterum alibi idem Bernard. O peruersitas, ò ambitio filiorum Adam quòd cum ascendere difficillimum sit, descendere autem facillimum, ipsi, & leuiter ascendunt & descendunt difficilius, parati ad honores, parati ad celsitudines supra modum, ipsis etiam angelicis spiritibus formidans. Vnde Leo Papa. 1. q. 1. Principatus, quē seditio extorsit, aut ambitus occupauit, etiam si actibus suis, uel moribus non offendat, ipsius tamen uitij sui exemplo perniciosus, & difficile est ut bono peragantur

gantur exitu, que malo sunt inchoata principio. inde in capitu. in scripturis. 8. q. 1. dicitur. Locus regiminis desiderantibus denegandus est, & fugientibus offerendus. Notanda demum sunt ad hoc verba Innocentij Papæ Tertij in lib. de miseria conditionis humanæ. Ambitiosus in superbiam extollitur, & in iactantiam effrenatur, nec curat prodesse, sed gloriatur præesse, præsumit se meliorem, quia cernit se superiorem, at bonum non facit gradus, sed virtus, non dignitas, sed honestas, ambitiosus priores dedignatur amicos, notos ignorat, externos, & comites contemnit, antiquis vultum auertit, uisum extollit, ceruicem erigit, saltum ostendit, grãdia loquitur, sublimia meditatur, subesse non patitur, preesse molitur, prælatis infestus, subditis onerosus, molesta non suffert, concepta non differt, præceps, & audax, gloriosus, & arrogans, grauis, & importunus, constat autem quòd omnia hec sunt ad ciuitatũ destructionem. & Paulus de Palatio Theologorum modernorum grauissimus super Matth. capitu. 20. inquit. ne scitis igitur quid petatis, creditis uos petere honorem, & petitis summum onus, summum periculum; petitis calicem exultationis, & uerè non est exultationis, sed continuæ passionis. Et idem Innocentius Tertius ubi supra inquit. Ambitiosus semper est pauidus, semper attentus ne dicatur quod displiceat, humilitatem simulat, affabilitatem exhibet, benignitatem ostendit, subsequitur, & obsequitur, cunctos honorat, uniuersis inclinatur, frequentat curias, uisitat optimates, assurgit, amplexatur, applaudit, & dulatur, cui etiam concinunt dicta Aristotel. libro primo. Magnorum moralium. capitul. 25. magnanimus est, qui nec maiore, nec minore, quam par sit vult honore honorari. Inde non spernendus erat antiquus Romanorum mos, quem retulit Augustin. lib. 5. de ciuitat. Dei cap. 1. qui cõstituerant duo templa unum Deæ honoris, & alterum Deæ uirtutis, & erant contiguæ, & ad honoris Deæ templus ingredi fas non erat, nisi per templum Deæ virtutis. E conuerso tamen Moyses Dei populi Principatum renuit, vt patet Exod. capitu. 3. & 4. Et Ieremias dum mitteretur ad predicationis officium dixit A, a, a, Domine nescio loqui, quia puer ego sum. Patet Hieremiæ. capitu. 1. Marcus Euangelista, ne assumeretur ad sacerdotium policem sibi fecit amputari. Gregorius in palam electus abscondit se in uegete, Hieronymus Cardinalatum renuntiauit, Ambrosius ne Mediolani fieret Archiepiscopus, meretrices ad domum ire fecit, Thomás de Aquino, renuntiauit Archiepiscopatui Neapolitano, similiter sanctus Vincentius ordinis eiusdem. Raymundus, Ioann. Germanus, Vmbertus Viennensis, Albertus Magnus vltro se suis Episcopatibus abdicarunt. Batildis vxor Clodouei regis, Etburga vxor Eduardi Regis Angliæ, relictis Regnis monasterijs se incluserunt, infinitique alij adduci possent pro negocij huius exemplo, placeat tamen tibi optimè lector de honorũ ambitu hec dixisse.

f ¶ IMPONERE collectas.] Dubium non est principem supremum, ac regem pro temporum vrgentia, & necessitate collectas subditis posse imponere. Bartol. in l. 1. in 2. not. C. de superindict. in l. unica. C. de mu. & in quo loco libro. 10. Bald. in l. placet. nume. 18. C. de sacrosan. eccles. Alexand. in l. 4. §. actor. nu. 13. ff. de re iudi. Fely. in capitu. dilecta. num. 95. de rescript. Cor. Perusian consil. 199. num. 23. volum. 1. refert, & sequitur Domi. Nicolaus Festasius in tract. de Aestimo. parte 2. capitul. 2. num. 5. & tenuit Dom. Cardi. Parisius in forma appretij. in princip. Sebastia. Neapodan. in capitu. Reg. item quòd iustitiarij & iudices, sub rubr. Quod iustitiarij nihil recip. ab uniuers. vbi etiam Ioan. Anto. de Nigris. ibidem num. 15. idem etiam ciuitates principis iure utentes, idem etiam facere poterunt regij consiliarii, Festasius ubi supra nume. 8. & 20. qui Festasius idem dicit procedere in Ducibus, Marchionibus, & Baronibus. sub nume. 12. cuius contrarium videmus in regno fieri, & obseruari, quia Barones subditis eas imponere nequeũt nisi vniuersitates pro suis necessitatibus aliqua onera statuerent cum superioris licentia. Guid. Papæ in deci. 87. si uilla, & uolunt supra notati.

g ¶ CONTRA ius litigatoris transit.] Quòd sententia contra ius litigatoris lata transeat in rem iudicatam. voluit etiam Ludouic. Roma. in consil. 228. pro plena. num. 11. ubi latè D. Orat. Mandosius. ¶ Guido tamen Papa in decisio. Gratianopol. 368. sententia lata. dicit q sententia lata contra ius litigatoris etiam quòd transiuerit in rem iudicatam si suaderet æquitas, & probaretur erronea retractaretur. allegat Specula. in titul. de sent. §. fi. versi. si sit lata, & capitu. cum inter. extra de re iudica. ¶ Quando autem dicatur sententia ferri contra ius litigatoris. Vide Lanfranc. de Orian. in rep. capitu. quoniam contra. in uersic. recusationes. in fi. extra, de probatio.

h ¶ IDEM in arbitratoribus.] Indistinctè veram arbitror sententiam Bellugæ hic in arbitris, ut si eorum sententiam, laudumue contra ius ferant, eorum arbitratio nulla sit. Guil. de monte Laudu. Card. & Georgius Natth. in clem. sæpe. de uerbo. significa. Angel. in consil. 188. sed nunc. colum. vlt. & in consil. 272. primus. colum. penul. Castrens. in consil. 71. Felin. in capitu. Pastoralis. §. quia vero num. 8. de offic. delega. & Ioan. de Arno in Problemat. 56. reponas. & latissimè vltra omnes ego dixi in Regia Aragonum. §. 3. gloss. 4. num. 31. 32. 33. ubi etiam dixi quid in arbitratore. & num. 44. dixi an arbitrator ferat sententiam contra ius litigatoris. & uide ibidem nu. 78. 79. & §. 7. glos. 1. nu. 4. vbi me refero ne transcribam quæ alias dixi.

## In §. Restat.

*SVMMARIVM.*

1 *Conditor legis, ea non obligatur.*
2 *Pœnam corporalem sibi imponere quis non potest.*
3 *Obseruatio iuris a partibus remitti non potest.*
4 *Princeps ordinem iudiciarium seruare non tenetur.*
5 *Quæ sunt iurisgentium, auferri non possunt.*
6 *Ius pluribus modis dicitur.*

Restat exẽplis probare, qualiter iusticiæ administrator se debet iustificare: unde refert Valerius maximus libro sexto, in titu. de iusticia. cap. 13. de eo qui legem condiderat, qua adulter utroque oculo veniebat priuandus, eius filio de adulterio conuicto, uix omni populo precanti indulsit, ut suo prius, deinde filij oculo eruto vsum videndi filio reliquit, ita debitum supplicij modum, legi reddidit æquitatis admirabile temperamẽtum, seque inter misericordem patrem, & iustũ legislatorem partitus est. Et ideo dicitur quod debitum modum supplicij seruauit quidem Titus qui antea legẽ edixerat, ut si quis concio

nes

nes ferro accinctus ingrederetur, statim necaretur: rure gladio accinctus domũ repetens subito, in dictam concionem sicut erat ingressus ab eo qui proximè constiterat, solutæ a se legis suę admonitus, imo ego illam (inquit) seruabo ac protinus ferro quo secum habebat districto, incubuit. Cumque liceret culpam uel dissimulare, uel errore defendere, pęnam tamen repręsentare maluit ne qua fraus iusticiæ foret. Sed ista exempla potius sunt de honestate, quã de necessitate, nec imponunt necessitatem aliis similia necessario facienda. Et sic dixit Gratianus, in dicto. capitul. mandasti. 2. quęstio.
1 5. & quia clarum est, † quòd lege non ligatur conditor, & si a superiore habeat potestatem condendi, quamuis contrarium teneat Archidiaco. in capitu. 2. de constitutio. libro sexto, allegans capitul. nemo. 11. quæstio. 3. Et hanc partem etiam tenet Paulus, disputando tamen contrarium, communiter tenetur. Nam quamuis Episcopus habeat potestatem statuti condendi, tamen non ligatur pœnis sui statuti. Et hoc tenet Ioann. An. in capitu. primo de rapt. & ibi dominus Antonius de Butrio, & in regu. cui licet, de regulis iuris, in mercuriali. Et sic dicti conditores dictarum legum, non debebant puniri sua lege,
2 † maximè pęna corporali, quam quis sibi ipsi imponere non potest, [a] vt vides in titu. de ijs qui mortem sibi consciu. Merito ergo dicta exempla non iuris necessitatem imponunt, sed uirtutis impositionem, & maximam sui & suorum executorum iustitiam. & condecen. honesta. & uirtutis factam. Sed iustificatio in se est, ut secundum iuris dispositionem iudicet iuris ordinem obseruando [b] secũda, quæstione prima, per totam quęstionem.
3 intantum, quòd talis† iustificatio obseruantiæ ordinis iudiciarij remitti per partes nõ possit, ut no. glos. in capitu. de causis. de offic. delega. Et hoc fallit in notoriis, in quibus non est usquequaque ordo iudiciarius obseruandus, in capitu. de manifesta. secunda, quæstio. prima, extra de iureiuran. cap. ad nostram.
4 † Fallit etiam in principe, qui non tenetur ordinem iudiciarium obseruare, extra de re iudicat. capitul. in causis. Tenetur tamen ad faciendum citari partem, [c] aliàs non ualeret sentẽtia principis, imo posset opponi de nullitate, argument. le. final. cum sua gloss. C. de legibus. Ratio enim quare necessario in principis sententia pars est citanda, est, ut possit se defendere, quæ defensio est de iure gentium seu naturali.
5 † Et ideo non potest auferri, ut lege. 3. §. si ad diem, de re milita. Et in capitu. pastoralis, de re iudicata, in cle. ff. de adop. l. adopt. non iure facta. Et l. nam ita diuus. ff. de adoptio. C. de iure fisci. leg. defensionis facultas, libro decimo, not. in lege, ut uim. ff. de iusticia & iure. Et quamuis in processu principis, necessario non requiratur obseruantia ordinis iudiciarij uel solemnitatis legalis, tamen ea quæ sunt iurisgentium non debent deesse, quia pertinent ad naturalem æquitatem. Et hoc uidetur innuere tex. in l. finali. C. de legibus, in uerbo, cognitionaliter. Quem tex. Bald. multum commendat. Aliqui tamen uolunt dicere quòd in sententia principis non requiratur citatio, allegantes glossam in capitulo, Apostolicæ 31. q. nona, & ita uidetur tenere ȿalyce. in l. ne causas. C. de appellation. quod dictum posset tollerari, si princeps cognitionaliter parte audita de negocio cognouisset, ut iam non restaret nisi sola sententiæ publicatio, ut probat bene ille textus, in l. finali. Et probatur in capitu. cum olim, de re iudica. ubi dominus Antonius de Butrio dicit etiã casum, quod quamuis notoriè requiratur sentẽtia, ut notatur extra de diuortiis. Porro tamẽ princeps, in notorio sine citatione procedit: bene facit capitu. Cum sit Roma, in fine, de appellatio. Et quòd notabiliter tenentur iudices se iustificare secundum ius iudicando, & iudiciarium ordinem obseruando, & si contra ius pronunciant, uel contra ius faciunt, iniusticiam faciunt.
6 † Et ius pluribus modis dicitur, ut in l. ius pluribus. ff. de iusticia & iure. Sed in nostris regnis, ius & iusticiam principaliter habemus considerare, secundum ius a lege regia, cum regnicolis æditum, quod leges generales sunt, & in contractum iuratum transeuntes. Et ille tanquam ius naturale ex pacto etiam iuramenti obligatione, principem, & cæteros officiales obligant. Ad hoc nota. in lege, digna vox. C. de legibus, cum similibus, sæpe allegatis. Et istæ leges in Cathalonia uocantur constitutiones, in Aragonia, & Valentia uocantur fori. Et istę, ut leges generales, & iuratæ, sunt ab omnibus iudicibus obseruandæ, extra de iureiurand. capitulo uenientes. Item debet princeps, & alii iudices, bonas tenere consuetudines & obseruare, extra, de eo qui mittitur, in possession. capitu. cum uenisset, & dicto capitulo, uenientes. Et istæ in Aragonia obseruantiæ notantur, & ita princeps in Aragonia illas iurat quemadmodum foros, & non est mirandum cum habeant uim legis, lege deficiẽ. ff. de legibus. leg. de quibus. Si ergo casus non esset a lege regni prouisus, standum est longeuæ consuetudini. l. diuturna. ff. de legibus.

CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶ IMPONERE non potest.] Pœnam corporalem indistinctè quis sibi ipsi imponere nequit, cum membrorum suorum dominus nemo sit. vulg. l. liber homo. la 1. ff. ad leg. Aquil. cuius authoritate dixit Guido Pap. in decision. Granopo. 278. an homo. quod quis non potest se obligare ad pugni amputationem. de quo uideri poterit Hyppolit. de Marsil. in sing. 189. Tu audiuisti, & in l. 1. nu. 3. ff. de sicar. & late. D. Iodocus Damhouderius, in Praxi crimina. c. 88. per totum. Inde notatur Marci Aemylij Scauri filius, qui cum bellũ deseruisset, prohibitu

hibitus à patre, ne ad conspectum eius veniret, sibi ipsi mortem dedit. Authore Plinio Iuniore. De viris Illustribus. capitu. 72. de M. Aemil. Scaur. & dicit etiam Floria. de sanct. Petr. in dicta l. liber homo. quòd quis ideo nec ad priuatum carcerem, nec ad torturam poterit se obligare.

b ¶IVRIS ordinem obseruando.] Ordo iudiciarius non obseruatus reddit sententiam nullam. Doc. in l. prolatam. C. de senten. & notatur in l. 1. C. de execut. rei iudic. & uoluit multa allegans Sebastia. Vanti. in tract. nullitat. titul. de nullitat. ex defect. proc. num. 1. quorum authoritate dixit Io. de Imol. in l. 1. ff. de ferijs. quòd sententia non visis probationibus prolata nulla est, quia sententia contra iuris ordinem prolata dicetur, & absq; causæ cognitione. sequitur referendo Anto. de Alexand. in l. 1. colum. 7. versicu. tu aduerte. C. de eden. quod procedit etiam in causis possessorijs. Bald. in l. naturaliter. §. nihil cõe. ff. de acq. poss. Abb. Panor. & Feli. in c. consultationibus de offic. delega. immo nec posse per partes remitti. l. 1. C. qui accus. non poss. Gui. Papę in decisio. 216. & Capicius in deci. Neap. 47. in causa baronis. ¶Ampliaturque hoc procedere non solum in prædictis, sed etiã in causis fiscalibus, in ipsis enim sicut in causis priuatorum ordo seruandus est. voluit notabiliter Rol. à Valle in consi. 89. Et si apud. nu. 7. vol. 2. ¶Fallit in Principe, & Imperatore, qui ordinem iudiciarium seruare non tenebitur, vt hic sentit Belluga. & voluit Bart. in l. Aemilius Largianus. ff. de minorib. sentit alios allegans, Thomas Grammat. in decis. Neapol. 19. lata sententia. nu. 3. & in deci. 62. in causa magnificorum. num. 30. 31. vbi asserit idem procedere ẽt in principis Concistorio, & Concilio. nouissime etiam quamplures afferens Doctor. authoritates magni nominis Iureconsultus Do. Iacobus Menochius. in consil. 2. Magni ponderis. nu. 158. volu. 1. Quod est etiam insertum post tractatum de recuperandi possessione eiusdem domini Menochij. Videndus est tamen, quid in ea re dicat Sebast. Vantius. vbi supra. num. 2. 3. 4. ¶Secundo fallit in præparatorijs iudiciorum, in quibus ordinem iudiciarium seruari pro solemnitate non videtur. sentit Bald. in l. quæramus. vbi dicit esse menti tenendum. ff. de testam. cum moderamine pulchrè posito à nostri temporis celeberrimo Iureconsulto Do. Rolando à Valle in consil. 71. viso processu num. 25. volum. 1. ¶Tertio fallit quando articulus iuris tantum tractaretur, tunc enim iudiciarius ordo non exigitur, vt voluit Modernorum Princeps D. Iacobus Menoc. de arbitrar. iud. qõnib. li. 1. q. 53. nu. 6. ¶Quarto, & ultimo (ne diutius i hoc detinear) fallit in causis sũmariis (ut sunt oẽs ciuiles in hoc regno Neap. per c. detestãdus) in quib. iuris ordo non exigitur, immo non solum in cã una de se ipsa, ad seipsam, sed de una cã, ad aliã causam. voluit August. Berous. q. 23. stante cõpromisso, & ex Pari. de Puteo voluit Bernard. Pand. in prag. dispẽdia nu. 131. de iudic. summar. ubi dicit in causis summariis præposterationis exceptionem esse sublatam.

c ¶CITARI partem.] Nec Papa, Imperator, aut Princeps citationis solemnitatem poterunt submouere, nec ẽt eadem statuto tolli poterit, ut tenuit Calde. in consi. 8. in fi. in tit. de re iudic. Ange. in consi. 165. in facto proponitur. in fi. Petr. de Anchã. in consil. 211. in iure cõmuni. Vantius alios allegans in tract. nullit. tit. quis poss. dicer. de nullit. nu. 49. & per transennam voluit iurisconsultissimus D. Iacobus Menochius. in consil. 100. quæ nunc nume. 97. volum 1. & uoluerat Fel. in capitu. ex parte, il secundo nume. 9 de offi. & pote. iudic. deleg. ubi dando regulam quod ex statuto possint exceptiones repelli, dicit secus si exceptio ex citationis defectu prouenire: illa etenim statuto remoueri non poterit, cum iuris sit naturalis. vulga. clem. Pastoralis. de re iud. uoluit Maria. Soci. Senior in consil. 12. quoniam in præsentiarũ colum. 2. uersic. Item hoc procedit. volum. 1. Matth. de Afflict. in decisio. Neap. 245. Magnifici nobiles. num. 10. est enim de iure diuino ab hominis creatione, cũ Deus Adam citauit in Paradiso deliciarum. Genes. capitu. 4. voluit Bald. in l. cum fratrem. colum. fina. uersicu. dubitari consueuit. C. de his quibus, ut indigna. Panormi. in cap. 1. num. 5. de caus. poss. & proprieta. & in cap. cum olim. nume. 26. de senten. excommu. Masuerius. in sua practi. titul. de adiornament. num. 2. Robert. Maranta in Specu. aureo. 17. distin. nume. 10. Matth. de Afflict. in constitu. Reg. in rubri. de exord. præparat. iudic. num. 2. & Ioannes Bessianus in consuetud. Aruerniens. tit. de Adiournemens. articul. 1. colu. 1. Ad tutelam enim, & ad defensionis finem inuenta est, ut possit citatus reus defendi, ut est textus. in l. defensionis facultas. C. de iure fisc. lib. 10. quę defensio, ut proxime dictum est (tolli, per statutum, aut principem non potest) cum iuris sit naturalis. l. ut uim. ff. de iust. & iur. & uoluit Abb. Panor. in cap. dilecti. nume. 13. de exceptio. ubi disputans an defensio possit per statutum tolli? dicit quòd aut defensio est iuris naturalis (ut in casu de quo agitur) & tunc nec per principem, nec per statutum tolli poterit. arg. §. sed & naturalia. Inst. de iur. natu. gent. & ciuil. ante cum Bartol. in l. cum mulier. num. 6. ff. solu. matr. aut iuris positiui, & tunc tolli poterunt non autem naturalis. quibus iungendus est text. iuncta gloss. in l. fi. C. si contra ius, uel util. public. ubi si concessum fuerit rescriptum, bulla, vel pragmatica sanctio in preiudiciũ iuris naturalis non ualet. Innoc. in cap. quæ in ecclesiarum. colum. 1. de constitu. quod in specie princeps citationem tollere nequeat tenuit Nicol. Boer. in decisio Burdegal. 247. num. 5. 6. 7. volum. 2. allegat Panormita. in c. ea quæ. nu. 9. de sent. & re iudica. vbi dicit Principem posse supplere defectum iuris positiui, non autem naturalis. sequitur ibidem Feli. nu. 5. 6. & plura allegans Hippolyt. de Marsil. singul. 79. confirmatio. hinc dicebat notabiliter Bald. in capitu. cum à nobis. in fi. de exceptio. quòd statutum tollens defensionem intelligitur de ciuili, non de naturali, sicut & Papa defensionem inductam positiuo iure tollere poterit: de iure tamen naturali inductam minime. Dominic. Gemi. in capitu. non solum. in princip. de appellatio. in 6. Ideo facit notabile dictum Bald. in l. 1. colum. 4. C. quomod. & quand. iudex. quòd statutum permittens absentem condemnari capitaliter, intelligitur dum tamen fuerit citatus, quia alias contrariũ à statuto prouideri nõ posset, ut hoc, & alia multa uoluit Fel. in d. c. dilecti. nu. 9. de excep. ob quod Bartol. in l. 2. nu. 17. ff. si quis ius voca. nõ ierit. dicit ꝙ cõtumax in mulcta cõdemnari nõ potest, nisi citetur iterũ, & ꝓfigatur ei terminus ad se defendẽdũ. Eiusdẽ ẽt sniæ fuit Ludoui. Rom. in rep. l. 1. col. 15. uers. aduertẽdũ tamẽ. C. de hęred. inst. ubi cũ moderamine quodã alloquẽs inquit citationẽ iuris esse naturalis, nõ tamẽ per se, sed ꝓpter defensionẽ, ergo (dicit ipse) vbi defensio nõ cõpetit, nec citatio exigitur arg. notatorũ ꝑ Bal. in l. executorẽ. C. de execut. rei iud. Vnde dicũt Anto. de Butr. & Io. ab Imo. in dicta cle. Pastoralis, ꝙ nõ ualet statutũ ꝙ qs nõ citetur ad sniam, (de quorũ dictorũ veritate infra latius dicã,) approbarunt hanc ẽt opinationẽ Cardin. & Panor. in c. 1. de caus. poss. & proprie. idem Abb. in c. in causis. de re iud. in c. cũ inter. de elect. in c. causam, de præscr. in c. inter quatuor. de maio. & ob. clarius idẽ Panor. in c. cum olim. de re iud. vbi dicit quòd cum citatio sit de iure diuino, ut in capi. dominus omnipotens. 2. q. 1. contra istud ꝓceptũ negatiuũ, ꝙ nõ possit ꝓcedi parte nõ citata in cã, in qua verti potest causę cognitio, Pa-

pa, vel Imperator non dispensat, quia in tali præcepto nũquam intelligitur in lege diuina dispensatum. iuxta nota ta per Inno. in dicto. c. quæ in ecclesiarum, vbi cæteri docto. de constit. approbat Bald. in l. fi. C. de legibus, & in præludijs feudorum colum. 4. vbi postquam dixit quòd Papa de Potestatis plenitudine potest procedere parte non citata, opponit de tex. dictæ clem. pastoralis. de re iud. sentiens oppositum. & copiosè Barthol. Socy. in cõsil. 164. uisa bulla. colum. 6. uersi. contrariam tamen, volum. 2. latius in consil. 166. in causa quæ uertitur. colum. 18. versi. sed tamen præmissis. eo. volum. 2. naturalia nãque iura auferri, aut commutari nequeunt, voluit Arist. libr. 1. Rethoric 16. & libr. 5. moral. Nichomacorum. 11. & facit c. final. 6. distinct. nec poterit attentari in Regno, cum causæ ciuiles sint summariæ, quòd in eis omitti citatio poterit, hoc enim non obstante requiritur, per supradicta enim quæ sunt iuris positiui intelliguntur sublata, non quæ iuris sunt naturæ. not. in clem. sæpe. de verbo. signifi. voluit Bartol. in extrauag. ad reprimendum, in versi. figura. in fi. Andr. de Isern. in regni Consti. item dira & dura, sub rub. de inquisit. faciend. vbi dicit principem nullo pacto defensionem tollere posse. & in titul. quæ sint rega. in versicu. Argentariæ. nume. 2. voluit Petrus de Anchara. in consil. 97. Alexand. in consil. 6. circa processum. colum. 1. uersicu. tamen hoc. volum. 3. & tenuit Bald. in l. prolatam. C. de senten. Troisius, & Pandus in pragma. Dispendia. num. 66. Bald. in l. si mancipium, ff. de euict. uoluit Francisc. Aretin. in capitul. dilecti. de iud. ubi dicit quòd licet per principem causæ sint factæ summariæ, per talia tamen verba uidentur sublatæ solemnitates iuris ciuilis, & fortè ordo iudiciarius inductus à iure ciuili, allegat Anton. de Butrio ibi. & sequitur Philipp. Dec. num. 3. Franciscus Cur. in apostil. ad Alex. in l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. num. 8. ff. de verbo. obligatio. & voluit Maria. Soc. senior. in consil. 24. visis, ac diligenter. colum. fi. uers. insuper. volumi. 1. voluit Ludouic. Roma. in consil. 519. in casu propositæ consultationis. nume. 4. voluit Georg. Nattha in repe. dictæ clemen. sæpe. in uersi. dilationes. colum. 76. de uerb. signific. Panor. in dicto capitu. dilecti nume. 5. Bartol. in l. filiusfamilias nu. 4. ff. de donatio. Matthe. de Afflic. in decisio. Neapo. 391. fuit dubitatum. num. 2. Ante hos Archidiacon. in cap. Cenomanensem. 56. distinct. Bald. in dicta. l. prolatam. Marianus Senior. in dicto consil. 12. colum. 1. ubi dicit quòd Deus citauit Adam, & poterat eum nihilominus de facto punire, nec fuisset, qui ei dixisset cur ita facis? sequitur Orianus in dicta clem. sæpe. colu. 2. versicu. sexta conclusio. Paris de Puteo. in tract. sindicatus. versicu. sententia. capitulo, utrum iudex. nume. 12. Lucas de Penna in l. hac lege. colum. 7. C. de proxim. sacro. scri. libro decimo. inde Dominus Anto. de Butrio in capitu. 2. de iurament. calum. dicit quòd si causa committitur cognoscenda, & terminanda de veritate, & æquitate, quòd excluduntur tantummodo solemnitates rigorosæ iuris positiui, non autem iuris naturalis. Idem refert, & sequitur Alexand. in dicto consil. 6. circa processum. colum. 1. versicu. accedit. vol. 3. hanc ipsam opinionem tenuit Hostiens. in capitu. in nostra. de Procurato. Angel. in l. princeps. ff. de legibus. Iason in l. nec quicquã §. ubi decretum. colum. 5. ff. de offi. proconsul. Vdalrich. Zasius in consilio decimo, volumine secundo. Thomas Grammat. in Decisio. Neapo. 105. Magnifica Portia. nume. 4. cum infinitis propemodum allegatis per Iacob. Phil. Por. in tract. concl. lib. 1. conclusio. 43. Ampliat. 2. & hæc est communis Doctorum sententia. ¶ Limita primò istam conclusionem non procedere quotiescunque princeps id faceret de plenitudine potestatis: poterit eo casu ab eo citatio omitti, vt uoluit Ioan. de Imol. in dicto capitu. in nostra. columna quarta, ante eum Ioann. Andr. in additio. Specula. in titul. de senten. §. iuxta. in versicu. est etiam nulla, & multa allegans uoluit Marsil. singul. 75. citatio. & tenuit Thomas Grammatic. in decisio. Neapo. 65. Excellens Comitissa. num. 50. & sequen. ¶ Contrarium tamen quòd nec de plenitudine potestatis possit Princeps citationem omittere, vt multos referens tenuit Bartol. Socin. in consil. 164. uisa bulla. colũna quarta, uersiculo. Amplius dico. & columna quinta, uersicu. tertium principale. volumi. 2. ubi per duas colum. tuetur nõ posse principem omittere citationem de potestatis plenitudine, cui me subscribo: habet enim ista opinio suos sectatores. Franciscus Aretin. in consil. 165. colum. 10. versicu. venio ad secundum. Felin. in capitulo cum olim. colum. 10. de re iudicat. Curtium in consil. 50. columna sexta, Iason in l. Gallus. colum. quarta, in lectura. in princip. ff. de liberis & posthum. & in consil. 177. colum. quarta, uolum. 1. Carol. Rum. in consil. 229. colum. 4. uolum. 1. Thomas Grammatic. sibi contrarius in consil. ciuil. 81. colum. 3. & in consil. 86. colum. 4. & in consil. 150. colum. 1. Licet hanc conetur subuertere Petrus Duennas regul. 43. Fallent. 5. versicu. & idem. ¶ Exciperem tamen ab hac opinione, non procedere in beneficialibus, in quibus Papa liberam habet administrandi potestatem, ut in eis citatione penitus omissa procedere valeat de plenitudine potestatis. uoluit Barthol. Soc. in dicto consi. 164. col. 7. uersicu. secundus casus est, uolum. 2. & iterum in consil. 266. colum. 15. uersicu. secũdus. eo. uolum. 2. Aymo. consil. 5 colum. 1. Ludouic. Gozad. in consil. 5. colum. penul. ¶ Secundo limita Principem per clausulas ex certa scientia, & motus proprij. idem etiam si esset clausula, supplentes omnes, & singulos defectus. Salyce. in l. nec causas. C. de appella. de quorum veritate copiosissime tractat Portius in tract. conc. li. 1. conc. 43. Ampli. 2. ¶ Tertiò limita non procedere in citatione ad sententiam, ipsa enim poterit omitti. ita uoluit Socin. in l. si quis arbitratu. colum. 14. ff. de verbor. obliga. Bartol. in extrauagan. ad reprimendum. in uersi. figura. Georgius Nath. in clemen. sæpe. §. Et quia, de verbo. significa. Matth. de Afflic. in decisio. Neapolita. 283. diu est quòd fuit. num. 6. Portius vbi supra. posito enim quòd citatio iuris sit naturalis, & ad defensionis finem adinuenta, ut dicta clem. Pastoralis: tamen cum citatio ad sententiam fiat facta conclusione in causa, dici non poterit quòd illa citatio fiat ad effectum defensionis, cũ post conclusionem, defensionem aliquam non admitti regulare sit, per conclusionem etenim partibus os clauditur. glo. in §. quem vero multi. authen. de testib. habetur in capitu. cum dilectus, de fid. instrum. Vincet. Maxill. in consuetud. Bari. §. cum durante. nume. 10. sub rubric. de fide instrumentorum. Tum maxime cum citatio ad sententiam non sit cognita de iure naturali, quia cum inuenta sit propter sententiam, sententia autem iuris ciuilis non naturalis est cum sententia principale inuentum sit positiui iuris, necesse est: non inficiari citationẽ ad eam audiendam uti accessorium esse eiusdem inuentionis. argumen. capitu. accessorium. de regul. iuris. cũ similibus. quodque citatio ad sententiam sit de iureciuili. tenuit Rapha. Comensis. in consil. 7. uisis compromisso. col. 4. & duodecima. ¶ Quarto limita principem omittere posse citationem quotiescunque id faceret fauore ecclesiæ, uel piæ causæ. gloss. in le. antepenultima, ff. ex quibus causis maior. Ioann. Andr. in dicto capitulo. cum olim. in fin. in Nouella Marian. Socin. Senior in tractatu citationum columna 59. casu 34. Bald. in lege secunda, C. quomodo, & quando iud. Antonius Nicellus in concord. 52. fallen. vigesimasexta, Crotus in l. Gallus. §. quid si tantum. colu. quadragesimasexta, ff. de

ff.de liberis,& posthum. Parisius in consilio 111. colu. 16.volumine. primo. ¶ Quinto limitatur non procedere quotiescunque Principi, & superiori innotesceret nullam citando competere defensionem, tunc enim omitti citatio poterit.ita eleganter nonnullas tradens in hoc negocio authoritates, voluit Famosus Iureconsultus D.Iacobus Menochius.de arbitrariis iudic. quæstionibus.lib.1.q.17.nu.15.cui addi ad eam rem potest, eo; quòd frustra fit,quod factū nō releuaret.Reg. uulg. temperarem certè dictum ita generale,audiendam fore partem quoties prætenderet competere reo defensionem, & consequenter citandam,prout familiari affectione loquendo de limitatione ista D.Menochii dicebat amicus noster Dom.Lucas Antonius Bassus subtilis Iureconsultus. ¶ Sexto,& vltimo limitatur,quòd licet princeps citationem, quoad primæua iuris naturalis principia omittere nequeat, tamen hanc, uel istam, quæ ad solam causæ determinationem tendit, omittere poterit vt uoluit idem Dom.Menochius, qui non monochius, sed centum habet oculos in fronte. in eius consil. 100. Quæ nunc. nu.97.100.vol.1.& hæc limitatio tendit, & facit ad tertiam supra traditam.

## In §. His igitur.

*SVMMARIVM.*

1 *Princeps non recognoscens superiorem, non tenetur seruare leges Romanorum.*
2 *Franciæ Rex Imperatorem superiorem non habet.*
3 *Leges non possunt omnes casus comprehendere.*
4 *Leges non dedignantur sacros canones imitari.*
5 *Priuilegium principis debet esse mansurum.*
6 *Transgrediens consuetudinem, puniendus est.*
7 *Consuetudo contra constitutionem non ualet.*
8 *Stylus curiæ, qualiter seruari debeat.*
9 *Iudex debet inquirere consuetudinem prouinciæ.*
10 *Consuetudo unius curiæ ad aliam non extenditur.*
11 *Contrahentes uidentur tacite consentire legibus fori.*
12 *In ordinatorijs iudicij attenditur locus ubi iudicium exercetur.*
13 *Dotis priuilegium.*

His igitur ad grauaminum materiam pertinentibus, ut euidentialibus præmissis, est uidēdum, quid sit grauamen, quotidie enim de grauaminibus curiæ loquimur, & quid sit grauamen pœnitus ignoramus. Dic ergo quòd grauamen est iniuria, vel oppressio a iudice contra iusticiam facta: hoc probatur per capitu. omnis oppressus,& capitu.si quis putauerit, & capit. Romana,iuncto capitu.Ideoque.§. cum ergo. secunda,quæstio.sexta.qui sunt tex. singulares ad materiam. Nam vt ibi vides proprie grauati sunt a iudice oppresi, uel iniuriam passi. Et hoc proprie est ante sententiæ prolationem. Nam post sententiæ prolationem propriè non dicitur grauari, sed iniuste condemnari. Iste est mirabilis tex.in materia in capi. Ideoque. in §. oppressi.secunda,quæstione sexta. ubi text.dicit,oppressi sunt, & se prægrauari putantes:intelligatur ante datam sententiam, iniuste uero damnati post datam: Quasi dicant iniustè damnatus per sententiā remedium appellationis,ad dicendum de nullitate, & alia remedia habet, sed oppressus, & iniuriam passus a iudice solum aditum habet ad superiorem per quærelam maxime,quia ante sentētiam nisi in casibus iura ciuilia appellare non permittunt. ff.de appellatio.recipiendis.l.secunda. Ad hoc igitur ut plene uideas,in quibus casibus iudices grauant, opprimunt uel iniurias inferunt subditis, & districtualibus suis. Et videre quid iudex facere habet, ut ex illius ergo merito grauamine argui possit. Et certè, ut uidisti desuper satis late dictum, iudices iusticiam facere tenentur. Et hoc uerbum, satis latè patet, nam omnis qui facit contra ius, iniusti-
1 tiam facit. Et sic grauat. Sed certè in hoc regno,in quo princeps non recognoscit superiorem Imperatorem, ut nota. in capitulo, Adrianus.sexagesim.distinctio.& in capitulo,& si necesse, de donation. inter virum & uxorem.& in capitulo.per uenerabilem, qui filij sint legitimi, princeps nec eorum officiales, non arctantur ad obseruantiam iuris communis, iuriscōsultorum nec Imperatorum. Et ideo Parisius, quę est ciuitas Regis Franciæ, Imperatorem
a non recognoscentis [a] ubi est studium generale, leges sunt prohibitæ legi, ut in capitulo.su
2 per Speculato. de priuilegiis. † Ideo quia in Francia, & nonnullis aliis prouinciis, laici Imperatorum legibus non utuntur, vt ibi, & ideo dicit Oldradus, suis consiliis, consilio incipiente, Consueuit dubitari. & est consilium 69. quod Hispani fecerunt legem, quòd quicunque allegaret legem Imperatoris in iudicio capite puniretur, quam legem hodie non habemus, vel in desuetudinem forsan abijt, ut notat, in capitulo primo, extra de treuga & pace. Quomodo ergo si princeps uel eius officiales, in ijs regnis non tenentur ad iuris positiui obseruantiam, si contra ius faciunt possunt grauare. Dicit,quòd si princeps vel officiales eius, in his regnis faciunt contra legem regni pactam, & in contractum transeuntis iuratam uel contra legem regiam Pragmaticam, uel constitutionem, ut in capitu.primo, de rerum permutatione.quòd non est dubium quin grauant, quia illud est ius constitutum per principem cum sua curia, vt in l. secunda, de orig. iuris. & commune, quo ad regnum, & sic illius obseruantia omnes ligat,& est irreuocabilis.Sed vbi lex regni nō sufficeret,
3 †quia non possunt omnes casus legis comprehendi.ff.de legibus.l.non possunt.ff.de præscriptis verbis.l. naturę.iudex eo casu, naturalem

rationem seruare tenetur. Et hoc aliquoties. le. cauetur, ut in Valētina prouincia. Sed ubi hoc non esset cautum, tunc recurrendum esset ad ius naturale. Nam ius naturale pro ueritate habetur. 8. distin. cap. veritatis, & sequenti. Et q̄a illud præsumitur vigere vbiq; locorum, ut not. singulariter Bald. in l. 2. C. quemadmodum testamenta aperiantur. Et vbi iure naturali talis casus dispositus non esset scd̄m rationem: scd̄m bonum & æquum iudex debet procedere, & sic scd̄m ius positiuum, quia ius & ratio conuertū tur. de bonis damnatorū. l. cum ratio, extra de p̄bend. c. rō, & quod ad ius commune sit, eo casu recurrendum, not. per Hostien. in summa, in ti. de feud. c. apud quem, versi. sinautem uasallus, & vide. l. omnes populi in fi. de iusticia & iure. Et deficiente lege, vel canone, ad rationem naturalem est recurrendum, & illa pro lege seruā da est, decimanona distin. cap. si Romanorum, & 5. distin. c. frustra. & no. prima dist. capi. consuetudo. Et hæc ratio naturalis in aliquibus ꝓuincijs stat in capite prudentum procerum regni, ad quorum consilium iudices habent iudicare, aliās grauāt, & malefaciunt ex illarum priuilegio: vbi tale priuilegium non esset, esset ad principem recurrēdum, qui iura omnia in scrinio pectoris habere dicitur, de constitu. cap. licet, & ideo ad eum, ut ad fontem rationis de dubio iure recurrendum est. C. de legib. l. humanum, & l. cum de nouo. Et ibi Bald. & ideo tali casu princeps consultus solet respondere ad ꝓposita. iste est tex. in authen. diuin. iussio. subscrip. §. primo. colum. octaua, & iudex sic procedens non degenerat. Ad hoc allego tibi glo. auream in l. prima, ff. de appellatio. ad hoc notat. p̄ Innoc. de constitu. quæ in ecclesiarum. Et per Bald. in l. prima, quomodo, & quando iudex. licet de prædictis nil alleget, & satis perfunctorie transeat. Sed pone quòd sit diuersitas, inter ius canonicum, & ciuile, quod ius sequerentur iudices, canonum uel ciuile? dicas quod ius canonicum, quia maiore nititur æquitate, argu. extra de transact. cap. finali. 86. distin. capi. non sicut, ad finem. Et quia leges non dedignantur sacros canones imitari, extra de no. oper. nuncia. capit. primo, & in authen. ut clerici apud proprios episcopos ad fi. colum. 7. in authenti. de ecclesiasticis titulis, in princip. colum. nona & 2. q. 3. cap. hinc colligitur.

4 † Et quia canones semper recte iudicant. 3. di. ca. canon, & canonis est approbare, uel improbare, quod lex statuit. 10. di. cap. leges imperatorum. Et solum licitas acceptat, & illis utitur. ea. di. si in adiutorium, & uide capi. Imperatores, & c. quis nesciat. 10. dis. Et ideo dicit dominus Ioannes de Imo. in l. centurio, de uulga. & pupil. quòd etiā in ambiguis iure ciuili quæstionibus eligenda

b est opinio,[b] per ius canonicum approbata, allegat no. de foro compe. licet ex susceptis, & in l. quanq;. C. ad l. falci. Si autem essemus in terris Imperij, & esset diuersitas inter legem canonicam, & ciuilem, quælibet in suo foro allegaretur, & seruaretur, nisi l. peccatum induceret. Ad hoc uide late no. in cap. primo de noui operis nuncia. Et ad proxime dicta uide singularem tex. in capi. sana quippe, nona di. in §. cum ergo. Nam ibi dicit tex. quod ius canonicum habetur pro iure diuino & naturali, quem tex. sēper not. qui est tex. Augustini. Idem si fiat contra priuilegiū in contractū transiens, q̄a nec cōtrairi nec tolli potest. Ad hoc no. per Inn. & D. Antoni. de Butrio, de iud. nouit, de iureiuran. cap. nostra, & ad saturitatem per domi. Anton. de Butrio, in repe. ca. cum M. de const. post Bar

5 tol. in l. omnes populi, de iusti. & iure. † Idem etiam quod priuilegium non transiuerit in cōtractum, quo ad inferiores iudices, quia nō possunt contrauenire priuilegio, quia decet priuilegium principis esse mansurum, in authen. cō. quæ de dign. §. finali. colum. sexta, quia solius principis prærogatiua est contraueuire, uel reuocare priuilegium, ut dicit glo. in regula, decet, de regulis iuris, lib. sexto. Et diximus supra in tit. de iuramento per principē, in curia faciē. Et sic inferiores iudices ita grauarent, contra priuilegium, etiam non transiens in contractū, facientes, sicut si contra legem regni generalē facerent. Idem dicas quòd si princeps uel sui officiales faciunt contra bonam terræ consuetudinem, non reprobatam a lege regni, pro tali casu etiam contra iusticiam facerent, quia tenentur ad illius obseruantiam, & contrarium faciendò grauant partem, vt habes tex. singulares, quibus nescio meliores in iure in cap. cum venissent. de eo qui mittitur in poss. causa rei seruandæ, Ibi est si consuetudinem quam allegant, laudabile esse constiterit, quia ex hoc sequitur eum rationabiliter appellasse. melius probat tex. in c. venientes, de iureiur. ibi, & ideo iudices sicut contra leges, & Cōsules vestri contra consuetudines possent subditos aggrauare. Et ideo dicit Baldus in l. si quis non dicam rapere, de episco. & cler. quod assessores debent

c obseruare consuetudinem[c] sicut statutum.

6 † Et ideo debet puniri, de transgressione consuetudinis, sicut legis scriptæ: dummodo sit consuetudo publica, & notoria. Ad hoc de exactio. tributo. l. missi opinatores, libro decimo, & uide Bal. in l. prima. C. quæ sit longa consuetudo. Iō dixi contra consuetudinem non reprobatam a lege regni, quia quamuis consuetudo uincat legem, & contra regem possit consuetudo introduci, not. in cap. finali, de consuetudi. & in l. de quibus, de legibus tamen lex potest consuetu-

d dinem reprobare,[d] ut in capitulo, tuas, de spōsa. duorum, & de elect. capi. quia sæpe, libro sexto, & in clemen. statutum, de electio. in clemē.

7 & in authen. nauigia. C. de furtis. † Et ideo contra fores, & consuetudines regnorum, prohibitæ sunt consuetudines, & non potest consuetudo

suetudo allegari cõtra forum. Et hoc bene potest virtuti fori introduci, quia ius scriptũ, vincit non scriptũ, qũo in scripto de nõ scripto fit mentio, extra de constitutio.c.primo, libro sexto. Tamen si forus, uel consuetudo disponeret dicendo, consuetudine non obstante, contra talem legem bene posset consuetudo de nouo introduci, iste est casus iuncta glo.in clement.statutum, de electio.in gloss.super uerbo, consuetudine. Licet contrarium innuat gl.in capi. primo, de consti. libro sexto. Pro cuius concordantijs uarijs sententijs glossarum resumptis dictis doctorum, domini Antonij de Butrio, in cap.finali, de consuetu.& Ioann.de Imola,& domin.de S.Geminiano in capitu.primo, de consti.& domi.Petri de Anchara. ibi,& in dicta clemen.statutum. Et quod dicunt doctores, in authen.nauigia.C.de furtis, dicas: aut ius resistit consuetudini, declarando ipsam reuocabilem, uel ipsam improbando. Et tunc noua consuetudo induci non potest, not.gl.final. Paulus,& Lauren.in clemen.si una, de rebus ecclesiæ non alienandis,& est dictum Innocen.in capitu.ex parte, de consuetu.in glossa magna, versicu.sed distingue: aut ius commune resistit consuetudini tantum ad finem, ut pristinam consuetudinem tollat. Et hoc constat quia non facit mentionem de consuetudi.nisi vt illam tollat, quæ non tolleretur aliter, vt in dicto cap.primo, de consti.lib.6. Et tunc contra tale ius, posset induci noua consuetudo. Et hoc dicũt doctores per allegatam clementinam: dicentes, quòd illa clementi.non improbat cõsuetudinem, sed de ea facit mentionem, quia aliàs non fuisset sublata consuetudo. Aut ius commune simpliciter tollit consuetudinem, nec apparet de fine, quare lex illam tollit, & tunc aut lex disponit super ijs, quæ sunt reseruata in priuilegiũ principis. Et uidetur tollere cõsuetudinem, de nouo creandam. Ita potest intelligi glo. §. primi, de cleric.egrotan.libro sexto: aut lex non disponit, in ijs quæ in priuilegium principis sunt reseruata. Et tunc aut consuetudo iuuatur de nouo ratione seu utilitate, & ualet consuetudo. Et istum dictum domini Anto.de Butrio. in d.cap.finali, de consuetud. refert Gemi. in d.c.primo. Et potest esse ratio, qa eo casu rationabilis est consuetudo. Aut non iuuatur noua ratione seu utilitate,& tunc non ualet, quia ex quo habet repugnantiam iuris in dubio prę sumitur irrationabilis, ut uoluit gloss. in capi. primo de consti.libro sexto. Aut lex non reuocat consuetudinem, nec de ea facit aliquam mentionem, sed improbat quadam ratione. Et tunc licet lex non tollat formaliter consuetudinem, tamẽ contra illam legem non potest noua consuetudo creari, ut no.Paulus, in clem. prima, de elect.super verbo, eligat, tenet quod contra illam clem.non posset induci noua cõsuetudo, per illum textum, & tamen ibi nulla fit mentio de consuetudin. Et potest esse ratio, quia ex quo primò improbat rationem, & consuetudo irreuocabilis non ualet: sequitur, qđ talis consuetudo tanquam ratione carens, postea esset inualida. Et hoc est uerum, nisi noua ratione consuetudo iuuaretur, ut dixit Domi. Antonius de Butrio, in capi.finali, de consuetudine, cuius dictum probo per rationem tex.in capi.consuetudo, duodecima distin. ubi dicit textus, quod ratio suadere habet consetudini, quem text. multum nota, quia est in ratione tex. singularis. ¶ Ex ijs uides in quibus casib. fori,& constitutiones disponunt consuetudinem futuram reprobando: Et in quibus permittendo, ut sciant iudicantes queád.bonam terræ consuetudinem futuram reprobando, in quibus nesciant iudicantes quomodo bonam terræ consuetudinem seruare habeant, ut a grauaminibus se abstineant. Nam transgressores bonæ & rationabilis cõsuetudinis, ut legis transgressores, puniendi sunt, nam ampliorem potestatem habet cõsuetudo, quã priuilegiũ vel lex ut no. Inn.in c.ad apostolicã, de symonia,& no.Bal.in cap.1.de natura feudi, maxime quando cõsuetudo est antiqua. Ad hoc extra, de verbo.signi.c.super quibusdam. Et in l. hoc iure.§. ductus aquæ.ff.de aqua quoti.& ęstiua.& in l.1. §.fin.ff.de aqua pluu.arcen. Et quod ibi no. per Bartho.& alios scribentes. Scias tamen quòd etiam ubi est probatio consuetu. si prætextu cõsuetudinis aliquid fiat, credendo consuetudinem valere: excusantur facientes saltim a pęnalibus, dictum est singu.Io.And.in cap. tuas dudum, de spons. duorum. allegat de translatione episcopi, uidetur de electi. c. inter corporalia, ibi, maiorum secuti errorem. Sed qualiter poterit grauare contra consuetudinem ueniendo, pone exemplum, ut quia consuetudo est, quòd ꝓ debito domini fiat executio in bonis vasallorum,& iudex requisitus non uult secundum consuetudinem suæ curiæ facere executionem in uasallos: quæ consuetudo vel stylus est satis consona iuri, & solet allegari tex.in le. pro hærede. §.si quid tamen.ff.de acquiren. hæredi. quem tex.Bald.dicit non esse alibi in le. prima. C.de operis libertorum. Sed ille text. loquitur in operibus, uel iure operarũ, quæ sũt in bonis: ideo cogita si de iure procedat, sed eo quia consuetudo nõ improbata nõ est, dubiũ nõ est qn

8 valeat, † quia curiæ stylus [c] pro lege seruandus

c est, in cle.sæpe, ibi Ioan.de Fantuntis, de verb.significati. Et quod no. in l.secunda, C.de consti.pec. & quod no.Bartho.in l.tertia.§.lege Iulia. ff. de

9 testi. Nam ut ibi dicit Bartholo. † Et si a parte consuetudo curiæ non allegetur, de per se debet illam querere iudex. Sed quid dices, pone quòd allegetur, quòd quamuis ille stylus, uel curiæ consuetudo sit quòd ad contractus initos in Aragonia, uel in terris populatis ad forum Aragonum, uel de contracti-

10 bus in itis in Cathalonia, uel econuerso, † quia consuetudo unius curiæ ad aliam non extendi
f tur, vt notat glo. ff. de postu. l. ex ea parte, ut ui di iam allegari. Et sic dicebatur principem uel iudicem non grauasse qui secundum dictum stylum executionem non fecerat prædictam. Et quæstio stat in hoc quæ consuetudo sit attēdenda. Et hic est sub disiunctione respondendum, ꝑsupposito ꝙ unius ꝓuinciæ consuet. possit ali quando loco alterius obseruari, quia pro nunc nec laudo nec reprobo, dicam alibi. Nam aut contractus est cælebratus extra regnum, & res obligata est extra regnum. Et solutio non est destinata in regno, nec submissio fori non est facta, ut comprehendas officiales, de illo regno, tunc solum attenditur consuetudo loci contractus. ff. de euictio. l. si fundus, ff. de test. l. tertia. §. finali. C. de testa. l. si non speciali. & leg. finali. C. quemadmodum testamenta aperi. l. secunda, Et si res uendita, uel obligata esset alibi. C. de contra. emptio. l. prima. Si autem cōtractus est factus extra regnum, tantum destinatur solutio in regno, in quo dicta uiget cōsuetudo uel stylus. Et tunc quia ex destinata solutione uidetur ibi contraxisse. ff. de action. & obligatio. l. contraxisse. non est dubium quin consuetudo loci, destinatæ solutionis debeat obseruari, quia ille est locus contractus, maxime si cōcurrat fori submissio iudicis exequentis, in cuius foro talis uiget consuetudo. Nam ut ait Calderinus in sua disputatione, incipiente, statuto cauetur, quòd subijci legibus, uel statutis uel cōsuetudinibus, vt in pluribus regulatur a natura, forum sortiri, ut ubi forum sortitur, uel ratione contractus, uel delicti, uel quasi, uel ratione æqualitatis personæ contra quam agitur, subijciatur legibus fori illius. et secundum leges eius præiudicatur. Et hanc regulam sequitur Speculator de constitutio. §. primo, uersicul. & non aliàs. Et ideo dominus Antonius de Butrio sequens dictum Ioann. And. in add. ad Specu. in titu. de constitu. in cap. quod cleric. de fo
11 ro compe. dicit quòd † contrahentes tacite uidentur consentire legibus fori, in quo causa agitanda est, & cōsentire possunt, & statutis subijci. Nam quemadmodum foro subijciuntur, & in consequentiam legibus illius fori. Et sic non est dubium, quod ex submissione fori gubernator regni habeat cognoscere facto cōtractu, in regno uel destinatis solutio. quod idē est, quod leges & cōsuetudines sui fori, habebit obseruare tam in decisoriis, quā in præparatorijs. Sed pone quòd contractus est factus extra regnum, & res sita sit extra regnū, uel populata, ad aliā legē, & nō destinata solutio in regno. Et ex submissione fori gubernator regni cognoscat, qui in dicta curia, dictam habent consuetudinem vel stylum, quod non uiget in loco contractus. Et tunc in diuersitate cōsuetudinū solet distin
12 gni. † Nam dicunt doctores, qđ in ordinatoriis iudicij attenditur locus, ubi iudicium exercetur, in decisorijs intendimus locum contractus uel quasi uel materiæ, ex qua actio producitur si agitur personali. ff. de euictio. le. si fundus. ff. de vsuris. l. prima, in reali locum rei sitæ. C. de ædificijs priuatis. l. an totum. ff. de tuto. & curato. datis ab ijs. l. pupillo. C. de prædijs uacan. l. finali, lib. 11. l. uenditor. §. si constat. ff. com munia prædiorum, de quo. 12. dicitur illud per glo. per Cyg. C. quæ sit lōga consue. l. prima, per Barto. Butrig. & Cyg. de emancipatio. libero. per Innocen. vel Hostiens. de ferijs. capi. fina. per Guiliel. in Spe. de fer. §. primo, uersicu. sed pone. de instrum. editione. §. compendiose, uersicu. quid si de consuetudine, & de sententia. §. qualiter. Et quod dictum est quoad decisoria sit seruanda consuetudo loci contractus. Idem intellige
g mus in distractu. [g] Ad hoc. ff. de condi. indebi. l. is qui certo loco, & facit. l. 2. C. qui & aduer-
13 sus quos. † Sed id fallit in distractu dotis per casum singularem, in l. exigere dotem. ff. de iudi. secundum lecturam Ange. Et hoc non mirādum, quia dos hoc specialitatis habet, vt quo ad illius exactionem non attenditur consuetu-
h do loci contractus, sed domicilij viri, [h] & quod etiam promissio de restituendo sit facta generaliter vbique locorum. Nā distinguitur, an ad viri domicilium. Et hoc tenet Bal. in dict. l. eligere, allegans not. in spe. titulo de sententia. §. qualiter. Ex iam dictis vides, quas consuetudines debeant iudices obseruare, tam in litis ordinatorijs quàm in decisorij. Sed uidi, dubitatur an illa quæ respiciunt execution. sint, de litis ordinatoriis uel decisoriis, Ang. in dicta. l. si fundus. ff. de euict. uidetur tenere quòd sint de litis ordinatoriis. pro quo facit. l. missi opinatores. C. de exactio. tributorum. col. 3. cogita.

## CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶ NON recognoscentis.] Et sic Rex franciæ non recognoscit Imperatorem, nec ei subditus est. vt voluit hic Belluga. & supra in rub. 6. in ver. Imperatorem. Lucas de Penna. in l. 1. C. de Colon. Palestin. lib. 10. Specul. in titu. de appell. §. nunc tractemus. in prin. & in titul. de feud. §. quoniam. versi. 15. Iason in l. 1. lect. 1. col. 3. C. de summa Trin. & fide cath. vbi dicit ita communiter teneri. Guido Papæ in decisio. Gratianop. 114. in hac. & tenuit Matth. de Afflict. in proœmio const. regni. q. 2. num. 7 Io. Lecerier. in tract. primogen. lib. 1. q. 22. num. 7. Frācis. Marcus decisio. Delphi. 1024. volum. 1. Petrus de mōte in sua monarchia. parte ulti. colum. 5. in paruis. Petrus Iacobi. in pract. Titul. de præiudicial. act. in rem, per quā quer. an aliq. sit seruus. nume. 4. Nicola. Boer. in decisio. Burdegal. 8. num. 4. uolu. 1. latissime Ioannes Igneus in tracta. An Rex Frāciæ recognoscat imperatorem. & per transitum Io. Francis. Balb. in tracta. præscriptio. prima parte 5. partis princip. q. 2. nu. 5. Petr. rebuff. in l. vnica. nume. 52. C. de sentent. quæ pro eo quod interest. & Do. Iacob. Menochius inter respons. causæ Finariens. respons. 1. num. 103. quod nouissime insertū est in eius volumine cōsiliorū cons. 2. n. 103. & iterum idē D. Menochius in consi. 92. habet. nu. 32. volu. 1. D. Nico. Festasius in tra

cta.de æstimo.parte.4.cap.7.num.44.& Domi.Menoch. in locis supradictis tradidit de inuictissimo Hispaniarũ & Siciliæ rege, de Ducibus Sabaudiæ, Florentiæ, Mediolani,& Reipubli.Venetorum. ¶ Contrarium tamen quòd immo subditus sit Franciæ Rex Imperio sub dubio tradidit Guido Papæ in deci. Gratianopol.239. Rex Franciæ.nu.2.quod verissimum esse asseruit Andr.Alcia. in lib.2.dispu.c.22.& videtur Hierony. Cagn.asseuerasse.in rubr.procem.digestorum.nume. 64. ubi satis hanc opinionem comprobat.quam amplectitur etiam elegãtissimus Iureconsultus Domi. Bernardinus Scodobius Mutinensis.in rep.auth.habita.§. eius ministris. nume.4. C.ne fil.pro patre.Vnde ipse dicit quòd desipiunt negantes,Quirites Gallis dominasse: Inducens pessime egisse Christianissimum Franciscum Francorum Regem, nolentem inuictissimo Carolo Austrio.V. Imperatori Fortunatissimo nostro parere, et ipsum dicit ei de iure subditum, & obnoxium esse. Quod & per transitum aliud agens tetigit Dom. Quintilhanus Mandosius Iureconsf. Romanus. in pract.commission.formula.2.in uerbo.Ecclesiasticis.in fi.ubi dicit Bonifacium Octauum, Summum Pontificem electum anno.1294.excommunicasse Philippum Franciæ Regem, ac declarasse eius Regnũ fore Imperio subditum. De his satis dictum sit: nostrũ non est uerbis dissidiam ponere inter illos Christianorum maiores Principes.

b ¶ ELIGENDA est opinio.] Quæ opinio attendenda sit Canonum,uel legum,distingue plures casus,uidelicet quando sumus in materia concernente peccatum, & summus in re spirituali, & tunc Canones attenduntur. Secundo casu quando sumus in materia peccatum non concernente, & sumus in terris Ecclesiæ, & tunc similiter canonum dispositio sequenda. Tertio casu quãdo sumus in materia non spũali,peccatũ non cõcernente,&in terris Imperij,& tunc demũ leges ciuiles pualẽt. Ita notabiliter multos adducẽs cõcludit subtilis Iurecõsultus Dom.Anto.Maria Coratius in tract.de commun. Doct.opin.lib.2.titul.9.nu.151.casu trigesimo,apud quẽ cum tractatur de opinionum electione semper adeundum fore arbitror, in eo etenim negotio nihil intactum reliquit.

c ¶ OBSERVARE consuetudinem.] Antiqua res est consuetudinem à iudicibus seruari oportere, cuius magna authoritas est authore Marco Antonio Cuccho instit.iuris canonici lib.1.titul.1.in fi. etiam si praua fuerit & iniqua, excusat enim à pœna.gloss.in capitu.cum uenerabilis,vbi Abb.Panormita.de consuetud.Do.Coratius de communi Doct.opi.lib.2.titul.9. nume. 98. casu. 18.& adde Dom.Petrum Antonium Anguissol.in cõsil.56.legum, & statutorum.nume. 3. lib. 3. Sanè tamen hæc intelligenda sunt, tunc demum excusare, quando contra consuetudinem ignoranter quis se gerat, quia si scienter secus. Ita solemniter intelligit gloss. in dicto capitu. cum uenerabilis. Dominus Iacobus Menochius in consil. 37.mirari satis.num.109.volum.1. quæ tamen semper de bonis intelligerem consuetudinibus,secus tamen de malis, ac prauis, tunc enim mortis leges appellabantur, & extirpandæ sunt.capitu.mala.80.dist.ait eius authoritate uoluit Iureconsultorum consultissimus Do. Rolandus à Valle.in consil.79.in casu.num.47.volum.2. & Iacobus Mandell. Albens. in consil.95. tria uidentur. num.1,Eamque vitare bona conscientia licet. docuit D. Io.Baptista Asinius in l. 1.in princ.num.69.ff.de religio. & sumptib. fund. cum simili tradito ab excellente Iureconsulto Dom.Francisc.Bursat.in consil.116.ex actis.nume.6.volum.1; excedens tamen iustam consuetudinem legem excedere dicitur,vt hic uoluit.Dom. Belluga.nume. 6. hic cum multis similibus inductis, & allegatis per D.Menochium.de arbitrar.iudic. quæstionib. lib.1. q.71.num.3.

d ¶ CONSVETVDINEM reprobare.] Ita in hoc Regno Neapolitano iura constitutionum Regni tollunt quaslibet consuetudines in regno contra ipsas facientes ut est text.in const.post mundi machinam. §.cum igitur vbi gloss.notab.in uerb. Et consuetudinibus. ubi etiam Matth.de Afflict.num.3.& addentes ad eum. & ibidem D.Petr.Foller.& uoluit Io.Anto.de Nigris in c. regni cõstitutiones.in princip.sub rubr. Quòd seruentur constit. & capitul.potest enim Princeps consuetudines tollere, & pœnitus reprobare. vt voluit Archidico. in capitu.in his. 11. dist. Bald. in capitu. 1.de his qui feud. dar. poss. vbi dicit Principem esse legem uiuam, & consuetudinem esse legem mortuam, & ideo maiorem, & fortiorem esse legem uiuam lege mortua. l. vniuersos. C. de præcib. Imp.off. quorum authoritate ita tenuit Matth. de Afflict.in decisio.Neapo.305.in causa Martoni. num. 16.quorum dicta referens Dom. Rolandus à Valle asserit Principem tenere sub pedibus consuetudines.in consil.66. quoniam num. 16. volum. 2. quod & dixit etiam D.Menochius ubi supra proxime.num. 10.

e ¶ STILVS.] Curiarum stilus pro lege est.text. notabi.in l.Labeo.in uersi.morem agentium. ff. de statulib. l. 1.§.in honorarijs.ff.de uarijs & extraordi. cogni. Nicol. de Neapo.in l.iurisperitos.in princip. num. 4. ff. de excusa.tutor.Alexand.in consil.36.colum.3.volum.2. in cõsil.212.nu.24.& in consil.140.num. 2. uolum. 6. Guido Papæ in proœmio decisio.Parlamen.Delph.& in decisio. 29.debet num.2.& in decisi.198.num.2. & in decisi.264. num.3.& in decisi.292.nu.2.Hyppoly. de Marsil. singula. 318.stilus.Nicola Boer.in consil. 8. in princ. Ioannes de Amicis in consil.42.col.4.Hiero.Gigas in tract. de pensio. Eccl.q.22.num.14.& q.58.nu.2. facit quod dicit D. Octauianus Vulpellus.In tract.de pace, & inducijs.q.83. num.2.Raynaldus Corsus indagationum iuris lib.3.capitu.15.num.9. Quæ omnia sanè intelligenda sunt non ita simpliciter vt rectè meo quidem iudicio nos admonet D. Quintillian.Mandos.in Praxi Commis.Formul.2. in verb.S.v.& D.Iacob.Nouell.post Duen.regul 198.ubi uideas.nouissimè D.Brunorus à sole Iurisconsult. Vene. in consilio crim.num.125.

f ¶ NON extenditur.] Consuetudo localis est & de loco ad locum vires suas non porrigit. Bald. in cap. 1. de feud.cogn.Aymo Crauetta in consil.111. num. 8. refert, & sequitur D.Iacob.Menoch.in consil.1.num. 132.& in consi.75.Hec iam diu.nu.80.uol. 1.intelligenda sunt iuxta notata per Petrum Duennas in regul. 145. 146. 147. Dominus Nouell. post eum in regul. allegata in precedenti addit.198.fall.ultim.etiam sequitur D. Ant. Maria Coratius.de commun.Doct.opi.lib.2.titul. 9. nume. 99.& alios allegans post Lapum allegatio.91.num.7.Do. Quintillianus Mandosi.ibi in apostil in uer.extra territorium.& ego late dixi in consil.meo. 4. Bonus, & rectus dominus.per totum.

g ¶ IN distractu.] Solemnitas enim requisita in contractu,requiritur & in distractu.argum.Auth.& contra, vbi Barto.C.de repud.Alex.in l.centesimis.§.fi.in fi.ff.de uerbo.obligat.ex quibus colligitur quod statutum disponens requiri consensum consanguineorũ,uel mũdualdi, in cõtu (ut est in regno in aliquib. locis) talis cõsensus requisitur etiam in distractu. Ita Bartol.in l. si unus. §.pactus ne peteret, vbi etiam Bald.colum.4. uersi. sed quid si statutum. ff. de pact.Idem Bald. in l. pactum. q. 21.C.de collation.sequitur Ioan.de Arnono in commẽ. 196.quæro adhuc.Quod inducitur in statuto simili disponente filiumfamilias contrahere non posse sine patris consensu, ut & statuti huius solemnitas etiam in distractu

distractu

ſtractu requiſita ſit.ſentit Dom.Carauita in Pragm.filio rumfamilias.§.8.num.18.ubi retulit ita etiam colligi ex dictis celeberrimi Iureconſulti Regni Primarij D.Thomæ Salernitani nunc regni huius in regia Cancellaria Regentis meritiſsimi. ¶ Licet contrariũ in ſtatuto mentionato uideatur colligi ex dictis Ale.in l. ſi apud. num. 2. C. de tranſact.& multi quos retulit, & ſequitur Bernardin.Pandus in ritu de exeq.inſtrum.parte. 2. declaratio.18.num.81.& uidendus eſt latiſsime Andr. Tiraquel. in tract.retract.conſangui.§.1.gloſſ.2.nu.38.& in retractu conuentio.§.6.gloſſ.2.numero nono. cum pluribus ſequenti.

h ¶ DOMICILII viri.] Viri domicilium attendi in dotis exactione communiter tenent Doct. Bald.& Alexand.ad Bart.in dicta l.exigere dotem.ff.de iud. ubi ultra omnes Curtius,& Hyero. Cagnol.idem Bald. Ioan. Baptiſta Caccialup.in l cunctos populos, vbi etiam Iaſon & Franciſcus Purpurat. C.de ſumma Trini.& fid.Cathol. Alexand.in conſil.101.Ex inſpectione, per totum. volum.3.Raphael Coment.in conſil.72.uiſis pactis,& in conſil.107.Domina Ioanna, colum. 1.in primo dubio. Curtius Iunior in conſil.127.& Bald.nouell.in tracta de priuileg.dotalib.parte.9.priuileg.18.& Feli.in capitu.1. colum. 14.de ſponſalib. Matthe. de Afflict. in deciſio. Neapolitan. 226.ſereniſsimus Rex.per totum. quod & ultimo loco tradit D. Rolandus à Valle. in tracta. de lucro dotis.q. 19.per totum.ubi dicit idem procedere et in lucro dotis. Quod notandum eſt in regno pro tertiariis, & quartis quas lucrantur mulieres mortuis uiris, ut intelligantur procedere iuxta conſuetudinem loci viri. ¶ Limitatur tamen non procedere ſuprapoſitam concluſionem, quando partes expreſſe diſpoſuiſſent; quòd in loco, & domicilio uxoris reſtitutio fieret.tũc enim, ſtatutum loci uxoris attenderetur. Alberic. de Roſat. quæſtio.8.parte ſecunda ſtatutorum.refert; & ſequitur Rolandus in dicta quæſtio.19.numero. 8. ubi alios allegat. ¶ Limita pluribus modis ut per eundem Cagnol. in dicta l.exigere dotem,& ad materiam videri poterint quæ notaui. Petrus Duennas in regul. 377. forum.

## In §. Compendioſe.

### SVMMARIVM.

1 *Aequitas non debet abeſſe iudicibus.*
2 *Aequitatis & rigoris temperamentum.*
3 *Aequitas & rigor vbi concurrunt.*
4 *In arbitrarijs æquitas præferenda rigori.*
5 *Rigor quando præfertur æquitati.*
6 *Ad concordiam cogi, vtrum quis poſsit.*
7 *Iudex quando poteſt cogere partes ad concordiam.*
8 *Magnates ubi diſcordant, reſpublica læditur.*
9 *Præſidis prouinciæ officium.*
10 *Princeps poteſt cogere partes ad compromittendum.*
11 *Iudex quando non puniatur pro omiſsione formæ.*
12 *Singularia cum grano ſalis interpretanda.*
13 *Iudex tranſgrediens leges, capite punitur.*
14 *Innocentem occidere, & accuſatum non audire, paria ſunt.*
15 *Iudex, in proceſſu criminali, quæ cauere debeat.*



Ompendioſè diximus, qualiter iudices iuſtitiam adminiſtrare debeant, & leges regni, priuilegia, & bonam terræ conſuetudinem obſeruare. Et his deficientibus ad bonam rationem recurrere, & illa eſt ius naturale poſitiuum vt ſu-
1 pra ſatis vidiſti. † Sed quia æquitas in iudicibus non debet eſſe aliena, cum in initio ſuæ adminiſtrationis, iurent æquitatem ſeruare, vt in authentic. iuſiurandum, quod præſtatur ab his. collatio.2. Aliqua de æquitate a iudicibus ſeruanda dicamus. Et ſcias quòd æquitas non differt a iuſticia: quia æquitas eſt iuſtitia, dulcore miſericordiæ temperata ſecundum Priſcianum. Sed proprie ſumpta, iuſtitia & æquitas differunt, imo aliquotiẽs aduerſantur, & iõ vt in his, aliqualis doctrina deẽ iudicib. Dic qđ aut æquitas, & rigor iuris cõformiter ſe habẽt, & uterq; ſeruat. Iſte eſt caſus ſingularis in c. diſciplina.45.diſtinct.vnde dixit ibi tex. miſcen-
2 da † eſt ergo lenitas cum ſeueritate, faciendumque quoddam ex utroque temperamentum, ut nec multa aſperitate exulcerantur ſubditi, nec nimia benignitate diſſoluantur, &c. Hoc probans exemplis ueteris, & noui teſtamenti, quæ uidebis per te; quia ſingulariter q̃
3 dicta ſunt, probat Gratianus. † Sit ergo regula, ubi æquitas & rigor ſimul poſſunt concurrere, utraque ſeruanda, extra de re iudica. cap. iurgantium controuerſias celeri ſententia terminare,& æquitati congruit & rigori. Hoc autem temperamentum in bona capitis iudicantis diſpoſitione conſiſtit, ut uideat quomodo per ſeueritatem ulciſcatur, & quomodo per æqui-
4 tatem & miſericordiam ueniam concedat, † in
a arbitrarijs magis ad æquitatem quam rigorẽ [a] declinando, extra de tranſactio. capitu.fina.& & quod ibi no.& eſt ſingu.tex. in capit. non poteſt.23.quæſt.4.& in capi.duo, iſta.eadem cauſa & quæſtione. In alijs uerò quæ arbitraria non ſunt iudici. Et tunc aut æquitas & rigor non ſunt ſcripta in lege regni, priuilegio uel conſuetudine, nec in communi ratione apud omnes homines quod ius poſitiuũ appellatur, ut in l. omnes populi. ad fi.ff.de iuſtitia & iure, & tũc ſeruanda eſt æquitas, quæ ſola ſufficit ad bene iudicandum. ff.de excuſ.tutorum.l. ſcire opor-
5 tet.§.ſufficit,& in l.placuit.C.de iudicis.† Si autem uero alterum illorum, ſcilicet æquitatis & rigoris eſt ſcriptũ, ſtatur ſcripto, niſi iudex habeat poteſtatem diſpenſandi: quia tunc adhærendo æquitati non ſcripto non grauaret. extra de pœnis.capitu. licet. Si autem æquitas & rigor utrunque eſt generale, uel utrunque eſt ſpeciale. Et tunc ſi conſtat quod eſt poſterius illud præualet. de conſtitu.capit.1.lib.6. Si uero non conſtat quod eſt ultimum, tunc in dubio ſeruabitur æquitas. ut l.in omnibus. ff. de reg. iur.

iur. vbi autem vnum non est posterius altero, ita quod rigor in specie, Et hoc constat, tunc vterque seruabitur in suo casu. vt lege sanctio legum. ff. de pœnis. Si vero vnum est generale, alterum speciale, quia species derogat generi. de regu. iur. c. generi. seruabitur species etiam posterior, vt vides in præscriptione. Scias tamē quod dicitur, ęquitatem esse in causis obseruādam, & iudicem debere æquitatem præ oculis habere, intelligitur de æquitate iuris informata. Et ideo facit quod si compromittatur in arbitrio, vt casum decidat, secūdum æquitatem, intelligitur de æquitate iuris informata. Ad hoc. ff. de po. l. bona fides. secundum dominum Ant. de But. in c. ex parte. 2. de officio delegat. Et hæc sunt generalia tradita à doctoribus in locis vulgatis, quomodo æquitas præfertur rigori. Ex quibus regulis potes sumere quando iudex seruare debeat æquitatem & quomodo rigorem. Et contra faciendo grauaret: quia iniustitiam faceret. Scias tamē specialiter quòd obseruantia æquitatis stat in arbitrio iudicis, & non iuris necessitati subijcitur. vt l. non quicquid. ff. de iudicijs. Pone quòd multitudo delinquit, de rigore omnes possunt puniri, sed tamē iudex æquitate pensata uult solum principales punire: potest id facere citra grauamen. extra de transact. c. final. & de clerico excommu. in cap. latores. Ad hoc. 50. dis. c. ut constituerentur. 1. q. 7. cap. quotiens. 4. di. c. non pōt, & quod no. in cap. 2. de tempo. ordinando. Sic etiam ęquitate suadente, iudex citra grauamē limites
6 iuris excedit: † Nam quamuis de iuris rigore quis non possit cogi ad concordiam, ut no. gl. in l. 1. §. & post. ff. de noui ope. nunc. tamē æquitate suadente q̄n iudex uidet durius agi inter partes altercātium, nam tūc iudex potest, imo debet partem ad concordiam reducere, & illas facere concordare, & si id faciat nō grauat, tex. habes & glos. in ca. placuit. 90. dis. & non est ali-
7 bi. † Et tali casu si iudex criminum partem de aliqua sententia, vel aliquem terrorem incusat, vt partes ad concordiam reducat, non grauat: quia æquitas qua mouetur, grauamen purgat. vt not. Host. in summa de dila. §. 1. versic. & non. ibi, & si iudex. Et in §. in quibus. quod sequitur dominus Ant. in c. 1. de mutuis petitionibus. Et ex hac æquitate amplectenda, dicit Bal. in l. æquissimum. de vsufruct. C. quod si quæstio sit
8 inter magnates: quia ex illarum quæstione † respublica læditur, & turbatur. ff. de captiuis. l. si quis ingenuam. §. in ciuilibus. quod illos magnates uel nobiles, etiam ciuiliter altercantes,
9 potest cogere ad concordiam iudex † est, q̄a bonus præses debet laborare ad generalem pacē & cōcordiam & quietem prouinciæ sibi decretæ. ff. de officio præsid. l. congruit. Et ut uideas, ista potest facere iudex inferior ex dictis causis ex quadam æquitate, etiam contra rigorem, & a fortiori id potest princeps ex dictis causis. Et generaliter in his in quibus generalem & liberam administrationē hēt, pōt ad concordiam cogere disceptantes. not. extra de elect. cap. cū inter R. seniorem in cap. verbalem. de elect. Ex quo sequitur quòd Papa in beneficijs ecclesiasticis, habet liberam administrationem, tanquam dominus, 60. dist. c. oportebat. Et ibi per Archidiaco. in capi. 1. de pręben. lib. 6. Et sic potest quemlibet clericum priuare suo beneficio, etiam sine causa, vt no. dominus Antonius de Butrio. in capit. cum M. F. de constitutionibus.
10 qūo in qualibet causa beneficiali, Papa † potest cogere ad compromissum uel concordiā, sic etiam princeps cum altercaretur inter du-
b os, [b] de aliqua gratia, uel priuilegio, de quo totalis dispositio esset in eo, posset ad componendum, uel concordandum partes cogere citra grauamen. Et ad hoc bene facit dictum. ca. cum inter R. Et sic uides ecōtrario, quòd æquitate omissa etiam ius transgreditur, causa suadente, citra grauamen. Pone exemplum. Homo occisus in curia, præsente officiali, in cuius neglectū, uel in ecclesia corā toto populo, uel in cōcione, uel seditione, & timet̄ forsan scandalū propter populi tumultum, nam ijs casibus &
11 alijs similibus, † si iudex omittat facere processum regulatum secundum limites fororum uel constitutionum, dum tamen de ueritate sibi ut iudici constet, non dicitur ex tali trāsgressione grauare. Iste est casus singu. in l. si quis filio. §. hi autem. uersicu. quid tamen. de iniusto rupto, & irrito facto testamento. Et not. Inno-
c cen. [c] in cap. 1. de consti. & ideo dicit Bald. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de officio proconsul. quòd talis officialis ex tali transgresione, non debet sindicari, cum forte fecerit id per quod multorum salus procuratur. argumen. C. de ferijs. l. prouinciarum. vt de iniusto testamento. l. si quis filio. nam absurdum est statuta facta pro publica utilitate, contra publicam vtilitatem interpretari. argument. ff. de transact. l. cum hi. §. eam. Quæ tamen dicta, quamuis sin-
12 gularia, tu intelligas † cum grano salis. Nam
13 iudex non debet intantum † transgredi leges, quòd iustas defensiones delati nō audiat, alias capite punitur. Iste est casus singu. in l. lex Iulia: §. hodie. ff. ad l. iuliam repetundarum. per quem tex. dicit Bald. in l. additos. C. de episco-
14 pali audientia, quod paria sunt † occidere Innocentem: uidelicet eum qui ad iustam confugit defensionem & accusatum non audire, & non mirandum, quia defensio in lite, est de iure naturali, in clemen. pastoralis. de re iudica. Et no. in l. ut uim. de iustitia & iure. Et cuicunque postulanti danda est defensio, in cap. cum inter priorem. de exceptionibus. Et ideo dicit Baldus. in l. præsbyteri. de episcopis & clericis,
15 † quod ita puniretur iudex non admittens exceptiones iuris, sicut si non admitteret defensiones naturæ. Et ideo caueant iudices, ut in quo-

quocunque processu defensionis audiant, quãuis ex dictis causis, aliquomodo tempus abbreuiét, aliquomodo ad horas, quòd aliquomodo non multum grauaminis ex circunstantijs attentent.

## CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶AEQVITATEM quam rigorem.] In arbitrariis iudicem magis æquitati, quam rigori herere debere. Bald.in consil.177.in ecclesia Regina.colum.2.volumi.1.boni viri est enim æquitatem, & charitatem spectare. Alexand.in consil.175.num.7.volum.6.Crauetta in consil.190.num.5.Robert.Aurelianen.sentent. iuris lib.4.c.15.refert & sequitur Dom.Menochius de arbitrar. iud. quæstionibus lib.1.q.13.nume.15. 16. 17. 18. & iterum aliud agens.q.51.num.7.aliqualiter Thomas Grammati. in decis. Neapo.1.citta lite.nume.7. præoculis enim habendam esse æquitatem docuit Iureconsultus.in l.quod si Ephesi.ff.de eo quod cert.loc.sequitur D.Petrus Folle. in Praxi criminum.§.studeat se ornare.nu. 7. iuris enim rigori æquitas præponenda.l.placuit, vbi doct.C. de iudic.Andr.Tiraquel.in repe.l.boues.§.hoc sermone.limi. 9.num. 8.in fi.ff.de uerb.significa.Catellia.Cotta in memor.in versi. sententiæ arbitri. in medio. cum adductis per Petrum de Benintendis. decisio. Bonon.37. in causa mota per Abbatem.num.21. cui concinit quod dicitur in l. absentem.ff.de pœnis, & quod voluit D. Michael Calidonius in repet.rubr.extra de iudic. num.74. ubi dicit satius esse innocentem absoluere, quàm nocentem condemnare. Ad quod facit quod habetur in l.ubicunque. ff.de interroga.act.ubi quotiescunque iudici uidebitur, & æquitas suaserit fiunt interrogationes. sequitur Raynaldus Corsus indagat.iuris lib.3.cap.16.num.6. & ego alias consului æquitate suadente etiam ad partis instantiam in ordinariis causis, & in summariis conclusione in causa facta, post publicationem iudicem partem, & testes interrogare debere, ut patet latè in consi.meo 21. honor, & gloria in sermone. per totum.cui se sub scripserunt nonnulli Iureconsulti, & inter cęteros Do. excellens Iureconsultus Albertus Bolognettus Bononiẽsis, & Dom.Ioannes Berengucius Senensis Præstantissimi præceptores mei, dum in Salernitato Gimnasio iura publicè interpretarentur. Sed ut ad rem redeam æquitatem rigori anteire docuit Hyeronim. Cagnol. in l.singularia.num.140.ff.si cert.petat. quod nõnullis fulciuit rationibus & historiarum exemplis D. Ioan. Baptista Asinius in l.at si quis.§.idem Labeo ait. nume.12.15. ff.de religios.& sumptib.funer.cum his quæ ad hanc materiam attinẽt inductis per Dom.Francisc. Bursatum in consil.71.dicitur breuiter.nume.25.volum.1.quam à personis ecclesiasticis tum maximè sequendam determinauit D. Iacobus Menochius, (cuius ego nomine recreor) in consil.49. perdifficilis. nume. 31.& iterum in consil. 93.cum doctè.nume.33.49.uolum.1. Ideo dicebat Dominus Salomoni.3.Regum.9.si ambulaueris coram me in simplicitate cordis, & æquitatis, ponam Thronum regni tui supra Israel in sempiternum. Et ideo si opinio communis dura fuerit, & rigorem sapiat, contraria uero magis æqua, hæc sequenda est.Francisc. Purpurat. in l. Admonendi.num. 55. ff. de iureiur. D. Excellens Iureconsultus Ioan.Cephal.in consil.93.cum in testamẽto.num.6.& dominus præstantissimus præceptor meus omnium quos meminerim grauissimus Ioannes Bolognettus Bononien.in l.1.num.43.ff.si certum petat. Quã intellige, & declara ut per Andr.Tiraquell. in tracta. re. tract.consangui.§.35.glo.1.num.30.& 31. & Dom.Anton.Maria Coratius de commun.doct.opin.libr.1.titul. 9.nume. 100.usque ad nume.108.videndus est latissime Dom.Follerius in Praxi censual.in uersicu. iuris moderãdo rigorem.num. 10.cum pluribus seq.

b ¶ALTERCATVR inter duos.] Propter bonum namque pacis multa conceduntur, quæ alias non concederentur.gloss.in capitu.ubi.de spons.impube.& ideo si contentio fuerit inter ciues, uel duas ciuitates inter se debet eas princeps ad pacem compellere.Bald.in l.congruit.ff.de offic.pręsid.ideoque nimirum si poterit cogere ad compromissum, vt hic per Bellugam, & ego latissimè scripsi in Regia Aragonum §.1.gloss.1.num.36. 37.& per totum.ubi uidendum est.

c ¶ET notat Innoc.] An, & quando liceat leges transgredi, & de hoc Innocentij dicto vulgato fusissime ultra omnes huculque diximus in tracta.nostro lib. 1. ubi me remitto in hac materia.

### In §. Restat.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudex, quando dicatur grauare.*
2 *Proprium grauamen curię.*
3 *Iudex negans facere iusticiam, incurrit principis indignationem.*
4 *Potestas denegans facere iusticiam, utrum priuetur sua iurisdictione.*
5 *Pœna domini negantis iurisdictionem subditis.*
6 *Princeps, qualiter potest punire nobilem, negantem iustitiam subditis.*
7 *Restitutio, quando locum habeat in dijudicantibus.*
8 *Proprium grauamen curiæ.*
9 *Appellatio a iudice iusticiam denegante, qualiter debeat emitti.*
10 *Pœna iudicis, iusticiam facere spernentis, & male iudicantis.*

R Estat videre, quando iudices nõ faciunt expresse contra iustitiam, & leges regni, uel illius obseruantias, sed negligunt facere iusticiam, uel illam negligant administrare
1 uelle, † an dicantur grauare? Et certe sic. Et proprium est grauamen curiæ:
2 † Nam sic dicitur quis grauari, seu opprimi: ex quo iustitia negligitur. Verba sunt domini Antonij de Butr.in c.licet, ex suscepto, de for.com
3 pe.† Et ideo contra iudices denegantes facere iustitiam, statutum est, vt incurrant principis
a indignationem,[a] ut in authen.de manda. principum.§.sit tibi quoque. & tenẽtur læso ad omne interesse & extra ordinem puniri possũt, ut dicit Bald.in authen.statuimus.C. de episcop.
4 & cleric.querens, † an si potestas denegat iurisdictionem alicui priuato, debeat priuari iurisdictione? Et dicit quòd quidam dicunt quòd non, per dict.authen. nam cum ibi sit speciale in clericis, quòd denegãs illis facere iusticiam, priuari debeat iurisdictione, in contrarium est ius

est ius commune in laicis. Ad hoc facit lex. 1. ff. ad munici. & istam opinionem tenet. Et dicit, quod comes Flandriæ, denegabat iurisdictionem suam subditis, vnde subditi habuerunt ingressum, & regressum Parisijs ad regem Francorum, & dicebant quod Comes debebat amittere iurisdictionem suam, quia sæpissime requisitus iustitiam denegauerat. Sed dicit Petrus, quod Comes de hoc parum habet curare, respectu auferendæ iurisdictionis sibi. Sed bene est uerum, quòd per hoc incurrit indignationem principis, uel superioris, allegat dictum. §. sit tibi quoque. in authen. de manda. principum. Et

5 tenetur læso ad omne interesse. † Et quia ut dictum est quod incurrit indignationem superioris extraordin. puniri potest, non tamen iurisdictionem amittit, ut in authent. de quæstore. §. se hoc. collatio. 6. ut in authen. vt litigantes iuren. §. 1. collatio. 8. dicens, quòd istud est bene notabile, pro nobilibus qui impetrarunt castra ab ecclesia, utrum possint priuari impetratis, si non faciant iustitiam subditis? Et inducit etiam Petrus ad quæstionem de scholari qui uolebat intrare ad examen, & erat sufficiens, & episcopus vel rector, noluit eum admittere, vtrũ isti tertiò requisiti vel moniti possint iure suo priuari? Dicit Petrus quod non: sed quod incurrunt indignationem superioris. Et ita sequitur eum Bald. in dicta auth. statuimus. De quo multum mirandum est, de tantis doctoribus dicentib. quòd talis iudex denegans facere iustitiam, non possit priuari iurisdictione: quia si principis indignationem incurrit, ut uult tex. Et sic ad arbitrium extra ordinem punire potest superior, secundum qualitatem denegationis iustitiæ, poterit pœnam arbitrari, non solũ priuationis iurisdictionis, sed suo casu mortem iuxta no. in §. in summa. inst. de iniuriis. Et ideo creditur dictos dominos doctores dixisse quod non est pœna priuationis, iurisdictionis statuta

6 denegantibus facere iustitiam. † Sed non negant quin illa possit inferri per superiorem, maxime quia in casibus non dispositis, de similibus ad similia licitum est arguere, etiam in pęnalibus, ut no. C. de furtis. l. si quis seruo, & in capitu. quamquam. de usuris. lib. 6. in gloss. Et in authen. quas actiones. de sacrosanct. eccl. per Bal. Et late per Matthæum de Matha. in tracta. extensionis. Ergo ex quo in denegantibus iustitiam facere clericis sit statutum, ut perdant iurisdictionem, a paritate uel maioritate rationis

b in denegantibus pauperibus uiduis miserabilibus uel oppressis, ar. c. regum, & c. administratores. 23. q. 4. Et etiam in aliis ab una intolleratam denegationem, princeps suum arbitrium possit declarare, tales priuando sua iurisdictione. Et ideo pluries consultus dixi quòd maiorales artis notariæ, qui cum iusticia & iure ex priuilegio possunt comprobare tabelliones, & sufficientes nolunt admittere ad examen: quia negligunt iustitiam facere, imo denegant, priuilegium merentur amittere, qui permissa sibi abutuntur potestate, extra de priuilegiis. capi. ex tuarum, & sic in periculo perditionis suæ potestatis uel priuilegij se ponunt. Et princeps forte illos posset priuare, sed princeps id tolerat: quia multi sub colore peritiæ intrant examen, cum sint bestiales, & examinatores deuicti præcibus, illos transeunt. Et ut tale inconueniens excusetur, non datur examinandi aditus. Idem tamen Bald. in l. 2. C. ut lite pendēte, dicit quod post litem contestatam si iudex non uult facere aliquem actum, potest appellari, & allegat dictum Guillermum in le. nemo. C. de iurisd. omnium iudicum. Et dicit tunc pēdere de facto in Tuderto. Idem Bald. in l. 2. C. de episcopali audien. uidetur tenere quòd a denegata audientia non appelletur: sed debet recurri ad superiorem per uiam simplicis querelæ, per tex. in authen. de quæstore. §. super hoc. allegans no. in Specu. de appella. §. in quibus. versicu. 22. Et hæc est ipsa ueritas quod tale grauamen iudicis tarditatis, uel denegationis iustitiæ non est reparabile per appellationem, sed per uiam querelę coram superiore, & ideo non est dubium, quia illud sit reparabile in curia, & quod tale non sit grauamen curiæ non dubitatur. Et ideo dicit Bart. in l. si per prætorem. §. sed si magistratus. ff. ex quib. causis maiores. Quærens secundum Guillermum de illo dubio, an aduersus dissimulationem & negligentiam & protelationem iudicis competat in integrum restitutio, & remedium appellationis. Et dicit quod aut iudex grauat dissimulando & non potest appellari, sed per uiam simplicis querelę, debet adire superiorem, & corã eo tarditas seu mora inferioris iudicis in querelam deduci. C. de tempor. appel. l. fina. §. illud, & authē. de quæstore. §. super hoc, aut iudex lædit partē pronunciando uel procedendo, & tunc potest appellari secundum Guillermum in l. nemo. C. de iurisdi. omnium iudicum. Facit de appella. cap. ex parte, & C. de appella. l. si quis prouocã. Et quod no. in l. a procedente. C. de dila. Vnde dicit ipse ubi supra, quòd quando iudex nullo modo procedit, non appellatur pro eo: quia

7 nõ pronunciat tacite uel expresse. Sed si ex hoc sequitur læsio, competit restitutio. Si autem iudex procedit & grauat partem, bene potest appellari, sicut apparet de iudice procedente ad executionem, non discussis exceptionibus, vt C. quorum appellationes non recipiuntur. l. ab executore. Et facit ad prædicta. l. 2. C. ut lit. pendente. Et allegat no. per Cy. C. de episcopis & clericis authen. statuimus. Et uide no. per Archid. in capi. de persona. 11. q. 1. Et uide etiam quod no. in cap. ultimo, de appella. in clemen. Et sic uides quòd a tarditate iustitiæ, uel illius denegatione competit extraordinarium remedium aditus ad superiorem per querelam. Et

sic tale

sic tale proprium curiæ grauamen appellatur: quia subleuari non potest appellation. remedio, ut accedant quæ infra latius deducemus.
8 † Sed quæ dicta sunt, tu intellige quando denegatio iustitiæ uel tarditas uenit in initio processus, ante litis contestationem. Quando autem uenit proposita exceptione, uel partis allegatione in processu ordinario, si iudex exceptionem positam non admittat, sed stet in deliberando, quia non admittit, nec repellit, & procedit. & facit forte ut excipiens uexetur, laboribus & expensis. Et tunc dicit Hostiens. de appellatio. capitulo, interposita, quòd si tertio est requisitus, humiliter, & expectato responso congruo tempore & non respondeat,
9 † quod poterit appellari. ar. no. de supplen. negli. prælatorum, capitu. primo, de electio. capi. cum in ueteri. de officio delega. cap. super quæstionum. §. fina. Ad hoc quod no. de testib. cum clamor. Verba sunt domini Antonij de Butr. in capi. dilecto. de appella. quæ multum limitant dicta Bald. ubi supra, & concordant, ut per Bald. no. in d. l. 2. C. ut lite penden. Et sic uidere potes quomodo fit grauamen per quærelam deducibil. & sic in curia, & quomodo per appellationem, & sic extra. ¶ Fateor tamen quod si pars omitteret appellare tali casu, & uellet per querelam deducere, quòd illud possit: quia tarditas non transit in rem iudicatam. Sed transitus ad ulteriora, extra de appella. capi. ex parte. in 3. Et no. in d. leg. a præcedente, & quia ut dicunt doctores, in facultate grauati est appellatio. Et circa hoc vide vnum verbum bonum domini Antonij de Butrio. in cap. cum sit generale. de foro compe. dicens: Quæro cũ
10 glo. quæ sit pęna negligentis facere† iustitiam? Glo. dicit quod facit litem suam. 23. quæstio. 2. c. dominus. Et si per dolum vel gratiam vel inimicitiam iudicauerit, in veram litis æstimationem condemnabitur. ff. de iudic. l. filiusfamil. glosam temperat veram quando petitur iustitia a parte, alias nõ habet locum pęna negligentiæ, vt no. glo. de rescrip. cap. fin. quod dicit notandum propter statuta quæ imponunt pœnam non terminanti infra tempus, & remittit ad glo. 2. q. 6. c. hoc etiam placuit. & vigesimatertia quæstio. 3. cap. dominus. Et no. secundum proxime dicta, quòd ad hoc vt iudex possit dici negligens est necessaria instantia partis quod no. Scias tamen quod in certo casu, negligentis corripere violatorem pacis est pœna pecuniaria, & tenetur ad omne damnum iniuriam passo, vt in feud. de pace tenenda. §. iudices. Et vide vnum bonum tex. in l. addictos. de episcopali audien. Quomodo autem quis dicatur nolle facere iustitiam, Vide no. in c. significantibus. de offi. delegati: Et vide not. in foro tos los habitans. de iurisdi. omn. iudi.

CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶ INDIGNATIONEM.] Sub indignatione principis quid ueniat, & an iurisdictionis priuatio locum habeat? sentio cum Belluga hic quod principis indignatio secũdum unam opinionẽ est, quod Princeps indignatus contra non obseruantem dicetur se minus gratiosum eidem exhibere, vt voluit Bartol. in extrauagã. qui sint rebelles. in uersicu. indignationem, ubi dicit se nullam huius verbi significationem inuenisse. sequitur eum simpliciter Carol. Rui. in consi. 30. nu. 7. uol. 5. ¶ Alia opinio fuit quòd in rescriptis apostolicis tale verbum, beneficiorum, in rescriptis Principum secularium, feudorum priuationem inducat. Opinionem hanc tenuit Bald. in capitu. 1. §. porro. in versicu. item si delator. quæ fuer. prim. caus. benefi. amitt. sequitur Ias. in l. 1. num. 3. & ibi Hiero. Cagn. nu. 6. ff. si quis ius dic. non obtẽp. Alc. videndus est in consil. 103. uidetur. colum. 2. uersi. sexto quia attento. volum. 1. Aluarotus in dicto. versi. item si delator. hos sequitur Iacob. de sanct. Georg. in inuest. feuda. in uerb. dictique uasalli. il primo, causa. 3. Præpositus in dicto. §. Item si delator. colum. 2. Fely. in cap. quod olim. nume. 2. extra de Iudæis, & Sarac. Hippo. de Marsil. in singula. 559. sæpe in literis. Idem Fely. in cap. 2. nume. 10. de maior. & obediẽ. ¶ Alia fuit opinio talia uerba esse iudicis arbitrio remittenda, & quòd ex eis arbitraria pœna nascatur. sentit Bal. in cõsi. 367. venera. col. 2. & in cõs. 376. Dñi de la Scala. col. 2. vol. 3. & in auth. statuimus. C. de episc. & cle. Cra. in cons. 233. nu. 3. Hippo. de Marsi. in d. singu. 559. cum multis relatis per dominum Iacobum Menochium. de Arbitrar. iud. quæst. lib. 2. Centu. 4. casu. 365. per totum. Quibus assentire Videtur Feli. in locis iam supradictis, cum aliquali temperamento, ut tunc demum arbitrium in casu isto sibi locum uendicet, dum qui puniendus est talis non sit, qui beneficium, feudumque teneat, quo inobediente priuatio fieri valeat, *ut illo* casu arbitrio locum sit, secus tamen si beneficium, feudumque quis teneat, tunc enim priuatio (reiecto arbitrio, sibi locum præponet. ¶ Quæ pœna arbitrio iudicis taxanda extraordinaria erit. Io. de Platea in l. 2. colu. 1. C. de petit. Bon. sub. lib. 10. Raphael. Fulgosi. in consil. 191. Titius Ias. & Cagnol. ubi supra. quam extraordinariam pœnam vsque ad mortem exclusiue: cum nonnullis quos refert arbitratus est Cagnol. in d. l. 1. num. 8. qui nimmo mortem includi rectius putauit, secundum rerum qualitates, & negocia. Dom. Menochius ubi supra in dicto casu. 365. nume. 6. afferens authoritatem Luc. de Pen. in l. 1. C. ut dig. ord. serue. lib. 12. & Thom. Grammatici in decisio. Neap. 40. nume. 20. Pro qua opinione facit tex. in l. lege repetita C. de erogat. milit. ann. lib. 12. vbi faciens contra principis iussiones, sacrilegii crimẽ incurrit. sequitur hoc idem Zenzeli. in extrauag. Io. 22. Execrabilis. in fi. de Preben. & dignita. ubi etiam asserit huic casui quandoque in Hæreseos crimen incidi, & depositioni etiam locum fore, iuribus ab eo allegatis. ex quibus arbitror in supradictis cum Belluga priuationẽ officij, ac iurisdictionis locum fore, & etiam grauiori.

b DENEGANTIBVS.] In Magna Curia Vicarię fuit priuatus officii administratione officialis, qui in iustitię ministerio negligenter se gesserat, & audientiã subditis denegauerat. vt per Thomam Grammatic. in decisio. Neapo. 40. Magnificus Alfonsus. num. 19. & per totum: quibus addas notata per Ioann. Anton. de nigris. in capitu. regni pridem. num. 41. sub rubr. de Bobus Arator. non pignoran. & iterum in capitu. quorundam. ubi tex. nume. 8. sub rubr. liter. super iustit. & in capitu. iniunxit. nume. 22. sub rubrica de quibus causis, & iterum in extrauaganti clement. 7. in uersicu. neglexerint. de uita & honesta. cleri. & notat per Domin. Francisc. Bursat. in consil.

consi.80. Dominus Ludouicus.nu.36.volum.1.multa ad materiam dixit D.Iacob.Menoch.in tract.de recup.possess.remed.7.nu.18,cum pluribus seq.usque ad nu.27.& remed.15.nu.385.& latius explicat idem Menochius de arbitrar.iudic.quæstio.lib.2.centuria.4.casu.341. per totum.tu tamen lector pro materia plene uidenda, adeas libellũ nostrum(in quo multa antequam hos uideremus dulcia scripsimus)dico in regia Arragonum. §. 4. gloss. 6.a nu.4.usque ad nu. 34.queso uideas, & non pigebit, maxime tu regnicola.

## In §. Iam supra.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudices inferiores requisiti a superioribus facere iustitiam quando grauet.*
2 *Præsidatus(quem baliuiatum franci autumant) facit prouinciam.*
3 *Repræsalijs & marcijs,quando non sit locus.*
4 *Repræsaliæ antequam concedantur, quæ sint necessaria.*
5 *Decreta quando sunt ipso iure nulla.*

IAm supra deduximus, cũ per partem instãtem,iudices requirũtur, vt iusticiam faciãt, & illam negligunt facere, vel denegant in quibus casibus grauamina inferant: Restat quomodo ab alijs iudici-
1 bus† requiruntur vt iusticiam faciant & illam negligunt,vel denegant facere,quomodo dicatur grauare? Et hic intramus mare magnũ. Nã si solum sit ab abstracto cum iudex requisitus ab alio iudice negligat facere iustitiam, an grauet?anniculus in iure Respõderet quod sic, per cap.dominus Deus noster. 22.qõ.3. Sed ut aliqualem fructum ex hoc quæsito tu habeas, dubium est indiuiduandum secundùm tria negocia causarum,criminalium,ciuilium,vel patrimonialium.Et secundum diuersitatem fororũ ecclesiastici & secularis.Et nota solum cum requiritur, vt in illis & illarum qualibet iustitia administretur:quia tunc illius recusatio nõ est dubium in grauæmen redundare.Sed cum una potestas per aliam requiritur, vt detentus vel districtus remittatur de quo iustitia administretur in loco delicti, vel quasi contractus uel in loco gestæ patrimonialis administrationis, uel vt in vim subsidij, vnius iuris ad alterum, vel per uiam repetitionis districtualis unius iudicis ad alterum. ¶ Est igitur uidere in quibus casib. iudices talia recusantes grauamen inferant,& de illis posset conqueri in curia generali vel particulari?Et in primis uidendum est cum tales remissiones petuntur a iudicibus unius prouinciæ ab alijs alterius prouinciæ.Vt tu tamen ista uideas melius, scias quòd in hoc regno Arragonum cismarino, sunt tres principales prouinciç, Arragonia, Valentina, & Cathalonorum. Quæ quidem habent suas metas diuisas & separatas,vt infra dicam. Vi-
a deamus igitur in primis, quid sit prouincia.[a] Et dic quod secundum ius canonicum, prouincia appellatur archiepiscopatus,& episcopi, q. sunt suffraganei,sunt de illa prouincia, vnde dicit tex.decreti in cap.scitote.6.q.3.Scitote certam esse prouinciam,quæ habet decem uel undecim ciuitates,& vnum regem,& totidem minores potestates sub se, & unum metropolitanum, aliosque suffraganeos decem uel undecim episcopos iudices. Ad quorum iudicium omnes causæ episcoporum, vel reliquorum sacerdotum,aut ciuitatum referãtur:ut ab ijs omnibus iusti.cõsona uoce discernatur &c. Et isto modo considerata prouincia ex dicto canonico iure, solùm prouincia describitur respectu metropolicæ, uel archiepiscopalis iurisdictionis.Eodem autem canonico iure etiam prouincia cõsideratur alio modo, puta ad uocationẽ electionis;Nam tunc fit consideratio prouinciç prout a uulgo prouincia denominatur, quod communiter infra duas dietas intelligitur. de rescrip.nonnulli. Et hoc not.Hostiens. extra de elect.coram.Et Ioan.And.in c.ultra tertiam.de testi.Potes ergo uidere quòd prouincia in iure canonico, proprie ponit̃ ꝓ metropolitano, ut omnes episcopi suffraganei unius archiepiscopi sint sub vna prouincia.Aliquando tamen ꝓuincia in iure canonico impropriatur & stat pro illa parte:quia vulgo prouincia nuncupatur.Ad hoc quod no.gloss.& Hostiens.in d.cap. coram de elect.& non mirandum,quia uocabula recipiunt significationem secundum cõmunem usum loquendi.ff.de postula.l.1.§.bestias. l.librorum.§.quod tamen Cassius.ff.de leg. tertio.Sed quo ad iurisdictionalia,prouincia proprie accipitur iure canonico pro metropoli,ut in dicto capi.Scitote.De iure autem ciuili, prouincia multipliciter consideratur. Aliquando vt vna regio vnius linguæ,uti Italia,Francia,Cathalonia,& sic accipitur.ff.de interdictis & relegatis,l.relegatorum.versicu.si quis eam, & in l. superuacuam. C.de tempo. in integrum resti. pe. Aliquando consideratur prouincia quæ est sub uno præside.ut no.gloss. & Cy. & Barto.in l.fi.C.de præscriptione longi temporis. & Bart. in d.l.relegatorum.§.interdicere.Aliquando sumitur pro ciuitate & illius territorio, vt inquit glo.in l.prouinciales.ff.de verbo.signi.Bar. uero hanc materiã examinans in extrauaganti. Quoniam nuper;& in rubr.qui sunt rebelles.in glos. super uerbo,Lombardię,circa finem dicit: Prouincia uero diuidetur per archiepiscopatus secundum canones,ut dictum est. quod qualiter de iure ciuili procedat:Dic quod quędam sunt ciuitates minores,ut sunt communiter omnes quæ habent iurisdictionem prædictam absque mero & mixto imperio.Aliæ sunt magnæ, ut ciuitates metropolitanæ,nec dico per Archiepiscopatum,

ſcopatum,ſed quia ibi erat forũ cauſarum magnum,cui ſuberãt multæ aliæ ciuitates, vt ff.de excu.tuto.l.ſi duas.§.eſt auté, & §. ſeq. Iſta auté ciuitas metropolitana dicitur caput prouintię C.de metropoli.berito.l.1.lib. 11. unde merito ſolum totum quod ſubeſt vni metropolitano, dicebatur prouincia,ſicut & hodie faciunt canoniſtæ,ut dictum eſt in principio glo.
2 † Et eodem modo vnus prẹſidatus dicitur vna prouincia.Nam ei ſubſunt plures ciuitates,vt in omnibus legibus quæ faciunt mentionem prouinciæ.Cum ergo a principe uel a iure fiat appellatio ꝓuinciæ qualiter accipiatꝰ Dic quod qñcũque fit appellatio prouinciæ eo reſpectu: quia eſt ſub vna iuriſdictione,& tunc cum cõtingit quòd quælibet ciuitas habet iuriſdictionem ſeparatã, nec eſt unus præſes cui ſubſit quælibet ciuitas,habetur pro prouincia,vt C.de præſcri. longi tempor.le.fina.Et quod ibi no. Quandoque appellatio prouincię fit eo reſpectu quòd maior eſt diſtantia quando extra prouinciam, quàm quando intra.Et tunc ſerua, quod no. in d.cap.coram, extra, de electio.vt exiſtens extra prouinciam ſi eſt multum a remotis, habeatur perinde,ac ſi eſſet extra,& eodem modo exiſtẽs extra,ſi eſſet multum de propinquis,habeatur perinde ac ſi eſſet intra,ſicut intelligitur.C. de dila.l.1.Et ſic ſentit Io.And.in c.vltra tertiã. extra de teſti. Quandoque appellatio prouincię fit alio reſpectu,vt quia mittitur legatus in tali prouincia,vel aliquid conceditur hominibus talis prouinciæ,tunc appellatio hæc debet intelligi, ſecundum communem, & vulgarem modum loquendi,vt Longobardia,Tuſcia,Marchia,& ſimilia,cuius eſt hic. Et ita tenet glo. & Cy.in dicta.l.fi.Et Hoſt.& Io.And.in d.cap.vltra tertiam, in 8.q.Et hæc ſunt quæ gloſſando dixit Dom.Bartho.Ex quib.ſatis deprehenditur, &c. In hoc regno Arragonum Ciſmarino habemus tres generales prouincias,ſcilicet regnum Arragonum,Valentiæ,& principatum Cathaloniæ. Et quamuis omnes ſint ſub vno rege & præſidatu,reſpectu tamen diuerſorum titulorum:quia vt Arragonum rex, nõ eſt Valentiæ,nec Comes Barchinonæ.Facit quod no.glo.in l.3.ff. de offi. præſidis. imo habet ſuas diuiſas ſtationes, & diuerſa fiſcalia iura & leges diuerſas.Et ſic de vna ad aliam non infertur. ¶ Ad hoc not. in le. prima,C.de compenſat. Et ideo inter has prouincias ita ſe habent iura, ac ſi eſſent diuerſorum dominorum inter ſe:nam ſi vna iſtarum prouinciarum requirat aliam, ut ſuum malefactorem remittat:non tenetur de neceſsitate: quia id non eſt de more, ut in clemen.paſtoralis, de re iudica. Nam quamuis de iure nouo authenticorum in magnis criminibus,fiat remiſsio in terris imperij, vt in authen. vt nulli iudicum. §.ſi quis uero comprænhenſorum, & in authent. ſi uero criminis.C. de adulteriis, & ibi Salycet. quamuis de iure digeſtorum diceretur remiſſionem ex urbanitate fieri,vt no.glo.& Bar.in l. ſi tui.§.cum ſacrilegium.ff.de publicis iudicijs. Hoc ideo eſt,quia omnes terræ imperij,ſubſunt Imperatori,ut domino uniformiter.ff.ad l.Rhodiam de iactu.le.deprecatio.C. de quadriennij prẹſcript.l.bene a Zenone.Sic & omnes prouinciæ & Epiſcopatus ſubſunt domino Papæ, tanquam domino rerum eccleſiaſticarum vniformiter.60.diſt.cap.oportebat.Merito de iure canonico inter eccleſiaſticos fit remiſsio,vt no.in c.1.de rapto.& in c.1.de priuilegiis.lib. 6. & c. vt cõmiſsi.de hæreticis.li. 6. Sed cũ diuiſę ſunt ꝓuincię,& non ſub eodem dño uniformiter, & tunc nõ fit remiſsio,niſi ut id ſit de more: ut in d.clem.paſto.Et hoc not.ibi Pan.& Stephanus. Ergo ex quo dicta regna ſubſunt diuerſo iure domino regi,& habent ſuas iuriſdictiones ſeparatas inter eas,non eſt de more remiſsio. Et officiales non remittentes non grauarent, nec de illis quęrela fieri poſſet,ſed illas eſſe ſub eodem domino prodeſt:quia &c.quod officiales a principe inferiores neglegerẽt facere iuſtitiam,nec
3 eſſet inter illos licitũ iudicare † marchas, uel repræſalias. Nam in his pignorationib. uel repræ-
b ſalijs,[b] duo requirunt ad hoc ut de iure canonico,& ciuili toleretur: ſcilicet quod iudex ſuperior in iuriſdictione aditus,denegauerit facere iuſtitiam,ut in cap.dominus Deus noſter.23.q. 2.Ad hoc quod not. in l.nullus. C. de Iudęis.ff. de incẽdio rui.naufragio.l.nequid. quod vi aut clam.le.alius.§.belliſsime,& quod ibi notat. Et ideo dicit Barthold.in tract.repræſaliarum, qđ omnes doctores communiter dicunt, & in ſententiam iſtam ſe inclinant,quod ſiquidem contra illum hominem,gentem uel populum, qui iuſtitiam facere,& debitum reddere neglexerit
4 poteſt recurſus ad ſuperiorem haberi, † tunc repræſaliæ in foro ciuili,non ſunt licitę. Et ſic dicit intelligendum iura, reprẹſalias reprobantia. in authen.ut non fiant pignorationes. collatio.quinta,C.ne uxo.pro marito.authentic.omnimodo. Et in authentica, ut nulli iudicum. §. quia uero.C.de actione & obligatione, authentica, imo.Et ad idem.C.de decurionibus. lege, prouidendum.libro decimo, & ut nullus uicarius pro alio debito teneatur.lege prima, libro decimo.& extra de iureiurando,& damno dato, capitulo primo, libro ſexto, & C. ne filius pro patre,authentica, habita.Si autem non poteſt haberi ad ſuperiorem recurſus, dicit reprẹſalias inſtas,duobus concurrentibus. ¶ Primò dicit requiri ſuperiorem authoritatem, non enim licet alicui ſua authoritate ius ſibi dicere, ut iura uulgata dicunt,& eſt expreſſum.30.quęſtione ſecũda,capitulo prim. ¶ Secundò quod ſuperior authoritas imponatur ibi, & ex iuſta
5 cauſa. nam iſta decreta, † niſi ex iuſta & uera cauſa interponantur, ſunt ipſo iure nulla, ut lege, cum uero. §. ſubuentu. ff. de fideicommiſſarijs liberis, & lege prima, §. hæc uerba.

verba. ff. ne uis fiat ei. Causa legitima esse uidetur, si dominus, uel gẽs, uel populus, requisitus iusticiam facere neglexerit, seu denegauerit, ut in dicto cap. dominus. Et ita dicit sentire Innocen. in cap. diui. et ibi do. Anton. de Butrio. de restitu. spo. & in c. sicis. de iureiur. Et Cy. in dic. authen. habita. in fi. Et Iacobus de Beluiso. in q. sua disputata, quam ponit in d. auth. Ne fiant pignor. Sic ergo tu vides in his repræsalijs esse necessaria duo, neglectum, vel denegationem iustitiæ & indictio a superiore. Et qđ supremus iudex sit requisitus, quomodo inter has ꝓuincias uni domino, quamuis diuerso iure subditas marchas uel repræsalias permissas. Dices qa idẽ dominus primo habere requiri, & idem decretatur in marchas, quòd nõ est dare casum sine rebellione vnius ꝓuinciæ, quæ a cordib. subditorũ domini nostri Arragonum regis satis est inimica. Et tali casu nedum repræsaliæ, sed illorum bona essent confiscata, & princeps in prædam posset illa dare vt in d. extrauagãti, qm̃ nuper. no. per Bar. & in l. hostes. de captiuis. ff. & in l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capitis diminutione. Sed in bonis debitoris, videtur a foro Valentiæ, marcha concessa data fatiqua curiȩ. in foro Comalgu. de pignoribus. Et uide quod ibi no. per foristas.

## CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a PROVINCIA.] Iure gentiũ adinuenta prouinciarum diuisio, & distinctio est, vt Anacletus Papa testatur. in c. 1. 99. distinct. & sequitur Innoc. in c. cũ causam. de probat. & habetur in c. Galliarum. 25. q. 2. per Matth. de Afflic. in tracta. Protomixeos. in princip. l. nu. 2. quod, & dixerat antea Bartol. in l. ex hoc iure. colum. prima. ff. de iust. & iure. Primaque omnium prouincia Sicilia appellata est, vt Cicero docet. quarto, in verrem. cui illud concinit Ouid. Fastorum. lib. 1.

Redditaque est omnis populo prouincia nostro.

Dum enim Roma mundi Imperio præesset, procul positas regiones, cum in ius suũ redegisset prouincias appellauit. Aegisippo teste, vt procul uictas designaret. Inde M. Marcello, & Ser. Sulpitio Coss. quo tempore M. Cicero Cicilia pro consule administraret, in populi Romani ditione multæ erant prouinciæ. Sardinia, de qua triumphauit T. Manlius Torquatus. Corsica de qua C. Papirius Maso consul. Hispaniæ de qua Scipio maior. Asia de qua primo L. Scipio proxime dicti frater, demum (Mortuo Attalo Rege, qui P. S. Q. Ro. Beneficio eam tenuerat) deuicto Aristonico Rege inuasore de eo, & M. Perpenna, & M. Aquilius triumpharunt. Aetolia de qua M. Fuluius Nobilior. Macedonia, de qua & L. Aemilius Paulus, demumque Q. Metellus triumpharunt. Illyrium, & Dalmatia, de quibus. L. Anicius prætor Gentio Rege deuicto, eo ante currum cum familia ducto triumphum egit. Aphrica de qua Scipio Aemilianus, & Achaia de qua L. Mummius triumpharunt, nomenque ille Aphricani, iste Achaici inde sortiere. Gallia Cisalpina a M. Marcello (qui primus Anibalem vicit) occiso Virdumaro Gallorum Rege singulari certamine, Capta. Gallia Transalpina siue Narbo. a Q. Fabio. L. Pauli nepote subacta. Cilicia a P. Seruilio Consule, Isauro arce deuicto, vnde sibi Isaurici nomen contingit, sub iugo deducta. Bithynia prius Pop. R. à Nicomede rege testamento relicta, a Mithridate Ponti Rege occupata, ipso victo, eidem Romano popu. Magni Pompei mediò restituta. Syria ab eodem Pompeio. Creta a Q. Metello. omitto alias innumeras prouincias ab vrbe possessas, & quȩ sub nominatis etiam continentur, ut Numidia, Mauritania, Pontus, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Iberia, Græcia, Thessalia, Bȩotia, Pamphilia, Caria, Phrygia, Lycaonia, Lydia, Ionia, Mysia, Galatia, quæ & Gallogrecia, Pysidia, Lycia, & Cyprus. & Propemodum infinitæ aliȩ de quibus longè, lateque apud T. Liuium, & Eutropium, & alios videri potest, qui de Romanorum gestis Historias conscripsere. ¶ In re tamen de qua agitur, quando, & quæ vocetur prouincia plenissime videas Franciscum Marcum in decisio. Delphi. 35. in fi. & iterum latius in decisio. 366. per totum. volum. 1. ubi perfectè hanc materiam pertractauit, ad quem sufficiat. ¶ In hoc tamen regno Neapolitano, sunt nonnullæ prouintiæ, ut duæ Aprutij, duæ Calabriæ, Lucaniæ, Principatus citra, Principatus vltra, Campaniæ, Comitatus Molisij, Capitinatæ, Apuliæ, Hydrunti, de quibus per Pandolfum Collenucium Penlaurensem Iureconsultum, in historiis huius regn. Neapolitani, & per Marin. Frecciam de subfeudo. Baron. libro primo. & tamen non ideo habent istæ prouinciæ plures reges, sed vnum tantum PHILIPPVM AVSTRIVM Regem nostrum Catholicum, quem Deus Regnare faciat in æternum, pro Christianȩ reipublicæ tutela. is enim acerrimus S. R. E. defensor, nullam pretermittit occasionem, nullas euitat expensas, vt immanem illum Tyrannum Turcham in Christi fidem sçuientem non opprimat, de quo sperandum erit quòd illum in Italiam portabit victosque pœnates, cum Christus sit pro nobis. Adeo quòd dici poterit Prouinciæ appellationem interpretandam secundum varias gentium & populorum nominationes, & vsus. ¶ Nec omittam interim sub prouinciarum nomine Italiam non contineri, cuius rei causas diiudico, quòd cum prouinciæ, ex supra notatis, appellarentur regiones procul uictæ, non poterat Roma prouinciam appellare Italiam, quæ procul non erat, nec uicta, tũ maxime cum Italia non prouincia sed prouintiarum Domina iure merito appelletur vt voluit gloss. in l. fi. C. fine cens. uel reliq.

b ¶ REPRAESALIIS.] Clarigationem appellauit latinè Andr. Alciat. in l. Prouinciales. ff. de uerborum significa. & in epistol. ad lectores in princip. C. quod uocabulum apud latinos ad hanc significationem me non reppperisse fateor, pro huius negotii denominatione. licet alio et mõ exponant Seruius in lib. 12. Aeneidos, & Petrus Crinitus, de honesta discipli. lib. 7. cap. 4. & Alexand. ab Alexandro Dierum Genialium. lib. 5. capitu. 3. Hermolaus autem Barbarus uir latinè, Græceque apprimè doctus, Venetiarum Decus perpetuum, uocauerat ante Alciatum reprȩsalias [Clarigationes.] & Plini. lib. Historiar. natur. 22. capit. 2. ubi ipse Hermolaus nouissimè videndus est. Dominus Hyppolitus Bonacossa Iureconsultus Ferrariensis in tracta. quȩstio. crimi. §. reprȩsaliȩ. ¶ Gulielmus tamen Budȩus Galliarum Splendor, in annotatio. posterior. in lege, aut facta. §. Euentus. ff. de pœn. dicit eas Grecorum uoce appellari. (ανδροληψίαν.) idest Androlepsiam. vel in neutro genere (ανδρόληψιον) id est Androlepsium. quem refert & sequitur Andre. Tiraquell. in repe. lege si unquam. in versiculo susceperit liberos. numero 147. C. de reuoc. donatio. clarigationum autem vocem sequitur Domi. Octauianus Vulpellus in tractatu de pace, & induciis, q. 98. numero sexto. ¶ Summus autem Pontifex meliori, & magis frequentiori stilo uocabuli appellatione

vtitur vocando, eas pignorationes. in capitulo primo, de iniur.lib. 6. quam sententia frequentiori communiter doctores sectantur. Ioan.Andr.Archi.Domini.& Philip.Franc.in dicto capitulo primo, sequitur Philip. Corne.in consil. 160.circa repræsalias,litera m,volum. 2.Andre.Tiraquell.in repeti.l.si unquam, in versic. susceperit liberos.num.147.C.de reuoca.dona.& Angel. in consil. 196.ex themate. colum. 1. Iacobus Spiegellius in lexico iuris.in versicu.hominem pignorari, & in versicu. repræsalia.Guido Pap.in decisio.Gratianopo. 32. repræsaliæ.in princ.Dom.Iodocus Damhouder. in pract. crim. cap.98.per totum.Didacus de Couarruuias. in reg. peccatum.parte. 2.§.9.num.4.uersi.hinc denique.& Do. Bernardi.Schodobius in repe.authen.habita.§. hæc ob alterius.nu.1.C.ne fil.pro patr.& communiori usu apud nostros ita receptum est.¶ Talesque repræsaliæ,(ut vsitario ri apud doctores vocabulo vtar)originem traxerunt(Vdalricho Zasio teste)ex antiquis Romanorum vetustis legibus,& ex Numæ Pompilij fætialibus officijs, videndus tamen erit Scodobius,vbi supra. ¶ Ad quæstionem Bellugæ hic an repræsaliæ de iure permittantur,longe disputatum est per Doctores nostros vsque huc, ita ut nõ requiratur alia discussio communis:etenim iuris regugula est tales pignorationes,seu repræsalias iure prohibitas esse.in iurecivili habemus. tex. in authen.vt nõ fiant pignorat.§.1.vnde etiam sumptus est tex.auth. sed omnino.C.ne uxor pro marito,& tex.in iure canonico. in c. 1.de iniur.& dam.dat.in 6.in quo capitulo excommunicationis pœna imminet contrafacienti. de iure autem communi proxime allegato quadrupli pœna damni passo reficienda statuta est, & actionis pertinentis iactura. ¶ Tu tamen regnicola, vide etiam quia regni iuribus prohibita est repræsaliarum via ut in constitu. regni. Comes,& Baro.ubi Andr.& Afflict. sub rubric. de cultu pacis,in qua medietatis omnium bonorum pœna constituta est; & eadem pœna confirmata extitit à rege Ferdinando.in Pragma.incipien.Ad audientiam nostram. sub rubric. de repræsalijs, vbi etiam alia arbitrariæ pœnæ sequela imminet, ipsius regis arbitrio reseruata, & hoc dubium non est, sed communiter ab omnibus supra citatis ita approbatum. licet pugnare videatur tex.in capitu.Dominus noster.23. quæstione secunda,tamen infra dicetur,vnde posita regula pro constanti. ¶ Limita eam primo,repræsalias concedendas fore si interueniat superioris authoritas, quo minime authorante ad concessionem procedi non poterit, ut sub numero quarto,hic asserit Belluga.voluit Bald.in capitulo, primo, de milit. vassallo.qui contum.est.Matth. de Afflict.in regni Constit.pacis cultum.numero quadragesimoseptimo sub rubri.de cultu pacis.Dominus Iodocus Damhouderius.in criminum Enchiridio. capitulo nonagesimooctauo,numero nono. 11. Guido Papæ decisio. Gratianopo.32. repræsalia.nu. 1.qui accepit totam ferè illam decisionem authoris nostri Bellugæ nomine suppresso è loco isto. Didacus de Couarruuia in regul. peccatum.parte 2.§.9.num.4.uersicu.hinc denique.de regul.iur.in sexto, vbi ex Ioannis Iacobi de Canibus sententia asseruit, eum posse repræsalias concedere, qui bellum indicere potest. ¶ Secundo limita non procedere ubicunque subesset iusta causa concedendi repræsalias, puta ut hic asserit Belluga, quia princeps, uel superior denegauerit,& iustitiam facere neglexerit, & ita procedit tex. in dicto.capitu. Dominus noster 23. q. secunda.Innocen.in capitulo olim,de restitu. spoliator. Cyn.in authen.habita. C. ne fil. pro patr. ubi Dominus Scodobius,ubi supra nume 4.Archidiaco. in dicto cap. 1.de iniur.lib.6.Ioannes Andr.in Mercur. in regul. non debet. columna quarta,de reg.iur.in 6.Barto.in dicta authentic.ut non fiant pigno.Guido Papæ in allegat. Decisio.Gratianop.32.numero secundo, vbi etiam Anton. Rambaudi in Apostillis. Bald.in capitulo primo,de milit.vassal.qui contum. in feud. Matth. de Afflict. in dicta regni Constitu. pacis cultus.nume.47.Bald.in dicta authen.sed omnino.C.ne uxor pro marit.Bartol. in tracta. repræsal.parte secunda, quæstione tertia, Albericus de Rosat.in prima parte statutorum quæst.58.Iacob.de Beluiso in dicta auth.ut non fiant pignor.Raphael Comens. in consil. 151. in causa uertente.colum.fi.Angel. in consil.122.quia debitum non est,& in consil.196. ex themate,per totum.Philipp.Corne.in consil.160.Circa repræsalias,litera c, & litera n, volum.2.& in consil.62. clarissima.per totum.volum.3.Lucas de Penn. in lege unica. C. ut null.ex vicaneis,libro decimo. Bartholom. Socy. in consil. 120.cum in præsenti.colum.fi uersiculo, circa septimam, & ultimam, uolum.primo,& in consi. 231. Cum in præsenti.quod est duplicatum.colum.fi. volum. secundo,Damhouderius. in dicto capitulo 96. nume. 4. Couarruuias ubi supra numero quarto, versiculo. hinc. Franciscus Marcus in decisio.Delphi.169.nume.quinto, uolum.1.¶Declara hanc limitationem in denegatione iustitiæ ex iuregentium debitæ, & petens iustitiam sequeat, cũ tunc demum iustitiam denegari dicatur ei, ad repræsaliarum concessionem deuenire possit, non potest enim iustitiæ neglectus opponi, vbi subiecti qualitas deficit.l.Pomponius.in h.ff.de acquir. possess. ita argumentatur Ludouic.Rom.in consi.47. inspectis .ubi D. Horatius Mandosius,& uoluit in hoc casu expressim Barthol.Socy.in dicto consil.120. & in dicto consilio. 231. ¶Secundo declara debere requiri usque ad supremum superiorem,& usque ad principem, nec sufficere loci iudicem requisitum fuisse, & iustitiam adimplere non permisisse,sed requirendos esse etiam magistratus alios appellationum,& superiorum concludit Barto. in dicto tract.q.2.principali.q.1.Io.Andr. in dicta regul.non debet.Bald.in dicta auth.sed omnino. sunt enim repræsaliæ in subsidium repertæ,ut si remedia adsint ordinaria, ad subsidiaria ita recursus haberi nequibit. ita Bald. in lege, ex hoc iure.ff.de iusti.& iure.& Corne. in dicto cõsil.160.litera n, volumi.secundo,& in dicto consilio sexagesimosecundo,in fi.princip.volum.3. Socy. in dictis consil.120.131.Angel.in dicto consil.196.allega.2. versiculo.tertio peccat,& Comen.in dicto consil.151.circa finem.ad quod tu regnicola,habes dictam Pragmat. Regis Ferdinandi, in qua habeatur recursus ad regia Tribunalia. ¶ Tertio declara tunc demum ad repræsaliarum concessionem procedi posse,si princeps de dãno passo per supplicantem fuerit informatus, & sibi cõsterit. Bald.in dicta lege,ex hoc iure.ff.de iustitia & iure,& diuus Thomas de Aquino in secunda, secundæ quæstione quadragesima.artic.1.& uoluit Matthe. de Afflictis in dicta constitutio.pacis cultum. nu. quadragesimo septimo. ¶Quarto declara,dum tamen non solum principi constet de damno passo,sed etiam damnum graue esse, alias enim pro re modica repræsaliæ concedi nequeunt, quoniam remedia subsidiaria non competunt pro re modica (sicuti est restitutio in integrum) non enim ipsa conceditur pro modico.l.si oleum.§. finali, ff. de dolo.lege scio.ff.de restitu. in integrum.eodem modo in repræsalijs erit, cum & hę subsidiariæ sint, ut supra inductum est, ob quod concedi nullatenus hoc casu poterunt & hanc opinionẽ tenuit Dominus Damhouderius in dicta practica,capitulo nonagesimosexto, numero nono, decimo, & est de mente Bartholomæi Socy in dictis consilio 120.& consilio 231. ¶Quinto declara,ut is cui conceduntur repræsaliæ subditus sit concedentis, non autem exterus, & sit contra exteros uno

contra

contra subditos, & q plus sit tempore damnum passi, secus si postmodum subditus efficeretur, vt notant supradicti præsertim Afflict.& Dom.Iodocus Damhouderius. ubi ad saturitatem uide practicam totius materię plenè,& pulchre ibi per eũ positam, à quo,& supplicatio,& libellus accipi poterit. ¶ Nunquid autem ab alio concedi valeant quàm à Principe? quod non, neque per Legatum, voluit Francisc.Mar.in decisio.Delph.769.nu. 6.vol.1.& aliquid per Couarr.vbi supra. ¶ Contra quas personas concedi nequeant.plenè Angelus de Clauas.in summa, in versicu.repręsalia.§.1.& per D.Iodocum Damhod.dict.c.96.per totum, per D.Bernardin.Scodobiũ in dicta repe.authen.habita, vbi supra, & est tex. plenus in dicta auth.vt non fiant pignorat. ¶ Repręsaliæ cocessæ contra ciues ciuitatis, an comprehendat homines villarum, & casalium.quòd non comprehendantur voluit Bald. in dicta authen.sed omnino sequitur Thomas Gramm.in crim. 48.& In causa Christophori. nume.4. hic contingit quæstio illa an ciuitatis appellatione veniat villa.de quo sermo noster nõ est hic, alibi fortè longius,& melius dicetur. de supranotata tamen quæstione uide D.Octauia.Vulpellum.in tract.de pace,& indut. q.89.num.5. ¶ Erga clericos, & personas ecclesiasticas concedi non poterunt.tex.in dicto c.unico.de iniur.lib. 6. Hyppolit. de Marsil.in rubr.ad leg.Cor. de fals.num. 61. Damhouderius vbi supra.nume. 21. vbi tradit non concedi contra mulieres, nõ contra subditum eiusdem Principis, non contra Legatos, seu Ambasciatores, nec contra euntes ad nundinas, seu mercatus, non contra peregrinantes ad loca sacra, non contra personaliter citatos, nec contra mercatores, seu nautas, ventorum, aut tẽpestatis vi impulsos alicui portui, nec etiam contra studentes, siue scholares. de quo vltimo D.Bernardi.Scodobius.in dicta auth habita.loco supra allegato.num. 1.vbi etiam eiusdem est opinionis contra clericos. Secus autem contra clericos debitores inquit Guid.Pap. in decisio.Gratianopol.34.sed accidit.ubi apostilla Rambaudi plenè.& sequitur dicens communem Ioann. Baptist. Villalobos.in tracta.opin.Commu.§.repræsaliæ.nu. 30. & hæc de repræsalijs obiter dicta sufficiant, videas ad materiam plenos tractatus à Docto. compilatos, ad quos me remitto. ¶ Est denique notandum ad materiam quòd si concessæ fuerint repręsaliæ contra aliquam nationem, puta cõtra Neapolitanos, Romanos, & similes, eo casu non possunt locum sibi vendicare contra ciues illarum ciuitatum mortuos, ex quo cadauera impediri nequeunt.uoluit Bald.in l.cum sit.C.de sepulch.viola.sequitur Hyppolyt.de Marsil.in l. fin.nume. 54. ff. de quæstio.

## In §. Visum est.

*SVMMARIVM.*

1 *Contractus ratione, vtrum fiat remissio.*

Visum est quomodo inter has diuersas prouincias remisio in criminalibus non est necessaria, nec & si non fiat in uim grauaminis deduci non potest. Est uidere quid in contractibus & negotijs patrimonialibus. Et primo de contractibus. Et certum
a est de iure regulariter in contractibus[a] iudices
1 non arctari † ad remisionem, vt no.in le. hæres absens. ff. de iudic. per glossa. & Doctor. Et quòd no. in capitu. Romana.capitu. contrahẽtes.de foro competenti, libro sexto, & hæc est regula tradita a Doctoribus vtriusque iuris. Tamen hæc regula fallit in aliquibus casibus, in quibus iudices etiam in ciuilibus contractibus de vna prouincia ad aliam tenentur remissionem facere, aliàs contra iustitiam facerent. Et sic grauarent. ¶ Primus casus, quando in loco contractus vel iudicij iurauit se iudicio sisti. Et spreto iuramẽto aufugit a loco iudicij: quia tunc ratione periurij posset remitti ad locum vnde aufugit. Et hanc exceptionem a dicta regula, dicit Angel. suam esse in additio.ad Bal. in lege, hæres absens. ff. de iudic. Allegat casũ in authẽ. de exhib.reis.in §.si uero omnino &c. ¶ Secundus casus quando agitur de statu ingenuitatis qua se mala fide cõstituit. C.vbi de causa status. lege prima. & sic si iudex unius prouinciæ seruum sui districtualis peteret remittẽdum in iusticiam, grauamen inferret, nisi remitteret, & causa illa cum domino & possessore esset tractanda coram iudice requirente. ¶ Tertio hortantur iudices ad remittendum in contractibus, si est quæstio de conditione personæ, quæ dicitur astricta corpori, uel collegio a quo fuit.vt in l.2.C.vbi de mili.vel coarctali. Quarto hortatur iudex ad remittendum in cõtractibus, quando contrahens in contractu renunciat priuilegio sui fori. Et hoc tenet glos.in l.1.ff.si quis in ius vocatus non ierit. quæ glossa non est alibi,& illam ibi Bal. sequitur, quamuis Angelus ibi teneat contrarium, indistinc.l.hæres absens. Sed pro opin.glos. & Bald. multum facit glo.in l.prima.ff. de eo quod certo loco. Et quod not.in l.Titium & Mæuium.§. tutores. ff.de administr.tutorum. Et in dubio tene opi-
b nionem glosæ,[b] sicut facit puer qui nescit equitare, qui se tenet ad arsonium, ut dicit Iacob. Butriga.C. qui pro sua iurisdictione. Et sic uides in quibus contractibus iudices unius prouinciæ tenentur remittere, aliàs iniustitiam faciunt & grauant, & de tali grauamine una prouincia de iudicibus alterius prouinciæ posset in curia generali conquæri, licet communiter non sit in usu: quia cum in ijs una prouincia grauatur, habet aditum ad dominum regem extra curiam,& in talibus prouidet. Et sic talia grauamina ad curiam non reseruantur generalem.si tamen non uellet, non obstante quòd iudices prouinciarum habent principem superiorem, ad quem posset recursus haberi, tamẽ illorum grauamina etiã curia possent tractari, vt dicam infra latius. De patrimonialib. uero causis, non est dubiũ, qđ ẽt in contractibus iũdices unius prouinciæ, tenentur remittere ad locum gestę administrationis. vt in lege, secunda, C. ubi de ratiocinijs agi oporteat. Ratio textualis est: quia ibi maior habetur indago de gesta administratione quàm alibi. Et ideo di-

cunt iura, quòd in publicis administrationibus certum est, quod debet fieri remissio. Et ita dicunt glossa, & Bald. in lege prima, C. ubi de ratiocinijs. Et ideo in aliquibus partibus sunt fori, ut in hoc Valentino regno, ut etiam intra prouinciam administratores iurium dominorum locorum remittantur ad locum.

## CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶IN contractibus.] Regulare est in contractibus de loco ad locum remissionem ab uno foro ad alium non fieri, ut originaliter habetur in dictis iuribus hic allegatis per Bellugam, & voluit Barto. in dicta lege. hęres ab sens. §. si quis tutelam. ff. de iudic. & per Dominic. & Philipp. Francisc. in dicto capitu. Romana. §. contrahentes. de foro competē. lib. 6. Abb. & Fely. in capitu. fi. extra eodem titulo, & communi calculo hoc recipitur. ¶ Limitat hic Belluga primo ubi iuratum fuerit in contractu de iudicio sisti, tunc enim iuramenti ratione ad locum fit remissio contractus, ut Angeli fuit originale dictum ut hic. quibus adde alia adducentem pro huius confirmatione per Fely. in dicto capitu. fina. nume. 45. de foro compet. & Anto. Corset. in repetit. rubric. extra de iureiu. priuileg. iuramenti. 5. quem sequitur tacito tñ authore Ludo. Ro. in singu. 279. incip. reg. est in cōtractib. refert eũ & sequitur Sebastia. Sapia in apost. ad Pan. in dicto capitu. fina. sub nume. 37. de for. compe. Paul. de Castr. in dicto. §. si quis tutelam, & sequitur Nicol. Boer. in consil. 50. videtur primo breuiter. num. 21. & Francisc. Marcus in decisio. Delphin. 400. num. 4. uolum. 1. ¶Contrarium quòd iuramento non obstante remissio non fiat ad locum contractus tenuit Cardin. in cap. 1. in fi. extra de iureiu. sed ut uides communiter doctores sentiunt contra opinionem Cardin. cui communi me subscribo, cum moderamine in ea re tradito per Didacũ de Couarruuias Practicarum quæst. cap. 10. sub nume. 4. versi. decimo si quis. quo in loco de re hac notabiliter scripsit, sicuti semper suo more. ¶ Limitat secundo Belluga secus esse in causa status, in qua remissio fit. cui adde tu gloss. notab. idem uolentem in capitu. de seruorum, extra de seru. non ordin. & Philipp. Franc. in dicto. §. contrahentes. colum. 3. versicu. si uero loquimur. ¶Limitatio tertia Bellugæ est etiam in debitoribus fiscalibus, ut in dicta. l. 2. C. vbi quis de curial. & uoluit Philip. Franc. in dicto §. contrahentes. colum. 3. uersi. secundo. ¶ Limitat quarto Belluga remissioni in contractibus locum fore vbicũq; quis in contrahendo eius fori priuilegio cesserit, renuntiaueritque vltra allegata hic per ipsum D. Authorem. idem tenuit Azo in summa titul. de iurisdictio. om. iudic. Archidiacon. in cap. 1. 11. q. 1. Innoc. in cap. postulasti. de foro compe. & in cap. dilecti, vbi Maria. Soc. art. 3. extra eo. tit. Bartol. Castr. & Lancello. Dec. in d. l. hæres absens. Anto. de Butr. Cardi. Panor. & Fely. in d. c. fi. de for. compe. Bald. in c. præterea. de offic. delega. & in l. cũ Archimedorã. C. vt in poss. leg. Iaf. in l. 1. ff. de eo quod cer. loc. Philipp. Franc. & Beluisius Iunior in dicto. §. cōtrahentes. nu. 94. Abb. Dec. Rip. Berous & Alciat. in c. 1. de iud. & uoluit Francisc. Marc. in dicta deci. Delphi. 400. nu. 3. vol. 1. Didacus de Couarr. plene in dicto cap. 10. versic. quinto, & Nicola. Boer. in dicto consil. 50. nu. 21. ¶Quinto vlterius limita non procedere cōclusionem supra firmatam vbi quis conueniretur pro reddenda administratione, is enim remittitur ad administrationis agitatæ forum. hic est casus dictæ le. hæres absens. §. si quis tutelam. habetur in l. 1. ubi Accurs. & alij doct. C. ubi de ratioci. agi op. Alexand. in apostil. ad Bart. in dicto. §. si quis tutelam, & Abb. Panor. in dicto. c. fi. nu. 37. sequitur ibi Fely. nu. 43. de for. comp. Anch. regiens. quæst. 61. parte. secunda, sequitur eum referens Dominus Borgninus Caualcan. in repertorio tractat. de tutorum & curatorum in verb. tutor. Couarruuias, vbi supra. ¶ Sexto limita non procedere ubi quis promisit se repræsentare in loco ipsius contractus, tunc enim ad illum locum remissio faciēda foret. voluit Bal. in dicta l. cum Archimedoram. C. ut in posse. leg. Philippus Deci. in cap. 1. num. 23. & ibidem Ripa num. 66. extra de iudic. sequitur Iaso. in l. si conuenerit. nume. 41. ff. de iurisd. om. iud. & Curtius Iun. in d. l. 1. nume. 9. ff. si quis in ius uoc. non ierit. ¶ Septimo fallit non procedere in eo, qui promisit stare in iudicio, & demum se absentando latitat, & occultat, Bartol. in dicta. le. hæres absens. §. si quis tutelam. ff. de iudic. Fely. in dicto c. fi. nume. 47. de for. competen. & omissa Bartol. opinione si possideat in loco contractus bona, vel non, tenenda est opinio quòd tunc demum remissioni in contractibus locum erit in latitante, si in loco contractus latitauerit, secus si in alio loco quam contractus, ut rectè quidem animaduertit Philipp. Franc. in dicto. §. contrahentes. Ripa in dicto cap. 1. num. 66. de iudic. & Lancellot. Dec. in d. l. hæres absens. §. 1. & uidendus est Ioannes Faber. in auth. si uero. C. ad leg. Iul. de adult. & uoluit Franciscus Marcus in decisio. Delphi. 400. nume. 13. volum. 1. & Didacus de Couarruu. in loco iam sæpius citato. versiculo. tertio infertur, & in hanc etiam limitationem coincidit alia, quę à doctoribus assignatur quòd ex nimia contumacia locus est remissioni in cōtractibus de quo per eundem Lancellot. Ripam, & Couarruu. in locis supra allegatis. ¶ Octauo limita remissioni locum fore si qs in contractu promiserit soluere aliquo loco, uel tempore puta in nundinis, si enim nundinarum tempore eo loco quis non inueniatur soluere, ibidem conuenietur, & ad nundinarum forum remissio facienda est. Bald. in cap. 1. de milit. vass. qui contum. quam sententiam approbarunt Curt. Iunior in dicta. l. 1. num. 10. ff. si quis in ius vocat. non ierit. Iaso. in dicta l. si conuenerit. Deci. Rip. & Alciat. in dicto cap. 1. de iudic. Videnda tamen sunt ad hanc rem, quæ pulchrè conueniunt notata per Bald. in rubric. C. de reuoca. his quæ in fraud. cred. colum. 11. & exactissimè habetur in capella Tholosa. decisio. 103. itē fuit quæsitum. ubi Stepha. Aufrer. optimè in apostill. ad quem me remitto. ¶ Nono, & vltimo, ne hic diutius immoremur remissioni locus erit in actione hypothecaria, quod intellige procedere, ut optime per Philipp. Franc. in dicto §. contrahentes. colum. 4. ¶ Est denique notandum quòd etiam in remissione de qua nunc agimus, in ciuilib. debet procedere aliqualis cognitio. Angel. in l. 1. C. ubi causa status. Petr. de Anchara. in cap. dilecto. de sen. excommu. in 6. & uoluit etiam alios referēs Fely. in cap. fi. nume. 47. de for. compe. & de materia remissionis in criminalibus dicam latius in §. sequen. in apostil. in uer.

b ¶OPINIONEM glossæ.] Authoritas glossæ cæteras omnes antecellit. Bartol. in l. ut uim. ff. de iustit. & iure, & in perpetuum non errat qui opinioni glossæ adhæret. Bald. in l. si. §. necessitate. num. 9. C. de bon. quæ libe. & latè Io. Baptista Ferret. in consil. 48. in causa matrimoniali. nume. 3. Thom. Ferrat. cautel. 17. D. Iacobus Nouellus in regul. 6. in princ. post Duennas, & nouissimè Illustrissimus Hyero. Cardinalis Alba. ad Bartol. in l. certi condict. num. 5. ff. si cer. pet. dicitur enim idolus aduocatorum vt inquit Cyn. vti eum referunt Riminaldus, & Præstantissimus re, & fama percelebris Iureconsultorum primas D. Ioannes Bolognettus præceptor, & Dominus meus. in dicta. l. ut uim. ff. de iustitia & iure, &

te,& de hac Re longè,latèque Dom.Anton.Maria Coratius in tracta.de communi Docto.opi.lib.1.titul. 3. nume.12.13 & lib.2.titu.9.num.21.cum pluribus sequen. casu.7.ubi ad satietatem. ad quem semper refero dum de opinionum electione res agitur, is enim dilucide nodum hunc extricauit.

## In §.Ex quo prædiximus.

*SVMMARIVM.*

1 *Remissio in criminalibus, utrum fieri debeat.*
2 *Casus peculiares principis.*
3 *Vtens his, quæ sunt de praeminentia principis, capite punitur.*

X quo prædiximus de his remissionib. inter iudices istarum diuersarum prouinciarum, quando sunt necessariæ, & quando grauamen appellatur. Videamus quomodo ista petuntur intra iudices prouinciæ, si sunt necesse, & si non fiant, grauamen inducant. Et hic est præsciendum, quòd hodie in his regnis & terris Aragonum Cismarinis, quælibet ciuitates & uillæ habent suas iurisdictiones distinctas & separatas, non subordinatas ad tribunal magnæ ciuitatis, & sic quasi prouincias illas, & illarum quamlibet possumus iudicare, vt no. docto. in d. l. fina. C. de præscrip. lōgo tempo. Et sic quamuis aliàs de iure qui sunt sub eodem præsidatu, inter eas sit necessaria remissio, vt not. in dicto capitul. 1. de rapto. & in cle. pastoralis ... & in authen. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oportet, & in dicta. l. hæres absens. de iudi. tamen quia de more iudex illas remissiones non facit, nec cogitur per superiorem ad istam remissionem faciendā. Quæ consuetudo iudices excusat, quin iudices maiorum sequuntur erronei, vt dicit glos. singul. in capitu. 1. de postulat. præla. lib. 6. quod fuit dictum Ioann. An. in capitu. tuas dudum, de spōsa. duorum, allegans, capi. inter corporalia, de transla. Episcopi uel electi. Et hoc uerum nisi in casibus in quibus fori uel cōstōnes regnorū no
2 sunt remissiones faciendas, vti videmus in hoc Valētino regno in quo in latronibus & homicidiis condemnādis necessariò fit remissio, & hoc est clarum in terris in quibus iurisdictio nomine regis exercetur, quia sunt ciuitates uel
1 villæ regales, inter illas in dictis casibus † remissio est necessaria vrgente foro, & sumus extra dictum morem: quia cōtra fori dispositionem nequit consuetudo allegari, & ius fororum potest consuetudinem reprobare, ut in authen. nauigia. C. de furt. cum similibus, & diximus supra in ti. isto. §. his igitur, versicu. idem dicas. Sed uidimus dubitari, quid si latro uel homicida cōdēnatus in ciuitate vel villa regali, aufugit ad baroniam militum, vel baronum, uel ad locum vbi ecclesiastici habent omnimodam iurisdictionem, an illi debeant remitti ab eis si petantur, & an præsides pruuinciarū illos abstrahētes a dictis baroniis grauamē inferant dictis nobilibus uel dominis illarum terrarum. Et uidetur ꝙ non inferant grauamen, quoniā in his grauiorib. criminib. detinēs malefactorem, tenetur remittere, & cogi potest a superiore ad id faciendum, in authen. ut nulli iudicum. §. si quis uero comprehensorum, cum similib. ¶ Item quia id vult forus regni quòd latro vel homicida condemnatus in terra regis non sustineatur. Et sic forus est seruandus, & superior legem regni obseruans abstrahendo talem malefactorem non grauat: quia legis ministerio facit. ff. de adulterijs. l. grauatus, maxime quia princeps iurisdictionem exercēdo, concedendo baronibus, nō abdicat a se supremū imperium. ff. de offi. pro consl. l. legatis. & quod no. in cap. super quæstionū. de offi. delega. Et sic uidetur concessa, ut illorum iurisdictio inferior meritum superiorum, id est principis cognoscat, ut in tex. no. in le. 1. C. de offi. præfecti urbis. In contrarium tamen dici potest: quia isti milites habent suas baronias distinctas & separatas a iurisdictione regia cum suis terminis & territoriis, cum omnimoda iurisdictione & mero, & mixto imperio, non subordinatas regię iurisdictioni ad quā ab eis non recurritur, nec appellatur ad principem, nec ad præsidem. Et sic dicuntur istæ baroniæ prouinciales quædam, & sic non sunt sub aliquali prędidatu, nisi in certis casibus
2 † a foro reseruatis, in crimine læsæ maiestatis, falsæ monetæ, & plagii, qui sunt casus reseruati, & principi peculiares, merito ex quo alieno non subiacent territorio, sunt quodammodo principes in territorio suo, & habēt iura fisci, unde & pacta illorum habent uim legis, ut le. placet. C. de donatio. inter uirum & uxorem, & l. Cæsar. de public. Nam ut ait Apostolus. Qui non sunt sub lege, sibiipsi sunt lex. Licet hoc repręhendant Petrus & Cyn. in l. 2. C. de cōdictio. ob causam: dicentes, quod licet nō subiaceāt, subiacere tamen debent: quia nemo est qui non sit sub uniuersali imperio principis uel qui non debeat esse. Et in hoc residet Bald. sed hoc, est uerum quo ad uniuersale dominium, & principis preminentiam, quod & quā habet in toto regno, ut leg. bene a Zenone. C. de quadrien. præscrip. & l. deprecatio. ff. ad legem Rhodiam de iactu. Sed isti nobiles & barones ex bono contractu habent a principe omnimodam iurisdictionem & territorium separatum & non subordinatum ad iurisdictionem præsidis, & sic ex titulo habili, merito se dicunt non teneri ad has remissiones, nisi in dictis casibus a l. regni statutis, falsæ monetę, plagij, & læsę maiestatis. Pro quorum opinione potest allegari quod scribit dominus Antonius de Butrio, in capi.

capitulo, cum contingat, de foro competenti, dicens, quod verum priuilegium vel consuetudo, tribuunt iurisdictionem inferri ordinariam tribuere videtur solidũ, excluso superiore, vniuersali. Tamen hoc limitat fore uerum si hoc specifice disponatur, aliàs non. allegat nota. de officio ordinario. capitu. pastoralis, in gloss. & capitu. cum ab ecclesia, & capitu. irrefragabili. §. excessus. Et sic illud dictum facit pro & contra & uidenda esset concessio iurisdictionis: Nã si princeps totalem iurisdictionem transferret, reseruatis casibus fori, & tunc in alijs princeps esset exclusus. Sed barones in omnem euẽtum dicunt principem exclusum, & hac lege uiuunt licet princeps & sui officiales contradicant. eget hoc principis declaratione, & ideo aliter ꝑ nunc non determino. Fatendum tamen est, qđ nulla baronorum iurisdictio posset commissores criminis læsæ maiestatis, falsatores monetæ, plagiarios uel hæreticos sustinere, etiam prætextu antiquæ & præscriptæ consuetudinis, q̃a illa sunt principi reseruata. Merito impræscriptibilia, nota. Innocen. de postulat. prelatorum. bonæ. Ad hoc. leg. comperit. C. de prescriptio. triginta annorum. Et quod nota. Dominus Antonius de Butrio, in capitulo, cum contingat, de foro competen. & glossa ordinaria, in capitulo uolumus. 16. quæstione quarta, & magna
3 est ratio quæ pro hac parte facit. † Nam utens talibus quæ sunt in præeminentiã principis indult. capitali pena puniuntur, vt in l. sacri affatus. C. de diuers. rescript. Facit lex prima, & secunda, C. ut in dignit. ordo seruetur. Et ad hoc facit quod nota. Bald. in quæstione per eum disputata, quæ incipit appulimus. Quinimmo dixit Bald. in feudor. titul. quid sit inuestitura. quod princeps non potest alienare expropriãdo a se territorium, dignitatem, uel iurisdictionem secundum eum, cogita.

CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶ REMISSIONES.] regula iuris clara est in delictis de foro ad forum remissionem fieri debere. vulga. auth. qua in prouincia. C. ubi de crimin. agi oport. text. in §. si uero. authentic. vt nulli iudic. in cap. primo, extra. de rapt. gloss. in clem. pastoralis. §. denique, vbi Imo. & Cardi. de re iudic. & voluerunt Cyn. Bartol. Bald. Salyce. Iason, & alij in l. 1. C. de summa Trinita. Io. Fab. in dicta authen. qua in prouincia, & in auth. si uero. C. ad leg. Iul. de adulte. & Angel. & Iacobus de Beluis. in dicto §. si uero. & communiter per doctor. Adde nouissimè Dom. Hyppolit. Bonacoss. in tracta. quæst. crimi. in uersicu. remissio. & clara, & indubitabilis est ista regula, quam declarabo per ampliationes, & limitationes ita vt ex hoc labore totam materiam habeas plenissime enucleatam. ¶ Amplia tribus modis, quos posuit Petr. Duennas in regul. 378. quem uide in hoc. ¶ Limita primo istam regulam non procedere in curia Romana (ut ab ipsa uti omnium summa incipiam) in qua delinquens ad iudices proprios non remittitur, vt voluit Oldradus in consil. 124. in fi. Alberic. de Rosat. in authentica, qua in prouincia. supra allegata: sequitur Do. Iulius Clarus in pract. crimi. lib. 5. §. fi. q. 38. nume. 25. assignans rationem, quòd Roma sit communis patria. Adde illi Franciscum Marcum in decisio. Delphin. 400. nume. 11. uolu. 1. adde etiam si tibi uidetur aliam rationem, quia Romana Curia nulli mundano, præterquam summo Pontifici subest & dicetur infra. ¶ Secundo limita dictam regulam procedere ex urbanitate, non autem necessitate ex quo tunc ad remittendum de necessitate quis non cogitur, exemplo Pilati, qui ex vrbanitate Christũ remisit ad Herodem. not. gloss. in l. si cui. §. fin. in verb. remittere. ff. de accusa. ¶ Salyce. tamen in dict. authent. si vero. C. de adult. dicit hoc nullo pacto verum esse quòd ex vrbanitate remissio fiat, sed benè verum esse fatetur non posse illum de facto cogere ad remissionem, sed pro cogendo superiorem adire cogitur, & iuris necessitate cogetur remissionem facere oportere, aliàs incidat in pœnam, & in hoc est gloss. not. in dicta clem. pastoralis in uersicu. ex more, & ibi hoc voluit Cardi. & sequitur Fel. in c. fi. num. 19. de foro compe. & potest dici ex urbanitate fieri remissionem si irrequisitus, & de per se remitteret. vel alio etiam modo, ut primo actu, & tempore petitionis remissionis, si iudex requisitus remittat, dicatur potius urbaniter egisse, faciendo remissionem sine replicatione. Secundo vero tempore, vt facta requisitione non remittat, ille superiorem adeat, & consequenter iuris necessitate illum cogat, & tunc remissio dicitur necessaria, & non vrbana. ¶ Tertio limita regulam ipsam non procedere de generali consuetudine, qua remissio delinquentium non fit, ut uoluit Bald. in l. requirendum. colum. 3. C. de seru. fugit. & Ange. in l. hæres absens. ff. de iud. refert, & sequitur Bartholom. Soci. in regul. 335. fall. ult. Bartol. in l. sepulchri. nume. 3. ff. de sepulch. viol. Abb. Panor. in consil. 24. Rodulphus ciuis. num. 1. volum. 1. & uoluit Thom. Grammati. in decisio. Neap. 26. Michael Hebreus. cum multis relatis per Do. Iulium Clarum in dicta. q. 38. num. 20. ¶ Quæ tamen sanè intelligenda sunt, ut dicta in præsenti limitatione procedant in locis, & tribunalibus diuersis dominis subditis, putà ut est respublica Venetorum, & in similes, secus tamen si remissio peteretur in tribunalibus sub uno principe subiectis, ut est in isto regno, si enim Baro requiratur a iudice delicti, & is remittere neglexerit, coget ipsum rex, & suprema eius tribunalia ad petitam remissionẽm, vt dicit Bald. in l. 2. colum. 2. C. de seru. fugit. & in in l. unica. C. ubi de crimi. agi oport. & Alex. in dicta le. sepulchri, & Paul. de Cast. in dicta. l. unica. inquit quòd non est moris quòd fiant istæ remissiones de locis non subditis eidem superiori, sequitur Angel. in dicta. l. hæres absens, & in dicta auth. si uero. C. de adulter. dicens quòd hodie fit remissio in locis subditis vni præsidi, sequitur Bartholom. Veronen. in consil. crim. 58. Paulus Faber. colum. 2. Thom. Gramma. in decis. Neapo. 26. nume. 5. Stepha. Aufrer. in Apostil. ad Capell. Tholo. in decisio. 319. per totum. Io. Millæus in Praxi crimi. in §. edicto. in verb. ad subsidium iuris. num. 64. fol. 47. in paruis, & habetur per Iulium Clarum in dicta. q. 38. num. 10. & infra dicam post paucà. ¶ Quarto limita remissionem prædictam procedere in delictis grauibus, & atrocibus, secus uero in leuibus, in quibus remissio similis locum sibi non uendicat, & criminaliter intentatis, notat gloss. Abb. Panorm. & Docto. in dicto capitu. fi. de foro compe. Geminia. & Philipp. Franc. in capitu. Romana. §. contrahentes. de foro comp. in 6. Collectar. in capitu. postulasti. de foro competen. Cyn. in dicta authé. qua in prouincia. Calderin. in dicto capitu. 1. de raptor. Panormit. ubi Anton. Francisc. in apostil. in dicto capitu. finali, nu. 25. Milleus ubi supra num. 81. 84. 85. 86. Aufrer. in apostil. ad

still.ad Capel.Tholos.319.Franc.Marcus in decisio.Delphin.400.num.1.volum.1.Hippoly.de Marsil.in Repe.l. vnicæ.num.124.C.de raptu virgi.Didacus de Couarru. pract.quæst.lib.c.11.num.7.versic.octauo remissioni locus.Petrus Duenn.in regul.378.limitat.3.refert,& sequitur D.Iulius Clarus in dict.quęstio.38.num.23.¶Quinto limita positam conclusionem non procedere in vagabũdis,quorum remissio nõ fit.vt probatur in l.1.C. vbi de crimine agi opor.voluit Ioan.Calderin. in d.c.1.de rap. cuius.l.1.textus authoritate dixit Barto.in d.l.hæres absens.§.proinde.nu.4.ff.de iud.quòd hoc textu multi ribaldi suspenduntur in ciuitatibus, vel castris,vbicunque inueniuntur,cum non habeant alicubi forum.& Alberi. de Rosat.in dicto §.proinde.Probus in additio.ad Ioan. monach.in c.inquisitores.nu.5.de hæret. in 6. & in isto dici poterit secundum prefatos vbi te inuenero,ibi te iudicabo.Aegidius Bellemer.in consi.11.colum.2. Milleus vbi supra,num.88.Panorm.in dicto c.fi.num.13. vbi Sebastianus Sapia,& Anton.Francis.in Apostill.Alexã.in l. alio.ff.de eo quod cer.loc.Fely.in d.c.fi.num.16. Couar. loco supra citato.num.7.versic.septimo sunt.Guid.Pape in decisio.Gratianop.202.num 2.Duenn.reg.378. lim.4. Iulius Clarus in d.pract.crim.q.39.num.7. & Franciscus Marc.in decisio.Delph.1059.num.2.volum.1.¶Contrarium tamen in limitatione proposita,quòd etiam vagabundus remittatur tenuerunt Innoc.& Card.in d.c.1.de raptor.Marian.Soc.in c.postulasti.num.15. & Abb. in d. c.fi.num.21.de for.compe.quos sequitur Bonifacius Vitalin.de Mantua.in tracta.maleficiorum.sub rubri.de inquisitionibus & earum form.nu.56. Montaluus in l.82. titu.2.part.3.in gloss.in verb.(la onzena) in quam partẽ inclinarunt Couarru.in dict. c.11.num.7.& Duennas in dicta regu.378.limi.4.qui suppresso nomine Couar. idẽ asserit.¶Ego non video causam cur magis huic opinioni adhæreã, & ideo mihi placet opinio prior tum,quia magis communis,tum etiam ratione, quæ mihi videtur satis concludens,quia si fit vagabundi remissio, si remittitur dicitur remitti ad proprium, quia non dicetur eo casu vagabũdus,cum domicilium habeat vt remittatur, & sic eo casu nõ tractaretur vt vagabundus,sed vt alius, si vero non remittetur erit vagabundus per statim dicẽda,& ideo resideo cum limitatione supradicta. ¶Sublimita tamen eam,si tibi videtur,non procedere quotiescumque quis præstaret cautionem de redeundo ad locũ domicilij,quod intelligendum,de eligendo nouiter domicilio,vel de redeundo ad locum vbi prius domiciliũ, & habitationem habuerat. vt voluit Abb. Panormit. in d.c.fin.num.13.Alexand.siue quisquis is sit in Apostil.ad Barto.in dicta l.hæres absens.§.proinde.in verbo,vagari.ff.de iudi.& faciunt dicta per Francis.Marc.in d.decis. Delph.1059.volum. ¶Distingunt tamen in præfata cõtraria opinione Bartho.de Cassaneo.in consuetud.Burgund.titul.des iustices.rub.1.§.5.nume.14. Couarruu.& Duen.vbi supra.quicquid sit teneo opinionem supranotatorum,maxime cum asserat D.Clarus,vbi supra,ita iudicasse Senatum Mediolanensem contra quendam de Brixia.à quibus non recedendum,quia suprema est illius ʃenatus authoritas.¶Vagabundus autem dicitur ille,qui propriam,ac firmam habitationem nõ habet,& licet in suis terris domicilia habeant,si tamen ea reliquerint,& Vaghi oberrant. Accurs.in l.4.§.prætor ait.in verb.habitationem.ff.de dam.infect. Bartol in d.l.1.num.6.C.vbi de crimine agi oport.Facit text.in l.eius qui.§.si quis do micilio relicto.ff.ad municipal.Hostiens.in summa,titu. de pęnit.& remiss.§.cui confitendum.versi. quartò cum quis.est tex.in l.1.C.de colon. Palæsti.lib.11.& in l.1.C. de Tironib.lib.12.l.1.C. de colon. Tracensib. & ibi hoc voluit Bartol.lib.11.& in l.quisquis.in fi.C. de Agrico.& censit.lib.10.& Iodocus Damhouder.in praxi crimin.c. 33.nu.15.Duennas regul.378.limit.4.vbi hoc asserit allegando idem probari,& caueri Hispaniæ legibus. per l.4.titu.2.lib.8.ordinat.¶Sexto limita non procedere supradictam conclusionem vbicunque is,de cuius remissione agitur,commiserit delictum apud iudicem, à quo remissio petitur,eo .n. casu & simili facienda non erit, donec patrati sceleris punitio data non fuerit. vt habetur in l.si cui.§.fina. & in l.fin.ff.de accusat. refert & sequitur Guido Papę in decisio. Gratianop.202. in remissione.sub num.2.¶Septimò limita non habere locum remissionem nisi in subditis eidem imperio, & superiori, vt fuit originalis opinio Odofredi in authen.qua in prouincia.C.vbi de crimine agi opor.& sequitur eum Bald. in l.1.C.eo.tit.vbi dicit hanc opinionem de consuetudine approbatam.sequitur Matth.de Afflict.in reg.consti. pœnam eorum.nu.68.sub rub.de forbannitis,& foriud. Bald.in l.2.C.de seru.fug.Paul.de Leazar.Imol. & alij in dicta clemen.pastoralis.§.denique.Angel.in authen.si vero.C.de adult.ante eos Oldrad.in consi.124.Bald.in l.2. col.10.de hæred.insti.Iacob.de Beluis.iunior in dicto §. contrahentes.Bartholom.Veron.in d.consi.59.col.1.Raphael Fulgosi.in consi.149.colum. 2. Anton. Franciscus in addi.ad Panorm.in allegato.c.fin.sub num.13. Barth. de Cassen.in consuetud.Burgund.rubri.12.num.14.Stephan.Aufrer.in apostill.ad Capellam Tholosa. in decis. 31 si.Didacus Couarru.in pract.quæst.c.11.vers. duodecimo.Nicol.Boer.in decisi.Burdegal.29.num.5,vol.1.& Iulius Clarus in praxi crim.§.fi.q.38.nume.11.& Ioann. Milleus in pulchra (licet inordinata) pract.crimi.vbi supra. nume.83.referens ita vidisse quotidie seruari.quòd delinquentes in Regno Franciæ securi sunt in Beatnio. idem tacito authore asseruit Aufrer. vbi supra in fin.& ita etiam videmus in hoc Regno in delinquentibus in eo,ex quo securi sunt in ciuitate Beneuẽtana, & in alijs terris subditis iurisdictioni ecclesiæ Romanæ, & eius summi Pontificis. Idem tenuit etiam Hippoly.de Marsil.in consil.crim.32.Spiritussanctus.num.9.vol.1.Anto. Rambaud. in Apostill.ad Guido.Papę.in decisio.202. in verbo Vagabundus.Francisc.Mar.in decisio.Delph.400. num.9.volum.1.Thom.Grammatic.in decisio.Neapoli. 26.Michael Hebræus.num.5.& nouissime etiam D.Rolandus à Valle in consil.60.Anton.de Burgo.num.3.7.& 22.volum.2. ¶Octauo limita non habere locum conclusionem præfatam,vt non fiat remissio ad locum delicti, vel originis, siquis reperiatur in ciuitate confœderata, quia confęderationis vigore in illa ciuitate poterit puniri.text. est qui haud cauillari poterit in l.non dubito. in fin.ff.de capti.voluit Marsi.in repe.l.1.num.126.C.de raptu virg. & in pract.crim.§.oportune. num.36.& seq. sequitur eam opinionem D.Roland.à Val.in dict.consi. 60.Anto.num.7.8.volu.2.& faciunt notata per Martin. Laudens.in tract.de confęderat.§.7.ratione.ob quod dicit Cataldinus de Boncompagnis in tract.sindic.§.211. Adde quòd si sint.& vide Iulium Clarũ vbi supra.q.38. num.10.vers.successiue quæro.& q.71.num.11.versicul. quæro modo. licet contrarium attentauerint Bald. in l. executorem.col.8.C.de excep rei iudic.& Barthol.Soci. in consil.86.viso capitulo.colum.2.vers... vol.4.contra quos primam tuetur opinionem Hippol.Marsil.vbi sup. ¶Nono limita non procedere, nec fieri debere remissionem si remissio peteretur ab eo,de cuius violẽtia dubitaretur,puta quia esset tyrannus solitus male tractare inquisitos,iustè enim timetur de violentia irrationabili.dicta clemen. pastoralis.de re iudi. de qua etiam violentia irrationabili Specul.in titu.de sponsal. tunc enim tali superiori tradere non debet,cui tanquam pater debet fauere,nec debet sui subditi beccarius esse, vt inqt Bald.&

Bald.& post ipsum ibidem Præpositus in cap.1.§. si iudex.de pace tenen.sequitur etiam Franciscus Marcus in decisio.Delphina.400.numer.9.vol.1.¶Decimo limita non procedere conclusionem firmatam si non fuerit petita remissio,vt enim ipsa fiat placuit nonnullis petitionem præcedere oportere. arg.gloss.in c.fi.de rescrip. in qua habetur quòd licet iudex omittens expensarum condemnationem, de suo resarcire teneatur.l.sancimus.C. de iud.Hoc tamē procedit dum tamen pars petierit expensas.vt ibi.dicit pro hoc singularem,& notandū Abb. Panorm.nume.15.¶Cuius authoritate & aliorum complurium,(ad quod aduertas tu Regnicola iunior ad intellectum Pragmaticæ.odia.de compromissis.) in qua statuta est dupli pœna arbitris non terminantibus infra terminum,quia ego ex his, & alijs dixi arbitros pœnā non incurrere si instantia, & expeditionis petitio facta non fuerit,debet enim peti.dixi longè, lateq; in Regia Aragonum.§.6.glos.1.num.1.2.3.4. & pluribus seq. vbi videas.¶Ob quod ad propositum rediens dico in casu proposito ad hoc vt remissio fiat debet peti. notatur in dicto.§.si quis vero comprehensorum.voluit Bald. in addit.Specul.in titul.de compet.iud.adit.Vers.iudex originis.Felyn.in dicto.c.fin.num.22. de for.compet. Bart. & Bald.in dict.l.1.C.vbi de crimine agi opor.Ioan. de Anan.in dicto c.1.de raptor.Guido Papę in decision.Gratianop.202.num.2.ver.sexto.Anton. Francisc. in Apostill. ad Panor.in c.pastoralis.§.præterea.sub nu.7.de offic.de leg.Hippoly.de Marsil.in practica crim §.opportunè. nu. 33.Cepolla in d.consi.crimi.59.Paulus Faber.col.2.versi. dummodo.Thom.Grammatic.in decisio. Neapol.26.Michael Hebræus.nu.2.Marian.Soci. in c.postulasti.nu.14. de foro comp.Couarr.in dicto c.11.vers. quarto erit. & vltimo loco tradidit Iulius Clarus in dicta q.38. nu.19. ¶Vndecimo limita non procedere quotiescunque constaret remissionem peti ab aliquo superiore ad finem liberandi,vel absoluendi inquisitum remissione obtenta, tunc enim ad eam petens non admittitur.Anania in d.c. 1.de raptor.sequitur eum Marian.in dicto c. postulasti. quia eo casu permittenda non est,ne delicta remaneant impunita.c.vt famæ.de senten.excomm.l.ita vulneratus. in pri.respon.in fin.ff.ad leg.Aquil.¶Duodecimo limita tunc faciendam esse remissionem si delinquens adhuc condemnatus non fuerit,alias ipsa condemnatione facta debet à condemnante puniri, nec remissioni locus erit. Ita voluit Bald.in l.executorem.C.de execu.rei iud. nu.27.sequitur eum Salyc.in dicta l.1.C.vbi de crimine agi opor.Ioan.de Anan.in d.c.1.num.8.de rap.& Pet. de Anchar.in dicto c.postulasti.in secunda oppo.quod dicit esse sustentabile Felyn.in d.c.fi.nu.21. de foro compet. Barthol.Socin.in d.regula.335.fallent.1.tenuerunt Dyn. & Paul.de Cast.in l.à diuo Pio.§.sententiam.ff. de re iu. Couarr.vbi supra.c.11.num.6.versic.sexto in hoc. ¶Decimotertio limita remissionem nō fieri de delictis confessatis incidenter, puta inquiritur quis de maleficio,& incidenter confitetur de maleficijs alibi commissis,ex quo si per iudicem delicti confessati petatur remissio,fieri non debet secundum Dyn.& Barto. in d.l.si cui.§.fin.ff.de accus.arg.dicti.§.si quis vero comprehensorum.Si autem delicta omnia principalia sint, tunc remittendus erit ad locum vbi acerbius,& acrius deliquerit,si autē fuerint æqualia remissio fiet ad iudicē, apud cuius locum quis primo deliquerit, ibi enim primo se obligasse censetur.argum.l.obligamur.ff.de act.& obligat.quod refert, & sequitur D.Marian.Socin.in dicto c. postulasti. ¶Decimoquarto limita non procedere remissionem nisi in iudice Domicilij,vel originis,aliàs.n. iuri remissionem facere non potens tanquam iurisdictione carens eam facere nequibit. Anto.de Butr.Aret.Pan. & Fely.in d.c.fi.de foro comp. Didacus de Conarruu.c. 11.num.6.versicu.quinto in delictis.¶Decimo quinto limita non procedere quotiescunque quis reperiretur in flagranti crimine,tunc enim remissio non fiet. Barto.in l.quod ait lex.§.quod ait.ff.de adulte. Mansuerius in sua pract.titul.de remissio.num.3.¶Decimo sexto limita remissionem prædictam faciendam non esse non præcedente aliquali summaria cognitione, & informatione, & debet constare prius delictum esse commissum.l.1.§. item illud ff.ad senatusconsult.Sillan.Oldra.in consi.124. Petrus Iacob.in pract.titul.de successsion. Regni Franciæ.§.& est aliud minus.versi.& est notandum. Cardi. in d.clem.pastoralis.§.denique.versic.vltimo. de re iudica. Paul.de Castr.& Ioan.de Imol.in l.fi.§.1.ff.de Pub. Alex. post Ang. in dicta l.hæres absens.§.si quis.ff.de iudi. Panorm.in d.c.fi.num.18.vbi etiam addentes.de foro cōpet.Ioannes Milleus.in pract.crimin.vbi supra. num.64. Guido Papæ in dicta decisio.202.num.1.Francisc.Marc. in decisio.Delphi.400.num.7.volum.1.cum allegatis nouissime per D.Iacob.Menochium de recuperanda poss. remedio.10 nu.45. quam summariam informationem esse capiendam per iudicem petentem remissionē pro veriori opinione voluit Didac.de Couarru.pract.quæst. c.11.num.8.versi.nono.qui multos alios allegat,quibus concinit dictum Andreæ de Iserni. in constit.Regn.Post mundi machinam dicentis,quòd dum iudex ecclesiasticus implorat brachium iudicis secularis, sine causæ cognitione,si iustè imploretur cōcedi non assolet. de quo aliàs dicemus. ¶Decimoseptimo limita non procedere quotiescunq; quis peteret remissionem de vno loco ad alium,& is locus esset sub eodem Prætore,quia tunc remissio facienda non est. Ita Soci. in d.regula.335.Fall.2. allegat Bart.in quadam l.delic.de requir.reis,quam credo non inueniri in rerum natura,nec potui hanc Barto. doctrinam reperire. Hanc tamen limitationem non arbitror ita faciliter procedere, ex quo licet quoad iurisdictionem forte baronis remissio non fieret,uti ei nō præiudicialis,deberet tamen fieri,ratione vasallorū ne grauentur,in litigando,& se defendēdo,ac etiam in carcere extra proprios lares,& patriam,maxime in Regno in quo pluribus Pragmaticis,& Regni iuribus cautum est, carceratos nō asportari extra propriam patriam: vt habetur inter cætera in Pragmat. Regis Ferdinandi incip. quærula.& per Ioan.Anto.de Nigr.in c.Regni.grauamina.num.51.sub rubr.de grauam.vass.¶Decimooctauo limita supradictam conclusionem procedere in pluribus iudicibus separatam iurisdictionem habētibus in diuersis territorijs, tunc enim remissio locum sibi vēdicabit, secus erit in iudicibus implicitam,& parem iurisdictionem habentibus in eodem loco, puta in barone iurisdictionem habente in sua baronia, & Magno Iustitiario, vel Iustitiario prouinciali,qui habent etiam iurisdictionem in eadem baronia,sicuti in tota prouincia, licet.n. delinquentis sint omnes iudices competētes,inter ipsos tamen remissio locum non habebit,quia tunc is præsertur, qui in capiendo realiter præuenit.Bart.& Alex.in l. si pluribus.ff.de leg.1.Bartol.in l.si maritus.ff. de adulte. & in dicta l.sepulchri.Idem Barto.in tract.de iurisd.ver. quinto quæro.vbi pulchre ad materiam. ¶Vbi tamē peteretur à tertio,& duo illi ambo pro se peterent, tunc qui præuenisset in inchoando processum, vel citationē verbalem,is in remissione obtineret, & supra omnes pfertur is qui realiter citauit,ita capturam persone appellāt.nota.Bartol.in l.3.ff.de custod.reorum.in l.1.ff.de penis.in l.diuisim.ff.ad Turpill.Angel.de Aret.in tract.malefic.in §.citētur.late Hippolyt.de Marsil.in l.fi.ff. de iurisdictio.om.iudic.& per Domi. Iodocum Damhouderium, in Enchirid.crim.c.33.num.6.de quo etiam Matt. de Affl.

de Afflict.in decisio.Neapo.219.in foro Archiepiscopi. sub nu.3.quem sequitur referens licet corrupte impressorum incuria D.Francis.Bursatus in consil. 74. Mirabitur forsan.num.3.4.40.volu.1. Quod secus esset si vnus baro haberet iurisdictionem priuatiuam,& sic ostenderet priuilegium Regis,prout sunt omnes ferè Barones in Regno & dicam paulo post. ¶Quod sanè intelligendum est non procedere quotiescunque baro haberet ex priuilegio vassallos cum mero,& mixto imperio,& iurisdictione sine territorio, & sic iurisdictio fuerit concessa respectu personarum,& non territorij . de quibus loquutus est Andræas de Iserni.in c.Imperialem.§.præterea.il secundo.colum.vlti.de prohibit. feud. alien. per Federic.Bartol.in l.1.in fi.ff.de iurisd.om.iudi. & in l.arbor.§.iudex.ff.commun.diuid.isti.n.videntur habere iurisdictionem , & cognitionem in vassallos vbicunque delinquerēt,meritoq; ad delicti iudicem eo casu remissio locum non haberet,quia si secus esset nunquam eorum priuilegium,nunquam dico,sortiretur effectum,cũ ista cognitio in vassallos sine territorio nunquam haberet intentum,vti de regularibus habentibus iurisdictionem in monachos priuatiuè ad Episcopum. vt dicit Fel. in c.pastoralis. fallen.7. de offic.ordi.& hoc seruiat pro ¶Decimanona limitatione cum alijs ad regulam supra traditam in materia remissionum in criminalibus.

¶Vigesimo limita non procedere, nec faciendam esse remissionem delinquentis ad locum,& forum commissi facinoris,quando aliquis baro ostenderet priuilegiũ adeo plenum,& amplum,quòd sibi in vassallos, & subditos fuerit concessa iurisdictio & cognitio etiam si deliquerint extra territorium suæ iurisdictionis: tunc.n.si apud eum reperiretur,per eum ad delicti iudicem delinquens remittendus non est.argum.l.1. in princi.ff.de constit.Princip.& isto casu procedit opinio Ioan.Calder. in dicto.c.1.de rapto.& Bald.in c.si iudex.de pace tenē. & alias vidi pluries repeti plures delinquentes carceratos apud iudicem delicti,& remitti ad dominum Originis,quando priuilegia sunt ita ampla,prout inter cætera vidi amplissima priuilegia illustrissimi Consalui Ferdinandi de Corduba Ducis Suessæ, cui Serenissimus Rex ob memorabilia facta,amplissima concessit. ¶Vigesimoprimo limita non procedere remissionem à iudice maiore,& supremo ad minorem.vt voluit Oldrad.in cons.124.refert,& sequitur Antonius Bambaudi in apostill.ad Guido.Papæ in dicta allegata decisio. 202. arg.l. ad cognitionem.ff.ex quibus caus.in poss.eat.l.ad principem.ff.de appell.Cassaneus in consuetud. Burgund.rub. 12.nume.16.refert, & sequitur Couarruuias vbi suprà. num.10.versicu.Decimotertio. Vbi id intelligit tantum procedere,vbicunq; is superior poterat de iure causam ad se auocare,quando autem non,secus erit. Tu autem regnicola dicas secus esse in Regno circa primas causas (quibusdam criminibus exceptis) quia semper remissio fit ad barones,vt videmus in tribunalibus Regni magis supremis seruari in viridi obseruatione,& hoc iure vtimur. ¶Vigesimosecundo limita non procedere in foro pœnitentiali,in quo licet quis in aliena parrochia peccauerit,non tamen ad Parochũ delicti remittendus est, sed apud proprium parrochum. Ita gloss. in c. placuit. 1. 9.q.1.Abb.Panorm.& Anan.in d.c.1.de raptorib.Anchara.in c postulasti.nu.15.de foro comp. Andræas Alciatus in c.perniciosam.num.70.de offic.ordi.Couarru. dicto c.11.num.4.versi.primum si prænotatæ. & Petrus Duennas in d.regula 378.fall.1.& nouissime Do. Iulius Clarus.sentent.lib.5.§.fi.pract.crimin.q.38.nu.5.rationē assignat vbi supra Duennas. ¶Vigesimotertio limita remissionem nullo pacto admitti in crimine raptus. Ita inquit Bal.in l.vnica.nu.8.C.de raptu virg.sequitur Cassaneus in consuetud.Burgund.tit.de aduent. rubr. 12.§. vnico.nu.11.Quod non approbauit Duennas vbi supra limitatione 6. ¶ Vigesimoquarto limita non procedere in crimine hæresis.l.Arriani.C.de hæretic.Paulus de Leazar.in clem.pastoralis.de re iudi. Cassaneus in consuetud.Burgundiæ.rubr.12.§.vnico.nu.13.tit. des Adueuz. refert,& sequitur Duennas regul.378.limitat.7. Gundisaluus de villadiego. in tract.de hæreticis.q.8.cum temperamento de quo per Couarr.dicto.c.11.in fin. ¶Vigesimoquinto limita non procedere in fure,is enim vbicunque repertus fuerit poterit puniri.Bart.in l.si dominum rei.ff.de furt. Paul.de Castro in consil.458.num.2.lib.2. Ang.& Augusti.in additio.ad eum,in tracta.maleficior. in §.& vestem cœlestem abstulit. nu.15. sequitur Petrus Duen.in dicta reg.378. ¶Contrarium tenuerunt Couar. var.resolut.lib.2.c.20.nu.13.in fi.& pract. quæstio. c.11. num.9. ¶ Regnicola, quicquid asserant doctores in hoc Regno expedita res est,vt vbi inueniatur ibi puniatur; nec fiat remissio,ita pluries terminatum fuit per sacrum Regium concilium. vt; per Ant.Capic.in decis.Neapol. 104.in causa domini comitis.per totum. & cautum est in Regno iuribus ipsius,& præsertim Caroli V. Imperatoris Pragmatica. incip.item quòd officiales.sub rubric. ubi de delicto quis conueniri deb.in qua statuitur publicos latrones,& disrobatores stratarum remittendos nō esse,sed illos posse à quocunque officiali capi, puniri, & castigari ¶Vigesimosexto limita supradictam conclusionem procedere in inquisitis plurium delictorum, vt finito processu ab vno iudice,trāsmittatur Reus ad aliũ iudicem.vt voluit Aegidius Bossi.in titul.de foro comp. num.58.sequitur,& refert Iulius Clarus. in dicta supra allegata.q.38.nu.26. ¶Vigesimoseptimo limita non procedere in crimine vsurarum,in quo siue per laicum, siue per ecclesiasticum iudicem procedatur non est faciēda remissio,quia in hoc delicto vsurarum præfertur iudex,qui præuenit. ut placuit Mansuer. in praxi. titul. de remissionibus.nu.10.vide tamen pro materia Iuliũ Clarum.in practic.crim.§.fina.q.37 num.2.& ego aliqua ad materiam latè tractaui in Regia Aragonum.§.2.gloss.1. num.101.cum pluribus sequen.vsque ad nu.113.Hæc tamen limitatio videtur,quòd habeat locum in Regno ꝑ notata in Pragm.incip.cum satis.§.volentes.sub rubr.de vsurarijs. ¶Vigesimooctauo limita conclusionem non procedere in viduis, & miserabilibus personis,quæ si elegerint aliquod tribunal iurando perhorrescentiam aduersarij,eo tunc si per accusatum remissio petatur cōcedenda non erit. vt in l.1.C. quando Imperator inter. pupill.vel vid.& in Regno habemus const. statuimus & magnæ.sub rubr.de offic.magistr.Iust.vbi Isern.& Matt. de Afflict.Idem Afflictus in decisio.Neapo.257. dicit cōstitut.Anton.Capic.in decisio.Neapol. 160.in causa.Ioā. Anton.de Nigris in c.Regni.de violentijs per totũ,sub rubr.de violent.vidu.illat. Annibal Troisius in ritu 286. num.9.Prosper Carauita ritu. 19. per totum. & iterum ritu.233.num.9.cum pluribus sequent. D.Petrus Foller. in pract.crimin.§.Audiantur excusatores.num.77.quam limitationem sublimitabis vt per supradictos. & etiam per D.Iacob.Nouell.in regul.239.& D. Borgninum Caualcan.in tract.de tuto.& curato.num.307. ¶Vigesimonono limita conclusionem præfatam procedere dum tamen remissio petatur sumptibus petētis,uel iudicis petentis remissionem.vt voluit Bald.in cap.si iudex.versic. sed quæro.de pac.tenēd.Zaccharias in Apostill. ad Pan. vbi etiam alii in d.c.fin.de foro comp.idē Bald. in cap. nonnulli.colu.3.de rescript.Iason in l.à Diuo Pio.§. sentētiam.col.2.ff.de re iudica.& voluit ēt Didacus de Côuarruui.practicar.quæstio.cap.11.num.11.versic. Decimoquarto. ¶Trigesimo limita conclusionē supra positā non

non procedere, quando quis mandasset committi delictum, & demum delictũ commissum esset in alio loco, quàm vbi fuit mandatum factum, ex quo si mandans carceratur in loco vbi delictum fuit cõmissum, & consummatum, non debet carceratus remitti ad iudicem loci, in quo fuit factum mandatum. Marian. Socin. in c. postulasti. nu. 5. de foro comp. Lancelott. Deci. in l. hæres absens. §. apud Labeonem. ff. de iudic. alios allegans Petrus Plaza in Epitom. delictorum. lib. 1. c. 15. nu. 17. Duennas regul. 378. ampl. 3. & vltimo loco Iulius Clarus in dicta q. 38. num. 6. vbi alios allegat. ¶ Trigesimoprimo, & vltimo (tu Regn cola) dicas dictam conclusionem procedere, dum tamen iudex ad quem remissio fieret infra tempus sibi præfixum à iudice à quo remittitur, remissionis decretum ad se recipiat, & carceratum asportari faciat. Cauetur hoc Pragm. Regis nostri inuictissimi Philippi Austrij. incip. circa. sub rub. de remissionib. Et hæc de remissionibus criminalium dicta sufficiant, quæ forte ita alibi non reperies.

## In §. Tractandum.

*SVMMARIVM.*

1 *Requisitiones quæ fiunt ab ecclesiasticis, à laicis.*
2 *Seculares ecclesiam non iuuantes, non distant ab hæresi.*
3 *Iudex secularis, quando non teneatur sententiam exequi iudicis ecclesiastici.*
4 *Iudex secularis, quando non tenetur iuuare iudicem ecclesiasticum.*
5 *Præceptum iudicis, sine causæ cognitione, nullum.*
6 *Iudex, quando sententiam reuocare debeat.*
7 *De actu iudiciali, sine causæ cognitione.*
8 *Sententia quando est nulla, & appellatio ab ea est deserta, quid agendum.*

1 TRactandum restat de requisitionibus in viã auxilij. Quas frequenter faciunt iudices ecclesiastici secularibus, & illi recusant vel denegant, & in curia frequenter grauamina ab ecclesiasticis proponuntur.
¶ Et in primis videndum est cum vna iurisdi-
2 ctio ordinaria ecclesiastica reqrit secularem [a] si statim tenetur ad impartiendum officium, & si non faciat si grauat, & econuerso &c. Vulgariter dicitur quod vna potestas iuuare debet aliam requisita. Ad hoc vulgares tex. in c. 1. de offi. ordi. 23. q. 5. c. prodest. Et in tex. notabili in c. dilecto. de senten. excõ. lib. 6. ibi, sicque vtrunque quodammodo gladium temporalem & ecclesiasticum, alterum videlicet altero adiuuare, maxime quia hi duo gladij cõsueuerunt exigente necessitate sibi adinuicem suffragari, & in iuuamen alterius, subuentione mutua frequentius exerceri. & in. c. princeps. 23. q. 5. 96. dist. c. cum ad uerum. & in c. duo sunt quippe. Circa ista dicas quòd aliquando ecclesia est oppressa per laicos, vel etiam clericos per scisma, vel per hæresim, & tunc potestas secularis requisita, statim sine aliqua cognitione debet iuuare ecclesiam & impartiri auxilium. Sic loquitur. c. placuit. 17. dist. Et. 23. q. 5. c. de liguribus. & c. princeps seculi. aliàs autem si ecclesiam non
2 adiuuarent † seculares, non distaret ab hæresi, vt in c. ad abolendam. de hæret. extra in fin. Et qui tale auxilium negligit impartiri, priuari debet sua iurisdictione, vt ibi not. Et intantum istud cognoscere est proprium ecclesiæ, vt ad solam requisitionem iudicis ecclesiastici sine aliqua indagine seculari, habeat exeq. & impartire officium: vt in capit. vt inquisitionis. §. prohibemus. de hæretic. libr. 6. qui est casus singularis & specialis, vt refert Angel. in l. magistratibus. ff. de iurisdictione omn. iud. De quo latius infra dicam. Non est tamen intantum speciale quin in viam regulæ tradi non possit, cum quadam modificatione, vt in omni causa de qua iudex secularis non potest cognoscere, vt puta, de episcopo, præsbitero, vel clerico incorrigibili, degradato per iudicem secularem, de quo de pœnis. c. degradatio. in 6. & in c. cum non ab hoïe de iud. de causa matrimoniali, de ord. cogn. c. tuam. quòd iudex secularis tenetur impartiri auxilium. Et si non facit male facit, & grauat etiam sine illa cognitione. vt in c. ad falsariorũ. de crimine falsi. & in d. c. degradatio. de pœnis. in 6. & in d. c. cum non ab homine. Et est ratio satis euidens: quia ex quo principaliter de causa non potest cognoscere nec requisitus: Et hanc regulam uidetur approbare dom. Anton. de Butr. in cap. 1. de offi. ord. post Innoc. & ideo tex. in c. cum quidam seculares. de excep. lib. 6. prouidet ut iudices seculares passim admittant exceptiones rei per ecclesiast. iudic. Et qa ad id possant per censuram ecclesiasticam cogi. Modificatio huic regulæ est: quia in casu hęresis uel scismatis, uel turbationis ecclesiæ si secularis suum non impartiretur auxilium ultra grauamen puniretur, aliter quàm in alijs causis: ut uidere poteris per te in allegationib. tibi allegatis. In alijs uero causis in quibus cognitio non est solius iudicis ecclesiastici, sed est mixta. ut in usur. de quo. ff. solu. matr. l. titia. per Barto. Et in l. quotiens. ff. de iudic. per Bald. uel quia est locus præoccupationi, ut qui primo incępit cognoscere, finiat. ut not. do. Anton. de Butr. in c. cum sit generale. de foro compet.
¶ Item in sacrilegio quo ad pœnam pecuniariam. ut in l. si quis in hoc. C. de episcop. & cler. No. & melius in cap. si quis contumax. 17. q. 4. uers. de pœna nongentorum solidorum. Et sic in casu de his potestas ecclesiastica requirat secularem, uel de alijs causis non licet secula-
3 ri cognoscere, quamuis † iudex secularis debeat auxiliũ impartiri, tamen primo cognoscet an iustitia requiratur. Nam secularis non arctatur ad exequendum passim processum uel iudicatum iudicis ecclesiastici, quãdo talis causa est, de qua secularis possit inquirere. Iste est text. singul.

singu.in authen.de ecclesiasticis titulis.§.si vero crimen,alias est de sanc.epis & clericis. coll. ix. quem tex.communiter Docto.antiqui Guiller. de Cugno.in.l.magistratibus.de iurisdi.om.iu. Et etiam Bal.& ibi Bar.in.d.l.diuus.ff. de custo. reorum. Allegant ad hoc quod iudex secularis non tenet stare processui iudicis ecclesiastici : quod dicitur limitari in casibus in quibus secularis pōt cognoscere,& ideo in casu hæresis in quo secularis nequit cognoscere,vt in.d.c. vt inquisitionis.§.prohibemus.de hæreticis.lib.vi. necessario exequitur. Et hoc tenet idē Bal. per illum tex.in authē.clericus qui.C.de episcopis & cler. Et Ang.in.l.magistratibus,repræhendens Guil. & Bar.qui de dicto tex.non recordabantur. Et ideo dicit Innocē.in.c.j.de offi.ordi. quòd si iu-
4 dex secularis † cognoscens iniustum mandatū iudicis ecclesiastici, non debet sibi concedere brachium seculare. Nec obstat.c. pastoralis.in fi.extra de offi.deleg.vbi delegatus ad executionem,non admittit exceptiones contra sententiam,neq; cognoscit:quia ibi loquitur in iudice inferiore,non inter pares,vt sunt in hoc,clericus & secularis,vt in.cap.solitę.de maio.& obe. xcvj.dist.Duo sunt.& in.c.verum.Quamuis postea videatur innuere, quod si iudex ecclesiasticus secularem requirat in factis extraiudicialibus, & seculari uisum est iniustum,non est parendū. In iudiciali vero dicit quod parendum est, & impartiendū auxiliū : quia non est eius cognoscere, an bene vel male lata sit sententia. Et ad hoc bene facit,imo videtur casus, licet ipse nō alleget in.c.ij. de excep. lib.vj. Tu vero plenius dicas: quòd siue in iudiciali, siue extraiudiciali,in casibus non prohibitis seculari cognoscere,vel inquirere,si iudex ecclesiasticus requirat secularem,vel auxilium inuocet, si pars contra quā imploratur, nihil dicat, vel alleget, statim vna potestas per aliam requisita exequitur, vt in.d.c.j.de offi. ord. vti etiam inter seculares & ecclesiasticas iurisdictiones sit inter eas.ff.de re iudi.l.a diuo pio.§.sententiam.Et in.l.argentarium.§.populi uero nomina.Hoc limita etiam uerum,nisi notoriè talis executio, vel imploratio auxilij,visa esset iudici iniqua, nam tunc iudex illam de per se deberet reijcere,& non exequi.Ad hoc quod not.in.l.si quis bella. C.vt nemo priuatus.facit.l.sicut. C.de paganis. & in.l. vbi pactum.C.de transact. per Bal. & Inno.in.c. j.de officio iudicis ordi.Maximè si talis requisitio peccaret in iure,per titulum,Vt quę desunt aduocatis , vel etiam in facto in casibus in quibus iudex in facto supplere potest. De quibus in.c.bene.de postu.præla.& in.l.vnica.C.vt quæ desunt aduocatis.per Bal.maxime in miserabilibus personis, in quibus in iure & facto iudex debet supplere.vt no.Bar.in.l.iiij. §. hoc autem iudicium.ff.de damno infect.Et Cy.in.l. mulierem.C.si mancipium ita fuerit alie.imo plus dicit Bal.in authen.ad hæc.C.de vsuris.quod quāuis iudices in ciuili causa non possunt inquirere.vt no.Inno.de iureiur.c.ad nostram.tamen id pōt pro miserabilibus: quia iudic. in ijs officiū multū exuberat,non immerito pro his ēt obijciētibus videre posset, an iuste vel iniuste petatur executio,vel imploretur auxiliū. Si uerò is cōtra quem executio,vel subsidium imploratur,veniat contradicendo, allegando quod sententia lata,cuius petitur executio , non transeat in rē iudicatam,quia suspensa appellatione:vt in.c. venientes.de iureiur.ciuili.iuncta.l.j. ff. ad turpill.Et in.l.ictus fustium.ff. de his qui not. infa. vel quia lata a non suo iudice fori declinatoria opposita.vt.C. si a non competen. iudice, per totum.Et in.c.at si clerici, de iudic. de qua exceptione ēt post sententiam,& sententias cognosci potest,vt not. glo.quam Canonistæ allegant pro singulari,in clem. ad compescendas, de sequestr.posse.& fructuum. pro qua,tu legista habes casum,in.l.scire oportet.§.fi.ff.de excus.tuto.Et gl.in.l.non erit.§.data,de iureiuran.ff.Vel pone , dicat quod nullitates sententiæ deduxit coram superiore. Nam quamuis simul cum appellatione possint deduci.ut in.l.quædam mulier,familię herciscu.& in.l.Carmelia Pia.de iure patron.Tamen si vult,& separatim grauatus deducet,imo imposito silentio super uno , non est impositum super alio,de quo dicendum : ut per Bartol. in. l.si expresśim. ff. de appellation. Et
b deductio nullitatis maxime [b] euidentis impedit executionem,vt not.in.l.Si prætor.§.Marcellus.de iudic.& in.c.suscitata.de in integ. restit. Ad hoc quod allega.Bal.super.l.j.C.ne liceat in una eademq; causa, tertio prouocare. dans intellectum ad clementinam,ut calumnijs. de re iudi.in cle.Nam quamuis dicta cle.dicat, quod post tres diffinitiuas , uel interlocutorias alias exequibiles , latas in petitorio , uel possessorio agendo de nullitate,reus nullatenus admittatur, donec hæ sententiæ fuerint plenariç executioni mandatæ,quod si nullitas est euidens, non obstantibus dictis tribus sententijs deferetur executio. Et pro hoc facit dictum Oldrad. in suis consilijs,consi. cvj. Et sic limitandum est, quod not.idem Bal.in.l.j.C.de iuris, & fact.igno.& in l.fi.C.de except. Si ergo is contra quem petitur executio, uel auxilium imploratur , ista alleget coram implorato,iudex supersedebit. Et de ijs saltim summarie cognoscet ad se informandū, quia hoc faceret quicunq; executor,etiam inferior,not.Innoc.in.cap.de cætero, de re iudic.Et Bal.in.d.§.Marcellus,quanto plus secularis,qui est quo ad hoc procurator in iurisdictione ecclesiastica,ut in d.c.duo ista.xcvj.distin. ad hoc quod not.Innoc.in.c.cum iure, de officio delega. Et hoc quando executio petitur , uel imploratur auxilium super ijs,quæ iudex ecclesiasticus pronuntiauit sententialiter.Et allegantur prędicta quæ faciunt cessare executionem. Si autē super meritis sit grauatus,ut puta,quia dicat eps,vel

ordinarius me grauauit, quia nō erat probatū ꝫ me, Ideo male pronunciauit, tūc loquitur Innocen. in dicto capitu. primo, de officio ordin. Nam iudex secularis non habet curare de iustitia vel iniustitia sententiæ latæ per ecclesiasticū. Et ita loquitur capitul. 2. de except. libro sexto. Nam pro sententia, & act. iudicis ordina. p̄sumitur. ff. de euict. glos. in l. Herennius. §. Gaya Seya. & in capit. in præsentia, de renuncia. Et si sententia per ecclesiasticum lata sibi displicebat, appellare debebat. l. 1. C. si sæpius in integ rest. post. Et quod dictum est, quòd iudex secularis potest, & debet supersedere in impertiendo auxilium, quotiens causa eneruans sententiam, vel impediens illius executionem allegatur coram eo, & probatur per summariam cognitionem, tunc fortius supersedebit, in extraiudicialidus, vt quia iudex ecclesiasticus excō municauit, non præcedente canonica monitione contra cap. sacro, de sententia excommunicationis, & cap. constitutionem, eo. tit. lib. 6. uel quia absentem & irrequisitum, casu non notorio excommunicauit contra no. in ca. cū sit Romana, de appella. vel pone quòd sint causæ cognitione nō vocato possessore mādauit aliquē immitti in possessionē beneficij vel alterius rei, & non paret sibi per excommunicationem: Nā talis actus est de se nullus, & illum actum non debet defendere iudex secularis, nec in talibus auxilium impartiri. Et ideo dicit Innoc. in ca.
c querela. de elect. quòd tale præceptum[c] iudicis
5 sine causæ cognitione factum † est nullum: & iō statim debet ipse idem reuocare, & quemadmodum fuit iudex facilis in immittendo, sit facilis in extra mittendo, vt l. si maior. ff. de euict. Et quod no. in l. 3. §. primo. ff. de bo. po. Et quia dictum mandatū nullum est, ut not. Cyn. C. de fideiu. l. quotiens, & quod no. in l. fi. de l. commissoria. Et Din. in l. filiusfa. §. diuus, de lega. 1. & iō
6 statim est reuocandum, † ut no. Bal. in le. 2. C. de serui. & aqua in 11. col. Et idem Bal. in l. edicto, in prima columna. C. de edicto. diui Adria. & Baldus in lege, si pacto, quo pœnam. C. de pactis. Merito ergo si super tali mandato exequēdo ecclesiasticus requireret secularem, ille non debet impartiri auxilium, quia videt nullitatē euidentem. hoc tamen limita fore uerum, nisi mandatum fieret per ecclesiasticā, in extraiudicialibus. Et in ijs quæ spectarent ad suū officiū, quia tunc omissio causæ cognitionis non redderet maudatum nullum, ut tenet idem Innoc. in capi. cum uenissent, de in integrum restit. Et ponit Arch. in regula, ea quę, circa princip. de regulis iur. merito nisi pars a tali mandato senserit se aggrauare appellet, ut in c. concertationi, de appella. lib. sexto, secularis requisitus: haberet auxilium impartiri. Si autem mandatum esset extraiudicialiter, & incognitionaliter emanatum, & non in his causis quę ad iudicis officium spectant. clarū est quòd uel est nullū uel saltim est iniustū, & non exequibile, nec transit in rem iudicatam. Nam est cominatio quædā per l. secundā & tertiam, C. cominationes epistolas. Et ita not. Host. in cap. ad aures. ut ibi Io. Andr. de tempo. ordi. & capit. ex literis, de in integrum restitutio. Si autem mādatum fieret
7 in iudicio, † pręcedente causę cognitione, tūc non est dubium, quod transiret in rem iudicatam, & haberet locum quæ diximus de iudiciali processu, & sentētia iudicis ecclesiastici. Ad hoc allego tibi glo. singula. quæ non est alibi, in l. cum non solum. §. necessitatem. C. de bonis quæ liber. quæ dicit, quòd ex præcepto iudicis oritur actio in factum, merito transit in rem iudicatam, quod est intelligendum (vt prædixi) si cognitionaliter fiat. Ad hoc quod not. Inno. de præbendis. cap. inter cætera, in addi. & quod ponit do. Anto. de Butrio. in repet. c. cum accessisset, de consti. Et sic uides quomodo tale mandatum sit exequibile, uel super eo possit implorari auxilium, & seculare teneatur impartiri, quemadmodum quando est requisitus super executione sententiæ. Et quod supra diximus, quòd si contra quem imploratur auxilium contra sniam contra eum latam, alleget appellationem. Et sic suspensum pronunciatum, & sic auxilium non esse impartiendum. Est limitandū, quia aut in negocijs priuatorum, ubi solùm uersatur priuatum interesse, & tūc sufficit quòd appellans doceat de appellatione, quia appellatio a diffinitiua non requirit causę expressionē ut nota. in capi. ordin. de appella. libro sexto. & prosecutionem, de quo infra subdam, ad hoc vt monstret sententiam suspensam, & auxilium non impertiendum. Sed si sumus in negocijs tā gen. iudicis officium, & pro quibus ius præsumitur, pone exemplum pro iurisdictione episcopali, in tota prouincia præsumitur, in capi. cum episcopus. de officio ordi. no. Inno. eo. lib. cum ab ecclesiarum, c. modo episcopus ex pastorali officio, prætenditse habere ius visitandi in aliquo monasterio exempto, Abbas allegat exemptionem, episcopus hoc non obstante alium cōdemnat ad patiendum visitationem: Ille appellat, episcopus inuocat brachium, appellatione denegata. Certe non sufficeret Abbati appellare, nisi in eadem causam grauaminis exprimeret. Et hoc ideo, quia pro iure episcopali ius præsumit, & ita tenet post multa domi. Anto. de Butrio, in d. c. primo, de officio ordi. dicens quod appellatione interposita uel appellatione pendēte, nil est innouandū. Et sic non tenuit excommunicatio secuta, de appella. c. per tuas, & ex quo sententia est nulla, non debet exequi. 11. q. 3. c. qui resistit. Et sic auxiliū
8 imploratum non est impertiendum. † Sed pone appellans contra quem imploratur auxilium coram implorato iudice, allegat appellōnē. Et ex causa interposita implorans, dicit deserta est appellatio, erit ne impertiendū auxiliū. Certe hæc

hæc quæstio dependet ab illa, quis haberet cognoscere de desertione, vel iudex à quo, uel iudex ad quem. nam si iudex, à quo, habet cognoscere, & ille inuocat auxilium, iam dicta desertione cognouit, si ad iudicem ad quem pertinet iudex à quo non poterit auxilium implorare, nisi iudex ad quem pronunciauerit super desertione. Sed quid scribentes in hac dicant materia salua illorum auctoritate & pace, siue iudex à quo detulerit appellationi, siue non, certe deserta appellatione exercitium iurisdictionis, reassumit iudex à quo. Est tamen uerum, quod si aliquod dubium verisimile sit, an sit deserta uel non, iudex ad quem illud habet determinare, & ad hoc tu uide glos. auream, in l. eos, & ibi Bal. C. de appellat. Et ad uidendum ueritatem iuris, in præfato dubio, uide unam gl. auream, in l. eos. & ibi Bal. C. de appellatio. Et ad uidendum ueritatem iuris, in præfato dubio, uide unam gl. in cap. cum appellationibus friuolis, in glo. super uerbo, refutari: Et in uerbo, remittenda, & uide tex. in cap. primo. de appellatio. libro 6. ubi dicit tex. quod appellans, non prosequens, reputabitur non appellans &c. Et uide tex. in cap. reprehensibilis, eo. tit. in antiq. & uide dom. Anton. de But. Ioannem de Imo. in cle. sicut appellationem. qui tenent contra Paul. & uide tex. l. 2. cum glo. sua. C. de temp. appell. uides ergo quid facturus est iudex requisitus, cũ appellatio allegatur, & desertio à quo habet sperare declarationem. Et ideo, ut de ijs saltim per summariam informationẽ, cognoscat, semper facit partem citari, ut uideat si habeat aliquam exceptionem contra dictum inuocatum auxilium, uti facit in executione sententiæ, ut dicit Barth. in l. prima. ff. nil appell. non pẽden. Et idem in l. à diuo pio. §. in uenditione. ff. de re iud. de quo per Cyn. in l. ab executore. C. quorum appell. non recipiantur, uide Innoc. & An. de But. in c. ex ratione, de appella.

## CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶ REQVIRIT secularem.] Iudex Ecclesiasticus mucrone suo puta interdicto, censura; vel excommunicatione non tenetur Iudicem secularem iuuare cõtra inobedientes, & rebelles, nisi per processum legitime factũ fiat sibi de inobedientia, vel rebellione fides. Abbas Panor. post Inno. in d. c. j. nu. 2. de offi. ord. & sequit Matth. de Afflict. in Procem. Constit. Reg. in prin. nu. 51. ¶ Quãdo aũt Iudex secularis teneat Iudicẽ Ecclesiasticũ adiuuare, & eidem suum brachium concedere? Vltra oẽs ferè Mattheus de Afflict. in d. Procem. Const. Regni Post mundi machinam. in prin. per totum. & Ioan. Antonius de Nigris. in Regni. c. subditorum. nu. 167. 168. 169. 170. & 171. Sub Rubr. de Violent. & late etiam D. Quintilianus Mandos. in Practic. Commiss. Form. 2. in versi. Auxiliumque. vbi etiam quærit an Iudex delegatus possit brachium, & auxilium prædictum à sæculari Iudice impetrare? de quo etiam Niger, ubi supra. nume. 171. & ad materiam Vide omnino Ludouic. Roman. in Consil. 51. vbi Horat. Mandosi. in Apostill. Raphael Comens. in Consil. 140. Domini Iudices. per totum. Hippolyt. de Marsil. in Practi. Crimin. §. Postquam. Vbi eum, aliosque quamplures referens tenuit Hieronymus Cagnol. in l. Cum quædam puella. in prin. nume. 33. ff. de Iurisdictio. omn. Iudic. & in l. Vnica. in prin. nu. 79. ff. si quis ius dicent. non obtemp.

b ¶ EVIDENTIS] Nulli dubium quòd Nullitas euidens sententiæ executionem impedit. Vltra hic allegata Paul. de Cast. & Alexand. in dicta. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. Oldrad. in Consil. 106. dicitur autem euidens ex notoria & actorum, & processus inspectione. uoluit Ludo. Rom. in Consil. 52. & hanc sententiam tenuit Matth. de Afflict. in Decisio. Neap. 183. Diu est. per totũ. Quod etiam uoluit allegans Sebastian. Vant. in Tractat. Nulli. titu. Quot, & intra quod temp. nu. 15. & communem asserit Ioan. Baptista Villalobos. in tract. opin. commun. §. Exceptio. nu. 115. Vbi allegans Iason. in dicto §. Condemnatum. nu. 5. dicit, quòd Exceptio nullitatis nõ requirens altiorem indaginem, sed quæ potest incontinenti probari impedit executionem. Dum tamen nullitas proponatur in modum Exceptionis, non actionis. vt alios allegans voluit D. Franciscus Herculanus in Tract. de Attentatis appel. pend. c. 13. nu. 14. & iterum. c. 23. nu. 5. 6. Inde inquit Panorm. & post eum Felin. in. c. cum dilectus. de Rescript. quòd Quando Nullitas sententiæ constat notorie debet eius executio denegari. sequitur ipsos referens D. Bernardinus Bombinus in Consil. 34. Quidam Iudex. nu. 7. Notorium autem dicitur quod constat ex actis, & processu. uulg. c. cum olim. de Verborum signific. Matth. de Afflict. in Consti. Regn. Humanitate. in. 7. notab. tenet Barthol. Veronens. in Consil. Ciuil. 26. Orta fuit. nu. 4. & Stephan. Aufrer. in Apostill. ad Capell. Tholosa. Decis. 198. Item fuit quæsitum si acta. Et quòd si nullitas pateat ax actis sententiæ executionẽ impediat, tenet Petrus Anton. Angussola in Consil. 13. cum nemo. nu. 4. lib. j. & Iacobus Mandellus in Cons. 70. Quia copiose. nu. 13. Vbi dicit quòd statutum tollẽs nullitatem, non tollit nullitatem euidentem. Allegat Alex. in Consil. 106. col. fin. volum. 3. & hoc idem dixit Petrus de Anchar. in Consil. 106. col. fin. volu. 3. & hoc idem dixit Petrus de Ancha. in Consil. 205. col. vltim. Quem refert, & sequitur D. Rolandus a Valle in Consil. 29. Quæritur an a sententia. nu. 43. vol. j. Vbi etiam dicit, quòd licet contra executionem trium sententiarum conformiter latarum nullitatis exceptio opponi nequeat. vt in Clem. j. de re iud. Fallit tamen si ex actorum visura, & inspectione de nullitate constiterit, quia eo casu admittenda erit. ex Baldo, & Salice. in l. j. C. Ne lice. tertio prouoc. & Alexand. in Consil. 186. colum. penulti. volumi. 2. & in Consil. 77. colum. 3. volum. 3. & in Consil. 235. colum. 3. volum. 6. Carol. Ruin. in Consil. 31. colum. 3. volum. 5. & non solum impeditur sententiæ executio si nullitas ex actis pateat, sed etiam si in promptu probetur. idem Rolandus à Valle in Consil. 37. Omisso multiloquio. nume. 14. eodem volumi. 1. Quod etiam alios inducens ad hanc eandem opinionem D. Franciscus Bursatus in Consil. 74. Mirabitur forsan. nume. 30. volumi. 1. & Bartholomeus Bertazolus Ferrariens. in subscriptione eiusdem Consil. Incip. Requisitus ab amicis. numero centesimo octauo. Nec impeditur aliquo pacto sententiæ executio, si nullitas coram inferiori Iudice proponeretur, vt voluit Robertus Marant. in Specul. Aur. parte vltima. in versi. Executio. numero quinquagesimo septimo. Et ad materiam Ioannes Antonius de Nigris in cap. Reg. subditorum. nume. 109. sub Rub. de Violentijs. An aũt Nullitas euidens opereť, quòd non reuocenť attentata appellatione pendente? Vide D. Quinti. Mãdos. in Praxi Cõmissio. Formul. 14. in verb. Imprimis, & ante

omnia. q. 1. & ante eum Ioann. Anton. Niger. in dicto c. subditorum. nu. 109. & latius D. Herculan. in dicto c. 23. per totum. aliqua per Prosper. Carauit. ritu. 269. nu. 20. & latè etiam (quem post supradicta quæ scripseram vidi) Iacob. Philip. Por. in lib. conclusio. 1. conclusi. 32. & latius lib. 4. conclus. 25. per totum.

c ¶[PRAECEPTVM.] Nullum erit præceptum sine causæ cognitione factum, & contrario imperio reuocandum. Bartol. & doctor. in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de operis noui nunciat. & in l. filiusfamil. §. diui. ff. de legat. 1. iudicialia etenim præcepta causæ cognitionem exigunt vt vim sententiæ diffinitiuæ obtineant. Innocen. in cap. ad aures. de tempo. ordin. in cap. 2. & in c. in literis. de restitu. in integrum, alias si causæ cognitio, vel clausula iustitiæ (verum si te senseris grauatum non interueniant, dicetur strangulatum, vt latissime docuit Paris de Puteo in tract. sindicat. in ver. præceptum. c. quia sæpe. nu. 2. 3. 4. cum pluribus sequent. & Robertus Maranta in Specul. Aureo parte vlti. in ver. sententia. nu. 27. & 28. Non seruata etiam forma tali esset elusoria, quod esse non debet. D. Iacob. Menochius in consil. 80. plura efficiunt. nu. 34. vol. 1.

## In §. Et quæ dicta.

### *SVMMARIVM.*

1 *An iura loquentia in ordinario, habeant locum in delegato.*

2 *Delegatus in causa sibi delegata, est maior quolibet ordinario.*

3 *Guillermus de monte lauduno reprehenditur.*

4 *Delegatus si excedat, quo iudice puniatur.*

1 ET quæ dicta sunt vendicant sibi locum, in implorationib. auxilij, quæ fiunt † per ordinarios ecclesiasticos, in quib. casibus seculares iudices tenentur impartire, & quando non, Et sic videre potes quomodo grauant, & quomodo non. Restat videre cum requiruntur à delegatis vel executoribus, an teneantur auxilium impartire, & si nõ faciant si grauant. Et in primis videndum est, an delegatus possit auxiliũ implorare: & scias, quod de hoc dubio, doctores ruunt in diuersas sententias, nam Abbas doctor antiquus, in ca. significasti. de officio delegat. tenent quòd delegatus nõ potest inuocare auxilium, quia hoc videtur esse concessum soli ordinario, de officio ordi. cap. primo. Et idem tenet Archi. in cap. vt officium, de hæret. lib. 6. allegat. c. quoniam, de offic. ord. & dicunt quod fuit glos. Bernardi, in c. fi. de off. deleg. quæ communiter non habetur. pro istorum opinione, facit stilus curiæ, nam solet in literis apponere clausulam, contradictores &c. Inuocato adhoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Et si iam de iure posset, frustra clausula apponeretur. sed posset dici quòd in d. clausula imponitur quod iam inest de iure, sicut aliàs. in c. mãdatum, de rescrip. Et ideo communis, & vera opinio est in contrarium, ui-

a delicet quod iudex delegatus[a] possit auxilium implorare, Et hoc tenet Inno. & Hostiens. de off. deleg. c. significasti. & ibi Ioan. & Specu. in speculo. tit. primo. §. sequitur, versic. sed nunquid. Et hanc partem tenet glo. Ioann. And. in c. 1. de offic. deleg. lib. 6. Et hanc opin. sequitur. do. An. de Butr. in c. signifi. de off. deleg. & in c. quoniã, de off. ord. Et magna est ratio, quæ pro delegato facit, quia semper est maior in causa sibi commissa quocunq; ordinario, de off. delega. c. sané,

2 & c. pastoralis. † Et si ordinarius id pòst à fortio

b ri delegatus maior[b] eo, Imo plus dicit Innocẽ. quod manu militari, potest compellere sibi rebellem, & dare possessionem. ff. ne vis fiat ei, qui in possessionem missus est. l. si quis missum. Di-

c cit tamen: quod non poterit bellum indicere, quia hoc est solius principis. 23. q. 3. cap. 1. & 3. Potest etiam delegatus dare possessionem, & non solùm causa custodiæ, sed veram, de eo qui mittitur in posse. causa rei seruandæ, c. primo, & secundo, argum. de re iudi. cap. cum aliquib. dicũt tamen doctores, hoc verum si hoc potest sine cõtentione, & sine armis: aliàs non assumet arma, nec per se bellum faciet, sed recurret ad brachium seculare, & iudicem ordinarium, qui

d hoc manu militari[d] facit, extra de iudæis, cap. postulasti, 22. q. 5. c. administratores. ff. de rei vẽdi. l. qui restituere. Sed nunquid delegatus antequam ad auxilium brachij secularis veniat debet recurrere ad ordinarium ecclesiasticum, quod videtur Nam certum est in viam iuris, quod remediũ auxilij brachij secularis est subsidiarium. Et tunc demum ad illud remedium habetur regressus cessantibus remedijs ordinarijs, deficien. potestate ecclesiastica, siue defectus sit, in facto, vt in cap. primo, de off. ord. 23. q. 5. c. administratores. 96. distinct. c. cum ad verum, siue defectus sit in iure, vt extra de iudi. c. cum non ab homine. per quæ dicit ibi dom. Anto. de But. quòd via inuocandi brachium seculare est subsidiaria, non principalis, scilicet in defectum potestatis ecclesiasticæ, siue detur defectus in facto, siue in iure: non potest ergo principaliter implorare, per quæ dicit se dixisse iudicem ecclesiasticum non posse arctare secularem ad carcerandos clericos pro debitis, nisi habeat potestatem carcerandi, & carceres habiles ad clericos detinendos, Ad hoc dictũ ca. administratores, & c. principes. Si ergo iudex delegatus habet remedium recurrendi etiam intra ecclesiam. s. ad iudicẽ ordinarium ecclesiasticum, non videtur quòd possit ad seculare recursum habere, nec si ille non impartitur non grauat.

3 Et hanc partem firmat Guillelmus de Monte lugduno, in clem. iudices, de offi. ordi. licet sine fundamentis per nos desuper tactis. Sed saluo honore, non credo eum bene dicere. nam satis ecclesia non habet, quid faciat, ex quo iudex delegatus, qui est maior quocunq; ordinario, ut in capi. sane, & capit. pastoralis, de officio delega.

deleg. Et qui mandat ordinario, eo. tit. c. significasti. Fulminauit censurã, & sibi non paretur, maxime quia ex quo causa est commissa delegato, ordinarius se intromittere nequit, etiam mortuo delegato, quãuis delegatio sit consum pta, vt not. Archid. in §. his itaq;. 34. q. 11. Ad hoc facit quod not. Innocen. in cap. cum Marti nus Ferrariensis, de constitutionibus. & in cap. cum in cunctis, de concessione præbændæ. Et quod not. Bald. in l. si ut proponis. C. quomodo, & quando iudex. Si ergo ille se intromittere nequit, & totalis potestas illius causæ pertinẽs ordinario, est in eum translata, quomodo ordinarius adiri poterit. Fatendum tamen est, quòd si delegatus uult mandare, ut sententiam per eum latam, & fulminatam publicet uel exequatur ordinarius, id poterit iuxta not. in dict. cap. significasti, de officio delegati, & no. in l. à diuo pio. Sed necessario non habet ad eum recurrere. Tum quia est maior eo, tum quia iurisdictio ordinarij est in delegatum translata. Et quia sequeretur absurdum, nam ex quo episcopus posset habere aditum ad archiepiscopum, sequeretur quod nunquam episcopus posset inuocare brachium. Sed ex quo ille aditus est uoluntarius, non tollit auxilium. Opinio Guillermi de Montelugduno, & aliquorum sequentium, posset tollerari in uno casu: Cum est contentio inter delegatos quorum quilibet se iudicem con tendit uirtute diuersarum literarum uel rescriptorum, & quilibet uenit ad inuocandum auxi lium brachij secularis. nam tunc secularis non tenetur, nec debet auxilium impartire, quousque ecclesiasticus ordinarius decreuerit, cui illorum parendum sit: iste est casus singularis, in c. cum contingat. extra de rescr. Ibi habes practicam in tex. & glo. qualiter in tali casu, iudex ordinarius se debet habere. nam assignat dictis delegatis, & partibus terminum ad iura sua ostendendum, ut discernere possit, cui sit parendum, tam per ipsum ordinarium, quam per alios, quo uiso & declarato, ille delegatus poterit inuocare auxilium, qui ab ordinario erit declaratus possessor cure fungi, & maiore prærogatiua. Et non mirum, quod ordinarius in dele gatis talem habeat potestatem, uel prærogatiuam.

4 † Nam cum delegatus excedit uel delinquit extra causam sibi commissam, est sub iurisdictione ordinarij, ut not. per Cyn. in authent. quia in prouincia. C. ubi de crimine agi oport. Et uide no. in c. primo, de off. ord. in cle. & illius desidiam uel negligẽtiam supplet ordinarius, extra de offic. ordin. cap. significauit, & ibi per curiam; quia cum ineffrenate procedit, quod ab ordinario compesci potest. Et idem quando procedit contra formam commissionis, uel nõ purificato rescripto. de quo per Ioan. And. in c. final. de rescrip. & quod not. Archid. in cap. si eo tempore, de rescript. lib. 6.

CAMILLI BORELLI ADDDITIO.

a ¶DELEGATVS.] Delegatus an possit brachium iudicis secularis inuocare? vide Archidiac. in c. vt officium. de hæretic. lib. 6. Federic. de Senis in consil. 251. Iacob. nu. 4. D. Quintil. Mand. in pract. commissio. form. 2. in verb. auxiliumq;. & dixi. in §. præcedenti. in apostill. 1. in verb. requirit.

b ¶MAIOR.] Quod delegatus quilibet maior sit sit quolibet ordinario. text. in cap. sane. il secundo de officio. pot. iudi. delega. cap. pastoral. §. Præterea. de offi. ord. §. indicare. in auth. de defen. ciuit. Franc. Marc. in decis. 72. nu. 3. 4. vol. 1. Camillus Plautius in l. 1. in vers. delegatam. nu. 20. ff. de offi. eius cui mand. Rolandus à Valle in consil. 12. Prima etenim. num. 10. vol. 2. D. Iacob. Menochius in consil. 51. cum rerum omniũ. nu. 9. & 22. volum. 1. & de arbitrar. iudic. quæstio. lib. 1. q. 54. numero 27. eamque rem latè tractat Ioannes Coratius Miscellaneorum. lib. 3. c. 19. per totum. & D. Quintilian. Mandosius in tract. de monitorijs. q. 27. nu. 5. & elegans Marc. Antonius Cucchus institut. iuris canonici. libr. 1. titul. 14. vers. hinc apparet. ¶ Quod intelligitur procedere quoad causam in qua delegati officio fungitur, secus tamen quoad alias. ut in dicto cap. sane. 2. vbi etiam Abb. Panor. & Fely. ac alij supra allegati. ¶ Quod etiam procedit in delegato Pontificis, Principis, non autem aliorum inferiorum. vt voluerunt Franciscus Marcus, Coratius, & Rolandus & alij vbi supra. & Plautius. ¶ Item ordinarius magis stabilem, & firmam, ac propriam habet iurisdictionem, delegatus autem debiliorem habet ordinario. Voluit Alexand. in rubr. ff. de officio eius cui mand. est iurisd. originalis opinio Archidiacon. in cap. si episcopus. 2. quæstio. 6. & refert Bald. in l. si vt proponis. la prima, colum. 3. versic. sed si dubitatur. C. quomodo, & quando iud. Coratius & Camill. Plautius vbi supra. ¶ Debet tamen delegationis authoritatem, commissionemq; ostendere, aliàs licebit ei impune non pareri. c. cum in iure peritus. extra de offi. deleg. Marc. Anton. Cucchus & ego latè dixi. versic. deputatiq;. vbi videndum est. quamuis in homine probatæ vitæ (dicat) non procedere alios, quãplures allegãs D. Menochius in cons. 110. quę nunc. nu. 72. 73. 77. vol. 1.

c ¶BELLVM.] Delegatum hac ratione per Bellugam assignata non posse bellum indicere, cum solius sit Principis, tenuerunt Abb. & Felyn. in d. c. significasti. Nicol. Boerius in decis. Burdegal. 178. num. 8. volum. 1. & latè etiam D. Iodocus Bamhouderi. in Enchirid. crimin. c. 82. num. 12. & 17. & per totum. & Francisc. Marcus in allegata suprà decis. 72.

d ¶MANV MILITARI.] Opinio hæc fuit Innoc. in dict. cap. significasti. vbi tenuit, quòd si delegatus familiam non habeat poterit ab ordinario familiam petere pro executione suæ sententiæ, sequitur Franciscus Marcus in dicta decisio. Delphin. 72. numero 4. volum. 1. Marcus Anton. Cucchus, vbi supra. libro 1. titul. 14. & ante eos Specul. in titul. de officio delegat. §. sequitur. versiculo nunquid. Felyn. in capitu. de cætero. colum. 5. de re iudica. refert, & sequitur Camill. Plaut. in dicta. l. 1. in verbo, delegatam. num. 20. ff. de offi. eius cui mand. est iurisdict. ¶ Archidiaco. autem in c. vt officium. de hæret. lib. 6. inquit necesse esse, & stilo Romanę Curię seruari, quòd imploratio in rescripto apponatur, & speciale esse in hæresis crimine, vt brachium imploretur, in inquisitore fidei. quem sequitur alios allegans Philippus Francus in dicto capitulo, vt officium. §. denique. in principio, de hæretic. in 6. ¶ Communis tamen videtur doct. sententia brachium secularis iudicis,

delogatum posse inuocare, vt saltim euitetur talis circuitus. ita Hostiens. in c. 1. de offic. deleg. Inn. Io. Andr. & Imol. in d. c. significasti. vbi ēt Pan. & Fel. & sequitur vbi supra Phil. Franc. & Francisc. Marc. in d. decis. 72. per totum. vol. 1. vbi plene pro hoc.

## In §. Videndum.

*SVMMARIVM.*

1 *Clerici quando requiruntur ab officialibus.*

2 *Iudex laicus nullo tempore, & nullo iure cognouit de clericis.*

3 *Pœna laici clericum ad iudicem secularem trahētis.*

4 *Episcopus non potest permittere, quòd iudices laici de clerico cognoscant.*

5 *Negligentiam iudicis ecclesiastici, laicus nō supplet.*

6 *Gaudere qui debeant priuilegio canonis, siquis suadente.*

7 *Heremita vtrum gaudeat priuilegio fori.*

8 *Assumens nouum habitum dissonum alijs religiosis est scandalo.*

9 *Hospitalarij non gaudent priuilegio fori.*

10 *Constitutiones quæ habeant vim canonis.*

11 *Romanus pontifex solus exemptionem plenariam concedit.*

12 *Qui solum pontificem Romanum habent iudicem.*

13 *Iurisdictio clericorū pōt q̄ri à laico per priuilegiū.*

14 *Consuetudo acquirit iurisdictionem, & quomodo.*

15 *Merum imperium quibus acquiratur.*

16 *Iurisdictio qualiter quæratur in exemptos.*

17 *Regalis iurisdictio quando locum habeat in clericos.*

18 *Ioculatores clerici, perdunt priuilegium.*

19 *Clerici tabernarum, & vilium artium, amittunt priuilegia.*

20 *Iurisdictio laicorum in quos clericos se extendat.*

21 *Clericus factus, commisso crimine, vtrum gaudeat priuilegio.*

Idendum est cum iudices ec-
1 clesiastici suos † clericos repe
tunt captos à iudicibus secu
laribus. Et illi verbo vel facto
denegant illos remittere, qūo
dicantur grauare, maxime, qa
illi nunq̄ illos publ. iudic. affi
ciunt, & furca suspēdunt. Et hic scire debes, qđ
nullo vnq̄ tpe, nec in l. veteri, nec in noua noui
2 testamēti, neq; ex l. iureconsultorū, † clerici fue
runt de iurisd. iudicum secularium, sed sui iu-
dices ecclesiastici de illis cognoscebant. Nam à
mundi exordio, postq̄ summus sacerdotum, &
Rex Regum Deus oīpotens, per multa tpa mū-
dum per se rexit, vt vides Genes. 2. 3. & 4. c. deue
nit, ad committendum curā vel regimen & ad-
ministrationē, & iurisdictionem oēm ministris,
quorum primus fuit Noe, qui etsi non legatur
sacerdotem fuisse, tamen officium sacerdotis
exercuit. Et ille, vt iudex totius iurisdictionis ec
clesiasticæ, & secularis, oēm iurisdictionem exer
cuit, no. per Inn. & Ant. de Butr. de for. comp. c.

licet ex suscepto. & sic clericorum iurisdictio, fuit penes suos sacerdotes. Ex post, illa fuit apud patriarchas, vt ibid. not. qui iudices fuere ecclesiastici, & iā lege antiqua, prohibitū erat laicis clericos tangere. bene legitur per prophetam dñm dixisse: qui vos tangit, tangit pupillā oculi mei. & transumptiue, in c. accusatio 2. q. 7. Et ēt veteri lege prohibitū erat laicis, de clericis iudicare, dicente propheta, nolite tangere christos meos: & in prophetis meis nolite malignari. In psal. Confitemini dño. & in auct. de nō alie. §. primo, col. 2. Et ideo in noua lege, Sūmus sacerdos, p se in sacerdotes iurisdōnes exercuit. Nā ementes & vendētes sacerdotes de templo eiecit, Marc. 11. Et in c. accusatio. 2. q. 7. vide ad materiā. c. sacerdotib. 6. q. 2. vbi inuenies multas auctoritates veteris & noui testamēti. Et sic. l. iurisconsultorū, sacerdotium non erat sub tēporali potestate, sed priuilegiatum, & cū suis iudicibus, vt in l. non distinguemus. §. sacerdotio. ff. de arbitris, & iure ffotum, iurisdictiones erant distinctę, vt in l. hēreditas. ff. de pet. hære. Ibi pontificali vel regali iudicio: & q̄uis aliquæ leges Imperatorū in aliquib. causis clericos submittant sub iurisdōne tpali, vt in l. clericus qui. C. de epis & cl. tamen illa tanq̄ errore inducta, noua Imperatorū lege reuocata est. Nam vt dicit Bal. per illū tex. in auct. statuimus. C. de epis & cler. quod clerici nunq̄ fuerunt de iurisdōne tpali, iudicum laicorum. Et illam dicit esse veritatem, quia Deus à principio ipsas iurisdōnes distinxit, & sic quod illud auctenticum recedit ab errore veterum legum: imo talis iurisdictio, tam clericorum, quam laicorum erat apud ecclesiam, vt vides in c. quicunq;. 11. q. 2. Et quod not. in c. nouit, de iud. tñ illa iura correcta sunt, & iurisdōnes sūt distinctæ, vt dicit Bal. & probatur, in c. qm̄. 10. dist. & 96. dis. c. cum ad verum, & no. in c. Imperiū. 10. dist. quod autē antiquo iure omnes causæ, tam clericorum quàm laicorum deferrentur ad ecclesiam, probatur, qui filij sint leg. c. per venerabilem. 11. q. 1. §. relatum, 2. q. 5. c. si qs p̄sbyter. licet hodie distinctæ sunt, vt diximus in ca. nos si. §. Itē cum Dauid. 2. q. 7. Hoc aūt iure canonico fundare est magis laboriosum, quā subtile. Nam & generalia cōsilia, & Romanorum pontificum infinitæ auctoritates prohibent laicis potestatem cognoscendi de clericis, & illorum cognitionem suis conseruat iudicibus. Et in primis hoc statutum fuit in consilio generali Calcedonensi, in c. si clericus, & in ca. clericus cum nullus. 11. q. 2. Et idem in consilio Milenitano, in cap. inolita, ea. causa & quæstio. & in consilio Carthaginiensi, in ca. pla
3 cuit, in quibus iurib. nedum iudices † laici ve-
tantur de causis clericorum cognoscere, sed
in iudicio seculari, eos trahentes causam per-
a dunt q. vt ibi uides, imo iudices seculares,
qui de clericis se intromittunt iudicando, di-
cuntur grauare, & iniuriam ecclesiæ irrogare,
vt ha-

vt habes consiliarem dispositionem ex Parisié. consilio, in cap. nullus iudicum, de foro compe tenti, & vide aliud consilium generale Calcedo nensi, in capitu. si quis clericus, de foro compe. Et plures alias Pontificum authoritates tu habes. 11. q. 1. cap. peruenit, & in cap. si quis ex fratribus. ea causa & q. cum similibus, & in cap. at a si clerici, & capitu. generaliter, de iudi. & de foro compe. capit. si diligenti, imo etiam volente
4 † episcopo,[b] id fieri nequit, quod iudices secu-
b lares de personis ecclesiasticis cognoscant, ut in capitu. significasti, de foro compet. nec eis nolentibus, vt vides in dicto capitu. si diligenti,
5 † nec etiam per negligentiam iudicis ecclesiastici, nam secularis negligentiam ecclesiastici non supplet, vt in capitu. generaliter, de iudic. quamuis econtra fit, vt uides, in capitu. licet, & capitu. ex transmissa, de foro competen. Vides ergo quòd iudices seculares de personis ecclesiasticis, nequeunt se intromittere, cognoscendo uel iudicando. imo ecclesiam iniuriât & grauant, & pœnas incurrunt, vt uides in locis desuper allegat. & infinitis alijs iuribus. Nam non solùm pœnas infamię, & alias incurrunt, sed diuinitus pœnis corporalibus iudices laici affliguntur, qui officium iudicum ecclesiasticorum vsurpant: & hoc exemplo probatur, vt legimus de Ozia, qui fuit lepra percussus. secunda qó. 7. cap. nos si. §. Item cum Balam. Sed uidendum est, quæ sunt istæ personæ ecclesiasticę, de quib. iura consiliaria loquuntur. Et certe de personis præsbyterorum, diaconorum, atque religiosorũ, atque simpliciter tonsuratorum, nulla est dubitatio, quia per primam tonsuram clericalis
c ordo confertur,[c] vt in capit. cum contingat, de ætate & qualitate, & uide. 23. disti. in summa, & vide ad proxime dictà. 93. di. capi. a subdiacono. 77. distin. illud. Et simili modo, religiosi infra annum probationis sunt personæ ecclesiasticæ, vt in cap. religioso, de sententia excommu.
6 lib. 6. † Et omnes isti indubie gaudent priuilegio canonis, si quis suadente Diabolo. 17. q. 4. & sunt de districtu & iurisdictione Episcopi & diœcesani ecclesiastici, & non secularis, vt in d. c. nullus iudicum, & alijs allegatis desuper. Sed nunquid alij nô insigniti caractere clericali vel religionis comprobatæ, sunt comprehensi sub nomine ecclesiasticarum personarum, quo ad forum sortiri: & uidetur quod sic. Nam gloss. in dicto capitu. nullus iudicum, de foro compe. exponens uerbum, minores ecclesiæ, dicit quòd loquitur illud consilium generale de scholarib. ecclesiæ, uel seruientes ecclesię, qui eodem gaudent priuilegio. duodeci. questione secunda, capit. ecclesiarum seruos. Ponit Vincentius exéplum, an ianitoribus, & dicit quod illi sunt sub custodia seruorum. 12. q. 1. omnis ętas. hoc ibi tenet Tan. & Vincen. Item comprehendi dicuntur conuersi. de sententia excommunicationis, parrochianos, & 11. quæst. 1. inolita, quod intellige, ut ibi not. quomodo omnino uiuunt vt regulares, & sunt in seruitio ecclesię. Item gaudet etiam priuilegio clericali uxor clerici, & legitima. 32. distin. cap. eos, aliàs in cap. a subdiaconibus. 11. q. 1. cap. 2. Et idem de illorum filijs ante clericatum natis, ut in tex. & glo. l. omnes. C. de episcopis & clericis, & ibi etiam not. de seruientibus ecclesiæ, quamuis ibi dicat Bald. qđ illud priuilegium habent temporaliter, quamdiu uiuit clericus, cum non detur principaliter propter se, sed propter eorum dominos, facit. ff. de iudic. l. non aliàs §. primo. De rusticis autē ecclesiæ an gaudeant priuilegio clericorum, disputat glo. 89. distinc. capi. iudicatum. Et concludit, quod non semper subsunt ecclesiastico iudici. Ad hoc in Spec. de compet. iudic. ad §. 1. versicu. 27. Ioannes Andr. tenet in duobus tantum casibus, conueniendos sub ecclesia: quando scilicet, hoc cōcessum est ab Imperatore, & quando rusticus habet administrationem generaliter ab ecclesia. Addit Specu. alium casum qñ conuenitur pro re quam tenet ab ecclesia, aliàs aũt conuenitur ex delicto, uel contractu, coram iudice seculari, & ita tenet in loco superius allegato, ¶ De existentibus in familia episcopi quod gaudeant priuilegio fori: notat. de iudic. capitu. cum non ab homine. & de officio Archiepiscopi. cap. fina. & in dicto cap. cũ mo
7 nasterium. † Heremitæ[d] uutem quod gaudeant
d priuilegio fori: not. in capi. cum monasterium de pellicia de elect. 93. distin. cap. nulla ratione. Et idem de pœnitentijs. 11. q. 1. aliud. Et de muliere inclusa. 11. q. 1. capitu. de persona. Et quãuis omnes isti dicantur gaudere priuilegio fori ecclesiastici iudicis, de iure: attamen consuetudo longæua tanti temporis, cuius non est memoria in contrarium, cum scientia & patientia Romani Pontificis, & aliorum pontificum, in regno Valentiæ inualuit, foris & constitutionibus regnorum vallata, quæ pro lege seruanda est: & pro veritate habetur, ut l. hoc iure. §. ductus aquę. ff. de aqua quotidi. & æstiua. Et quod notat. in l. prima, §. finali, de aqua pluu. arcend. Et in capitu. ueniens. de uerbor. significat. & in cap. quid per nouale. imo habetur per 400. constitu. quod continua obseruantia, facit ualere pro nô scripto. Ad hoc quod in omnes passim laicos non insignitos priuilegio clericali uel habitu alicuius religionis comprobatæ iudex secularis, iurisdictionem exerceat, quãuis seruiât clericis, vel se Deo dedicēt per Beguinatum, vel vitam hæremiticam, quamuis contrarium sit de iure, cum generaliter omnes illæ personæ, licet non faciant professionem, gaudent priuilegio clericali, ut no. gloss. & tex. de electio. capi. indemnitatibus, libro sexto, ad finem. Ad hoc quod not. 13. quæstione ultima. cap. finali, & de de maioritate & obedientia, dilecta. in glo. penulti. Per quod infert dominus Antonius de Butrio, in capitu. nullus iudicum, de foro com peten.

peten.ad Iesuatos in Italia, qui sunt mares, & mulieres,& subsunt episcopo,cui obedientiam promittunt,& castitatem & paupertatem voluntarie seruant. Et promittunt quamdiu ibi sunt,licet perpetuo non se astringant uoto, sed inter eos stare non potest,proprium volens retinere, aut castitatem nolens obseruare, addens quod cum tales se astringant multis disciplinis & ambulent semper decalciati, possunt dici in statu pœnitentium,qui sunt sub ecclesia. 11.q. prima,cap.aliud,qui status ab ecclesia approbatur:non enim tollitur voluntas pœnitendi & actus. Et tales ecclesiæ subsunt, licet non sit regula approbata,quia nec regulares dici possũt cum non habeant vota perpetua,& tamen non reprobatus status viuendi. Et ad hoc extrauagans,Ioan.22.quæ incipit,ratio recta,quę tollit pœnas,clemen.prima,de relig.dom. etiam quo ad illas quæ beguinæ vocarẽtur, dummodo honeste uiuant:& se non implicent prędicationibus & disputationibus.Et hæc ibi Dom. Anto. de Bu.cuius dictum non credo verum,saluo honore tanti doctoris.Primo, quia talium status, ex quo non profitentur,aliquam de regulis ap-
8 probatam,†assumendo habitum difformẽ aliarum religionum non est approbatus, imo & iure veteri & nouo improbatus,quia scandalosus vt in cap.cum decorem,de vita & hone.cleri.Et per dict. clem. cum quibusdam,quæ habet illorum statum suspectum,& improbatum & punibilẽ.Et quãuis d.extrauag.Io.22.velit pęnas tollere,& statum tollerare, illum tñ non approbat. Multa etenim per patientiam tolleramus, quæ si deducta essent,in iudicio possent impugnari. extra de præbendis & dignitati.capitu.cum iã dudum,Et sic non potest dici quòd illi sint ecclesiasticæ personæ,nec obstat quod dicit de heremitis,iuxta notata,in capitulo cum monasterium,de pelicia.de elect.quia illa opinio nõ est communis,imo credo etiam de iure contrariũ. Et hoc magna ratione,quare isti heremitæ non emittunt vota substantialia religionis vel aliquid ex eis.Ad hoc capitu. final.de relig. do.& eo.titu. cap.primo,libro sexto.Et hanc partem firmat Gem.in clem.per literas,de præbend.di-
9 cens,quod etiam† hospitalarij[e] laici, intenti
e cõiugio portantes aliquod signum uel crucem uel imaginem,non gaudent priuilegio clericali,quia vota religiosorum non emittunt.Maximè,quia isti vt non professi possunt testari, ut laici proprium retinentes,vt no. 27.quæst. prima,capitu.vt lex continentiæ, & vide quod no. Bald.in l.generali.C.de episcopis & clericis.& vide not.in §.econtra Paulus.19.q.3.& 16.quæstione prima,capit. quia vere.quod nõ possent si essent professi,vt in auth.ingressi. C. de sacro sanct.eccle.Merito ergo de istis, etiam de iure dici potest,quod non gaudent priuilegio clericali,quo ad forum, nec etiam ad priuilegium canonis,si quis suadente.17.quæstio.4. De fratribus tertij ordinis,& sororibus, qui dicuntur de pœnitentia. Guillelmus de Montelugduno, tenet quod non subsint episcopo, quia nõ sunt personæ ecclesiasticæ, imo in omnibus sunt sub seculari potestate, quia sunt de ordine approbato,& sunt in statu quodam modo regulari,ideo dicit illos gaudere ut heremitæ. Et hoc posuit,de sententia excommunicationis, cum ex eo,in clem.ubi Ioan.And.& in clem. cum de quibusdam,de relig.domi.dicit eorum ordinẽ approbatum.Sed Federicus de senis, in suis cõsilijs,consi.145.Consuluit pro opinione Guillermi; Sed saluo honore, non credo eos bene dicere,quia isti de tertio ordine sũt de regula approbata,vt vel saltim eorum status est approbatus & permissus. Merito sunt personæ ecclesiasticæ.Ad hoc no.Bartho.in l.prima,ff.de pœnis, & in l.semper §.primo, de iure immunitatis.Et vide quod tot.in Specu.de stat. monachorum, versicu.37.& quod ibi no.per Ioannem And.Sumamus ergo casus non dubios.Et sit regula,ut omnis clericus insignitus caractere clericali, omnis religiosus professus,aliquã de religionibus approbatis, uel infra annum probationis gaudeat priuilegio omni clericali, nisi per aliquam ex qualitatibus,de quibus infra dicam, priuilegio denudetur,ut patet per iura supra allegata.Alij autem beguini heremitæ seruiẽtes, penitentes tertij ordinis, Iesuati hospitalarij Deo cum parte bonorum dati, de quibus in capitu.ut priuilegia,de priuilegijs; & locis desuper allegatis, de iure communi sunt ex doctorum opinionibus,saltem quo ad forum. Nam de alijs priuilegijs datis familiarib. hic aliquid non dicimus. Et quamuis iura faueant, tamen pro parte regni consuetudo antiqua multum contra eos facit. Et pro iurisdictione ecclesiastica,vt est in consuetudine desuper allegata, Maximè, quia fori & consuetudines regnorum passim in laicis,non insignitos clericali caractere,iurisdictionem iudicibus laicis tribuãt, qui sunt pro lege seruandi.ff.de iusticia & iure.lege omnes populi. Maxime felicis recordationis regis Iacobi,qui ut ab antiquis habemus, fue-
10 runt conditi pręsente legato apostolico, †merito habent vim canonis prouincialis,ut in capi. canon.§.porro. 3. distin. Et sic non mirum si in dubijs doctorũ & canonis sententijs Princeps laicus potuit eligere,& disponere,annuente legato ecclesię.Et sic uidi de facto quendam crematum,ut laicum, & communiter hos de quibus in iure canonico hęsitatur, vel etiam de seruientibus clericis, ecclesia illos ut clericos uel gaudentes fori priuilegio non consueuit repetere, obstante antiqua consuetudine, quæ iurisdictionem tribuit, de foro competen. capit. cum contingat.& in l.prima,de emancipa. lib. & dictis fori & regnorum consuetudinibus. Et pari forma ecclesia non repetit clericum uel religiosum exemptum detentum per principem

uel

vel per gubernatorem regni, qui quodam iure constituto, conseruato de more antiquissimo, habet iurisdictionem in exemptos. imo domini Reges foros, super ijs condiderunt, vt exẽpti sint, de regio foro. Sed quomodo cõsuetudo hoc casu vel lex laicorum in isto potest dare laicis iurisdictioné contra iura ad consuetudiné, capitulo. inolita, vndecima quæst. 1. vbi talis cõsuetudo appellatur inolita præsumptio, & improbatur a iure. Et non mirum quia est contra diuina iura & humana; & sic irrationabilis, vt no. in cap. finali, de consuetu. quod sit contra iura diuina, vide cap. sacerdotibus. 11. quæst. 1. & vide, ad vtrumque ca. continua. l. ea. causa, & quæstioné. in qua est contra dispositiones consiliares, de quibus prædiximus: & legitur Constantinum præsidentem in Nicena sinodo dixisse, vos autem a nemine iudicari potestis, quo ad Dei solius iudicium cernatis. in dicto, capi. continua, ad finem. Quod etiam lex laicorum, id non possit disponere, manifeste probatur, quia contra libertatem ecclesiasticam, merito cassa sunt, & irrita talia statuta vel leges laicorũ vt in authen. cassa. C. de sacrosf. eccle. & in cap. ecclesia sanctæ Mariæ, de constitutio. Et in capitu. nouerint, de sententia excommunicationis. nec solum contra libertatem ecclesiæ, sed nec personarum licet statuere, vt ibi. Et nedum cum cõtra libertatem uel ecclesiasticarum personarũ, quid statuitur directo, nullæ & cassæ sunt leges, Sed etiam cum indirectum, ut puta cum, clericis forum declinantib. p iudices seculares protectio illis denegatur: & sic genus clericorũ fit timidius, ut no. Butrig. & Bald. in authen. cassa. C. de sacrosanct. ecclesi. Et Barth. in l. prima. §. quæ onerandæ, quatum rerum actio non detur. Et Petrus de Anchara. in cap. cum C. laicus, de foro competen. Quomodo ergo hanc consuetudinem, uel forum probare possumus, & quid est hoc quod reges Arragonum, semper Catholici & ecclesiæ uere filij tanto tempore id obseruare uoluerunt & obseruant. Et vt ista uideas,
f sciasquod exempti [f] non sunt, sub episcoporũ archiepiscoporum, nec Patriarcharum potestatibus: vt cæteri clerici, qui in inferiorum iudicũ potestate sunt, ut uides, vt in auth. ut clerici, apud proprios episcopos, & in authẽ. de sanctis. episcopis. & ponit glo. in authen. statuimus. C. de episcopis & clericis. Et hoc propter suam exemptionem, quæ illos exemit, a iurisdictio
11 ne episcoporum inferiorum, † cum Romanus Pontifex dicatur episcopus exemptorum, ut dicit Bald. in l. rescripta, de precibus impera: offe. allegans capitu. nulla. 93. distinct. Et qui solus plenariam exemptionem potest concedere 16. q. 1. c. nup. 9. q. tertia, c. non vero. quæ plenaria exemptio, per quæ uerba cõcedatur uide capitu. si Papa, de priuilegijs, libro sexto. qua concessa ab ordinariorum iurisdictione exempti sunt habita differentia, de qua in c. 1. de priuilegijs, libro sexto. Et sic exẽpti plenariè nõ habent iudicem in prouincia, ut in dicta decretali prima, de priuilegijs. libro sexto. Nec ratione
12 delicti, uel contractus uel alias: † solum ergo de iure communi habent iudicem Romanum Põtificem, qui solus est iudex exẽptorum. Ex qua causa finali, dicebãt antiqui nostri tollerari cõsuetudinem in regno, ut ne exempti sint, sine iudice in regno, quòd rex in eos habeat iurisdictionem. Et ideo tẽpore domini Clementis Romani Pontificis, cum per nonnullos sibi datum esset intelligi, quòd ideo rex in exemptos iurisdictionem habebat & vendicabat habere, quia erant sine iudice in regno, commissionem fecit domino Iacobo Cardinali Valentino episcopo, quòd cum ad aures felicis recordationis domini regis Ioannis deuenisset, misit ad dictam commissionem habendam a dicto domino Cardinali, qui cum aliquantulum retardarent, ad illam in sui forma tradendam, misit dictus Rex ad illum suum algazirium, ut vel portaret commissionem, uel eum mortuum sibi portaret. qđ cum statim dictus Cardinalis sciuisset antequã ab eo dicta commissio peteretur, illam tradidit algazirio, quæ fuit declarata a dicto rege. Et inde forus factus, in Valentia prouincia. ¶ Restat igitur iure fundare forum, & antiquam cõsuetudinem. Nam si dicas illam esse causam finalem, quia sine iudice erant in regno. Iam illa cessabat, facta dicta commissione, & sic cessare debuisset effectus, de appellatio. cum cessante. C. de episcopis & clericis. l. generaliter, quare ergo dictus dominus Ioannes illud reprobauit, facto, dilacerando dictam commissionem, & inde forum faciendo. Et sic videtur quòd illud nõ esset in causa final. & quod aliàs iure & foro tollerari potest antiqua regni consuetudo, quòd princeps in regno iurisdictioné habeat in exẽptos. Nam non est presumendũ, quod princeps Catholicus, vti nostri reges Arragonum, & qui iura omnia habent in scrinio pectoris, vt in capitul. primo, de constitut. & quod ibi not. contra libertatem ecclesiasticam uelit statuere, uel contra personas ecclesiasticas. dicas ergo quòd dicta causa nõ habẽdi iudicem in regno in exẽptos, non est finalis quare rex in eos iurisdictionem habeat, sed fuit impulsiua ad dictam consuetudinem, tam antiquam introducendum. Et illa introducta est pro lege seruata, inde forũ faciendum, & sic & si illa cessaret, etiam quod Romanus Pontifex commissionem faceret in regno, pro exemptis, non cessaret effectus, scilicet, antiqua consuetudo, neque forus. probe-
g mus [g] ergo talem antiquam consuetudinem ualere, quia ea probata ex qua ex ea Rex potest iurisdictionem habere in exemptos, inde potuit statuere citra libertatis ecclesiasticæ præiudicium. Et ad hoc fundandum, scias quòd Romanus Pontifex causas etiam criminales clericorum, potest committere laico, & spirituales, & po-

& potestatem excommunicandi, vt in capitu. bene quidem, 96. distinct. & 64. distinct. insinuādo, & capitu. Adrianus, & 11. q. 1. cap. te quidē, & 96. distinctio. capitu. 1. & quod not. in capit. finali, de officio ordinario. & in capitulo. de
13 cernimus, de iudic. † Et sic vides quod iurisdictio clericorum potest queri a laico, per priuilegium Romanorum Pontificum, ergo & consuetudine cum illa æquiparentur, quo ad vim & effectum, extra de iudi. capit. nouit. Et no. Innocen. extra de simonia, capitu. cum in apostolica.
14 †Et quia consuetudo dat priuilegium, extra de priuilegijs. capitu. quod quibusdam, de verbbrum. significa. in ijs. & capitul. super quibusdam. Et quia consuetudo habet necessariū effectum. l. in capitu. finali, de consuetu. Et quia tribuit iurisdictionem, in l. prima, C. de emancipat. liber. etiam personæ priuatæ, ut in tex. singu. in capitu. cum contingat, de foro comp. Et ideo dicebant Petrus & Cyn. in dic. l. prima, C. de emancipati. libe. quod quemadmodum
15 †merum Imperium erat quæsibile priuilegio: sic & præscripta consuetudine, saltim illud merum imperium, quod consistit in animaduertendo in facinorosos homines, vt omnium opinionem comprehendamus, Io. And. & domin. Anto. de Butrio, in capitu. cum contingat, de foro compe. & Bal. in quæstione per eum disputata Papiæ, quæ incipit: Apulus, & per Lap. allegationibus suis, allegatione. 82. de quo in le. prima, §. denique. ff. de aqua pluuia arcend: per Bartolum. maxime principi, vel aliās iurisdictionem habenti, quia priuato solam potest dare iurisdictionem consuetudo, vt in dicta decretali, cum contingat. Sed merum imperium non datur priuato, ex consuetudine secundum aliquos, per tex. in leg. 2. C. decuriosis & stacionar. lib. 12. & per legem primam. C. de cohortalibus, eod. libr. vbi Imperator reprobat & annullat consuetudinem dantem aliquibus, potestatem incarcerandi. Et tamen carcer meri Imperij est, vt no. in l. Imperium. ff. de iurisdictione om. iudic. Sed communis opinio est in contrarium, quod etiam priuato detur merum imperium, ex antiqua consuetudine. Ad hoc quod not. Bartol. in l. hostes. ff. de captiuis, & Bald. in dicta. l. Imperium, & moderni in dicta l. prima, §. denique. ff. de aqua pluuia arcen. Multo ergo fortius iurisdictio, & merum Imperium, poterit principi dari, ex tam antiqua consuetudine, cuius non extat memoria in contrarium, in ipsos exemptos. Nam talis consuetudo tam lōgæua non indiget scientia & patientia eius, cōtra quem præscribitur, iuxta glo. singul. in leg. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidia. & æstiua. & quod not. per modernos, in l. si plurib. de publicanis. Et sic merito Rex potuit hic quærere, ex tam antiqua consuetudine, omnem iurisdictionem in exemptos, etiam citra scientiā & patientiam Romani Pontificis, quamuis Romanus Pontifex, talem consuetudinem uniuersalem, in regno Arragonum, non præsumatur ignorare, iuxta not. in capitu. primo, de postu. præla. & iuxta glo. in l. si tutor. C. de periculo tutorum, Et quod nota. in capitu. primo, de constitu. lib. 6. Nam hoc esset ignorare, quod omnes sciunt. Et ideo Imperator non potest prætendere ignorantiam, quin ciuitates Italiæ exercuerint merum Imperium. Et sic contra eum scripserint ex antiqua consuetu. ut nota. in locis desuper allegat. & sic tam ex præsumpta scientia, quàm circa scientiam Romani Pontificis, Arragonum rex potuit quærere ex lōgæua
16 consuetudine iurisdictionem † in exemptos. Ad quod no. Innocen. in capitu. primo, de apostatis, & ibi Baldus super Innoc. Maxime, quia de iure consuetudo longæua p̄sumitur iusta, & de iusta rōe mota ad illū introducendum, iuxta gl. auream, in capit. in c. illa 12. di. de quo uide D. Anto. de But. in c. cum causam, de sententia, & re iudica. Et Romanus Pontifex videtur tali cōsuetudini longæuæ accommodasse assensum, vti dicimus, in præscriptione quando currit cū scientia, & patientia illius contra quem præscribitur, ille dicitur tacite consentire. Ex tali consensu, quæritur directum dominium, vt ponit Bald. in authen. nisi tricennalis: C. de bonis maternis. quinimo talis præscriptio currit etiā mala fide, vt ponit Bartho. in l. Celsus. ff. de vsucap. de quo dicendum, vt per canonistas, in capitulo. finali, de præscript. & in regula possessor, de regulis iuris, libr. 6. Merito ex tali tacito consensu, dicta dici valet optima consuetudo maximè tanti temporis. Nec obstant iura impugnantia consuetudinem quòd laici de causis clericorum non iudicent, vt in dicto capitu. inolita, cum similibus. qnia illa iura loquuntur quotiens sine aliqua causa, & sine tacito consensu Romani Pontificis, inducitur consuetudo causa suadente, & consensu Romani Pontificis annuente: nam tali casu non est prohibita consuetudo. Et si a iure generaliter improbetur, quoniam consuetudo iuuatur noua ratione merito potest introduci. Etiam contra iura improbantia cōsuetudinem. Istud est dictū singulare domini Antonij de Butrio, in capitu. finali, de consuetudi. Et refert Gemi. in capi. primo, de consue. de quo dicit latius, ut diximus, isto titulo. §. his igitur, uersi. Idem dicas, causa autem impulsiua talem consuetudinem introducendi, fuit satis æqua: quia isti exempti non habent iudicem in regno. Et quia de illis non poterat haberi recursus, nisi ad sūmū Pontificē ꝙ ineffrenate uiuebant, & multa cōmittebant, & quasi acephali uagabant. Romanus Pontifex communiter in lōginqua prouincia degēs, illos corrigere non ualens, Corrigendos principi relinquit, vt in capitu. illud. 11. quæstione prima. quasi necessitate cogente, vt in capitu. pœnitus, ca. causa & quæst. per hoc opportune

facit,

facit. 23. questione quinta, capitu. princeps seculi, ut iam antiqui canones consentien. episcopo laici & clericis concedebant cognitionem, ut in capitu. nullius, & in capi. clericum. 11. q. prima, quamuis contrarium notetur in capit. significasti, de foro comp. quanto plus cōsentiē te Romano Pontifice per taciturnitatem tanti temporis. Et non dubitandum quin illius tacitus consensus possit validare consuetudinem, quod Rex exemptos habeat iurisdictionem, quoniam & suam personam, qui est princeps ecclesiæ, & caput. 60. distin. cap. oportebat, & in capitu. Constantinus. 90. l. prima, distin. submittit iudicandum per principes laicos. 11. q. 7. capitu. nos si. & capitu. mandasti, ea. causa. q. 3. Et maximè, quia iure canonico deficien. episcopali, & archiepiscopali iurisdictione, permittitur
17 vsus† regalis iurisdictionis, etiam in clericos, vt est casus singularis, cū ibi no. per gl. in c. filijs ac nepotib. 16. q. 7. Et qđ absentia iudicis a regno, sit iusta cā introducendæ cōsuetudinis, in exēptos probatur, quia ēt priuato datur captura clerici fugientis, cum iudex ecclesiasticus non adest: nec eius copia haberi potest, ut sic locum habeat, l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de iis qui in fraudem creditorum. Not. Ioan. Andr. de sententia excommunicationis. capitu. ut famę, & quod not. in capitu. cum non ab homine, de iudic. Et quia ex necessitate iudex habet arbitrium, qui aliàs non haberet, in le. cum nauarcorum. C. de nauicula. lib. 11. Et quod no. Bald. in l. sed & si per prætorem. ff. ex quib. causis maiores. Et iam etiam in ecclesiasticis causis, habet potestatem, qui aliàs non haberet ante confirmationem: nam episcopus vltramōtanus, qui subest immediate Romano Pontifici, & ab illo habet habere confirmationem, administrat, ut in capitu. nihil, in fine, de elect. quod aliàs non faceret, vt in cap. nosti, eodem titulo. Id ergo facit loci distantia quod Romanus Pōtifex, in sua pręeminentia tollerat uel permittit quod si propinquitas loci pateretur, id nō permitteret. Et sic ex iam dictis satis consona iuri videtur talis, & tam antiqua cōsuetudo, quod Rex in exemptos habeat iurisdictionem, & per consequens de illorum iurisdictione disponendi tradita dicitur sibi potestas, cum dominiū illius iurisdictionis hēat ex consuetudine præscripta. Ad hoc no. in dicta authenti. nisi tricēnali. C. de bonis maternis, & quia dominium & iurisdictio æquiparantur: no. Angel. per illum tex. in l. qui fuerunt, de statu. homi. & qui dominium habet, dominium ad nutum disponit. C. mandati. l. in re mandata. C. de sacrosan. eccle. auct. ingressi. Concluditur ergo istam cōsuetudinem iure probari, & tacito cōsensu Romani Pontificis. Et vidi bullam á sede apostolica emanatam dicentem, quod gubernator regni, qui ex more antiquo solet exemptos in sua iurisdictione protegere &c. approbātem acta, saltim tacite facta per illum, inter exemptos. hæc volo dixisse, salua semper determinatione sanctę matris ecclesię, vt vere catholicus, Vt posses dicere quòd princeps hanc iurisdictionem habeat, in exemptos, ex quodam iure constituto, conseruato ex diuturna consuetudine, quæ vicem habet constituti. le. hoc iure. §. ductus aquæ, de aqua quotid. & æstiua. Et sufficit quòd istud ius allegetur concessum & consuetudine approbatum. Ad hoc quod not. eleganter Ioā. de Imo. in cap. secundo, de præbend. libro sexto. dicens, quòd tale ius possunt pretendere reges vncti, qui personam laici meri obtinere nō videntur: inde concludens, quod ex quo potuit eis concedi, & esset scandalum in auferendo tale ius debeat regibus relinqui. Et sic not. quod reges talia iura possident uice Apostolici, & prædicta optime probant opinionem de mōte Imolaico super usatico authoritate & rogatu dicentis, quod uirtute illius usatici, potest per principem contra clericos procedi, de quo uidi iam aliàs dubitari.

EX præmissis liquide demonstratur, quos iudices ecclesiastici, ut suos repetant, ut in cap. si iudex laicus, de sententia excōmunica. libro sexto. Et si seculares non remittant, grauamen inferunt ecclesiæ, ut in dicto capitu. nullus iudicum, de foro competenti. & quod ibi nota. per Anton. de Butrio: Tamen de nonnullis dubitatur, etiam insignitis caractere clericali. Et sicut iudices seculares dicunt in illos suam iurisdictionem exercere posse citra grauamen, & primo ponamus casus non dubios. Primus est in bigamo, ut in capitu. altercationis, de bigamis, libro sexto, nam talis non gaudet priuilegio clericali, ut ibi, & sic non remittendus. Scias tamen quòd bigamus multis modis dicitur. Nam dicitur bigamus, qui uiduam accepit in uxorem. Item qui duas accepit uxores. 84. distinctio. quisquis. Item qui cum corrupta contraxit, de bigamis, capit. primo. 26. distinct. Item dicitur bigamus, is qui secundum matrimonim de facto contraxit, quāuis de iure non teneat propter impedimentū consanguinitatis, ut tenet Ioann. Andr. de Bigamis, capitu. nuper. Et ibi per collectarium. quamuis contrarium uideatur tenere Anton. in capitu. altercationis, de bigamis, libro sexto, & uide quod ibi nota. de multiplici bigagamia. Item in clerico incorrigibili degradato, de quo no. de iudi. c. cum non ab homine de commune falsi, ad falsariorum, de uerborum significatione, nouimus. de pęnis, degradatio. li. sexto. 11. quæstione prima, capitu. sacerdotium & tertia, questione quarta, clericus. Item in clerico, coniugato non deferente habitum, & tonsuram: de quo in capitulo primo, de clerico,
18 coniugato, libro sexto. †Item in clerico ioculatore, [h] seu goliardo, seu buffone, si per annum

num illam artem exercuerit uel minori tempore, si ter monitus fuerit. Nam tūc exutus sit omni priuilegio clericali, ut in capitu. unico. de uita & honestate clericorum, lib. sexto, circa quorum uerborum expositionem, ibi insistit glos. dicens esse vulgare Gallorum, & Tuscorum, tu vide circa illorum expositionem Hostiensem, in summa de sententia excōmuni. §. si quis post
19 sit, versicu. quid ergo de goliardo. † Idem in clericis carnificum, seu macellariorū, & taberna-
i riorum [i] officium publice, & personaliter exercen. post trinam admonitionem iuxta formam, clem. primæ, de uita & honestate clericorum, idem est dicendum de clericis sæuis, & enormitatibus se immiscentibus, post trinam admonitionē. de sententia excō. c. ad audientiam, & c. perpendimus, & c. si uero, & c. contingit. de pri-
20 uileg. & excess. cū similibus. † Hi enim omnes, quamuis clerici, ut non gaudentes priuilegio clericali, non possunt repeti a iudice ecclesiastico, quia non sunt clerici sui gaudentes priuilegio clericali, iuxta formā, ca. si iudex laicus. de senten. excomm. libr. 6. Et iudices laici non grauant, si in illos ut laicos suam iurisdictionē exerceāt. ¶ Sed de multis dubitatur, an debeāt gaudere uel ne, priuilegio clericali, & sic an sint retinendi uel ne, & si non remittātur si infertur
21 grauamen ecclesiæ. † Et sic primo dubitatur de clerico caractere clericali insignito, iam com-
k misso [k] crimine, an pro iā facto crimine debeat gaudere priuilegio clericali. Et hæc quæstio est satis vulgata inter canonistas & legistas. Nam Dinus illam quæstionem posuit in l. ita Vulpianus. ff. de excusa. tu. Guydo de sudaria in l. placet. ff. si ex noxali causa agatur. & Bart. in l. 1. ff. de pœnis. Bald. in l. officiales, & in authen. causa quæ fit cum monacho. C. de episcopis & clericis, & in l. cum quædam puella, de iuris. omn. iudi. & in l. si quis postea. ff. de iudic. Communis habet regula & canonistarum & legistarum, qd̄ si laicus commisso delicto factus sit clericus, qd̄ ad bona possit condemnari, & executuri, quēadmodum si clericatum nō accepisset: quia bona sunt obligata & affecta illi pœnæ quam meruit, tempore commissi delicti, ut in le. 1. ff. de pœnis. Et hoc est quod satis truncate Bald. scribit in dicta l. 1. ff. de pœnis. & Bald. in dicta. l. officialis. ¶ Si autem loquimur de pœna corpori inflictiua, & tunc communis habet opinio, qd̄ si in fraudem assumpsit clericatum, quod sibi non prodest priuilegium, quia metu delicti cōmissi ad euadendam sententiam iudicis secularis hoc fecit, merito poterit per illū puniri. Arg. l. 1. ff. de pęnis. ff. de re mili. l. q. cū uno. §. reus. Et quod metu delicti hoc fecerit, præsumitur ex modicitate temporis post delictū. arg. l. si neutri. ff. de priuilegiis credi. ¶ Et quod ibi not. uel quia iam iudex cœpisset contra malefactorem inquirere. ar. l. tertii. ff. de bonis eorum qui sibi mortem consci. Et iam a fortiori si præuenta esset iurisdictio per suum iudicem laicum. Arg. l. si quis postea. ff. de iudic. Et præuenitur iurisdictio per citationem uerbis vel re factam per capturam, & sic postquam quis est in carcerib. si assumat clericatum, non prodest sibi, ut dicit Io. An. in dicto. c. 1. de obli. ad ratiocinia. Et Bar. in d. l. officiales. Omnes tamen in hanc concordant sententiam, quod quamuis iudex laicus de tali clerico possit cognoscere illius personā non potest per pęnam corporalem executare, nisi præcedēte degradatione actuali, quam debet iudex ecclesiasticus facere. Allegat de re militari. l. qui cū vno. §. reus. Et in auth. clericus. de epis. & cler. Et q̄a ut dicit Bar. in d. l. 1. ff. de pęn. Ex quo iudices ecclesiastici nolūt vel recusāt talem degradationem facere, ex isto inconuenienti sequitur aliud inconueniens quòd iudices seculares, l. contra iusticiam, illos puniunt. de foro tamen regni Valentiæ, assumens tonsuram, in carcere debet iudicari ut laicus, si tamen dictus forus possit personas clericorū ligare, dubitatur propter no. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitu. & in c. legit. imperatorum. 10. dist. Sed dicitur quòd in condi. dictorum fororum fuit nuncius apostolicus, merito dicti fori sunt, lex canonica, & pro canone prouinciali sunt habendi, in c. canon grece. 3. di. Sed ecclesiastici si quo ad personas non se prætendunt ligatos fore, hoc non est per nos determinand. uerum solet ecclesia æquanimiter tolerare, si iudex secularis in tales iurisdictionem exerceat, & non in uiam grauaminis deducere, iuxta cap. ex parte. de priuilegijs.

## CAMILLI BORELLI ADDITIO

a ¶ PERDVNT.] Perdit causam laicus clericum ad secularem iudicem trahens in ciuilibus. Docuit Federicus. de Sen. in consil. 90. & etiam Ludouic Roma in consil. 369. ubi Mandos. uoluit Abb. Panor. in dicto c. si diligenti. nu. 6. de foro compet. D. Roland. à Valle in consil. 23. in causa pręsenti. nu. 14. vol. 2. Iacob. Menochius de arbitrar. iud. quæstio. lib. 2. centur. 3. casu. 246. nume. 5. ubi videndum est. ¶ Tu regnicola nota secus esse in feudalibus causis, in quibus ad secularem clerici trahi poterunt iudicem, iuxta regum Regni huius contractū cū sancta Romana ecclesia initum, ut loquitur text. in capitulo Regni. Item statuimus quòd clerici. Vbi Docto. quod etiam retulit, & sequitur Prosper Carauit. in ritu 235. numero decimonono, in fine, & idem etiam de iure canonico ut in capitu. ex tenore. extra de foro compe. sequitur Benedict. Canophylus. in tractatu. de priuileg. Ecclesiasticarum person. tit. de fo. comp. 9. priuileg. ¶ Sublimitat tamen Sebastia. Neapodan. in dicto capitulo Regni. Item statuimus procedere tantum quando ageretur de proprietate feudi. Vbi etiam vide per Io. Anto. de Nigris, & tempore meo clerici Oliuetani in causa turbatæ possessionis feudi (de lo Maschione) fuerunt conuenti coram Reuerendissimo Archiepiscopo Consanensi Diœcesano. ¶ Si tamen esset laicus fideiussor clerici ex persona ipsius clerici iudicium non mutabit, ut placuit Ioanni de Arnono Problem. 79. ad aliud.

¶ EPISCO-

b ¶EPISCOPO.] Clericus coram iudice ecclesiastico non suo absque sui episcopi consensu se submittere nequit, & iudici seculari non potest subijci etiam si episcopus expresse consentiat. ita notatur in capitu. si diligenti, vbi gloss.& in capitu. significasti, vbi glo.si. Abb. Panor. Feli.& alij. de for. comp. Lapus allegatio. 56. prælatus ecclesiæ. nu. 14. vbi D. Quintillianus Mandos. in apostil. in versicu. significasti. Matth. de Afflict. in decisio. Neapol. 85. diu est. nu. 1. & latè Alexa. in consil. 8. videretur super primo. colum. 1. versic. confirmantur prædicta. volum. 1. Nec possunt clerici eorum fauori renuntiare, & laicorum iurisdictioni se ipsos supponere, ex quo non eorum personis, sed toti collegio personarum ecclesiasticarum concessum est fori sui iudicium. vt inquit tex. in dicto capitu. si diligenti. & tenuit expresse Matthesila. nota. 60. vbi Gabriel Sarayn. in addit. & voluit Roland. à Valle. in consil. 4. in causa inquisitionis. num. 9. volum. primo, & uoluit Petrus Duennas in reg. 100. ampliatio prima, quem retulit, ac sequitur D. Borgninus Caualcan. in tracta. de tutor. & curato. nume. 322. Didacus de Couarruu. practicar. quæstio. capitu. 10. num. quarto, versiculo octauo ab eadem. ¶ Ad materiam tamen notandum, clericum laici hæredem teneri litem cæptam à defuncto coram seculari iudice prosequi, vt doct. communiter asserunt relati à Couarruu. vbi supra. capitulo octauo. num. secundo, versicu. secunda conclusio. & nouissimè Petrus Anto. Anguss. in consil. 59. quando iudicium. num. primo. libro tertio, ad quos breuitatis studio me remitto.

c ¶CONFERTVR.] Indubitata est Canonistarum opinio primam tonsuram (quem psalmistam canones vocant) inter sacros ordines numerari, ut clare docuit text. in dicto capitu. cum contingat. Vnde & ipse gaudet priuilegio fori, ut docuit Panorm. in capitu. cum nō ab homine. extra de iudicis. & clericum prima tonsura initiatum percutiens incidit in canonem. si quis suadēte. 17. quæstione quarta, vbi hoc voluit gloss. etiam in c. cleros. 21. distinct. & voluit Marcus Anton. Cucchus. instit. Iur. canon. lib. 1. titulo 3. versicu. infimus, vbi ipsam ordinum infimam appellat. ¶ Archidiacon. Tamen in dicto. c. cleros. dicit esse signum non ordinem. Ricchar. de Media Villa dicit esse dispositionem ad ordines. in 4. sentent. dist. 24. sequitur Angel. de Clauas. in summa in verb. ordo. il primo. Vbi asserit ita tenere communiter Theologos. Quinimmo Hugo de sancto Victore lib. de sacram. 2. parte tertia, asserit subdiaconatum (nec alios ipsum præcedentes inter sacramenta) collocatum, sacramentum non esse, licet inter ordines collocetur. Refert, & sequitur Alfonsus de Castro contra hæreses. libro 11. in versicu. ordo ego censeo saluo iudicio ecclesiæ, cui me submitto semper. quòd omnis ordo in quo imprimitur character dicitur, & enumeratur inter ordines, cum omnis ordo in quo caracter imprimitur, de necessitate ille ordo omitti nō potest, ob quod necessario inter ordines enumerabitur. iuxta tradita per Bartholom. Fumium in summa Armilla. in versicu. ordo. & clericus primæ tonsuræ ad hoc ut fori priuilegio gaudeat, requiruntur ea de quibus nouissimè in concilio Tridentino Sessio. 23. capitu. 6. nullus. Tu regnicola uide Pragma. Regis Ferdinandi. incip. quemadmodū sub rub. de cler. & diaco. siluat. & vide aliqua per Ioann. Anton. de Nigris in extrauagan. clementina septi mi, in versicu. tonsuram. num. 1. 2. de uita, & honestate clericorum.

d ¶HAEREMITAE.] quòd hæremitæ fori priuilegio gaudeant, & iudici seculari non subiaceant, videtur communis doctorum conclusio: quam tenuit imprimis gloss. in capitu. qui vere. 17. quæstio. prima, per illum textum, licet ex illo textu nil aliud probari ualeat nisi quòd sint honore digni, vt ibi. ¶ Communis tamen doctorum sententia est quòd personæ ecclesiasticæ reputantur, & quod clericorū priuilegio gaudeant, & fori voluit hoc glossa in capitu. nulla ratione, 93. distinctio. gloss. in l. prima, in uersicu. non possunt si. de in ius uocando. Ange. in consilio. 121. arguo primo, colum. fi. & in authen. apud quos oport. caus. dicere monach. Anto. de Butrio. plene in capitu. secundo, extra de foro compe. Ioan. de Imol. in clem. 2. de præbend. Philipp. Franc. in capitu. indemnitatibus. §. cæterum. no. 3. de elect. in 6. Idem Anto. de Butrio in consil. 19. colum. penultima, versic. Ad nonum bene considerandum, vbi asserit tales heremitas sub episcopi obedientia esse, argum. capitu. aliud. 11. quæstione prima, & quòd reputantur personæ ecclesiasticæ, & clericorum priuilegio gaudent. tenet etiam Cardinal. Zabarel. in clem. penul. 9. quæstione de sentent. excommu. tenuerunt Andr. Sicul. Francisc. de Aretio, & Fely. in dicto capitu. 2. Cardina. de Turre Cremat. in dicto capitu. qui uere. & Anton. Florenti. in 3. parte summæ. titul. 16 capitu. 1. §. 4. & faciunt notata per Rotam in antiq. decisio. 167. nota quòd mulieres. ubi habetur quòd si mulieres viuant sine professionis obligatione, & in regula non approbata, quòd sunt sub iudice ecclesiastico. simile notat Philipp. Franc. in dicto. §. cæterum. not. 3. & in effectu idem uidetur cōcludere Abb. Panor. in dicto capitu. cum monasterium. num. 3. dum asserit confirmans opinionem gloss. quòd non dicatur persona religiosa, ego etiam (dicit ipse) ita teneo, quòd non sit persona religiosa, licet gaudeat priuilegio ecclesiastico respectu fori, siue personæ, & sic fatetur quoad forum reputari religiosum. quod uoluit etiam Ioannes de Firmo in tracta. de episcopo. libro. 2. colum. fina. versicu. Sexagesimooctauo quæro, & tenent Angel. de Clauas. & Bartholom. Fum. in summis eorum in versic. heremita, & ista sententia videtur communis. ¶ Licet Ioann. de Lignan. videatur sentire contrarium. in clemen. per literas, de præbend. dicens quòd sicuti nati sunt laici, ita perseuerant sub iurisdictione Imperatoris. quē sequutus est Stephan. Aufrer. in apostill. ad Capell. Tholosa. in decisio. octaua, & nona. eos tamen reprobat Nicol. Boerii in tractatu, de statu & uita heremit. numero decimoquarto, & ita concludo, licet male consentiat Belluga. hic sub nu. 8.

e ¶HOSPITALARII.] Feli. in c. 2. nu. 9. de for. compe. refert quosdam Modernos ibi, quod si hospitalarii sunt laici non subsunt foro ecclesiastico, secus si sint clerici. Hoc certè mihi videtur risu dignum, quia quis dubitabit quod si hospitalarius erit clericus quod sub foro ecclesiastico subditus erit, & tunc istud potius vigore clericatus quàm quòd esset hospitalarius. sed dubium est quid in hospitalario laico. Dicas intrepide laico iudici subesse, nec religiosorum appellatione hospitalarios contineri, ipsi enim religiosi non sunt quales monachi. Inn. c. in nostra. de sepult. refert, & sequitur Bald. in Margari. in versicu. templarij. hospitalaris. n. poterit esse laicus etiam uxoratus. clem. quia contingit. de relig. D. Bar. in l. quod constitutū. ff. de testam. mil. Card. in cle. 2. de præbē. quinimmo etiā mulier poterit hospitalaria esse. uoluit Card. in cle. 2. §. vt autem. q. 4. de relig. domi.

f ¶EXEMPTI.] Et iō exēpti à prælatis capi nequeūt. vt in cle. 1. §. 1. ubi Card. de excess. prælat. exemptus. n. ipso facto de superioris iurisdictione dicitur ereptus. voluit Abb. Panormitan. in capitu. cum dilectus. numero. 3. de religiosi. dom. & ideo cum sint Papæ subditi debent maiori prærogatiua vti, ipsi enim domini, uel Episcopi exempti in generali Concilio debent altiori loco sedere, ut est glossa in capitulo per tuas, ubi textus, de

maiorita.& obe.sequitur Nicolaus Boer.in prima addit. ad Io.Monta.in tract.de author. magn. concil. num. 13. ¶ Exemptionis priuilegium non concedit Episcopus. ut in capit.2.de excess.prælat. neque Archiepiscopus, vt in capit. sicut.eo.titul.Neque etiam legatus de latere, ut in c.sicut de confirma.vti.vel inutil.sed ad solum summum Pôtificem talis concessio pertinet,vt not.gloss. & doct. in capitu.1.de priuileg.in 6. ¶ Exemptus ratione loci, delinquendo extra locum exemptum puniri poterit ab ordinario loci delicti,Angel.de Clauas.in summa.in ver sicu.exemptus.nu.1.¶ Et si fuerit quis exemptus etiam ratione personæ, puta ob nobilitatem iuxta notata. in l.non tantum.§. Iliensibus,vbi Nicol.de Neap. ff. de excus.tuto.vel puta quia essent familiares, aut curiales domini Summi Pontificis,non ideo erit exemptus ratione delicti,vel contractus,ut in dicto cap.1. de priuileg. in 6. Bartol.in l.beneficium.nu.5.ff.de const.Princip. facit lôgam distinctionem,quã videas ne hic transcribam Cardi.in clem.1.q.3. de offi. ordi. Clauas. in summa in versicu.exemptus.num. 8. & vide notabiliter Roland. à Valle.in consil.24.in casu proposito. per totum volum. 2.Io.Milleus in Praxi crimi.§.uniuersis. sub uerb. Modo non laboret.num.17.fol.65.in paruis. Philipp. Franc.in d.c.1.in princip.de priuileg. in 6. & Didacus Couarru. practic.quæstio.cap.11.num.5.versic. tertio iure uerum esse.Et in delictis maioribus, vbi timetur fuga exemptus capi potest ab ordinario,& remitti.Feli. in capi. licet.colum.3.uersi.demum,de for. compe. ¶Et tales exêpti licet sint ab ordinarii iurisdictione, non tamen sunt exempti ab obsequio reuerentiali.Doct. in cap. uenerabilis. de censib.Imo.& Alex.in l.Alia.§. eleganter.ff.soluto matr.& in l. sed si hoc.§.patronum. ff. de in ius uoc. l.si non sortem.§.libertus.ff.de cond.indeb.l.fi. in fin. C. de bonis liber.¶ Etiam si resistant episcopo,uel archiepiscopo non poterunt ab eis puniri,sed cogendi erunt per superiorem.Card.in clem.finali.quæstio. ulti. de priuilegiis.Si tamen priuilegijs abuterentur poterunt ab ordinario puniri.clem.2.§. fi. ubi Cardina. de pœnit. & remission. ¶ Nec exempti a iurisdictione cuiuslibet ordinarij erunt exempti a iurisdictione delegati. Ioann. Andre.capitulo primo,de priuileg.in sexto, in Nouella. Abb.Panormita.in capitulo.graue, numero quinto, de officio ordi. ¶ Et delinquens non ut exemptus sed ut alius, puta monachus est exemptus, factus est prior monasterij non exempti, si deliquit vt prior punitur ab ordinario,ut in dicto cap.1.§.fi.de priuileg. in 6. cuius vigore aliàs nrm sacrû côciliû Neapolitanû decreuit,ꝙ licet Neapolitani nô possint côueniri nisi Neapoli,secus tamen si quis Neapolitanus deliquit ut baro, non enim reputabitur exemptus, sed punietur ab alio ratione delicti ordinario.ita Antonius Capicius in decisio.Neapo. 59.in causa magnifici Ioannis Andreæ Caraccioli. nu. 1.& 2.¶ Et asserens se esse exemptum debet probare, quia quilibet presumitur subditus.Innoc.in cap.ex parte.de uerbo.signifi.Ludo.Rom.in l.ex quacunque.ff.si qs in ius uoc.non ierit,& Panor.in c. 1.nu.13. de offi. ordi. in c.accepimus.nu.4.extra.de priuileg. ¶ Quibus uerbis fiat exemptionis priuilegium Cepolla cautel.116.nonnulli.Panor.in dicto.c.accepimus.numer. 2. de priuileg. & Franciscus Marcus in decisione Delphinali. 529.num. 10.volum.1.

8 ¶PROBEMVS.] Nulli dubium quòd Belluga hic salua eius pace voluit placere regi, concludendo ualere consuetudinem, & præscriptionem, quòd Rex cognoscat de exemptis.Tu fatearis verû esse in côtrariû ꝙ talis côsuetudo non ualeat,nec præscriptio.¶Primò præsupponendum est à iure diuino statutum esse, ut personæ ecclesiasticæ, & clerici iudicibus secularibus non subiaceant.patet Zaccharię.c.2.q uos tangit tãgit pupillam oculi mei.& habetur in capitu.accusatio. il primo, secunda,quæstione septima.ibi episcopi à Deo sunt iudicandi, & alibi Propheta. Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari: statim enim quòd quis ad sacerdotalem peruenit ordinem, in domini sortem, famulatumque translatus dicetur. cap. cui portio.12.q.1. ob quod quilibet sacerdos dignior, & superior dicitur qualibet seculari dignitate, etiam si regia, uel Imperiali præfulgeat, ut not. in capitu. duo sunt.96. distinct. ob quod absque alio multiloquio concludo nullo tempore dubitatum fuisse cognitionem clericorum de iure diuino,ac de præcepto domini ad ecclesiasticorum iudicum cognitionem pœnitus spectasse,ac spectare,& dicam infra. Ob quod descendo ad firmandam conclusionem hic supra propositam, contra opinionem Bellugæ hic. ¶ Primo arguo sic, nulli dubium est exemptionis priuilegium quod à summo Pontifice,alicui clerico, prelato, vel episcopo, aut cuipiã sacerdotali ordini annexo,concedi ob fauorem ipsius, cui priuilegium conceditur, nec quempiam alium in superiorem cognoscat præter ipsum summum Roman. Pontificem, fauorque negari nequit.& patet ad sensum quòd maiori gaudet prærogatiua qui vnius subiacet imperio,quàm qui duorum pluriumue, potestque minus in iudicio vexari quis apud Pontificem apud quem sola factorû veritas exigitur,quàm apud alios forte inferiores,apud quos hominum litibus, & calumniis posset quis prægrauari,& grauiorib.sumptib.affici, ideoq; si priuilegium eis fauorabile esset exemptionis etiam quoad aliosecclesiasticos iudices, quantominus eis redundaret in odium, si subditi essent Principi seculari. contra not.in l.quod fauore. ff. de legi. ¶ Secundo dico quòd distincta est iurisdictio,ut Imperator,& Principes seculares secularibus,Pontifex, eiusque ministri spiritualib.& clericis.c.cum ad uerum. 96. distin. istas enim Deus distinxit,vt nûꝗ clerici fuerint de laicorû iurisdictione,immo prohibês clericum coram laico trahi, nô dicitur ius nouû ponere,quia ita à principio fuit,voluit Bald.in authen.Statuimus.in princ.C.de epis.& cle. Ale. in consi.8.videretur.col.1. vol. 1. & voluit ipse Belluga in princ.huius.§.& placuit etiam Do.Roland. à Valle in consi.4.in causa inquisitionis.nu.7.vol.1.ob quod sequeretur (circumscripto etiam exemptionis priuilegio) ꝙ quilibet Princeps,& Iudex secularis posset totã ecclesiasticam iurisdictionem, & confundere,& sibi ascribere, & ecclesiasticis iudicib.tollere,quod & tenuit multos allegans D.Francisc.Viuius in trac.comm. opi. in litera c, §.8.lib.1.& D.de Rota in antiq.decis.840. vtrum ualeat. ¶ Tertio inde sequitur ꝙ cum potestas super clericos ec clesiasticis prelatis sit à diuino iure statuta, vt supra dictû est,& per totû à seculariû iudicio sint exempti,vt êt in c.si Imperator.ubi gloss.in uerb.& discuti.96.dist.gl. in c.ꝗꝗ de censib.in 6.ob id non solû episcopi,archiepi, sed nec summus Pontifex pôt se Imperatoris iurisdictioni submittere,nec potest clericorû causas laicis supponere iudicib.Io.Andr.in c.Ecclesia sanctæ Mariæ, vbi Panor.nu.6.de const.Oldrad.in consi.63.Innoc.in c. 2. vbi etiam Abb.Panor.& Feli.de maio.& obed.& tenuit Cardi.Zabar.in cap.perpendimus.in princ.de sen. excomm. Ludo.Roma.in singul.416.Sed an Papa.Benedic.Canophylus.in tract.de priuileg.Ecclesiasticarum perion.tit. de for.comp.priuileg.11.& voluit Cardi.Sancti Sixti in trac.de potestat.Papæ.q.25.sine enim maxima causa nô potest Papa laicis super clericos potestatê tribuere. Panor.in c.proposuit.nu.14.de concess.præb. & in ca.literas,nu.14.de restit.spoliato. vnde non potest etiam uolens Papa ea,quæ sunt de iure diuino tollere,aut contra statuta

statuta domini,& apostolorum leges condere, ut in ca. sunt quidam,& seq.25.q.1.& uoluit Abb.Panor. in cap. 1.§.una uero.nu.1. extra de summa trinit. & fid. Catho. quinimmo Pontifex contra diuinam legem condens constitutionem,dicitur potius errare, quàm legem condere,idem Panormita.in c.qualiter,& quando.el secundo nu.2.de accus. licet aliàs Papæ dici nequeat, cur ita facis,uoluit idem Abb.in capitu.inter corporalia. num. 22.de transact.ergo si non posset expresse hoc Pontifex facere,quanto minus tacite, cum taciti expressiq; eadē sit vis.iuribus vulga.& hoc etiam tenuerunt Andr. Alci. in c.cum non ab homine.in princ.de Iud. Ioan. Baptista Villalobos.in tract.opin.commun.§.clerici.nu.69.D.Petrus Foller.in Const.Regni sub rub.de episcop.& cleri. §.de personis clericorum.nu.8.Didacus de Couar.prac. quæst.c.31.Benedict.Capra in regulis cōclus.15.in princip.Nicol.Euerardus in consil.42. per totū. & Alphōsus Aluarez olim in regno Neap.in regia Camera Præsidēs in Spec.Rom.Pontifi.c.35.Iacob.Concenat. quæstio. iuris.lib.2.c.19. per totū. Ferdinandus Vasonius Hispan. in tract.de succes.parte.1.lib.1.§.10.& parte.1. lib. 3. §. 22.limi.17.nu.58.& uoluit nouissime D. Franciscus Bursatus.in consil.42.traditum est.num.2.volum.primo,ubi asserit communem ita esse sententiam. ¶ Quarto ut proxime dictum est,summus Pontifex non potest se iurisdictioni Imperatoris,aut alterius secularis submittere: cōcessa autem exēptione alicui prælato,uel clerico,iurisdictionem sibi reseruat cognoscēdi in exemptum, & ideo si per consuetudinem clerici exempti, ex tacito Papæ consensu,cognoscerentur a seculari,potestas illa supræma sibi reseruata tacitè concederetur principi seculari, & sic suam iurisdictionem seque submitteret illi seculari,quod esse nequit per notata à Io.Andr. in dicto capitulo,ecclesię sanctæ Mariæ,& per Cardi.in dicto capitu. perpendimus, & alios supra allegatos. ¶ Quinto sequeretur maximum inconueniens, quòd statim quòd factum esset alicui exemptionis priuilegium, credendo Pontifex iurisdictionem suam esse in exemptum, si princeps secularis ob consuetudinem in eum cognosceret, sequeretur nullo vnquam tempore exemptos prælatos ad Pontificis maximi amplius iurisdictionem reuersuros,& sic paulatim tota in exemptos iudiciaria potestate exueretur, quod uti absonum, & absurdum, dicendum non est.l.nam absurdum. ff. de operis libertorum, ¶ Sexto nulli dubium,mitius agi cum iudicibus ecclesiasticis, quàm cum secularibus, qui plerumque rigidiores sunt,& clericis maximè infesti. cap.laicos,& capitu. laici. 2.q.7. indecorum enim & contra iuris præcepta esset clericos à laicis iudicari.capitu.nullus.capitu.si diligenti. de foro compe.& uoluit Do.Io.Piccardus inter consilia D.Iacobi Menoch.consil.52.dubia.num.104.volu.1.ergo melius erit remota cōsuetudine vti magis infesta, exemptos à proprio ecclesiastico iudicari, quàm à Rege.¶Septimo,non refragatur allegata consuetudo ex quo illæ consuetudines amplectuntur, quæ ecclesiis non sunt onerosæ,quæ tamen ecclesias onerant tollendæ, ac resecandæ sunt c.omnia.alia.12.distinct. & in c. vt constituuntur.50.dist.& uoluit D Petrus Folle. in pract.crimin canon.parte 1.c.1.num. 86.sed sic est, q si in exemptos prælatos consuetudo iurisdictionem tribueret Principi,ac Regi seculari,onus esset ecclesiæ, tollendo ei cognitionem:ergo talis consuetudo nulla est, sed pœnitus reijcienda.¶Octauo consuetudo ecclesiæ nociuæ non tene ,capitu.1.de consuetud. sed sic est quòd talis consuetudo expresse esset ecclesiæ nociua, cum tollat iurisdictionem sibi ipsi debitam, & tradat seculari, ergo. ¶ Nono non ualet consuetudo per quam manus principis, uel superioris ligantur, ut in casu isto ligarentur manus summi Pontificis.argu. notatorum per Rotam in antiquis.in decisio.103.nota quod non ualet. faciunt notata per Aymo Crauet.in consi.137.nu.8.refert,& sequitur Rolandus à Valle.in consil.3. quod nobilibus.nu.12.& in consi.66.quoniam.nu.17.vol.2. ¶ Decimo talis consuetudo esset irrationabilis, & ideo nulla:consuetudo enim irrationabilis nullo iure tenet. dicitur autē irrationabilis consuetudo quotiescunq; obuiat canonibus, & sacris institutis, & a iure improbatur (ut in casu nostro)ut in c.cum uenerabilis.extra de consuetud.c.cæterum.de donatio.uoluit Lucas de Pen.in l. unica.col.2.C.ut nemin.lic.in empt.specier.lib.10.& D.Gulielmus Redoanus.in tract.de spoliis.q. 4. nu.7.10.& q. 8.nu.53.& talis consuetudo irrationabilis dicitur mala, ideo non debet attendi.c.mala.8. distinct. etiam si esset præscripta per tempus immemorabile, ut alia allegans uoluit D.Thobias Nonius Perusinus in consil.72. quamuis.nu.24.quod consilium est totius Collegii Perusini. ¶ Vndecimò,non operatur asserta prescriptio etiam immemorialis,quia nulla est quando præscribens incapax est iuris quod præscribi tractatur.Ioannes Monach.in c. 2.de pręb.in 6.Abb. Panor.in ca.causa. vbi Feli.col.1.de prescript.Idem Panormita.in c.quanto.no.1. de consuetud.Cardinal.in consil.58.proposita quæsti.refert,& sequitur Hippolyt.de Marsil.in singul.80.tu habes.sed rex est pœnitus incapax iurisdictionis in clericos, ergo &c. ¶ Duodecimo non sufficit interuenisse tacitum Pontificis consensum, tum quia requiritur consensus expresus ad hoc ut quis iuri suo dicatur præiudicium intulisse,ut alia plura allegans voluit Dominus Franciscus Bursatus in consilio 32.Dominus Ioannes Petrus, numero. 38. volumi. 1. dicens ex iuris prę̨sumptione neminem pśumi tacitè renunciare iuri suo.argum.l.si domus. ff.de seruit.vrba.prędior.& eorum quę notat Aym. Crauet.in consil.200. nu. 10. Tum etiam quia tractatur hoc casu non solum de Pontificis,sed etiam ipsorum exemptorum pręiudicio, quibus Papæ consensus non preiudicat. iuribus uulgaribus. ¶ Decimotertio, in tacito prætenso consensu non præsumitur Principem ipsum Pontificem fuisse, ex quo eius intentio videtur esse talis, qualis est legis scriptæ.l. si quando.in princip. C.de inofficios.testam.Bald.in cap.1.apud quem, uel quos.Petrus Anto.Angussol.in consi.2.iure feudorum nu. 23. & in consil.7.ut propositæ.num.30.lib.7.sed lex scripta supra relata est, quòd clerici soli ecclesiastico iudici subsint,ergo consensus Pontificis præsumitur cum dispositione prędicta.¶Decimoquarto talis consuetudo est cōtra libertatem ecclesiæ,& ideo nulla.capit.1.de consuetud.capitu.grauem de sent.excommu. capitu. cum causam de re iudic.cap.si de immunit. eccles. in 6. Paulus Parisius in consil.27.uolum.1.quòd tamen talis consuetudo sit contra libertatem ecclesiasticam, & clericos, ac prælatos patet,quia iam uigore consuetudinis, non essent liberi clerici alios quàm Regem adire: ¶ Decimoquinto, & ultimo, ut breuibus concludam non ualere consuetudinem præfatam,est tex. in capitu. at si clerici de iudic.ubi dicitur uon ualere consuetudinē q clerici apud secularem iudicem in criminalibus conueniātur. Rota in antiquis in decisio.240. Rocchus de Curte.in capitu.ultim.de consuetud.cum aliis relatis per Didacum de Couarru.pract.quæst.c.31. uersi. quarta conclusio.cum pluribus seq.& ita concludo, salua correctione iudicii melioris ac iudicio summi Romani Pontificis, & totius ecclesię Catholicæ, cui semper me submitto.

h ¶ IOCVLATORE.] clericus ioculator esse neq;, nec Hystrio,ut latè prosequitur D.Marcus Ant.Cucchus inst.canonicarū.li.2.ti.2.uersi. curare igitur, & Ioannes

Anto. Niger in clem. clementis. 7. in verb. solemni. nu. 1. de vita, & honest. cleric. & dicit Io. Monach. in d. c. 1. de vita, & honestate cleric. in 6. quod verbum Goliardi est Gallicum, quasi (inquit ibi Io. And.) sint gulosi, & leccatores. Buffonis autem verbum est Tuscorum. Quomodo autem isti, (quos Canones appellant Histriones) amittant priuilegium clericale, dicit tex. in dicto ca. 1. quod si per annum in ea arte perdurauerint ipso iure, sin autē tempore minori tertiò moniti non respuerint gaudere non possunt clericali priuilegio, ut uoluit etiam alios allegans Io. Bernard. Diaz in pract. crimi. Canoni. capit. 62. num. 1. 2. per totum, & habetur in cap. si iudex laicus. de senten. excommu. in 6. isti namque Histriones sunt infames. 4. q. 1. cap. primo, & in l. secunda, §. ait prætor. ff. de his qui not. infam. Vnde Histrioni non datur sacramentum Eucharistiæ, capitu. pro dilectione. vbi gloss. de consecrat. distinct. 2. nec Histrioni permittitur accusare. Specul. in titu. de accus. §. 1. & ad materiam per D. Iacob. Nouellum in tract. ad defensam. titul. quæ perso. accus. non pos. nu. 2. cum pluribus seq. nec Histrioni datur episcopalis dignitas. c. maritum. 23. distinctio. cap. donate. 86 Distin. latè Ioan. de firm. in tracta. de episcop. parte. prima, quæstio. 62.

i ¶ TABERNARIORVM.] clerici Tabernarij, carnifices, uel macellarii non gaudent priuilegio Clericali in contrarium uidetur facere tex. in l. 2. C. de episcop. & cleric. ubi uidetur probari quòd immo tabernarii esse possint. ¶ Sed dicas, quòd incontrarium est ueritas quòd tale exercitium vile, ac sordidum tabernarij exercere non ualēt, tenuerūt Paul. de Leazar. Guil. de mōte Laudun. & Bonifacius de Vitalin. in dicta clem. 1. de vita, & honesta. cler. & Io. Bernar. Diaz. in pract. crimin. cano. capitu. 63. per totum. Cæsar Lambertin. in tracta. de iure patr. lib. 2. articul. 26. q. 9. parte prima, nouiter adest decretum sacri concilij Tridentini in capitu. 12. cum dignitates. de refor. sess. 24. Nec obstat text. in dicta l. 2. quia, ut ibidem Accurs. fatetur in uersicu. Tabernis; dicit quòd clerici poterunt eorum tabernas locare, & sic priuilegio non priuantur. Idem denotat quod asseruit Dominicus Geminianus, in capitu. primo de uita, & honesta. clerico. in 6. quòd ipse defendit quendam clericum qui in taberna per alium fecerat uendere uinum. sequitur ibidem Philipp. Franc. quod etiam uoluit Niger de Campania. in d. extrauag. cle. 7. in uersi. solemnia, de vita, & honesta. cleric. et uoluit D. Gulielmus Redoanus in tracta de spolijs. quæstione secunda, numero. 42. 47. & licet asserat hic Belluga requiri trinas monitiones, tamen vnica monitio cum tribus interuallis idem est, vt uoluit Cardi. in dicta clemen. 1 q. 8. quinimmo hoc esse circa monitiones in episcopi arbitrio asseruit. Diaz in dicto. capitu. 63. nume. 6.

x ¶ COMMISSIO.] An, & quando post delictum commissum quis gaudeat priuilegio clericali post modum sumpto? vide Stepha. Aufrer. in decisio. Capella Tholoss. 144. & in decis. 147. Oldrad. in consil. 4. in fi. Couarr. pract. quæst. capitu. 32. post nume. 4. Aegid. Boss. in titul de pœnis. nume. 38. Petrus Plaza. lib. 1. delictorum capitu. 35. nume. 3. refert, & sequitur. Iulius Clarus. li. sent. 5. §. fi. q. 36. nume. 17. & nume 44.

In §. Item Dubitatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus alterius diœcesis, ubi puniatur.*
2 *Iudex secularis, detinendo clericum, quid incurrat.*
3 *Clericum detinere, est sacrilegium committere.*
4 *Ratione delicti, quis sortitur forum.*
5 *Clericus qui non habet instrumentum tonsuræ, remittitur, & quomodo.*

1 Item dubitatur de clerico alterius † diœcesis delinquente in diœcesi alicuius episcopi, ut puta si clericus diœcesis Barchionensis delinquit in Valentino episcopatu, & sic captus a iudice laico, si per episcopum Valentinū poterit repeti tanquam suus clericus. iuxta. capitulo si iudex laicus, de sententia excommunicatio. libro sexto. Et per illum text. videtur quod nō. Nam dicit si iudex ecclesiasticus repetit suū clericū. Clericus aūt qui est alterius diœcesis non est suus, episcopo cui nō est subditus, quia illa nomina possessiua, suus, denotāt plenitudinē iuris, ut in l. suos. ff. de leg. 3. quod est tex. sing. Ex quo ergo talis clericus non est pleno iure subiectus tali ecclesiastico iudici repetēti dicūt calūniose aduo-
2 cati, quòd non competit repetitio. † Sed his nō obstantibus dicendum est, quòd iudex ecclesiasticus vicinus districtui in quo clericus delinquit vel etiam citra delictum ibi commissum, potest repetere clericum detentum in sua diœcesi per iudicem secularem. ¶ Primo, quia
a talis iudex secularis clericum detinendo incurrit sententiam canonis, si quis suadēte. 17. q. 4. cuius est executor episcopus, in cuius diœcesi laicus clericum detinet, de senten. excommu. quicunque, & quod ibi no. propter quod comminando censuram & illam publicādo potest cogere secularem ad remittendum clericum, quē detinet sacrilegium committendo, ex quo indubie crimen committit, & est fori illius, de for. comp. c. cum sit generale, quia crimē sacrile-
3 gij est detinere clericū. † 17. q. 4. c. quisquis, & c. de inceps. & c. seq. pro quo pōt ordinarius indubie capiē. inquirere cōtra iudicē laicū, & uide Dñicū. de S. Geo. in c. si iudex laicus. in prin. de sen. tē. excō. Et hoc tenet Inn. in c. ut famæ: de sen. excō. uidelicet quod ordinarius ex sacrilegio cōmisso per detinentem clericum, potest & debet agere contra iudicē laicū ex offic. inquirendo. ¶ Tū quia si clericus deliquit in sua diœcesi, satis est suus clericus, quia de foro eius est, de fo. comp c. proposuisti. C. vbi de crimine agi opor. l. 1. & aut. qua in prouincia, & quia ad eū spectat punitio cogitur secularis ad illā remisionē, quia de re ecclesiastica tractatur: merito secularis non se intromittit, ut in rōe. c. si iudex laicus. ¶ Tū quia
4 rōe † peccati, quod secularis cōmittit detinendo clericū, est de foro ecclesię, de iudic. nouit. Et quia iniuriā facit toti ordini clericali, de fo. comp. c. si diligenti, & capitu. nullus iudicum, pro qua
b propulsanda, [b] potest agere iudex ecclesiasticus tanquam iuris executor, etiam contra personas priuilegiatas, cum solum publicet sententias

tias a iure fulminatas, ut no. in clem. 1. de ui. &
hone. cleri. de testa. c. 1. de supplenda negligen.
præla. c. uno. ¶ Tum non obstat illa decretalis, si
iudex laicus. quæ dicit, suum clericum repetat,
& quod pronom. suum denotat proprietatem
c pleno iure: nam sufficit quod quo ad vulgi[c] opi
nionem, maxime sapientum, suus dici possit,
d etiam lato vocabulo, vti dicimus in genitiuis[d]
qui etiam iuris plenitudinem denotant, tamẽ
sufficit quod ad uulgum etiam rusticorum, si-
gnificent solum tenutam, ad hoc quod scribit
Bar. in Rub. de noui ope. nun. si ergo clericus est
persona ecclesiastica, & in illius tenuta cõmit-
titur sacrilegium, incurritur sententia canonis,
quis dicet hunc maxime delinquentem, & ex
delicto forum sortitum non esse clericum suum
illius iudicis qui eum repetit. ¶ Item quia uer-
bum ibi, suum clericum, demonstratiue poni-
tur, facit. l. mela. de alimentis & cibarijs legatis.
¶ Concluditur ergo iudices seculares grauare,
si quoscunque clericos etiam alienæ diœcesis
non remittant diœcesanis illos uendicãtibus,
quia sui sunt, & in sortem domini uocati. 21.
5 dist. cleros. ¶ Sed quid de clerico † alienæ dioe-
cesis, qui non habet literas originales suæ ton-
suræ, sed testimoniales, ut uidi iam de facto, & il
larum uirtute repetebatur ab episcopo, in cu-
ius diœcesim deliquerat? dicebatur quòd non
erat remittendus, quia talibus literis non e-
rat credendum quo ad hoc, ut esset remitten-
dus per iudicem secularem, & ad hoc allegabã
no. per Bald. in l. si qua, per calumniam, de epis
copis & clericis. C. qui allegat no. per Innoc. in
c. post cessionem, de proba. ¶ Sed hoc non ob-
stante dixi cõtrariũ: quia literis testimonialib.
episcoporum creditur super ordine dato ali-
cui, ut in c. 1. de clericis peregrinis, & ita no. Io.
Calde. & Ant. de But. in cap. post cessionem, de
proba. quæ opinio est magis æqua, & iure con-
sona. de quo uide no. per Io. Andr. in mercuria-
libus, in regula, nõ licet. ubi ponit quæstionem
de eo qui accusatus de homicidio coram secu-
lari producit literas papales, in quibus nomi-
natur clericus Parisiensis. Et sic petit se remitti
ad iudicem ecclesiasticum.

## CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶ SECVLARIS. ] Poterit tamen iudex secularis
clericum capere si faciat obuiando delicto committen-
do per clericũ. Abb. Panor. Francisc. Aret. & Phil. Dec. in
c. cum non ab homine. ext. de iudic. vbi asserit Panormi.
ꝙ si est timor fugæ poterit clericus capi per laicum. quẽ
defendit Philip. Dec. ibi ab impugnatione Andreæ Sicu.
& Aret. idem erit si clericus reperiretur in flagranti cri
mine vt voluit Guid. Papæ in decis. Gratianop. 73. index.
refert, & sequitur Ioan. Bernard. Diaz. in pract. crimina.
Canon. c. 114. per totum. D. Foller. in pract. crimi. Cano.
parte 2. c. 17. nu. 21.
b ¶ PROPVLSANDA. ] Qui. n. tangit mẽbrũ, totum
corpus tangit. l. vulgaris. ff. de furt. Tangẽdo. n. clericũ vĩ
tãgere prælatum, & ideo poterit agere plat. iux. tradita
per Old. in cons. 63. vbi dicit, ꝙ pro iniuria facta vni de
Vniuersitate poterit agere vniuersitas. immo eius sindi-
cus, vt alia allegans voluit Cyrillus Fulgeonius in sum-
mula criminũ. tit. de his, qui accus. nõ pos. §. 20. per totũ.
par. 1. & iõ Dñs pro subdito poterit appellare. Specu. de
appell. §. 1. uers. pe. Archi. in c. ad apostolicæ. de sen. & re
iudic. in 6. & faciunt notata p Cy. in l. si non conuitij. C.
de iniur. & per Gui. Pap. in deci. Gratia. 464. utrũ. p totũ.
c ¶ VVLGI. ] Cuius opinio maxime instabilis est. Vn-
de Seneca ad Lucillũ. Epist. 45. inquit, nõ fælicẽ hunc exi
stimes, quẽ vulgus appellat fælicem. quib. faciunt uerba
Boetij de cõs. Philosoph. Prosã. 4. qui nũc populi rumo-
res, quàm dissone multiplicesq; sententiæ? piget remini
sci. Vnde ibidem diuus Thomas, dicit, vulgum non iudi-
care scd̃m merita rerũ. etenim (inquit Cicero lib. off. 1.)
q ab imperitæ multitudinis errore pẽdet, hic in magnis
viris non est habẽdus. Inde illud Philonis in lib. de puĩ-
dẽt. Dei, fœlix, ac beatus esse nullo mõ põt, quẽ uulgus
appellat beatũ. qa (vt in oratione pro L. Murena Cicero
attruit) nihil incertius vulgo, nihil obscurius voluntate
hominũ. inde Frãciscus Petrarcha de remediis fortunæ
vtriusq; li. 1. Dialog. 11. inquit, nulla pronior ad errorẽ,
atq; ad pcipitium via est, q̃ per vulgi vestigia, & nihil à
uirtute, & ueritate remotius, q̃ uulgaris opinio. Vulgi
opiniones (inquit Cicero de natu. Deorũ. li. 1.) q̃ in maxi
ma inconstantia, virtutisq; ignoratione versantur. inde
Phalaris Xenopyti: inquit, non me perturbant calum-
niæ, atque opiniones, quas iniustè de me habent homi-
nes q me accusant, & idẽ Phalaris in Epist. ad Stesicorũ
Poetam. Apud bonos (ait) viros vituperari tunc uideor,
si sceleratissimi me homines laudarent. & ad Egisippũ
inquit, ego igitur, & quicũq; nõ omnino stultus est, mal
lẽ vt incerta multitudo sibilis, q̃ honoribus prosequere-
tur. nihil. n. (inquit Franciscus Petrarch. Epistol. famil. li.
1. epist. 1.) iniquius vulgari iudicio, super quo fama fun
data est. & iterũ idẽ Petrarcha Epist. 8. omnem locũ fu-
gias, ubi aut turpiter, aut cũ pompa viuitur, ad solius fa
mæ popularis arbitriũ. ob quod de vulgo Phalaris Egi-
sippo scribens inquit, populus omnis temerarius est, de-
mens, desidiosus, promptissimus in quocunq; contige-
rit mutare sñiam, pfidus, incertus, uelox, proditor, frau-
dulentus, uoce tantũ utilis, & ad iram & laudẽ facilis.
d ¶ GENITIVIS. ] Genitiuus casus denotat dominiũ.
L. 2. §. nã cũ. ff. de relig. & sumptib. fun. Bar. Ias. Rui. & Hor
manot. Dec. in rub. ff. de ope. nou. nun. Barth. Soc. in l. rẽ.
nu. 2. ff. de acq. poss. Francisc. de Aret. in l. qui absenti §. si
qs. ff. eo. ti. Corne. Perusi. in cõsil. 282. in hac. litera p, vo
lu. 4. Lanfr. in cle. dispendiosam. de iudi. idẽ Corn. in con
si. 304. rem arduã. litera l, vol. eo. Alex. in cõsi. 171. nu. 3.
& in cõsi. 194. pspectis. nu. 1. volum. 6. Hiero. Cagnol. in
proœ. fforũ. nu. 17. ¶ Denotat ẽt possessionẽ Bart. in l. 1.
§. ptãtis. ff. de pecul. in l. parui. ff. de Naut. Caupo. stabul.
Angel. in l. lex Cornelia. §. domum. ff. de iniurijs. Alex. in
consi. 5. uol. 4. Corn. in consi. 201. licet. litera g. h. volu. 1.
¶ Quandoque promiscue significat dominiũ, possessio-
nẽ, & detentionẽ. Cor. in consil. 242. uiso. litera q, vol. 2.
in cõsi. 24. licet. vol. 4. & multa diffusè per Io. Baptis. Asi-
niũ. in d. l. 2. §. nam cum. per totum. ff. de relig. & sumpt.
fun. & nouissimè etiam D. Thobias Honius in consi. 37.
cum. D. Fabius. nu. 4.

## In §. Dubitatur. & versi. Indifferenter.

*SVMMARIVM.*

1 *Laici tonsurati, vtrum gaudeant priuilegio.*
2 *Vsus armorum prohibitus.*
3 *Pœna clerici, arma ferentis.*

1 DVbitatur etiam an quia hodie maior pars † laicorum, habent tonsuras ex quib. clericalis ordo confertur, de æta. & qualita. c. cum contingat, & isti sic tonsurati se immiscent sæuis & enormibs arma deferentes, reassumentes tonsuram ad euadendum punitionem criminum, scilicet a iudicibus secularibus deprehenduntur in forisfactis, si debeant remitti, si repetantur a iudicibus ecclesiasticis. Et quia in hoc passu alias scripsi in hac Valentina ciuitate, ad instātiā domini & præceptoris mei Ioannis Mercaderij, Baiuli generalis regni, quia regia vice mihi iniunxit, iō tunc nimia allegationū dicta insisto. ¶INDIFFERENTER, hodie episcopi, literatis maioribus septennio tonsuras conferūt & ordines clericales, vt sic fere tota prouincia plena sit clericis secularibus laicaliter viuentibus, qui habitu clericali abiecto, arma deferūt, sæuis & enormibus se immiscentes. Et ut morem regionis geramus, voluptatibus inuoluti, homicidia, furta, plagium, & cætera maleficia passim committere non formidant, vt ultionem criminum euadant tonsuram paruulam portant. Factis dictis maleficijs, & alijs capti a iudicibus secularibus, repetuntur ab ecclesiasticis, vel primo firmant de iure coram ecclesiasticis, a quibus defenduntur, ut sic illorum crescit audacia delinquēdi: querebatur quo remēdio succurreretur patriæ, uel regiæ iurisdictioni, ut tales armati clerici talibus se immiscentes puniri possint p iudices seculares, & regios officiales, vt de cætero tales & similes formidēt, talia uel similia attentare, & sub colore tonsuræ assumptæ uel reassumptæ punitionem criminalem, non euadant.

2 ¶IN PRIMIS ergo considerandum est † qd
a licet armorum [a] vsus, tam clericis quam laicis passim prohibitus sit, ut in rubro & nigro. C. ut armorum vsus inscio principe interdictus sit. lib. 11. Et in auth. de armis, col. 6. hoc tamen magis prohibitum est clericis, quia eorum arma sunt lachrimæ & orationes. 23. q. 4. capitu. cōuenior, ea causa & q. cap. armabit. armorum vsus verbo Christi sacerdoti primo, ac post Christū a Pontifice fuit interdictus, dum dixit Christus Apostolo. Conuerte gladium in uaginam, omnis enim qui acceperit gladium, peribit. Matthei 23. Si enim capi arma carnalia, & militaria, pro domini & magistri defensione prohibuit, vt in cap. cum audiens. 23. q. vltim. fortius voluntatis arma capere clericis fas non est, etiā clericis in primo clericatus gradu, ea. causa, & q. 1. quicunque, in secundo, Vide ad Romanos, 12. Non vosmetipsos defendentes charissimi. Et inde prohibitum est clericis contra professionem sui ordinis secularem militiam exercere, in capitulo, nimirum. 23. questio. 8. Et inde ad Philippen. 2. Nemo militans Deo, se implicat secularibus negocijs. Vnde Ambro. Non pila queram ferrea, sed dolor, fletus, lachrimæ, orationes sunt mihi, ea. causa. & quæstione cap. non pila. Et ideo iure canonum cautum est, ut clerici arma portantes excommunicentur, in c. clerici, de ui. & ho. cle. Et clerici qui uoluntarie arma sumpserint, amisso ordinis sui gradu in monasterio perenniter tradantur, in capitulo clerici. 23. questione vltima, & ideo clericis vsus torneamenti & duelli interdictus est, sub pœna depositionis, extra de tormen. per to. & de cle-
3 ricis pug. in duello per to. † Et intātum iura canonica abhorrere clericos arma portantes, & suum habitum & ordinē relinquētes, ut tales nō permittat defendi per cēsurā ecclesiasticā, neq; p iudices ecclesiasticos repeti, ut in c. 1. de apostat. cū ibi notatis. Et ideo clerici, quos nec habitus, nec tōsura clericos profitetur in criminibus deprehensi, vt iurisdictio. secularium eludant, habitum clericalem assumentes, uel reassumentes, si iudex secularis in talibus iurisdictionem suam exerceat, ecclesia id tolerat & permittit, ut in casu not. in c. ex parte. de priui leg. & iura canonica occisores talium clericorū qui contempto clericali habitu tyrrannidi & enormitati se tyrānis immiscent in ordinis clericalis excessus, ad terrorem atque correctionē ciuilium canone latæ sententiæ, minime coercentur, in capitu. cum non ab homine. de senten. excommunicat. ¶Item clerici qui seditiosis & guerris se immiscēt, summo supplicio per iudicem laicum puniri possunt, nec iudex talia exercens, canonem incurrit, secundum doctorum sententiam, & veram lecturam. capitu. per
4 pendimus. de sen. excommun. † Et clerici qui nec in modo tonsuræ, nec uestimentorum forma, nec in qualitate negociorū, de clericatu qc

quam ostendunt ad pœnæ subterfugium, se vt clericos exhibentes, cum super excessib. quos seculari luxu committunt, ad publica iudicia pertrahuntur, circuncisis crinibus, vt possint circumuenire vindictam se pro clericis repræsentant, clericalis fori priuilegium labijs allegantes, qui factis pauloante negauerant clericatum, si tales tertiò admoniti se cõtempserint emendare illius efficiuntur immunitatis extorres, quę pro laicorum tutela, & laicorum violentia coercenda dignoscitur instituta, vt in text. notab. in c. contingit. de senten. excommu. in 6. Et quamuis doctores iuris ad dicta iura diuersos tradant intellectus, tamen Hosti. in d. c. perpẽdimus, dat vnum notabilem intellectum. c. dicens illud loqui in dimittentibus habitũ ex malitia & iniquitate, & cõtra Deum, & honestatem cleri, enormitatibus se immiscẽtibus, & in

5 illis deprehenduntur: † vnde dicit ipso facto priuilegio clericali priuari. Et ad dictum notabilem intellectum adducit. c. ex parte, in 3. de priuileg. qui intellectus est notabilis in materia, ut tales clerici, de quibus fit sermo circumscripta omni admonitione, priuilegium amittant clericale. Tamen non est dubium, quin tales clerici de quibus prædiximus moniti ter, à suo prælato, secundum lecturam Ioan. Anto. de Butr. in c. iamdudum. si cõtingit post monitionem, incorrigibiles, priuilegium admittant, tã canonis. si quis suadente. quã fori. c. nullus iudicum, de foro competen. per dicta allegata iura. Et ita communiter omnes doctores antiqui & moderni cõcordant. Quos recitare esset plus laboriosum, quam subtile. Et sic data admonitione à diœcesano facta, totaliter sunt enudati dicti clerici, priuilegio clericali.

¶VT IGITVR uideamus originalẽ & naturalem instit. huius dubij, & omnes opiniones sub tuto saluemus. Est videre regni officiales, qualem practicam, uel processum tenebunt, facient uel seruabunt, ne crimina impunita rema-

6 neant. † & tales seditiosi & enormes ultionem dignam pro meritis non euadant sub colore clericatus labijs allegati, & facto dimissi, ut nõ grauẽt, uel lædant iurisdictionem ecclesiasticã. Et si utrique officiales ecclesiastici & seculares regij, in iustitia ministranda concordes existerent, uti esset dictum, cum una iurisdictio, aliã iuuare debeat. 23. quæst. ult. c. administratores. c. principes seculi. 90. distinct. cum ad uerum. de offic. ordina. c. 1. & c. quoniam: nã dicit text. no. in d. c. dilecto. de senten. texcommunic. in fi.

7 †Quod duo gladii, s. iurisdictio ecclesiastica, & cularis, consueuerunt exigente necessitate, sibiinuicem suffragari, & cum iuuamine alterius subuentione mutua, frequentius exercere. quæ maior necessitas posset uideri dictis iudicibus quã id in quo maior uersatur publica utilitas, ne crimina remaneant impunita, de sententia excommun. ut famæ, cum similibus Certe ipsis officialibus utriusque iurisdictionis uolentibus facere daretur medela, ut omne grauamen auferretur, uidelicet, ut diœcesanus cunctos clericos suæ diœcesis moneat, ne se sæuis & enormitatibus & aggresionib. & armis immisceat, sed habitum & tonsuram assumant. Et hoc pro prima, secunda, tertia, admonitionibus: iuxta. c. cõstitutionem, de sent. excommun. lib. 6. aliàs notificando illis quòd ab ecclesia non defendentur, neque gaudebunt priuilegio clericali, iux. c. contingit. de senten. excommun. & terricam. docto. Ioann. Anton. de But. & Ioann. de Imo. in c. 1. de apostat. in c. ex parte in 3. de priuileg. de senten. excommun. c. cum non ab homine. in c. perpẽdimus. & c. si uero. & c. contingit: & tunc plana sunt omnia. Solum restat unum dubiũ, & est tale.

8 ¶VTRVM diœcesani † monere possint in genere uel indiffinitè sine specifica nominatione clericos suæ diœcesis, ne sæuis & enormibus se immisceant, & armis non utantur, uel an sit necessaria monitio particularis & specifica cuiuslibet singulariter clerici talibus se immiscentis. Et qđ debeat fieri monitio nominatim. Et tertio probat tex. in cle. diœcesanis. de ui. & ho. cler. & ibi glos. in uerbo, nominatur, ut dicit gl. nominatim. i. proprijs nominibus ipsorum expressis. quasi dicat non sufficere diœcesano monere in genere clericos diœces. suæ, uel clericos talis plebanatus, uel talis ecclesiæ uel parochię: sed monere debent exprimendo illius uel illorum nomina. Allegat concordantiam de sententia excommun. c. constitutionem. eodem titul. c. grauis. in clem. Et glos. in eadem cle. dicit esse necessariam trinam citationem per dierum interuallum &c. quod non uř sufficere quod remaneat unum peremptorium. ¶Item quia quilibet illorum clericorũ singulariter læditur, igitur uocandus particulariter. ff. de adopt. l. nam ita diuus. C. si per uim uel alio modo. l. finali.

9 † Sed uidetur in cõtrarium dicendum quòd sufficiat generalis admonitio, qa tales clerici sunt multi & incerti, & tali casu toleratur citatio uel monitio generalis utroq; iure: iuxta no. in auth. § omnes. C. si ut se ab hæred. absti. qui matri. ac poss. c. cum in tua. de maiori. & obedien. c. inter quatuor. cum similib. Tum quia pluribus grassantibus est locus exemplo. l. aut facta. §. fi. ff. de pœnis. ¶Item ut uidetur melius probari, per locum à speciali, d. cle. diœcesanis, & dict. c. constitutionem, de sentent. excommuni. lib. 6. quia si in illis locis Papa prouidit de trina monitione nominatim faciẽda, verbis id expressisset, de decimis. ad audientiam. Sed ibi solum requirũt monitionem in genere, quo casu uidetur sufficere generalis, quando multitudo & incertitudo est in obiecto. Ad hoc allego tibi casum notabilem & formatum ad hoc in cap. sacerdotibus, extra ne clerici uel monachi, ubi clerici inuoluentes se secularium procurationibus post admoni-

admonitionem, perdũt priuilegium clericale. Et ibi dixit tex. quòd sufficit generalis admonitio, & hoc ibi exigere videtur illam admonitionem, dicti cap. sacerdotibus, trinam debere esse vel vnicam faciendam, per ipsum in sinod. & cũ comminatione sub pena priuationis omnis priuilegij clericalis, quia illa proterua citatione habetur, de appellat. C. præterea. de locato. c. 1. de senten. excommu. à nobis. Et hunc intellectum dicunt docto. probari per illum tex. ibi, cum dicit, Publice denuncies. Et ideo dicit ibi do. Anton. de Butr. quod quando admonitio est mere extraiudicialis, non requirit tertiam monitionem, vt no. glo. in cap. si episcopus. 18. distin. de qua fecit sibi. c. Innoc. in c. cum nobis, olim. de elect. Et sic per proxime dicta, videtur quæstionem terminatam fore, videlicet quòd in casib. dicti. c. contingat. & c. in audientia, sufficiat admonitio generalis & publice facta. Et maxime hic debet monere ordinarium vel diœcesanum multitudo habitantium se immiscentium sæuis armis, & enormitatibus. Et ad id bene facit tex. in d. clem. diocesanis. in fi. ibi, aduersus verò alios clericos negociationibus, vel commertijs secularibus, vel officijs non conuenientib. clericali proposito publicè insistentes, vel arma portantes, sic canonica seruare studeant statuta, qđ & illi ab excessib. compescantur &c. super uerbo, instituta, alle. c. clerici. & c. contingit. & c. 2. ne cler. uel mona. qui text. loquitur de generali
10 admonitione, ut prædiximus. †Et si Papa in illum casum noluit monitionem nominatim faciendam, in reliquis relinquit dispositioni, & magis ratio reddi potest, cur diuersimode statuitur, quia exercere artem carnificum, nõ erat clericis prohibitum, nisi tunc per illam clemẽ. propter clerici honestatem. Sed arma portare, & sæuis se immiscere, utraque lege clericis prohibitum est, ut dixi. Et sic nimrum si in primo casu monitio sit necessaria nominatim in illis uerò casibus. Et ad tales admonitiones prompti debent esse iudices ecclesiastici: nam hi clerici, de quibus fit sermo etiam arma portantes.
11 † ex quo arma portant, & in sæuis, & enormitatibus se immiscent cum perseuerantia, etiam ci tra admonitionem sunt exuti priuilegio clericali, & iudices ecclesiastici illos executantes nõ incidunt in canonem, sed ueram determinationem. c. ex parte. de priuil. & c. perpendimus. de senten. exco. secundùm lecturam Abba. & Ioan. And. De qua in d. c. contingit. eo. tit. facit quod no. Bal. super Inn. in c. j. de apostat. & inde quod no. Bal. in feu. de clerico uiolatore pacis. Si ergo citra monitionem sunt exuti priuilegio clericali, tales clerici secũdùm dictam opinionem (Vide bona uerba Inn. in c. Ioannes. de cleric. coniugat) fortius sunt monendi ad cautelam, & debent moneri per suos episcopos, & post illã in-
12 dubie perdunt omne priuilegium. †Item id ẽt corroboratur: quia tantùm ualet generalis admonitio, quò ad omnes, quantum singularis, quò ad singulos. ff. de admin. tuto. l. si duo. in fi. Et quia generalia singularibus insunt. ff. de reg. iur. in l. semper in generalibus. cum similib. ¶Item, quia iura iam in similibus publicis citationibus edicto contentãtur. in c. ex tuę. de cler. non resident. in c. cum in tua. qui matr. accusare poss. Et sic dictis considerationibus uidetur cõcludendum, prælatos tales monitos generales facere debere, maxime attenta multitudine abutentium, & criminum frequentia: in quo casu,
13 licet iudici aliquo modo † leges [b] transgredi
b de iniusto rup. testa. l. si quis filio. Et ibi per Bal. qui communiter allegat no. per Inn. in c. canonum. de consti. Quanto plus ubi non fit legum uel canonum transgresio, sed illarum obseruatio, ut clerici in honestate uiuant, & ne talibus sibi prohibitis in cleri opprobrium abutantur.

¶RESTAT VIDERE si diocesanus istam negligat facere mentionem, qualiter per regios officiales procedetur circa grauamen ecclesiæ inferendum. Et certe quòd per literas requisitorias, quia cũ sit interesse iurisdictionis iudicis
14 † secularis propter publicam uindictam, ut in d. c. ut famę. & in l. licitatio. §. quod illicit. de publicanis. Et ideo requiret una iurisdictio alterã ut in c. j. & ibi per Inn. in c. quoniam. de offi. ordin. de sent. excom. dilecto. 23. q. 5. c. principes. 96. dis. c. cum ad uerum. imo aliquando una potestas requisita uirtute, uel iuris dispositione cõpellitur per alteram. de malefi. c. 2. ad requisita faciendum. Certe iste processus requisitorius bonus est processus, si iudex ecclesiasticus uti debet, suam exerceat in tales iurisdictionem p monitiones prædictas. Sed quid si negligat, uel recuset illa facere, certe uideretur recurrẽdum fore ad archiepiscopum, uel consilium metropolitanum, nt tantam suppleat desidiam, nam
15 cum est dare superiorem in iurisdictione, †negligentia unius potestatis ecclesiasticæ per secularem non suppletur, de iudi. c. qualiter. & in c. licet ex suscepto. de foro comp. & ibi not. in c. ex tenore. per Inno. Sed cum episcopus habeat superiorem, videtur ad illum recurrendnm: maxime quia uti desuper est allegatum hanc facere monitionem ad iudicem ecclesiasticum pertineat, ut in allegato c. in audientia. & c. contingit. de sent. excom. & ibi per Io. And. ergo illam supplere non potest iudex secularis, ut no. in d. c. licet ex suscepto. quia iurisdictionem ecclesiastici non supplet. Sed uidetur posse dici contrarium, quia ecclesiasticus canonum contemptor uenit deponendus. 4. dist. c. ultimo. Et not. gl. in c. in generali. in gl. contra facientes. de elect. lib. 6. Si ergo dictam non facit mentionem, deponẽdus est, & iudicis iustitiam facere negligẽtis genus plectenda est. 24. q. 2. c. dominus Deus noster. Si ergo episcopus negligat corrigere, quod a suis improbe factum est, gens improba, si castigetur quid mali est. Nam homicidas, & sacrilegos,

legos, & fœnerarios punire, non est effusio sanguinis, sed legum ministerium: in c. homicidas. 23. q. 5. Si ergo tales puniat iudex secularis, ma
c xime post talem negligentiam [c] ecclesiastici iudicis legum ministerium exercet, idest canonũ, qui talium punitionem æquanimiter tollerãt, de priuile. cap. ex parte. & de sententia excom-
16 municat. c. perpendimus. † & priuilegia talium clericorum non debent eis patrocinari ad patrationem scælerum. C. de testib. l. nullum. Nam sicut boni clerici sunt sub protectione imperatoris. Ita mali debent esset sub tremore, vt C. de defenso. ciuit. l. per omnes. & in authen. de man datis principum. §. festinabis. & in l. 2. de priuileg. scholarium, lib. 12. & C. de ferijs. l. prouinciarum. Et ideo diximus vt ecclesia tollerat etiam talium punitionem, & tali casu non est dicere, quod secularis suppleat negligentiam ecclesiastici, sed canõ iudicis secularis id permittit tollerando tollerantia approbatiua. Nam secundũ aliquos docto. in dicto cap. ex parte. alij dicunt permissiua etiam: nam secundum aliquos fortius hoc debet esse stante desidia iudicis ecclesiastici talem monitionem facere negligentis:
17 Nam id videmus in simili e conuerso. † Nam iudex secularis negligens facere iustitiam personis ecclesiasticis, iurisdictionem amittit, in authen. statuimus. de episcopis & cler. Non igitur esset inconueniens iuri quod data tali negligẽtia, & tanta delinquentium multitudine, quod propter publicum bonum iudex secularis possit in tales publicam vindictam exercere, quã vtique passim exercere potest in omnes, tã clericos quam laicos gladio vtentes, vt in textu notabili, in ca. solitę. de maiorita. & obedien. Nam per armorum vsum facto clerici ad principis imperium se transferunt, ut ibi. Et quod clerici arma portantes, non possint conqueri, de sacrilegio in eos, vel res suas cõmisso. habes casum singularem à contrario sensu, in capi. quisquis.
18 17. q. 4. † Merito videtur concludendum quod processus & modus procedẽdi per iudicem secularem debet esse talis, videlicet quod per literas suas intimet ac requirat iudicem ecclesiasticum, vt clericos suæ diœcesis arma portantes sæuis & enormibus se immiscentes moneat ut à talibus abstineant, alias omni priuilegio clericali exuti iurisdictioni secularium, & eius sæueritati subiacebunt. Et hanc monitionem facere debet ecclesiasticus, vti diximus, quod si nolit, & iudices seculares in tales suam vindictam exerceant, ecclesia æquanimiter tollerabit. Et non modo congrue iudices seculares talia facere debent & possunt, ne de talibus reprehensionem sperare, neque de grauamine ecclesia potest conqueri, cum & si aliquis excessus attento tempore, & multitudine crassatorũ opus esset exemplo. Et tali casu, licet leges transgredi. ff. de iniusto rupto. l. si quis filio, & ibi Bald. & qđ not. in cap. 1. de const. per Innocentium. Et absurdum esset quod iura canonica quæ talẽ monitionem pro publica vtilitate introduxerunt, per desidiam iudicis ecclesiastici contra publicam vtilitatem interpretaretur cõtra. l. cum hr. §. eam. ff. de transf. Et ideo dixit, Bald. in l. obseruare. §. proficisci, de officio proconsul. ff. quod cum criminosi aliquomodo facientes id propter quod multorum scælus procuratur, iux. l. j. C. de ferijs. & ff. de iniusto rupto. l. si quis filio. Si iudices eorum leges & statuta aliquomodo trãsgrediuntur, non possunt sindicari. Et hæc sunt quæ tãdiu allegando diximus pro parte regię iurisdictionis, verum quia insisto, relinquo cogitandum solum super eo, de quo dixi, si secularis in desidiam ecclesiastici poterit in tales iurisdictionem exercere, tamen bene est firmandum, & tenendum, quod stantibus qualitatibus, de quibus supra, non posset iudicari iudex secularis, nec eius grauamen in curia deduci ex taliũ executione, Salua determinatione sanctæ matris ecclesiæ.

## CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶ ARMORVM.] clericis asportare arma non licere, clarum est, & an possint eis auferri per secularem iudicem, & an in eis habeat locum pœna statuti ea prohibentis? Philippus Corn. in consil. 20. volum. 3. Ioann. de Platea. in §. item lex Iulia. inst. de pub. iud. Bartholo. Soci. in regul. 30. Ioannes Lopes in repet. c. per vestras. §. 1. nu. 13. de donat. inter uirum & uxorem Casellia. Cotta memorab. armorum. Carolus de Grassis Regalium Franciæ lib. 2. Priuileg. 17. Bartholom de Castaneo. in consuetud. Burgun. rub. 1. §. 5. in vers. Archidiaconus. num. 79. Didacus de Couarr. variarum resolut. lib. 2. c. fi. & Pract. quæstio. c. 33. num. 7. uersi. est, & illud. Gulielmus Bened. in rep. c. Raynutius. in verbo, vxorem nomine Adelasiã. num. 436. de testa. Andr. Tiraquel. in tract. de nobilit. cap. 20. num. 66. Petrus Plaza epitom. delictor. libr. 1. c. 8. nu. 25. & alij nouissimi. D. Iulius Clarus sent. lib. 5. §. fi. q. 36. nu. 27. D. Iacobus Menochius de arbitra. iud. quæst. lib. 2. Centur. 4. casu. 394. & Do. Petr. Foleri. in Praxi. crimin. canon. parte. 3. c. 33. nu. 168. Et ultra omnes ego tracto in tracta. de ... lib. 2. c. ... Vbi uidendum est, & ad ea me remitto.

b ¶ TRANSGREDI] ob multitudinem enim delictorum, ipsorumq; frequentiam ex causa leges transgredi licere certum est, iuxta illud Platonis in Phædone. Si qui autem (inquit) propter magnitudinem peccatorum insanabiles esse cõperiantur, qui sacrilegia multa, ac magna, qui cędes nepharias contra leges, qui alia istorum nepharia perpetrati fuerint, hos quidẽ omnes sors in baratrum tartari abiicit vnde nunquam egrediuntur. ob quod (inquit Aristot.) ubicunque res priuatæ, & publicæ, ac mores sunt corruptiores effecti, magistratus poterit ad rigorem declinare, ad carceres, exilia, & neces. Inde mater omnium Eua, quia superbiuit, & vetitum comedit, & sic plus peccauit patre Adam, qui gustauit solum, ob quod maledictioni solæ, vt sui sudoris labore pane uesceretur: illa autem duplici pœna afflicta, ut in dolore pareret, & sub potestate uiri esset, Patet Geneseos. cap. 1. Ioseph. antiquit. Iudaicarum. lib. 1. c. 1. & voluit Albertus Magnus in compendio Theologiæ. lib. 2. c. 65. ubi de casu primi hominis tractat. Inde ob criminis immanitatem ob uiolatam Lucretiam Rom. vrbis antiqui,

qui, Reges exterminarunt. Inde Lucius Manlius (authore Valerio) ob edicti transgressionem filium occidi fecit. Ob quod in Franciæ partibus recta (meo quidem iudicio) punitus extitit ex coriatione viua quidam, qui cõtumelias plures dixerat erga beatam virginẽ, lapidesq; in eam proiecerat, vt tãti immanissimi sceleris iustè vindicaretur audacia. Retulit Franciscus Marcus in decis. Delphin. 509. per totum. vol. j. Quibus simile est tex. in l. addictos. C. de episc. aud. vbi inbuit Bal. quòd ob criminis atrocitatẽ sententia executioni mandatur intra x. dies datos ad appellandum. Et ob sceleris grauitatem alteri alterum occidere impunè licet. l. j. C. quand. lic. sin. iud. se vindi. Bal. in l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capit. dimin. Pet. de Anch. in consi. 277. Ex prædicta. col. 6. Et iteranti delictum grauior pęna infligitur. Matth. de Afflic. in consti. cum vniuersis. nu. 10. & est tex. in const. Regni. Magistros mecchanicarij. vbi Affli. nu. 5. Itaq; rectè laudantur ea, quæ scriptores asserũt, quòd Publicia, & Licinia, quarum prima spurium posthumium Albinum Consulem, altera Claudium Asellum viros veneno necauerant, ob exercendas illecebris luxuriæ ardores, a cognatis confossæ. Authore Valer. lib. 6. c. 3. & ego etiam dico in tracta. in proœmio. & nouissime D. Brunorus a Sole in cõsilio Crim. nu. 8.

c ¶NEGLIGENTIAM.] Quod episcopo negligente secularis non se intromittat, sed ecclesiasticus superior. referens Bellugam hic, contra ipsum concludit Io. Ant. de Nigris in extrauag. clem. 7. in ver. monitionẽ. nu. 6. de vita, & honest. cler. allegat Thom. Grammat. in voto. 34. In causa clerici. num. 6.

## In §. Videamus.

### SVMMARIVM.

1 *Clerici coniugati, quando gaudeant priuilegio canonis & fori.*
2 *Actio extincta, nunquam reuiuiscit.*
3 *Clericatus assumptus, crimine commisso.*
4 *Iudex quis cognoscit, vtrum clericus gaudeat priuilegio, vel non.*
5 *Probatio clericatus, est quid spirituale.*
6 *Clericus detentus ob pecuniam, vtrum remitti debeat.*
7 *Clericus non potest detineri pro debito.*
8 *Detinendo clericum pro debito, incurritur sacrilegiũ.*
9 *Remißio clerici ad suum iudicem qualiter fiat.*

1 a VIdeamus de clericis † coniugatis, [a] qui frequenter ab ecclesia repetuntur. Et in hoc passu posset dici, quod si portãt habitum & tonsuram & contraxerint cum vnica & uirgine, quod gaudent & priuilegio canonis, & fori, ut in cap. unico, de clericis coniugatis, libro sexto, & sic merito stantibus dictis qualitatibus, nisi remittantur iudex secularis grauaret. hic tamen multa sunt attendenda. Nam de antiquo iure ante dictam decretalem, pro clericis coniugatis erat regula, quod gaudebant priuilegio clericali. Est tamen verũ ꝙ debebãt portare tonsuram. 23. dist. c. de ecclesiastica. 32. dist. c. si quis uero. in authẽ. quomodo oportet episcopos. §. semel. 20. q. 3. ca. eos. alias erant priuãdi & denudãdi omni priuilegio clericali. 84. distinct. c. si quis. Et quod no. in ca. Ioannes. de clericis coniugatis, & Innocentius in cap. clericus. de vita & honestate clericorum. Hodie autem est regula contra clericos coniugatos, & exemptio pro eis: quia si non portant habitum & tonsuram, non gaudent priuilegio clericali: & tunc in duobus tantum, scilicet priuilegio canonis, si quis suadente, & in priuilegio fori quo ad crimen criminaliter vel ciuiliter intentatum, in cæteris autem non gaudet, vt in dicto cap. vnico, de clericis coniugatis, li. 6. Et sic vides quòd clericus cõiugatus non, nisi portet coronam de qua constet. Vide quod no. in clementi. quoniam. in glos. Si ergo. de vita & honestate clericorum. Et vestes clericales quæ sint, & in quo consistant, vide in clem. 1. de ele-

b ctio. in glo. dicunt quidam. vestes [b] clericales si debent esse solum superiores, vel omnes. Vide scribentes, Dominicum de sancto Gem. & alios in dicto. cap. vnico. Sed circa istos coniugatos clericos, aliquæ oriuntur quotidianæ quæstiones, de quibus est controuersia quotidie intra iurisdictiones, ideo illas inseramus ad uidendũ si seculares iudices lædant, uel grauent iurisdictionem ecclesiasticã. ¶ Et primò, pone quòd clericus coniugatus dimisit habitum & tonsuram clericalem, denuo illas reassumit, quæritur an sit remittendus iudici ecclesiastico, & sic an gaudeat priuilegio clericali: Et primo uidetur quod non gaudeat per clemen. primam, de uita, & honest. clericorum, ubi clericus perdit priuilegium clericale in illis casibus. ¶ Item id videtur probari, per c. ex parte, de clericis coniugatis. Nam reassumptio tonsuræ, non facit gaudere clericum priuilegio clericali. Et sic inducẽdo illam decretalẽ, ꝓ quo facit etiã. ca. ex parte de priuileg. ¶ Item istud corroboratur quòd in compatibilibus ꝑiudicialibus & contrarijs, facta unius electione, non datur regressus ad alterum, de postulat. præla. capit. 1. in 6. & capi. ut quis duas. de elec. eodem libro. Electo igitur habitu seculari, non est dare regressum ad ecclesiasticum. ¶ Item quia eo priuato per non delationem facto, se nõ potest habilitare. de iure patronat. per nostras. 24. quæstio. 1. didiscimus. ¶ Item quia si priuilegium fuit perditum, non potest recuperari, cum sic incedẽdo, licet tacitè renunciauerit priuilegio. 7. qõ. 1. cap. quam periculosum. de his quæ fiunt a maiori parte capituli. ex orc. cum concor. ad hoc. ff. de ædili. ædic. l. quid si fugitiuus. in princip. Et hæc sunt quæ pro parte regiæ iurisdictionis solent allegari, cum aliis quæ infra dicam. ¶ Pro parte ecclesiæ vel iurisdictionis ecclesiasticæ, facit tex. cum gl. in dicta clementina. diœcesanis. de uita & honestate clericorum. nam in illis casibus clericus est priuatus post monitionem priuilegio clericali, & tamẽ si illam artẽ dimittit, & ut clericus incedit,

incedit, recuperat priuilegium. Et ibi not. glos. ibi in verbo, quamdiu. Simile not. Innocen. in c. fina. de vita & honest. clerico. vbi dicit illos clericos priuatos priuilegio clericali, dum se negociationibus implicant, & reassumere priuilegium dum illas dimittunt. ¶ Item istud videtur probari per dictum cap. vnicum, de clericis coniuga. lib. 6. qui text. non dicit quòd perdant priuilegium, sed quod non gaudeant. Et ideo dicit Ioan. de Lign. quòd de iure antiquo istud priuilegium clericale erat concessum caracteri ordinis, & ordini clericali. Cũ igitur dominus Bonifacius Papa non statuerit in dicta diœcesi de nouo, licet loquatur declaratiue, intelligatur quod gaudeat cum illa moderatione, de qua hic dicitur, vt si non portat suspendatur priuilegium, & non perdit. Et idem tenet Archid. & Ioan. monach. & Dominic. de sancto Gemin. in d. c. vnico. de cleric. coniugat. libr. 6. Et sic vides quod non obstat dicta clement. 1. nec etiam obstat. c. ex parte, allegatum pro quæstione, quia illud exponitur aliter secundum dominum Antonium de Butrio. in cõtrarium, videlicet quod ex reassumptione habitus aliàs gaudens priuilegio clericali reassumit priuilegium: nam ista duo æquiparantur, quo ad perditionem priuilegij in casibus prohibitis, videlicet admittere vel dimittere & reassumere, & sic non obstat quod dicit de incompatibilibus &c. quia illud argumentum non habet locum in his in quibus via electa cessat, quæ erat causa perditionis priuilegij clericalis: restat character, & sic reuiuiscit priuilegium & illius effectus. de appell. c. cessante.

2 † & sic aliàs dicimus quod actio semel extincta, nunquam reuiuiscit. l. si res. §. aream. de solu. ff. tamẽ si remoueas casum extinctionis, etiam extrinsecus, quia res data in solutum euincitur per hypothecariam, reuiuiscit actio. l. ex sextante. §. Latinus largus. ff. de except. rei iudi. Nec obstat quod facto amisit priuilegium &c. quæritur an amisit, vt diximus, sed stante sine habitu & tonsura, non gaudet, vt est iam allegatum. Et pro hac parte videtur casus in c. clericus. in 2. de vita & honestate clericorum. Nam ibi dicit, quòd assumpserat uxorem, & dimiserat tonsuram, & tamen dicitur quòd iterum tondeatur. Et sic videtur velle quòd gaudeat priuilegio reassumpta tonsura. Ioann. And. in cap. Ioannes, de clericis coniugatis. dicit quòd sic vidit Paduæ diffiniri, quod tamen dicit communiter doctorib. non placuisse, & sic putat necessariam declarationem, do. Ant. de But. dicit quod si est monitus, & per sententiam priuatus priuilegio, vel immonitus cum continuatione, quod perdit: quod nil videtur esse, quod dico, saluo honore tanti domini. ¶ Dicas ergo distinguendum, aut iste clericus coniugatus, per aliquot tempus dimisit habitum & tonsuram, & post autem delictum commissum, & illo non conscio delicti quod præsumitur ex tempore. de priuil. credit. l. si ventri. reassumit habitum & tonsuram, & tempore deprehensionis est in habitu & tonsura repertus, tunc sine dubio clericus cõiugatus gaudet priuilegio, & est remittẽdus. Et sic potest loqui gl. in d. cle. j. & Inn. in d. c. fi. de vita & honest. cleric. Et communis schola doctorum, a qua nõ est recedendum. aut iste clericus coniugatus facto crimine, vel conscius de illo in fraudem, & ad euadendum punitionem iudicis secularis reassumit tonsuram & vestes, & non recuperat priuilegium. Et sic loquitur c. ex parte. de cler. coniuga. Et dicit ibi tex. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo, idest tales transsumentes iudici laico, quia ecclesia id tollerat, &

3 idem tex. in c. ex parte. de priuil. † Nam de iure assumpto clericatu in fraudem criminis commissi, non multum confert. ut not. in l. 1. ff. de pœnis. per Bertold. Et ad saturitatem diximus isto generali titulo. §. ex præmissis, vbi vide. minus ergo frauduléta reassumptio, ad hoc quod not. P. & Cyn. in l. si qua per calumniam. de episcopis & clericis. Et sic vides satis determinatam quæstionem vel dubium. Sed dum ansam soluimus, nodum dicimus ligauisse, ut in capit. cum

4 olim, de verborũ signifi. † Occurrit igitur aliud fortius dubium. Pone quod talis clericus coniugatus qui dicitur secundum prædictam distinctionem esse in tali qualitate, quod non debet gaudere priuilegio clericali, verum est in possessione habitus & tonsuræ clericalis, iudex ecclesiasticus dicit ad ipsum esse remittendum, & se esse iudicem competentem ad cognoscendum, de dictis qualitatibus: iudex secularis dicit se esse iudicem, & interim non remittendũ, quid iuris? Et certe in clerico simpliciter tonsurato non coniugato, nullum est dubium, quoniam casus in cap. si Iudex laicus, de senten. excommunic. lib. 6. Nam si notoriè constat illum esse clericum, vel fama publica de hoc est, vel talis est in communi opinione clericus, ante cognitionem statim est remittendus, etiam si nõ esset clericus: vt in d. c. §. 1. Si autem de præuentione vt laicus habeatur, tunc non statim remittitur: sed cognitio est iudicis ecclesiastici, ut in §. fina. Dum tamen omnes processus interim per iudicem laicum cõquiescant dum cognoscitur per ecclesiasticũ, & hoc bina ratione. ¶ Prima, quia pendet quæstio præiudicialis suæ iurisdictioni, sed quia interim nescit se iudicem, vt no. Ioan. And. in nouella. in dicto capitulo, si index, Et refert Bald. in l. si qua per calumniam. de episcopis & clericis. Vbi vide per Cyn. & Butr. multa bona circa materiam dicti capit. Sed erit idẽ in clerico coniugato, quod videtur, nam datis qualitatibus, uidelicet quòd cum vnica, & uirgine contraxit, & iam tempore deprehensionis deprehẽdatur in habitu & tõsura, certe quo ad priuilegium fori in criminalibus gaudet priuilegio clericali, ut in d. cap. unico, de cleric. coniuga. & sic sumus in casu. §. fina. dicti capit. si iudex

dex laicus. de qualitatibus, de contrahentibus forum cognoscatur per ecclesiasticum, & interim iudex secularis illum detineat, & processus secularis conquiescat. Et quod dictum cap. si iudex laicus. habet locum in clerico coniugato, tenent domini de Rota, sua conclu. d. xl. incip. Itē si clericus, ubi dicunt duo, quod clericus coniugatus, nunquam est remittendus quousque probabit se contraxisse cum vna & uirgine, & portasse habitum & tonsuram clericalem. ¶ Itē quod illa cognitio est ecclesiastici iudicis, ut in dicto cap. si iudex laicus, tamen quo ad coniugatum semper sumus in §. final. dicti capi. propter qualitates quas ille habet probare ante remissionem, quicquid dicat Dominicus de sancto Gemi. in cap. unico, de clericis coniugatis. se inuoluens. ¶ Sed pone, Dicit Iudex secularis, si iste captus qui se dicit clericum coniugatum in fraudem reassumpsit habitum, & tonsuram est mei fori, vt diximus supra, merito uidēdum an mea sit iurisdictio, ego de illis qualitatibus sum iudex, quia incidūt in causam, iuxta l. quotiens. de iudic. C. Et sic de illis possum, & debeo cognoscere: maximè, quia consistunt in facto, merito etiam in causis ecclesiasticis, de illis potest laicus cognoscere. iuxt. not. per Bartol. in l. titia. ff. soluto matrimo. & in l. omni innouatione cessante. C. de sacrosanct. eccl. & quod no. canon. in clemen. j. de usuris. & signan. Pau. de leasarijs. Merito ergo de his poterit cognoscere iudex secularis. In contrarium facit d. ca. si iudex. §. fi. & quod supra dictum est, quod idem iuris

5 est in coniugato, quàm in alio. † Et quia probatio de clericatu est quid spirituale, merito p suum iudicem est cognoscendum, tam in facto quam in iure, ut eleganter scribit Bald. in. l. quotiens. C. de iudic. Bar. reprehendens, dicēs quòd siue sit quæstio facti, siue iuris, cum ecclesiastica causa, non pertinet ad iudicem secularem eius disceptatio, uel iudicium secundum eum: cui addas etiam quod incidenter moueatur quæstio coram seculari, iudex ecclesiasticus est cōpetens. c. tuam. de ordi. cogni. & qui filij sunt legitimi. c. lator. & c. causamque. Et dicit Innocē. in c. cum sit generale. de fo. competen. quòd in causis pertinentibus ad iudicem ecclesiæ, siue sit dubium iuris, siue facti: ut puta, quia negetur rapina rei ecclesiasticæ, tamen in dubio etiā cognoscit ecclesia. xvi. quæs. j. cap. in canonibus xxiij. q. iiij. c. si quis de potentib. Et hæc videtur ueritas, quod de his qualitatibus, cognoscendum sit per iudicem ecclesiasticum, fatendum tamen est, quod iudex secularis summariè se informat, & cognoscit ad finē remittendi, si constat de qualitatibus, vt tenet Archidia. in c. frequens. lx. distinct. & no. do. Anto. de Bu. in c. tuā. de ordi. cog. Et sentit id Bald. in d. l. si qua per calumniam, dicens quòd hæc cognitio non fit in modum probationis, sed instructionis, dicēs quod uera probatio clericatus non potest fieri, nisi coram epo secūdum eum. Et sic uides quid facere habet iudex ecclesiasticus, & quid secu-

6 laris, & sic quando grauat, & quando non. † Sed pone, clericus aliquis coniugatus, qui gaudet priuilegio clericali est detentus per iudicē laicum pro debito pecuniario, in casu quo laicus posset retinere, repetitur a iudice ecclesiastico, nunquid secularis tenetur illum remittere, & si nō facit, grauat iurisdictionem ecclesiasticam. hæc quæstio est pluries in facto, & communiter scribentes tenent opinionem ecclesiastici iudicis, quòd sit facienda remissio ad eum, dicētes, quòd in casibus, in quibus ius relinquit iurisdictionem in clericos coniugatos, ut in terminis dicitur. c. vnicè, de clericis coniugatis, intelligāt uerum quando exercitium iurisdictionis cōcernit discretionem bonorum, ita quod ipsorum persona non tangatur, nec ipsorum bona animaduertantur, quia ubi requireretur astrictio personarum, illam non faceret iudex laicus secūdum Abbat. de cleri. coniug. ex parte. Pro cuius dicto facit quod scribit Guillerm. in Spe. de cōpe. iudi. additione. §. j. charta secunda. §. sed nūquid præmissa. Et ita post multas rationes concludit Lapus de Castilion. in sua alleg. cxviij. di. quòd clericus coniugatus eo casu quo gaudet

7 priuilegio clericali† non poterit detineri in carceribus pro debito pecuniario per iudicem laicum, etiā si sit casus, quo laici licitè potuissent retineri, quia istis clericis, tex. ille reseruat priuilegium canonis eo modo quo prius alia iura habebant, quia in nullo diminuuntur. Sed per iura antiqua retineri non poterat, sine pena excommunicationis, ut in cap. ij. de foro compe. & ideo dicit post multa, quod nec hodie poterit: & est magna ratio, quia si durat canonis priuilegium, omnis uiolenta detentio facit incurrere excommunicationem, ut not. Inno. in c. nu-

8 per, de senten. excommuni. † Et quia secularis detinendo clericum gaudentem priuilegio clericali quo ad canonem, sacrilegium committit, vt in cap. sit generale, de foro competē. pro quo carcerari potest, & debet per suum prælatū, no. Innoc. in c. vt famæ, de senten. excom. Et sic uidetur dicēdum, quod iudex secularis male faciat & grauat iurisdictionem ecclesiasticam, detinendo clericum coniugatum gaudentem priuilegio clericali. Et hæc sufficiant quo ad grauamina, quæ concernunt personas clericorum, vel gaudentium priuilegio clericali. Vnum tamen non omittamus, quod quoties iudex secularis debet facere remissiones personarum gaudentium priuilegio clericali, debet illas facere cum maxima vrbanitate, aliàs autē si faciat infamosè, ignominiosè, vel cum uerecūdia, & cum tubis, uel aliàs inhonestè, ut multi fa-

9 ciūt in cleri opprobrium, † ex tali remissione dicitur iudex secularis lædere iurisdictionē ecclesiasticam; nam inferens uerecundiā, magnā pœnam inferre dicitur. de pœni. di. j. c. quē pœnitet

nitet versi. oportet ei. Et sic ex tali afflictione pęnę vel molestiæ in psonam clerici excõicatus est, vt extra de sen. excõ.ca.nuper.&.17.q.3.c. si quis suadẽte.& sic ex illa est puniendus, & grauamen infert. Optime faciunt not. per Domini cum de sancto Gemiñ.in.c. si iudex laicus.§. fi. de sententia excommunica.

CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶CONIVGATIS] Nulli dubiũ videri debet clericos coniugatos cum vnica,& virgine, clericali priuilegio gaudere debere, dum tamen habitum, & clericalem tonsuram deferant. Specul.in titul. de cleric. coniug. in princip. Lapus allegat. 40. An priuilegium. & Allegat. 118.Quæritur.Didacus de Couar. Pract. Quęst.cap. 31. nu.6.Et Guido Pap.in Decisio.Gratianop.83.die quarta. Marcus Ant. Cucchus Inst. canonicarũ.lib.2.titul.3.ver. Item hi clerici.& Iulius Clarus sentent.lib.5.§.fin.q. 36. num. 8. Ioannes Ant. de Nigris in extrauag. clem. 7. in verb.Pragmaticam.nu.5.& D. Prosper Crauita. in Ritu. 66.per totum. ¶Et nouissime Concilium Tridentinum confirmauit dictam constititutio.Bonifacij noni in dicto.cap. 1. de cleric.coniug.in 6. prout patet de reformatione in cap.nullus.6.session.23. Vbi vltra habitum, & tonsuram, decernit quòd ministret, & seruiat alicui Ecclesiæ ex episcopi mandato, priuilegio,uel consuetu dine quauis, etiam immemorabili non obstante. ¶In Regno hoc Neapolitano, & in magna curia Vicariæ nullo pacto admittebantur, sed tamquam laici reputabantur. vt in ritu magnę Curiæ. 66. Item si aliquis cita tus. Iure autem regni nouissimo confirmantur notata in dicto. cap. 1. de cleric.coniug. in 6. vt in Pragm.Regis Ferdinandi Incip. nuper.& in alia Prag.Incip.quem admodum. sub Rub.de cleric. & Diacon. saluat. ¶Quæ autem dicta sunt circa fori priuilegia in clericis coniugatis asserunt quidam non habere locum in causis ciuilibus, in quibus fori priuilegio non gaudent, & coram seculari iudice conueniri poterunt, in qua opinione fue runt Ioan. Andr. Dominic.& Anchar.in dicto ca.vnico. vbi etiam hoc tenuit Vanchelius.Imol.& Cardin.in c.ex parte.de cleric.cõiu.quos sequutus est Didacus Couar. pract.Quæst.cap.31.sub nu.6.versi. Prima igitur constitur.¶ Contrarium tamen quòd immo etiam in Causis ciuilibus fori priuilegio gaudeant prædictis concurentibus, nec Iudex secularis in eis se intromittere valet. tenuit Specul.in titul.de compet.Iud.adit.§. 1.nu.24. & Lapus in dicta Allegatio.40. An priuilegium.& Allegation.118.quæritur. (licet Couarr.vbi supra eum alleget pro contraria opinione,& male,ac corruptè) & Philippus Franc. in dicto cap.1. §.& cum.col. fin.versi.cogita tamen quia verior.de cleric.coniug. in 6.Rota in nouis. decis. 202. fi. clericus.Barthol.Veronen.in Consil.crim. 10.non putet aliquis.col.fin. versi.super tertio. sequitur Ioan.Anton.de Nigris in dicta clem.in verb. Priuilegio nu.289. & nouissime D. Quintilianus Mandosi. in Apostil.Lap.in alleg.40.& alleg.118.¶In hoc Regno autem Neapolitano opinio ista indistinctè, & sine dubio recepta est, videtur aperta Prag. Ferdinandi Regis incip. nuper.in fin.de cleri.& diaco.saluat.ibi (criminaliter, aut ciuiliter) & licet videatur loqui, quando ageretur pro delicto ciuiliter, tamen idem erit in causa merè ciuili, quia militat eadem ratio, & tenuit Philipp. Franc. vbi supra. ¶Habitus tamen, & clericorum coniugatorũ tonsura, si quando relictus fuerit, & demum reassumptus, & tempore delicti cum eo reperiatur nunquã debet fori priuilegio gaudere. Ita tenet Ioannes Andræas in cap.Ioannes col. 4. de cleric. coniugatis. vbi dicit ita fuisse Paduæ iudicatum.Paul.de Leazar.in clem.1.de vita,& honest. cleric.Ioann. Monachus Archidia.Ioan. de Lign. Dominic. & Philipp. Franc. in dicto capitulo primo de cleric.coniug. in 6. Alexand.in consil. 8. col. fin. vol.1.& in consil.59. quia sæpissimè. quod est Ioan. Andr.vol.4.Couar.Pract.quæst.ca. trigesimoprimo ver. quinto potissimũ.& latius quam alius Niger in dicta ex trauag.clem.7. in versiculo habitum nu. 27. cum pluribus seq. de vit.& honest.clericor. vbi dicit ita esse communem opinionem. ¶Et tunc demum priuilegio gaudent dum tamen a negocijs secularibus se abstineant, alias.n.a laico potuerunt iudice puniri. voluit Bertrand. in consil. 13. num. 5. vol. 8. Alexand. de Heuo. Vicentinus in consil.60. num. 4. sequitur referens Iulius Clarus lib. quinto senten.§. fin. q. 36. num. 13.de illicitis tamen negociationibus intelligenda sunt, secus autem de licitis,& permissis, maxime victus necessitate.vt vo luit Couar.Pract.quæst. capitulo trigesimo primo versi. sexto.quæ autem negotia licita, vel illicita clericis repu tentur Ponit Ioann. Anton. de Nigr. in dicta extrag. clem. septim. in versiculo honeste. num. 17.& in versiculo solemnia. ubi latissime, & bene, & plenius quam alius posuit perfectè Do.Gulielmus Redoanus in Tract. de spolijs. q. 2. num. 31. cum pluribus seq. ad quem me remitto, vt illi deferatur honor, qui propter rem gestam sapienter gloriam mæretur, is enim per longum tractat in eadem quæstione, quæ clericis liceant, vel non liceant. ¶Et talis clericus cum vnica, & virgine coniugatus, ea mortua, & uiduo existente recuperat omnia priuilegia competentia clericis non coniugatis. Ita voluit Panor. in cap. clericus.il secundò. num. quarto. de vita & honest.cleric.Didacus de Couar.in dicto capi tulo trigesimoprimo versi. quinto. Iulius Clarus vbi supra num. 19. ¶Quo vero ad collectas, datia,& gabel las tales clerici coniugati tenentur ad eas. vt voluit Panor. in capitulo,ex parte.de clericis coniugat.Angel. in in authentica de monachis.§.penult.Ioann.de firmo in tract.de gabellis. parte. 7 num. 12. Giudo Pap.in q.83. die quarta.& q. 383. sed quid. Didacus vbi supra num. 9. sub versi. septimo hæc. & Niger vbi supra in verb. priuilegio. num. 181. vbi dicunt quòd tantum quoad duo gaudet clericus coniugatus scilicet quoad fori priuilegium,& quoad canonem. si quis suadente. 17. q. 4. & supradictam opinionem tenet etiam quòd teneantur ad collectas Do. Nicolaus Festasius. in tract.de Aestimo. parte. 4. capitulo.1.sub num.7. authoritate Thomæ Parpal. in repet. l. placet .numero. 20 23. C. de sacros. Eccles. ¶In Regno hoc Neapolitano insimul cauetur eius iuribus, vt ad collectas teneãtur. vt in Prag matica Regis Ferdinandi.incip.nuper. sub data auerse. sub die. 24. Maij. 1469. in qua ordinatur clericos coniugatos cogi ad solutionem onerum,& collectarum, fiscaliumque functionum, ac etiam onerum omnium vniuersitatum, ciuitatum, terrarum, & locorũ in quibus reperiuntur. De qua credo quòd voluerit loqui Niger vbi supra dicto num.181. est in nouiter impressis sub titul.de cleric.& Diacon.saluat.

b ¶VESTES] Circa vestes tam clericorũ coniugatorũ quã etiã nõ coniugatorũ nullus à iure determinatus est habitus, sed in talib. vestib. regionis est attendenda con suetudo.glo.Doct.& Inno.in cap. pen. de vit. & honest. cleric.glo.sing.in clem. 1.in fi.de elect.vbi Andr.Sicul.& voluit Laudun.& Car.in cle.fi.in fi.de vit. & hone. cleri. Abb.in dicto cap.pen. eo.tit.vbi etiam Benedictus Capra, & voluit Alexand.in consi.8.vol.1. in consi. 149. in causa inquisitiones vol.6. capell.Tholos.in Decisio.227. & in Decis. 252. Didacus Couarruuias Practicar. quæst. ca. trigesimoprimo. uer. quarto illud.Ioann. Bernardus

Diaz in Pract.crimin.canon. c.69.per totum.Marcus Antonus Cucchus Instit.canonicarũ.lib.2.titul.2.col.2.ver. curare. Concilium Matisconense primum.c. 3. Arbitrio episcopi vestes remittuntur.vt decretum est in Concilio Tridẽtino sess.14.de reformat.c.6. quia vero.dum tã men consuetudo similis congrua sit honestati,& clericorum personis.

### In. §. Viso.

*SVMMARIVM.*

1 *Causæ quę sunt mere spirituales.*
2 *Inquisitores fidei,de quibus cognoscant.*
3 *Cognitio iurisdictionis ad quem pertineat.*
4 *Iudices vtriusque fori, quando in vnũ coire debeãt.*
5 *Credens ecclesiam,si credere licet non credat non est hæreticus,nisi opinionem tueatur.*
6 *Defensio rusticorum, & idiotarum.*
7 *Monachus vxorem ducens,vtrum sit hæreticus.*
8 *Hæresis non potest esse sine errore.*
9 *Paratus corrigi, non est hæreticus.*
10 *Peccans in sacramento ecclesię,quãdo est hæreticus.*
11 *Inuocator dæmonum,vtrum sit hæreticus, & quem iudicem habeat.*
12 *Inuocatio dæmonum, quę non est punibilis, & quæ punibilis.*
13 *Creaturæ attribuens,quod est creatoris, est hæreticus.*
14 *Diabolum inuocans ad attentãdam pudicitiam mulierum,non est hæreticus,& quare.*
15 *Hostiam tradens non consecratam pro consecrata, quos iudices habeat.*
16 *Iudæi & Saraceni, constitutionibus non ligantur.*
17 *Iudæi ouem crucifigentes,&c.*
18 *Maiestatem diuinam offendere grauius est quã tẽporalem.*
19 *Pęna facientis, quod quis ad iudaismum redeat, & quis sit iudex.*
20 *Receptatores,qua pœna puniantur.*
21 *Præuaricari in Christum,qui dicantur, & a quo iudice puniantur.*
22 *Quomodo intelligatur, vt nullus duabus legibus reus fiat.*
23 *Vterque iudex,quando ex eodem facto, potest delinquentem punire.*
24 *Inquisitor quãdo condemnat,bona acquirũtur fisco.*

Iso de personis gaudentibus priuilegio clericali, quæ sunt de foro iudicum ecclesiastico
1 rum,videamus de causis † ad dictum forum pertinẽtibus, & sic si iudex secularis de illis se intromittat, dicatur grauare. Et in primis scias,quòd causa hæresis est mere spiritualis,& de illa solum iudex ecclesiasti-
a cus^a est iudex,intantum ut secularis sit prohibitus se de illa intromittere,ut in tex.nouo cap.vt inquisitionis. §.prohibemus.de hæreticis.lib.6. per quem text.dicunt docto.quod iudex secularis requisitus debet mandare executioni sententiam contra talem hæreticum latam,sine a-
b lia cognitione,^b vt ponit Bald.& Ange.in l.magistratib.ff.de iuris.om. iu. Et vide quæ scribit idem Bal.in auctẽ.clericus.C.de epis.& cleri.& quod not.in l.diuus.ff.de custo. reorũ. Et sic iudex secularis directe,uel indirecte,de illis se intromittere nequit, quo ad cognitionem causæ, nisi exequendo ad requisitionem iudicis ecclesiastici,uel ad illius mandatũ, quia quo ad hoc canonis auctoritas superior est, ut dicit Bal.Sed videtur,qđ etiã iudex secularis se posit intromittere,cognoscere,& decidere: nam idẽ videt ei pmissum,auctoritatib.veteris testamenti, nã Deuteronomij.7.c.fuit mandatũ populo Israel, vt anijs hæreticorũ soluerent.&.12.c. fuit dictũ. Si frater tu' &c.De quo habet.23.q.5.Si audieris.&.q.8.legi.& qđ de Iosue rege Israel legit qđ occidit sacerdotes Baal. 4. Regũ.10.22.q.2. vtilem.& 4.Regum.23. vbi rex Osias ossa hæreticorum comburi fecit. Sed ad ista exempla,& similia potes respondere, quòd multa in veteri testamento concedebantur, quæ hodie prohibita sunt, nec sunt trahenda ad exemplum nostræ actionis, ad id.22.q.2.c.si qs ,puectus.&.§. pterea. 32.q.4.si qs ignoret,de pœnitẽ. distinc. 2.Si enim inquit, & quod dicitur translato sacerdotio necesse est, vt legum translatio fiat, ex quo ergo ecclesia sic ordinauit insequendum est, & hodie omnis potestas & iurisdictio istius criminis est solum ecclesiæ,& habet carceres, & omne Imperium,ut in cle.1.de hęreticis, quod est consiliũ Viennense.Et hæc iurisdictio intãtũ
2 est ecclesiæ, vt in illa habeat iudices qui† inquisitores vocantur, quia una cum ordinario ecclesiæ,uel separatim cognoscunt,ut in ca. per hoc, de hęreticis,li.sexto.Scias tñ qđ ad hoc qđ dixi inquisitores uel alij iudices ecclesiasti.sub ptextu dicti criminis hæresis nõ ualeant manũ apponere, in alijs criminib. est ,puisum, ut ne de diuinationib.aut sortilegijs,nisi pp hęresim manifestã se intromittant, ut in ca.accusatus. §. sa-
3 ne,de hęreticis,li.6.† Et licet regulariter quis cognoscat,an sua sit iurisdictio. ff.de iudic.si quis ex aliena. de rescriptis,super literis. tamen hoc casu nisi manifeste sapiant hæresim se non intromittet neque pronunciabit. Et hoc tenet glo. in dicto. §. sane, & idem tenent scribentes super ea.Sed Dominicus de sancto Gemi.in dicto. §. sane, secundum dominum suum, hoc sic temperat dicens, quod si reuocatur in dubiũ, & sibi liqueat quòd sit manifestum, iudicialiter poterit pronũciare se iudicẽ. Si vero nõ appareat,quod sit manfestũ,non se intromittat:& sic limittat glo.pro quo facit,licet ipse non allegat glos.in cap. primo de offi.delega. lib.6. Sed saluo honore tantorũ patrũ, hoc nõ est verum, quod in casu ubi etiam manifestum uertetur dubium,ipse sit iudex, & hoc propter commodum suæ iurisdictionis applicabile, iuxta

Theoricam

Theoricam glos. in l. de iure. ad municipalem.
4 † Item quia quoties iura in casum notorium dant iurisdictionem, in casum dubij cessat iurisdictio, vt in ca. primo, de sensibus, lib. 6. & eo. titu. de pœnis, ca. primo, maximè quia esset manifestum, vel non stat hic in iure, vt ni obstet gl. in dicto cap. primo de officio delega. lib. 6. Merito ergo super isto iure non decidat inquisitor, sed conferant inter se iurisdictionem, & uideant an sapiant hæresim manifeste. Et ita practicatur, quòd omnes officiales regij & ecclesiæ in vnum conueniunt locum, & ibi descernitur, an sint talia quod sapiant hæresim manifeste, vel ne, in casu uero discordiæ, & Romanus Pótifex, & princeps sunt consulendi, argu. c. super hoc. de hæreticis. Et quia super hoc passu, sæpe iurisdictiones altercant, uideamus aliquid de casibus istis dubijs, de quibus dubitatur, an sapiant hæresim manifeste. Et primo dubitatur
c de Christiano rustico.[c] qui dicit se credere, q. c-
5 quid sancta mater ecclesia † credit implicite, verum, fallo opinatur ratione naturali motus, quod in trinitate pater sit maior vel prior filio, quod tres personæ sunt tres res a se inuicem distantes, an ista sapiant hæresim manifeste. Et certe quamuis illa uerba citra intentionem, bene sapiũt hæresim manifeste, secùs relata ad intentionem: certe iste talis non est hæreticus, nec contra eum ut hæreticum est procedẽdum per inquisitorem, nec etiam peccat dummodo hũc suum errorem non defendat, & hoc ipsum credit, quia credit ecclesiam sic credere, & suam opinionem fidei ecclesiæ supponit. Quare licet sic male opinetur, tamen non est illa fides sua, sed ecclesiæ, allegat c. damnamus, secundũ Innoc. quia no. in cap. firmiter, de summa Trin.
6 † Et sequitur eum Bal. in rubr. C. de summa Trini. dicens illud esse ualde notabile, ad excusationem rusticorum & idiotarum, qui sæpe impetuntur coram inquisitoribus, quod no. Pro quibus doctoribus & eorũ opinione, tu allega tex. singul. in c. dixit apostolus. 24. q. 3. qui nunquã excæcat mentẽ tuam, & uide capi. qui in ecclesia, ea. causa, & q.
7 † Item dubitatur de monacho[d]
d professo, qui duxit uxorem, vtrum istud sapiat hæresim manifeste, & contra talem possit ut contra hæreticum procedi, per inquisitorem hæreticę prauitatis. Et Dominus Iaco. Butrig. in l. nemo clericus, de summa Trinita. dicit quod si talis monachus professus exiuit monasterium, & contraxit clam, præsumitur in dolo & non errore. Et sic non præsumitur hæreticus,
8 quia hæresis non potest esse sine errore. † Aut palã, & tũc quia præsumitur errare, infertur quod est hæreticus, quia errat circa sacramentum matrimonij: Et ideo dicit quod potest puniri per inquisitiorem hæreticæ prauitatis secundum eum. Sed iam habendo de facto quæstionem dicebamus, quòd nullo modo per inquisitorem erat procedendum: Cum talis frater non esset ex tali actu hæreticus, siue occulte contrahendo: nam quod dicitur quod faciens palam præsumitur errare, est ad exclusionem delicti non ad inclusionẽ. Et ideo dicebam quod nisi iste monachus vellet suum errorem defendere, allegando quod ei sit licitum quod fecit, quòd nõ
9 sit hæreticus: † nã paratus corrigi non est hæreticus, extra de summa Trini. cap. damnamus, & facit quod diximus supra, proxima quæstione. Et pari ratione determinanda est quæstio de contrahen. cum duabus matrimonium, & illud consumauerit, quòd non potest contra talem ut hæreticum procedi. fatendum tamẽ est quod inquisitor hæreticæ prauitatis, stante isto dubio, potest contra istos inquirere ad sciendum qualiter sentiant de isto sacramento matrimonij. Et si uelit defendere eis licitum uel religio contrahere, vel iam coniugato illam du-
10 cere. † Tunc quia peccauit in sacramento matrimonij, quod est unum de sacramentis ecclesiæ, merito tales sunt hæretici. Si autem non defendat, sed alias voluntate ductus contraxit, licet alias delinquat, & sit per suum iudicem puniendus, non tamen est vt hæreticus iudicandus. Et sic intellige & limita not. per Lap. & D. de sancto Geminia. in capitu. accusatus. §. sane,
11 de hæreticis, libro sexto. † Dubitatur quotidie
e quid de inuocationibus[e] Dæmonum, nunquid sunt hæretici: & vt de hæreticis iudicandum ẽni tantur vt inquisitor hæreticæ prauitatis possit & debeat illos punire & non iudex secularis. Et hic scire debes, quod multiplex est inuocatio: nam aliqui inuocant Dæmones ex imperio qđ
12 in eos habent virtute diuina † & ista inuocatio impetratiua cessante omni adoratione honore vel fumigatione non est hæreticalis neque criminalis. Et de hac inuocatione per uiam imperij dicit vnum verbum Oldradus suis consilijs, consilio. 220. Alia est inuocatio, quæ fit cũ adoratione vel fumigatione uel sacrificio Diabolo facto, precibus nefarijs ei emissis. Et hoc sine dubio hęreticum est, quoniam scriptum est, vnum solum Deũ adorabis, & illi soli seruies. Merito dantes honorem Diabolo pertinentẽ Deo, vt hæretici sunt censendi vel saltim faciunt actum hęresim sapientẽ manifeste. 26. q. 4. Igitur genus diuinationis & 26. q. 5. in summa, & cap. episcopi. Si enim alium quasi Deum adorare hæreticũ est, vel hæresim sapit manifestã: & hoc non est propter personam, sed propter vicium, ergo vbi erit maius uicium, scilicet in adoratio
f ne diaboli,[f] maius erit peccatum, ut extra de hęreticis, cap. accusatus, capi. primo, libro. 6. & ibi not. per Domi. Ioannem Monach. ¶ Alia est Dæmonum inuocatio, quæ fit simpliciter, nulla facta adoratione, uel sacrificio funesto ei oblato, tunc aut illa inuocatio fit ad effectũ ut ex
g Dæmonum respõsionibus futura presciamus.[g]
13 † Et hoc hęresim sapit manifeste, quia creaturę hoc attribuit qđ est ꝓpriũ creatori, iuxta illud

Isaiæ.41.annunciate quæ futura sunt in futurũ,
14 & sciemus quoniam dij estis vos.† Quando vero dæmones inuocantur modo prædicto, sed ad
h attentandam præiudiciam mulierum [h] & tunc quia inuocatur diabolus ad id quod est huius
i proprium [i] scilicet tentare, vnde Christus in euangelio, eum tentatorem vocat, licet tunc hoc facere sit turpe, & fœdum & mortale peccatum, non tamen censeatur hæresim sapere manifestã & cum hac decisione, transit Dom. de sanct. Geminiano, in d.c.accusatus.§.sanè, & allegat pro primo dicto cap.episcopi.25.q.5. supprimens actorem, quia fuit originaliter dictũ Oldradi in suis consilijs, consilio incipien. regularis habet traditio.210. Et sic ex dictis distinctionibus videre potest quomodo inquisitor de talibus inuocatoribus se potest vel debeat intromittere, & quomodo non. Quando autem non sapiunt hæresim, sed sunt in specie sortilegij, vel malefícij, tunc puniendi sunt per suos iudices, vt vides in titu. de sortilegijs, & de male. & mathe. Si autem sunt illi, qui dant pocula amatorum, vt in l.si quis aliquid.§.qui abortionis.ff.de pœnis,
K vel qui dat † hostiam non consecratam [k] pro
15 consecrata, vt in capit. de homine, de celebratione missarum, talia enim & si sortilega & superstitiosa sint, nõ sunt hæreticalia, nec sunt per inquisitorem punienda, & quę scribit Petrus de Ancharano, in dicto ca.accusatus.§.sane, de hæreticis lib. sexto. Tumq; dubitatur de iudæo transeunte ad sectam saracenorum, an contrà talem posśit procedi, vt contra hæreticum, vel iudex secularis posśit illum punire, & videtur dicendum, quod à nullo iudice sit puniendus,
l quia ambæ sectæ [l] istæ tollerãtur à nobis, vt C. de paganis.l.Christianis, extra de iudi.c. & si iudæos, & cũ vtraque sit in statu dãnationis, non est curandum in qua causarum sit, quia non est curandum, quid ex æquipollẽtibus fiat, arg. C.de episcopis & clericis.l.Deo nobis. Et quia in quacunque secta sit extra ecclesiã, nil ad nos de eo, iuxta verbum apostoli dicentis.1. ad Corinthios.5.quid ad nos de ijs qui foris sunt, &
16 in cap.multi.2.q.prima. † Et ideo Iudæi & Sarraceni constitutionibus canonicis non ligãtur, extra de diuor.ca. gaudemus. Nam cum libero arbitrio creauit nos Deus, de pen.di.2. Si enim & ad fidem catholicam, quæ veritatem tulit & in qua perfecta salus inuenitur, nemo compelli tur.45.dist. De Iudæis. multo ergo minus quis ad superstitionem iudaicam compelletur. Et ideo ad fidem catholicam semel susceptam cõpellitur, vt in dicto cap. & si Iudæos, & melius, in cap.christianos, de hæreticis, lib. sexto, quia ex quo veritatem agnouit non debet amplius
m retroire [m] iuxta verbum veritatis dicentis Lucę nono, Qui ponit manum ad aratrum & respicit retro non est aptus regno cœlorum, extra de voto, c.magnæ, & de tali dicit, quod melius fuisset viam dñi nõ agnoscere: quã post agnitã retroire.27.q.fi.ca.non obseruetis. Sed in nostro casu de iudæo ad sectam saracenorum transeũte dici non potest, quia cum veritatem non cognouerit, non videtur retro respicere, nec uiam domini derelinquere, imo cum secta saracenorum sit minus mala, quàm Iudæorum, iuxta verbum domini dicentis Iudæis, Matthęi 11. tollerabilius est sodomis quàm uobis, in die iudicij, & propheta Ezechiel dicit eis. Iudicastis sodomam, quod exponens Augustinus dicit, id est, comparatione vestra iustificata est. Et dixit qd Iudæi peiores sunt gentilibus.1.q.1. c. nonne & quæ sit ratio, ibi notatur. Non est ergo puniendus, qui uiam minus malam eligit. ff. de reg.iuris.l.quotiens. Et quod sint peiores, satis demõstrat etiam ecclesia, quia cum in die parasceue oret pro omnibus, pro iudæis non flectit genua sed pro paganis sic: Et ideo leges puniẽtes apostatas semper loquuntur, quãdo catholicus trãsit ad aliam sectam. C.de Iudæis.l.Iudæi, ne sanctum baptisma iteretur.l.2. imo hoc uidetur ꝓbari, in l.fi. Nam si aliquis renunciauit fidei Catholicæ, & conuertit se ad aliam, punitur pena exilij, & sic maiori quàm si esset perfectè Christianus, per quę videtur consentire, quòd si non renunciasset fidei Catholicæ, licet transiret ad aliam non puniretur. hæc sunt originalia domini Oldradi consilio.li. incipien. Iudæus. Et quia strenue loquit, volo esse felix recitator eius inni
17 tens opinioni. †Sed quid dicis de Iudæo & saraceno, qui in opprobrium fidei *Christianæ in die* parasceue domini agnũ siue ouem crucifigunt, crucem conspuunt, & pedibus conculcant, uel in imaginem crucifixi omnia opprobria nouiter faciunt, nunquid istos tales puniet inquisitor tanquam hæreticos uel facientes rem hæresim sapientem. Et certe quamuis isti tales sint puniendi per iudices seculares de tanto excessu arg.l.Iudæos.C.de Iudæis, & cum sit pœna arbitraria, credo quod vsque ad mortem inclusiue
18 per glos.in §.summa, instit. de iniurijs. †Et quia magis est diuinam maiestatẽ offendere, quã secularem, extra de hæreti.cap.vergente, attamen quia per hoc error non inducitur, non spectat ad officium inquisitoris quod est limitatum, vt diximus iuxta cap.accusatus.§.sanè, de hæreticis, libro sexto. nam ad hoc vt quis sit hæreticus, necessarium est quòd ex suo dicto uel facto falsus uel nouus error prodeat, iuxta capitu. hæreticus, cum sequentibus.22.q.3. Sed pone quæstionem quam habui de facto. Iudæus quidam uel & saracenus ut nunc est in facto locum de-
n derunt, [n] vt quædam mulieres conuersæ ad fidẽ Catholicam vnà cum eis accedant ad terram saracenorum, & ibi redeant ad iudaismum uel ad sectam Machometicam receptãdo & occul-
19 tando illas. †Et sic de facto mare transfretarũt, & quædam in Portugallia ad iudaismum, aliæ in terram saracenorum, ad sectam saracenorum sunt reuersæ, per receptationem consilium

lium & fauorem dictorum iudæi & sarraceni, illi capiuntur per inquisitorem, & fit processus cõtra illos, de receptoria & fautoria hæreticorum. Iudices regij petunt illos, quæritur an sit casus inquisitoris, pertinẽs pro iurisdictionẽ ecclesiæ. Et sic inquisitor potest allegare, quòd dictæ mulieres, quę iam erant conuersæ ad fidẽ catholicã, ad iudaismum, vel sectam Machometi redeũtes sunt hæreticæ, vt in cap. contra christianos, de hæ
20 reti. lib. vi. merito † receptatores talium sunt, vt hæretici puniendi, vt. ff. de recepta. l. j. & ij. & C. de iis qui latrones. l. j. & ij. Ideo grauius, quia aliorum errorem defendunt. xxiiij. q. iij. qui consentijt, & extra de hæreticis, cap. pen. in fine, etiã si essent parentes, vel consanguinei, arg. xxvij. q. j. de filia, & in ca. si quis episcopus, de hæreticis, & crimen receptationis committitur ex vno actu, arg. ff. ad l. iuliam, de adulte. l. mariti lenocinium. §. quæstũ, & colligi potest, extra de pęnis. cap. fœlicis, ergo a fortiori in nostro casu vbi fuit actus cum continuatione, arg. C. de incest. nup. l. qui contra, & talis receptator non fuit sola receptione contentus, sed auxilium & opem dedit illas transfretando. Si ergo christianus hoc fecisset, constat quod contra eum posset per inquisitorem procedi, igitur & contra eum, sed nonne excusabuntur, eo, quia iudæi & sarraceni, qui nõ sunt de foro ecclesiæ, & de illis dicitur de ijs qui for. sunt iux. ad nos. de diuorcijs, gaudemus, dicas quod non, quia ratione delicti sunt de foro ecclesiæ, de iudic. cap. postulasti; verum est quòd per excommunicationem non possunt compelli, quare cum excommunicatio eijciat extra ecclesiam, in iudæo locum non habet, qui extra ec
21 clesiam est. † Item tales appostantes dicuntur præuaricari in Christum, vt j. q. iiij. cap. iudæi, & ij. q. vij. non potest, & ca. alieni. Et ideo pro dicta causa, id est assumpta fide per baptismum, diuersam partem adiuuantes per infidelitatem & ritus, vt ff. de præuari. l. j. de ijs qui no. infa. l. athletas. §. penulti. Præuaricator potest coram iudice coram quo præuaricatus est, & cui per præuaricationem iniuriam irrogauit accusari, quia & per eum puniri: vt. C. de calum. l. j. ff. ad Turpil. l. j. §. j. & de adu. di. iudi. l. j. & de testi. l. nullum. talis autem esset iudex ad defensionem fidei per sedẽ apost. deputatus, scilicet inquisitor: & hoc idem contra operantes in crimine per dictum cap. cõtra christianos, de hæreticis. lib. sexto, & eo. ti. ca. pen. in antiquis. Et hæc est communis sententia tam Oldradi in suis consilijs, consilio xxxv. incipien. infrascripti sunt articuli, quàm domini Aymerici inquisitoris in suo lib. dictis, quàm aliorum. Sed est maior dubitatio, si inquisitor fecit processum contra istos, & ut hæreticos fautores, uel receptatores condemnauit illos: tamen pro prima vice admisit ad abiurationem; iuxta cap. ad abolendam. de hæreticis, vel pœna exilij illis dedit, uel ad carcerem condemnauit. iuxta cap. ad abolendam. nunquid potestas secularis ex eo de factis ex alia criminis specie, vt quia liberos homines & catholicos, ad sarracenos asportauerit, uel alias poterit in illos animaduertere, & pœnam supplicij imponere.
22 † Et uidetur quod non, immo grauaret, quia lege cautum est, ne quis duabus legibus reus fiat. Sed dic quod lex senatus non uendicat sibi locum in nostro casu: nam ut dicunt Guil. de Cug. & Iacob. de Butr. in l. placet. C. de summa trin. vt refert ibi Bald. quòd illa lex loquitur de delicto simplici, sed quando non est delictum simplex, sed ratione qualitatis offenditur, non
23 solum iudex temporalis, † vterque potest punire, allegat in auten. de sanctis episcopis. §. si vero crimen, colum. ix. plus dicit dominus Iacob. quod quando plures pœnæ ueniunt ex diuersis legibus, habet locum dicta. l. sed quando ueniũt ex eadem, omnes imponuntur. Sic ergo dicit Bald. notandum, quòd pœna temporalis non tollit spiritualem, nec econtra. vnde licet quis acceperit pœnam spiritualem de delicto nõ minus punitur in palatio, secundum dominum Iacobum. & ideo dominus Baldus in l. prima. C. de summa trinitate, in x. corondello mouet quæstionem de illo qui commisit incestum, uel adulterium, cum consanguineã & nupta, quod crimen pertinet ad ecclesiam, saltim quo ad ecclesiasticam pœnam, ut dixit idem Bald. in auctenti. clericus, de episcopis & clericis, modo episcopus condemnauit illum ad perpetuum carcerem, potestas uult eum decapitare, quæritur utrum possit, & dicit quod uidetur quod non, quia condemnatio episcopi est terminus pœnæ. In contrarium allegat dicens, quod quãuis sit terminus pœnæ, quo ad iurisdictionem episcopalem, tamen temporaliter maior pœna debet imponi. Et ideo iudex secularis suo iure potest uti: nam pœna episcopi propter qualitatem iurisdictionis non respondet excessui. Et ideo cum delictum non sit plene punitum, debet plene puniri. ut. ff. de officio proconsul. l. si quid autem. & ff. de officio præfecti uigil. l. fina. & C. de spor. l. ij. ubi in ratione sui uidetur casus. Et licet Bald. ubi supra, dicat se dictam quęstionem non determinare, quia dicit pendere de facto, satis sua determinatio pateat per iam dicta, etiam per ea, quæ ipse idem dicit, in dicta l. prima, de summa trinit. in nono corondello, dando intellectum ad dictam legem senatus. Et pro parte tu allega tex. singul. in capit. fœlicis, de pę. lib. sexto. §. porro. Ex supradictis uidere potes, quid iudex ecclesiasticus & secularis facere debeant, ad hoc ne una iurisdictio, aliam contundat, uel grauet, & censent quotidianæ contentiones. Et hæc sufficiant de hac materia hæresis. cætera uide per te in proprijs titulis iuris canonici, uel ciuilis. aliàs de hac sola ma-
24 teria esset totus liber componendus. † Solum scias, quòd etiam quòd inquisitor condemnet hæreticũ bona cõfiscantur, & ueniunt ad princi-

q pem q & vide quod scribit Oldra. in suo consil. 17. incip. thema tale est, & de foro est decisum, in foro los bens de criminibus.

## CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶ECCLESIASTICVS.] Indubitatum est hæresis crimen ad ecclesiasticum iudicem spectare, vsque ad condemnationem, postquam eius executio ad seculare transmittitur iudicem. vltra hic allegata idem not. in authen. Gazaros. C. de hæret. habetur in c. excommunicamus. §. 1. extra eo. ti. & in c. ad abolendam, vbi Panor. nu. 7. 12. extra eo. ti. in c. vt officium. c. cũ secundum. eod. tit. in 6. Doctor. præsertim Andr. Alciat. in c. 1. de offic. ordi. Angel. in l. Diuus. ff. de custod. reorum. Salyce. in l. ea qui dem. vers. decimo quero. C. de accus. Abb. Panor. in c. fi. extra de statu Regul. Matth. de Afflict. in Reg. constit. inconsutilem. not. 20. Lancelot. Conrad. in Prætore. de hæret. c. 1. nu. 18. Rolandus à Valle in consil. 8. num. 5. volu. 3. & in consil. 20. num. 10. eo vol. Socin. in consi. 119. nu. 9. volum. 4. summa Tabiena in verb. hæreticus. 3. pœna. col. 6. Aegid. Boss. in titul. de foro comp. nu. 159. Nicol. Anton. Granatius ad Vestrium. li. 5. c. 1. nu. 6. Hieronym. Cagno. in l. cũ quædam puella. nu. 33. vers. magistratus tamen. ff. de iurisd. omn. iudi. Gundissaluus de Villadigo in tract. de hæreticis. q. 7. per totum. Simancas in pract. hæreseos. c. 36. Iodocus Damhouderius in Enchiridio crimin. c. 61. numero 54. Marcus Anton. Cucchus, Institut. Canon. libr. 4. titul. 3. versicul. postremo si huiusmodi. D. Iulius Clarus lib. sentent. 5. §. hæresis. nu. 5. & §. fin. quæst. 96. num. 7. & D. Franciscus Bursatus in consil. 43. ob crimen. nume. 23. 24. & in consilio 90. An iudæus. numero 16. 29. vol. 1. & in lege veteri solus sacerdos habebat potestatem iudicandi leprosos, patet Leuitic. cap. 13. Lepra autem nil aliud figurauit, quàm hæresim, ut (ex Augustin. lib. 2. quæstion. euangelica. c. 40.) voluit Alfonsus de Castro. lib. 1. de iusta hæret. punitio. cap. 5. & latius capit. 23. ubi abunde pluribus fundamentis dicit hanc opinionem validam, quòd secularis contra hæreticum non iudicat. ¶Concilium Tridentinum de reformatione. c. 6. liceat. Sess. 24. idẽ statuit, & quòd non cognoscant in absoluendo vicarij, sed ipsi episcopi. ¶Limita nõ procedere, primo quoad sententiæ executionem ab episcopo latæ, vel iudice ecclesiastico, in illa etenim secularis ex ecclesiastici ordine interponit, vt volunt ferè omnes supra relati Doct. ¶Limita secundò, secus esse quoad capturam personæ, & carcerationem, quia hæreticus poterit capi, & de eo dari notitia superiori ecclesiastico, & ad eum illum remittere. Ita Iulius Clarus in dict. §. hæresis. nu. 5. Vbi dicit ita rescripsisse Senatum Mediolanense Prætori Cremonensi. ¶Limitat tertio non procedere nisi quòd iudex ecclesiasticus condemnat quem esse hæreticum, & ad ipsum spectat hoc declarare, ad pœnam tamen ignis non condemnat, sed eum remittit ad iudicẽ secularem puniendum. Ita dicit ibidem Iulius Clarus numero. 6. allegat Bossium in titu. de foro competenti, numero. 161.

b ¶COGNITIONE.] Hieronymus Cagnolus in dicta l. cum quædam puella. numero 33. ff. de iurisdict. omnium iudicum. ex aliorum ab ipso relatorum sententia asseruit indistinctè verum esse, quòd in delicto merè ecclesiastico, qualis est crimen hæresis iudex secularis executor iudicis ecclesiastici, dum sibi transmittitur condemnatus de hæresi, non debet cognoscere de validitate, vel inualiditate sententiæ, prout voluit hic Belluga. licet contrarium asseruerit Bartol. in l. magistratibus. num. 5. ff. eod. quia contra eum tenet ibidem Ang. & Francisc. de Aretio. in c. at si clerici. de iudi. vbi dicit dictum Bartol. falsum esse. vbi etiam Augustin. Berous dicit num. 79. communem opinio. esse contra Bartol. & canonistarum, sequitur Aegid. Bossi. in titul. de hæreti num. 35. Simancas in pract. hæreseos. c. 36. num. 3. & tenuit etiam Martin. Laudensis in tracta. de reprobationib. Bartol. reprobatione. 5. Ioannes tamen Igneus in l. 1. §. quum dominus. num. 41. ff. ad Sylla. ubi refert opinionẽ Bartoli vidisse seruari Mediolani, & etiam in Gallia. Sed Dom. Iulius Clarus Regens meritissimus in senatu Mediolanensi lib. sentent. 5. §. fina. quæst. 96. num. 7. asseruit senatus sententiam combustionis statim exequisse contra quendam Vicentium Gambam. Maximè tempore nostro regnante Rege Philippo de Austria. & non mirum, cum pro Christi ecclesia Regum omnium futurorum debeat esse perpetuum exemplar, quis enim in tantis immanis Turcæ Tyranni turbinibus, ac procellis, quibus iugiter non finit sanctam Romanam, Catholicam, orthodoxamque peruertere ecclesiam, eius non videat tutelam? Non terra, non mari, non quouis genere auxilii ipsam relinquit, hoc vnicum est totius Christianæ religionis tutamen, non legibus solum, sed verbis, sanguine, bonis, statu, armis, manibusque inimicos obstringit, spiritu sancti inspiratione sancto fœdere iuncti Rex noster, Pontifex maximus, eiusque sancta Ecclesia, vnà cum Illustrissima, verèque omni laude dignissima republica Venetorum, aliisque pijs, Catholicisq; principibus, iam classe maritima deuicerunt, illum in Italiam portantes, victosque pœnates, ò si Deus pro immensa eius in nos misericordia, ad nostra scelera non respiciens graui castigatione digna, iterum, ac denuo pro sancta eius fide regenda, fœdus inierint, non in terris solum, sed in cœlis erit gaudium supra gaudium, superans omne gaudium, pugnantibus enim pro ipso, non timebunt quid faciat eis homo, quia, quis contra eos erit? si Deus pro eis? super aspidem, & basiliscum ambulabunt, & conculcabunt Leonem, & Draconem, & quis tam vesani capitis erit, qui ab hoc argumento desistet? Ego (inquit dominus) rogaui pro te Petre, ut non deficiat fides tua. Deus longo interuallo sustineat hos inuictissimos Principes ad sui nominis gloriam, ita ut sub vno ecclesię Romanæ Pontifice totus mundus subdatur, fiatque unum Ouile, & vnus pastor.

c ¶CHRISTIANO rustico.] Qui enim rusticitate aut simplicitate ductus est, delinquens excusatur. tex. cum gloss. in l. 1. ff. legibus, & rusticus aliquid dicens ex ignorantia excusatur, ita ut in hæresim ne incidat, voluit aperte Alfonsus de Castro. de iusta hæreticorum punitio. libro primo, capit. nono. inter cætera ita ibidem dicens. Ex his omnibus colligimus nullum hominem etiam si quemlibet pestilentem errorem teneat, & doceat, dicendum esse hæreticum, si absente malitia ex sola id dixerit ignorantia: & pluries in eodem capitulo. Nec eo casu si tenet quis vt tenet ecclesia Catholica, etiam si erret, dicetur hęreticus, quia credendo vt credit ecclesia excusatur à pertinaciæ uinculo, quod vnum est ex requisitis in crimine heresis, hęreticus enim, & pertinax non dicitur qui ecclesiasticæ se subiicit determinationi. Arnaldus Albertus in tractatu de hæreticis. quæstione tertia, numero vndecimo, in fi. quæstio. 29. num. 30. 38. & quæstio. 30. num. 72. & post multos eleganter consuluit Dom. Iacobus Menochius in consil. 82. iussistis. num. 174. & seq. volu. 1. vbi dicit sufficere quòd idiota implicitè tantum teneat, quæ fidei sunt, ex sententia Diui Thomę Aquinat. 2. 2. q. 2. artic. 6. Alfonsi de Castro in dicto. c. 9. & Angelus de Clauas. in summa. in uersiculo, fides. numero quarto. & Syluester

Prierius in versic.fides.num.6. ¶ Limita primo, quòd licet rusticus credens, vt credit ecclesia, tamen ecclesia nõ tenet secundum credulitatem suam, excusetur ab hæresi, non tamen excusabitur si postmodum informatus de credulitate ecclesiæ, ac correctus, & emendatus ab inquisitoribus, desistere noluerit, hæreticus dicetur, ut voluerunt supra notati, & voluit Bartol.in l. tutor.§.tutores.ff.de suspect.tutor, & voluit Iulius Clarus lib.5.sententiarum.§.hæresis.nu.2.Et quis dicatur pertinax in simili delicto.Thom.2.2.q.138.artic.1. Ant. Floren. in sua summa.parte 2.titul.12.c.5.§.1.Syluester Prierius in versicu.hæresis.1.num.5.Card.a turre cremat. de ecclesi. li.4.capi.2.parte.2.Iacob.Simancas in Praxi Hereseos. tit.30.Arnaldus Albertus in dicto tracta. de hæretic. qõ.5. num.7.& q.30.& D.Menochius in dicto consil.82. num.171.cum duobus seq. volum.1. ¶ Limita secundo quòd licet ille talis in hæresim non incidat, ita tamen errando peccat, vt voluit Diuus Thomas.2.2.q.2.articul.5.& articul.8.cuius authoritate ita voluit Gundissaluus de Villadiegho in tract. de hæretic.q.2.Syluester Prieri.in verb. fides.nu.6. licet enim excusari possit à tam pernicioso facinore, non tamen in tantum excusatur, vt non peccet, & puniri debeat.capitu.qui secundum carnem. 23. questio.4.cap.si quis dederit.24.q.1.& in c. quemadmodum.32.q.7.Gratianus in summa.15. q. 1. Bonauentura in secunda senten.dist.22.Alexan.de Ales.in secunda parte summæ.q.172.& iterum in 4.parte.q. 65. membro.2. articu.1.quorum authoritate dixit Andr.Tiraquel.in tracta.de pœnis.causa.11 num.1.2.quòd licet rusticus, qui simplicitate, & ignorantia delinquat, excusetur, non tamen omnino, quin peccet, & puniatur.allegat suo more nonnullos, & præsertim Thom. 2. 2.qõ. 76.articul.3. ¶ Item hęreticus non dicitur, qui de dubiis articulis vnam opinionem amplectitur, quamuis non veram. Innocen.in c.ne innitaris.de consti.Fely.in cap.1.de hæreticis. ¶ Item qui semel hæreticorum conciones audierit, non dicitur hæreticus, vt voluerunt Io. Andr. & Gemin.in capitu.secundo, de hære. libr. 6. dum tamen non dedita quis iuerit ad ipsos audiendos opera, tunc enim ex malo ipsius animo aliud crederem, & si frequentaret censerem eum esse hæreticum, qui a ex malorum frequentatione malus quis iudicari debet, ex frequentia, enim periculum audientis imminet, ob quod uitandum est, argum. notatorum per Angel. de Clauas. in summa in versicul. hęreticus.num.4.in fi.oportet enim (inquit Alfonsus de Castro de iusta hęreticorum punition. lib. 3.capi.1.) omnes auferre occasiones, quæ possunt ansam hæresibus præbere, euellere omnes radices, ex quibus perspicuum est hæreses facile posse nasci. ¶ Item hæreticus non est, qui ad eos accedit, ut eorum doctrinam audiret, & tamen à fide non deuiauit, gloss. & Bartol. in l.1.C.de summa Trini.& fide Catho.argum. l. quicũque. §. eos uero. C. de hęreticis.glossa in capitulo. penul.in versicu.puniendi. extra de hęre. laudarem tamen ab eorum consortio satius esse veluti à pestilenti morbo caueri, ex malo enim non nisi malum, & non potest mala Arbor bonos fructus facere, nunquid colligi poterunt ex tribulis ficus, aut ex spinis vuæ? Fons enim qui aqua caret, alios potare non ualet, & corpus quod lucidum non est, alios illuminare nequit, inquit Alfonsus ubi supra.lib.3.capi.3.mala est enim scientia, quæ occasionem peccandi tribuit.gloss.in cap. quamuis. 28. distin.uoluit Matth.de Afflict.in const. Regni. inconsutilem.sub nu.10. sub rubr. de hæretic. & pataren. ¶ Item qui per metum gestu, & ore tantum cogitur Mahometum, & alijs idolis reuerentiam præstare, & eos adorare, & corde id non fecerit, non erit censendus hæreticus. vt voluit Syluester Prierius in summa.in versicu.fides.co lum.4.§.1.faciunt notata per afflict.in dicta const.inconsutilem.quæstione.2.nume.13.ubi quęrit de muliere coacta à Dęmone sanctam Crucem spuere. allegat Nicolaũ in summa Pisanella in versicu. Apostasia.

d ¶ MONACHO.] Abbas Panormita.in capit.de homine.num.6.indistinctè sequitur opinionem, ac distinctionem Iacobi Butrigar.videas etiam Matth. de Afflic. in dicta constitu. inconsutilem. q. 7. num. 23. & Gundissaluum de Villadiego in dicto trac.de hæret. q. 9. ubi me remitto.

e ¶ INVOCATIONIBVS.] Demonum inuocatio, an, & quando hæresim sapiat.Syluester de Prierio. in summa in versicu. hæresis.2.colum. 2. Gũdissaluus de Villadiegho.in tracta.de hæretic.q.9.& alia per Afflict. in dicta const.regni.inconsutilem.vbi videndum.

f ¶ ADORATIONE Diaboli.] Diabolum adorare hæresis manifesta est, tribuitur enim Diabolo creaturę, quòd Deo summo Creatori tribui deberet, ut post gloss.ex Oldrado, Ioann.Andr. Dominico, & alijs tradidit Philipp.Franc.in dicto capit. accusatus. §. sanè. de hereticis.libro sexto.quod cum clarum sit, ac nulli dubium, patet per illud Diaboli, cum Christo dixit, hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me, cui respondit, dominum Deum tuum adorabis. Ita etiam expressam hæresim Diaboli adorationem esse asserit Paulus Griland.in tracta.de sortilegiis.q.10.num.8.& 9.quibus poterunt iungi quæ docuit Alfonsus de Castro. Aduersus hæreses.lib.8.in versicu. idolatria.cui Addas ita etiã damnari Messalianos hæreticos cuius sectæ principes Dacosius, Phibas, & Dalphidius, qui (teste Rauisio) effectum Dęmonis quendam expectabant, quem spiritũ sanctum arbitrabantur.

g ¶ FVTVRA præsciamus.] Heresim esse inuocare dęmones vt futura præsciantur, etiam ethnicorum probatur authoritate, & præsertim Aristotel. in lib. 1. Perihermenias. siue de interpretatione. vbi dicit, futurorum contingentium non esse terminatam veritatem, cui concinit illud Francisci Petrarchę de vita solitaria. lib.1.tract.4.c.3.in fin.ibi. Futuri semper incerta conditio est. & hanc opinionem tenuit Matth.de Afflict.in dicta constitu.Inconsutilem.num.17.& tenuit Geminian. in consil.54.vti eum refert, & sequitur Do. Iulius Clarus sentent.lib.5.§.fi.q.60.& clarius ipse Clarus.in §.hæresis.num.24.tu adde etiam a nemine allegatum Paul. Grilland. in tracta.de sortilegijs q.10.& qõ. 12.num.19. vbi dicit distinguendo, & q.6.num.4.5. & latius Thom. in tracta.quæstionum. q. 16.articul. 7. Syluester in summa in versicu.hæresis.2.col.2. & Gundissaluus de Villadiegho in tract. de hæret.q.9.

h ¶ MVLIERVM.] Ob amoris in mulierem causam Dęmones in sui suffragium inuocans non incidere in hęresim vltra Bellugam hic voluit Dominicus de sancto Geminia.in consil.54.Matth.de Affli. in consti. inconsutilem.num.17.vbi dicit procedere, dum tamen inuocatio fiat per modum Imperij, & nõ adorationis. sequitur Dom.Iulius Clarus.lib.sent.5.in versic.hæresis.num.24. excusationis causam afferre conantur ob illiciti amoris furorem insaniamue cuius occasione iam plura nefaria, iniusta illicitave patrata esse apud historiarum scriptores narrantur, vt eo furore coacti videantur iuxta illud Poetæ.

Quid non frangit amor? fulminis qui impetus illi
Aequandus.

De cuius furoris nefando Imperio nonnulla Plato in conuiuio de amore. Dialogo. 8. vbi Marsilius Ficinus in oratione.5.capit.8.in fi.& orat.3.cap.2.quibus a stipulatur illud Vergilii.

Et genus æquoreum, pecudes, pictæque uolucres

In

In furias, ignéque ruunt, amor omnibus idem.
Inde Seneca inquit, amor formæ rationis obliuio est, & insaniæ proximus. Ob quod Aristoteles lib. Ethicorum. 7. c. 2. ait, Venereorum appetitus, nonnullos in furorem, atque insaniam adigere. quibus concinunt, quæ posuit Andreas Tiraquell. in tract. de pœnis. causa. 4. per totum, & quæ ponit D. Bernardinus Bombinus in consil. 13. præmisso statuto sub num. 46. vsque ad finem. cui similis est Lucretij Poetæ historia, qui sumpto amatorio poculo, eo furoris raptus est, vt sibi ipsi violentas manus intulerit, dum antea diù delirio laborasset. de quo Angelus Politianus in nutricia.

Nec qui Phyltra bibit, nimioque insanus amore,
Mox ferro occubuit, sic mentem amiserat omnem.

Omitto Paridis in Helenam amorem, vnde tam immane bellum successit illisque destructio, de quo poetarũ, historiarumque libri referti sunt. de quo bello Homerus in illiade, Vergilius in secundo Aeneidos. Seneca in Troade, & inde Propertius, lib. 2. inquit

Olim mirabar, quod tanti ad pergama belli.
Europæ, atque Asiæ causa puella fuit.
Et paulo post.
His olim (vt fama est) vicijs ad prælia ventum est.
His Troiana vides funera Principis.

Indeq; ob Lauiniam, Latini Regis, & Amatæ filiam, Bellum inter Aeneam, ac Turnum gestum est. Vnde Pontanus lib. 4. de stellis.

Hinc atrox bellum exoritur, pro coniuge certat
Hinc rutulum manus, hinc fulgẽtibus Arcades armis
Ac tandem victor potitur regnoque, thoroque
Sed faro cadit infælix caua ad Antra Numyci.

Sabinorum quoque bellum cum Romulo gestum est, ob raptas à Romulo Sabinas, de quo Propertius lib. 2.

Cur exempla peccata Graium? Tu criminis author
Nutritus duro Romulæ lacte Lupæ.
Tu rapere intactas docuisti impunè Sabinas.
Per te nunc Romæ, quidlibet audet amor.

¶ Alfonsus tamen de Castro. de iusta hæreticorum punitione. lib. 1. c. 16. disputando de incantationibus, ac inuocationibus dęmonum, quas faciunt istæ lamiæ, & strigæ. concludit hoc esse omnino hæreticum. Quibus iungi poterunt, quæ dicendo, cum dęmonibus nullo esse commercio conuersandum, Dominicus de Soto de iustitia, & iure lib. 8. q. 3. articul. 2. col. 4. inquit, adnotandũ est Dæmones in Odio Dei, quod primo actu conceperunt, adeo esse obstinatos. & obduratos, ut quicquid vel faciant, vel meditentur ex alio odio demanet, & ad Deũ ipsum infestandum procedat; quo circa (id quod considerate meditandum est) odia, quæ in nos exercent, non in nostrum tantum malum intendunt, sed vt Deum offendant, & iniuriis prosequantur, eumque eo fine, & ꝓposito frustrentur, quo nos creauit: videlicet ne gloria sua, nomenque amplificetur;. quapropter professio nostra est aduersus illos, tanquam aduersus accerrimos hostes nostros, perpetuum gerere bellum, quod super fontem Baptismi illis indicimus, nomina nostra dantes in militiam Christi aduersus illos, quos ideo abiuramus, renuntiantes illis omnibus pompis eorum, atque adeo sanctissimè pollicitãtes nullo nos unquam eorum fauore, aut auxilio, aut beneficio vti. Hæc soto. Cum quibus ego accederem dicens, nullo vnquam pacto licere hoc casu ad pudicitiam mulierum, hominumve tẽtandam dœmonum suffragiis, inuocationibusque vti licere absque hæresis suspitione, cum fiant similia ad finẽ mali (vt nemo negabit) quo casu licere non debet arg. eorum quæ tradidit Oldrad. in consil. 210. cum aliis allegatis per D. Bernardinum Alphanum, in collectaneo. 702. facientes. Diaboli enim cum sit natura circuere, quærendo quem deuoret, vt in 1. Petri. 5. si eius fiat inuocatio, siue ob amorem quamuis illicitum, siue ad finem rei cuiusuis, iam nulli dubium eius loquelam, conuersationem, commerciumque grauiter homini nocere posse: suis enim blanditiis mortalis homo posset statim opprimi, tum maxime, cum tale principium sit ad impetrandum ab eo malum, & non ad opprimendam eius malitiam, is enim sua uirtute etiam viros sanctos opprimere non desinit, iuxta illud Ezecchiæ. Aquila grandis magnarum alarum uenit ad Libanum, & tulit medullam cedri.

i ¶ HVIVS proprium.] Sed quid si Dęmones inuocẽtur ad recuperandam sanitatem, an ea inuocatio hæresim sapiat? videtur quòd non, ex quo Dęmones magis quàm homines intellectus subtilitate, & longa rerum experientia, cognoscere poterunt naturalium effectuũ impedimenta, & similiter causas, & effectus prædictos occulte impedientes & producentes, ut capi potest ex Diuo Thoma Aquin. in summa contra gentiles. libr. 3. capitu. 154. quibus concinunt dicta Augustini in capit. nec mirum. 26. q. 5. quòd Dęmones secundum ordinem naturalem quædam operantur, quę hominibus propter ingenii grossitiem videntur miraculosa. quia ex ingenii subtilitate naturas occultas rerum sciunt. Videndus est idem August. libro 3. de trinit. & Bonauentura libro 2. Sent. disti. 7. & Thomas de Aquino in tracta. quæstionum. quæstio 5. tit. de mirab. ¶ Saluo tamen Catholicæ, Romanęq; ecclesiæ iudicio, ego in contraria sum sententia, non esse hanc inuocationem sine hæresi, quia tribueretur Diabolo, quod contrarium est ipsius naturę, quæ apta est ad nocendum. Diabolus enim ministerio suo malus est, vt voluit Augusti. ad simplicianum. libr. 1. quæstio. 1. dicitur enim sator malorum, vt in clem. si. vbi Cardi. de heret. sunt enim Dęmones hominum deceptores, vt docuit Augusti. in euangel. Ioannis. tracta. 7. ob quod sub specie boni malum permitti non debet, cum Dęmonis natura sit non benefacere, vti inimicus (iuxta illud Petri) aduersarius vester Diabolus, inimicitia etenim magna homines prosequitur: quia (iuxta Augustini sententiam de Symbolo ad Cathecuminos) liberos videt, quos tenebat ante captiuos, videt sanos, quos suis iaculis prostrauerat vulneratos: & quòd plus cœlorum sedes conspicit hominibus præparatas, vnde ipse propter superbientem regnandi cupiditatem cecidit & expulsus est, vt nos diximus Problemate. 7. nostrorum Problematum Miscellaneorum. ob quod non potest homini benefacere, quæ (rogo) hominum insania est, ut homines confidant Dæmonibus, Angelis tamen, & altissimo Deo nequaquam. Vnde dicam cum Augusti. de ciuitate Dei lib. 21. capitu. 6. si enim hæc (inquit) immundi Dæmones possunt, quanto potentiores sancti Angeli, quanto potentior his omnibus Deus? Qui tantorum miraculorum effectores etiam ipsos Angelos fecit? Et quo modo respondebunt Domino dicenti, ego sum via, veritas, & uita. Si ipse vita est viuificans omnem animã, quomodo aliunde vita reperietur? Vnde illud Dei. Ego occidam, & ego viuere faciam. Ipse enim Deus vitæ, ac mortis potestatem habet, vt habetur Sapien. 16. audiendus est August. de tpe Sermon. 215. & si adhuc (ait) videtis aliquos aut ad fontes aut ad arbores uota reddere & sicut iã dictum est, sortilegos etiam, & Diuinos, vel præcantatores inquirere, filateria etiam diabolica, & characteres, aut herbas, uel succos sibi, aut suis appendere, durissimè tanta eorum peccata increpantes dicite, quia quicunque fecerit hoc malum, perdit Baptismi sacramentum. Si ergo Baptismi sacramentum perditur? vt quid erit in causa, cur in hæresim iste inuocans Dæmonem non incurrat, cui iam Baptismi in lauacro abre-

abrenunciauerat? iam cum Deo circa Dęmonum conuersationes renuntiationem contractus initus erat, & quod semel eidem placuit, non debet amplius displicere, & iam fides præstita est, quam fallere non licet. contraria nitentibus claude os, cum illo Augustini de tempore Sermon. 96. qui ita de Diabolo alloquitur. quare aduersarius tuus est, quia contraria iubet, quæ tu facis: dicit tibi, vnus est Deus tuus, vnum Deum cole? Tu vis dimisso vno Deo tuo, tanquam legitimo viro animæ tuæ, fornicari per multa Dæmonia; Et quod est grauius, non quasi apertè deserens, & repudians sicut apostatæ faciunt, sed tanquàm manens in domo viri tui admittis adulteros, id est, tanquam Christianus non admittis ecclesiam, consulis Mathematicos, aut aurufpices, aut maleficos, quasi de viri domo non recedens adultera anima, & manēs in eius coniugio, fornicaris. hæc Augustinus. Inde idem Augustinus in libro. quæstion. vet. & noui testamenti. quæstio. 95. Ars Mattheseos euitanda, & fugienda est, hanc enim astutia, & subtilitas inuenit Diaboli, quia enim apertè repugnare non audet authori, tergiversatione id agit, vt & Deo iniuriam faciat, & hominem legi inimicum constituens mulctet. Si ergo hoc Diaboli inuentum est, quomodo illud sequemur, Dei tū doctrinā minime? Nonne veritas uera ait: Qui non est mecum contra me est, & qui mecum non colligit, dispergit. Nonne primum Decalogi prceptū habemus, vt vnum colamus Deum. Quomodo ergo idolatrice (Deo relicto) pro salute corporum recuperanda ad Dæmonia cōfugiemus? Absit a Christianorum mentib, tam grauis Vesania, vt hæc vana insectantes, ab alio quæramus auxilium, quàm à Domino Deo omnium Bonorum datore, & largitore, infinitus quippe Dei Thesaurus est, vt in manu eius bona cuncta residean, qui solus sanat langores, & quod dicere voluit idem Augustinus de tempore, Sermone. 241. nullus ex vobis Carragos, vel diuinos, vel sortilegos requirat, nec de qualibet eos, aut causa aut infirmitate interroget. quæ uerba idem Augustinus retulit in lib. de rectitudine Catholicæ conuersationis, vbi plus post multa inquit, Ideoque fratres omnes adinuentiones inimici toto corde respuite, & sic pradicta sacrilegia cum omni labore, & horrore fugite, nulli creaturæ, præter Deum, & sanctos eius venerationem exhibeatis, fontes, vel arbores, quos sacriuos vocant, succidite, plantas siue vngulas pedum, quas per biuia ponunt, fieri vetate, & vbi inueneritis igni cremate, per nullam aliam artem saluari vos credatis, nisi per inuocationem, & crucem Christi. hæc ille. quam opinionem sequi videtur alios allegans Paul. Grillandus in tracta. de sortileg. q. 6. num. 18. & q. 11. num. 18. & Siluester Prierius in summa verb. Hæresis. 2. colum. 2. vbi dicit q̄ isto casu procedi poterit per inquisitorē hæreticę prauitatis. inde inquit Dominicus de Soto. de iust. & iure, lib. 8. q. 3. articul. 2. vitam (inquit) nulla res, nisi ab alio viuente per generationem habere ualeat, vel Deo, qui Dominus est naturæ id præstante. Quis autem tam cæcus erit, qui citra hæresim teneat ad impetrandam corporis sanitatem Demonum inuocationem fieri posse? Sequeretur inde magnum inconueniens, quòd si quem Deus infirmitatibus visitare vellet, quòd quis Dæmonum inuocatione sanitatē recuperare posset, quod nunquàm à Deo posset infirmari mortalis quispiam, nec etiam consilium eius fieret, aut volūtas eius staret? quod cum sit à religione Christianā satis alienum, confirmari debemus cum scriptura loquente. Consilium meum stabit, & voluntas mea fiet. aliàs si contrarium assereremus, esset quodammodo libertatem Dei hominum voluntatibus mancipari, quod cum hæreticum, nefariumque sit, dicendum est nullo pacto ad recuperandam sanitatem licere Dæmones inuocare, quin in hæresim incurratur. Et ita concludo, salua ecclesię correctione, cui semper me submitto. ¶ Quid autem de eo, apud quem hæreticorum libri reperiuntur? An hæreticus censendus sit, respondet Siluester de Prierio in summa, in versicu. heresis. quòd sic, & Hyppolit. de Marsil. in consil. 52. misericordia domini. num. 34. volum. 1. tenuit Matth. de Afflict. in dicta constit. inconsutilem. nu. 26. referens Archidiacon. in capitu. quicunque. de hære. lib. 6. latissimè Alfonsus de Castro. de iusta hæreticorū punit. lib. 2. capi. 15. 16. 17. & Lancelot. Conrad. de offic. prætor. lib. 1. titul. de heretic. capitu. 7. num. 5. & Excellentissim. D. Iacobus Menochius de arbitrar. iudic. quæstio. lib. 2. Centur. 4. casu. 374. num. 12. Hieronimus gratus in consi. 151. volum. 2. Rolandus à Valle in consi. 45. visa inquisitione. num. 40. volum. 1. debet enim qui illos habet statim comburere, & illos non retinere, nec legere, sed sanctæ inquisitionis officio præsentare, ac exhibere, vt prædictorum materiam referens, & alios allegans sapidissimè voluit Domi. Franciscus Burlatus. in consil. 7. Franciscus Veronensis. nume. 50. 51. & plenius in consil. 90. an Iudæus. num. 10. volum. 1. vbi dicit, duo requiri, vt quis retinens hereticorum libros censeatur hęreticus, primo scientia, secundo quòd tales libri sint damnati ut heretici, & quòd plus quòd requirantur validissimæ cōiecturæ quòd tales libri retineantur ad malum finem, allegat Marsil. in pract. crimi. §. diligenter. nume. 92. Calderi. in tract. de hereticis. q. 7. num. 5. & Do. Menochium vbi supra, apud quem me remitto, quia in dictis consiliis diligentissime tangit hoc negotium.

k ¶ HOSTIAM non consecratam.] Non consecratam accipere hostiam in sortilegiis hæresis non est, inquit Oldradus in consilio 210. Regularis habet traditio. quem refert, & sequitur Paulus Grillandus in tracta. de sortilegiis. q. 10. nume. 5. Ego tamen scio hodie seruari quòd in similibus proceditur per sanctam inquisitionem. quid tamen de vtentibus hostia consecrata? an hæresim sapiat? ponit latè Grillandus in dicto tractatu. de sortilegiis dicta. q. 10. nu. 4. vbi videndum est, & q. 3. nu. 15 & nume. 16.

l ¶ AMBAE sectæ.] Et licet ecclesia Iudæos tolleret, ac ipsorum ritus non tamen posset dare licētiam, quòd prædictos ritus seruarent. gloss. notab. in capi. qui sincera. 45. distinct. tollerantur autem ab ecclesia, vt Gundissaluus de Villadiegho in tracta. de hereti. q. 5. in fi. astruit vt & Hostiens. Butrius, & Panorm. asserunt in capi. & si Iudęos. de Iudeis. arbitrio percipientes, Iudæorum sinagogam fore Christi lucem suscepturam, ex illo Esaiæ. capitu. 10. si fuerit populus Israel, sicut Arena, reliquiæ eius saluabuntur. quod & Gregorius asserit lib. Moraliū. quarto, capit. 3.

m ¶ RETROIRE.] Vide Siluestrū de Prierio in summa in versic. hæresis. la 2. colum. 1. & Gundissaluum in dicta. quæst. 5.

n ¶ LOCVM dederunt.] Bald. in leg. 1. C. de his qui latron. Siluestri. in verb. hæresis. 2. colum. 1. & Gundissaluus Viladiegho. in tractatu de hæreticis q. 9.

o ¶ MAIOR dubitatio.] Adde quod Bartol. in l. magistratibus. ff. de iurisd. omn. iud. & in l. diuus. ff. de custod. reorum. asseruit quòd secularis iudex ab ecclesiastico requisitus, quòd sententiam de hæresi condemnatoriam exequatur, exequi eam non tenebitur, nisi processus sibi antea exhibeatur, an benè, aut perperam contra de hæresi damnatum ecclesiasticus iudex processerit. ¶ Contrarium tenet communis Doctorum, præsertim canonistarum sententia. Tenuit Bald. in authen. clericus qui C. de episcop. & cleric. Petr. de Ancharan. in capit. inquisitionis. §. prohibemus. de hæretic. in 6. Angel. in l. 1. C. de exhib.

de exhib.reis.Salicet.in l.ea quidem.q.10.C.de accusat.& Iason in dicta.l. Magistratibus,& nos diximus. cum alijs ibidem allegatis supra ea.Rubric.§.tractandum. in verb. requirit secularem, & iterum plenius in §. in verbo. ecclesiasticus; vbi hanc vltimam opinationem veram diximus,comprobando eam moderniorū ibidem relatorū authoritatibus.

p ¶RECEPTATORES.] De impiorum hæreticorū receptatoribus multa vtilia tractauit Alfonsus de Castro de iusta hæreticorum punit.lib.1.c.17. Bernardus Diaz in pract.crim.canon.c.107.per totum. Paul. Grillandus in tract.de hæretic.q.9. per totum. & ego vsque in hunc diem latius quàm alius tractaui in meo tract. vbi videas quia plene,& nouissime.D. Brunorus à Sole Venetus Iurisconsi.in consi.Crimin.nu.42.

q ¶ AD PRINCIPEM.] est text.notab.in c. vergētis. extr.de hæretic. vbi per Abb.Panor. & est clara conclusio, quòd in terris Imperij, ac iurisdictionis secularis cōfiscatio bonorum hæretici fit per fiscum secularem.vt in dicto c.vergentis.vbi Panor.tex in c.cum secundum. Vbi Ioann.Monach.de Hæret.in 6. Petrus de Ancharan. in consi.15.spiritualis iudex.in fin.tenuit Iacobus Zocchus Ferrar.in consi.81.quidam sacerdos.nu.6.Crimin. Tom. 1.Antonius de Rosellis in cons 82.& ita eo. vol.Francisc. Porcellinus in consi.83. ita vt supra. Franciscus Aluarotus in consi.84.indubitatum.eo vol.& Martinus Carrea, laudensis in consi.58.in facto.in princ.nu.27.nu. 32. cui se subscripsit Luchinus de Curte. eo.vol. Aimo Crauetta in consi.128.D.Rolandus à Valle in consi.8.num. 14.15. vol.3.Alfonsus Aluarez in Thesauro Christian.Religion. c... de hæret.nu.13.Iulius Clarus in lib. sententiarum.5. §.hæresis.nu.12.& vltra omnes vsque hæc tractauit plenissimè D.Franciscus Bursatus in cons.43.ob crimen.nu. 36.37.in clericis autem,& in terris ecclesiæ bona confiscantur per fiscum ecclesiæ. Ita Siluestrina in summa. in verb.hæresis.1.col.6.ego tamen in omnibus remitto me iudicio summi Rom.Pontificis.

In §.Sunt & aliæ.

*SVMMARIVM.*

1 *Causæ quarum cognitio spectat ad iudicem ecclesiasticum.*

2 *Causæ incidentes remittendæ ad iudicem ecclesiasticum,& principalem remorantes.*

3 *Iudex secularis quando de matrimonio cognoscat.*

SVNT & aliæ causæ,& crimina canonica vel ecclesiastica. Et sic per iudicem ecclesiasticum tractanda & punienda,de quibus similiter nullomodo se potest intromitrere secularis,& si se intromittat grauat iurisdi-
1 ctioné ecclesiasticā, † s.causa matrimonialis[a] &
2 nataliū,de ordine cognitionum, c.tuam, qui filij sunt legitimi,ca. lator, &c.causam, de officio delega.c.causam matrimonij,& de cōsan.& affini.cap.ex lrīs,& secularis de dictis causis se non
2 intromittit,vt in d.c.tuam,de ord.cog.† & si incidat in causa principali coram seculari,remittitur ad ecclesiasticum,& interim supersedetur in principali,vt in dictis iuribus notatur. Sed quomodo quotidie in petitione hæreditatis,coram iudice seculari intētata deducitur de matrimonio & legitimitatis,& in accusatione adulterij,simili modo deducitur de matrimonio. Et dicti iudices seculares incidenter de dicta exceptione cognoscunt & probationes recipiunt & pronuntiant non remittendo dictam incidentem quæstionem ad iudicem ecclesiasticum. Et sic videtur,quòd quotidie grauent iurisdictionem ec
b clesiasticā.Barth.[b] vt refert domi.Bald. in l.quotiens.C.de iudic.dicit quòd aut dicta questio incidens est facti,quare vna pars dicit quod Titius subárrauit Bertam per verba de presenti,& anulli immissionem & quod illā cognouit,& quod publice habebātur pro viro & vxore, & quod filius ex talibus & eorum domo est natus &c. Et altera pars hanc articulationem facti denegat,
3 tunc dicit quòd de hoc potest cognoscere † Iudex secularis, quia ista est materia facti inquisitoria,quæ ad eum pertinet, vt ff.ad turpil.l. 1.§. de calumniatorib. Aut super facto certo disputatur de iure,puta,an possit matrimonium cōtrahi vel non,quia allegatur impedimentum iuris canonici,dicitur enim quod licet subarrauerit,non tenet matrimonium propter affinitatē vel aliam causam, & sic non est quæstio de actu sed de potentia; tunc dicit hoc pertinere ad iudicium ecclesiæ. Et ideo dicit quòd tali casu articulus debet ad episcopum remitti per eum decidendus. Et allegat ipse not. in l. Titia. soluto matri. alias dicit quòd nisi sic intelligeretur decretalis,tuam,& aliæ,paucæ lites essent,quas iudex secularis posset per se decidere vel expedire: quod dicit absurdum.Sed Bald.ubi supra dicit, quod de iure non est uera opinio Bartho. quod siue de iure siue de facto sit articulus,ex quo causa incidens est spiritualis & canonica, ille articulus est necessario probandus coram episcopo,secundum regulas canonistarum. Sed dicit quod statuta & consuetudines terrarum,has probationes admittunt coram iudicibus secularibus. Et si tu dicas ista statuta non ualent,dixit quod uerum est,in attribuēda iurisdictione, sed bene ualent insequēda illa informatione,nā dicit quod statutum potest disponere ut stetur,etiam extra iudiciali informationi testium , sicut nos uidemus, cum petebatur bonorum possessio quod non in figura iudicij instruebatur iudex de filiatione uel cognitione, tamen ualebat decretum, ut ff.de bonorum pos.l.3. §.placet , cum similib. secundum Barth. Ad hoc facit quod not.Archi. in c.frequens.40.di.dicas ergo quòd de consuetudine stemus tali probationi, quæ potest ualidare probationē minus ualidam [c] ut in c. cum
c dilectus,de fide instru.siue dicamus consuetudinē approbasse Barth. opinionem, minime sunt imitanda,quæ longam consuetudinē habuerūt & iudicces talem terrę cōsuetudinem insequen. non grauant:faciunt not.in c.cum uenissent, de eo qui mittitur in pos.causa rei seruandæ.Et hāc opinionem

opinionem & praxim tenet Do. Antho. de Butri.in c. tuam, de ordi.cog. Est & alia causa mere ecclesiastica, qa spirituali annexa, vt causa iuris
d patronatus[d] de iudi. cap. quanto. Et sic de illa solus iudex ecclesiasticus cognoscit, vt ibi:& idē
e de causa adulterij[e] cum agitur ad separationē thori vel matrimonij, tunc solus iudex ecclesiasticus est iudex. Et secularis nequit se de illo intromittere, ut in ca.primo, ut lite contesta. Item de
f crimine simoniæ[f] solus iudex ecclesiasticus cognoscit & de periurio, de his causis & alijs ad forum ecclesiasticum pertinen. uide glossas, in ca. cum sit generale, & cap. ex tenore. de foro cōpe. & in auct. clericus. C. de episcopis & clericis, & in cap. fina. de excep. lib. sexto, glos. ista multos narrat casus, quæ iure antiquo erant de iurisdictione ecclesiæ, quibus per leges terræ est derogatū, & in contrariam consuetudinem deductum: & princeps nō permitteret iudices ecclesiasticos tali uti iurisdictione, uti in causis uiduarum & similium, de quibus uide in dictis locis. Et ideo iudices non grauant, ex quo secuudum foros habent iudicare, ut in cap. uenientes, de iureiur. & hoc de causis & criminibus mere ad forum ecclesiasticum pertinen. Et sic non est iudicium secularium iudicū nec in illis habet participium.

## CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶MATRIMONIALIS.] An de causa matrimoniali principaliter, uel incidenter, & si matrimonium subsistat nec ne? et an fuerit contractum per verba de futuro? videas latissime ea quæ dico in Regia Aragonum. §. 2. gloss. 1. nu. 87. vsque ad nu. 100. vbi me remitto, ne idem sæpius transcribam, ibi habetur an se intromittat in eis secularis Iudex?

b ¶BARTOL.] Istam Bartholi distinctionem in dicta. l. quoties. à Baldo relatam, refellit idem Bald. in l. non distinguemus. §. de liberali. ff. de Arbit. & Abb. Panorm. in ca. lator. nu. 1. extr. qui fil. sint legit. per. text. clarū in fonte loquentem in c. tuam de ordin. cognet. & ego dixi in loco in proxima apostilla notato.

c ¶VALIDAM.] Consuetudo etenim tribuit fidē scripturæ. Vt voluit Raphael Comen. in consi. 6. creditur. in princip. licet scriptura de per se fidem non faceret, vt in c cum dilectus. vbi Doct. extr. de fid. instru. specul. in titul. de instrum. edit. §. nunc dicēdum. vers. hoc quoq; in fine & voluit Franciscus Areti. in c. cum causam. extr. de probat. & ad materiam per Iacob. Mandell. in consi. 95. tria videntur. per totum. & plenè, ac bene Do. Petrus Antonius Angussola in consi. 10. Contra Vberti petitionem. n. 26. lib. 3. facit enim consuetudo licitum, quod alias est illicitum regula, rite. vt per D. Roland. à Valle in consi. 75. primo, nu. 45. vol. 1. vide tamen eundem Roland. in cons. 3. per totum. vol. 2.

d ¶IVRISPATRONATVS.] Causa ecclesiastici Iurispatronatus an valeat cognosci à seculari Iudice? Pono regulā pluribus fundatam argumentis, q nō, & vlt. sex limitationes in quibus secularis iudex procedere valet de quo articulo disputaui in Regia Aragonum. §. 2 gloss. 1. nu. 181. vsque ad nu. 220. ibi me remitto.

e ¶ADVLTERII.] Dum agitur ad Thori separationem nulli dubium causam adulterij ad solam ecclesiastici iudicis spectare cognitionē. voluit Philipp. Deci. in cons. 212. num. 2. refert, & sequitur D. Iulius Clarus lib. sent. 5. §. fi. q. 37. nu. 3. vbi dicit in alijs casibus communis esse fori, ecclesiastici & secularis. Quibus adde Iodocum Damhoud. in Praxi criminum. c. 89. nu. 11. cum duobus seq. de pœnis adulterij. nonnulla satis eleganter tradidit Do. Ioan. Baptista Asinius in l. 2. §. & pœnę pecuniariæ. n. 72. cum pluribus seq. ff. de Relig. & sumptib. fune. & notauit Belluga. in §. seq. nu. 1. in fin.

f ¶SIMONIAE.] Mere ecclesiasticum est simoniæ crimen, & solus ecclesiasticus iudex de ipsa cognoscit. Glos. fin. in c. cum sit generale. vbi Ioan. de Anan. num. 9. extr. de for. compet. D. Iulius Clarus. lib. sent. 5. §. Simonia. nu. 8.

## In §. Videamus.

*SVMMARIVM.*

1 ***Sacrilegium, crimen mixtum, & de eo vterque iudex cognoscit.***

2 ***Crimen canonicum quod dicatur, & qualiter committatur.***

3 ***Lex, senatus. quando locum non habeat.***

IDEAMVS de causis & criminibus mixtis † Et primo de
1 sacrilegio[a] commisso in personam, uel res ecclesiæ uel alicuius uenerabilis loci, ut sunt
a spiritualia uel leprosaria & similia, hoc tenet Hostien. in c. conquestus, de foro comp. & ibi Ioan. And. in nouella, & idem in inuadente bona clericorum, qui gaudent eo priuilegio, ut in ca. finali. de uita & honesta. clericorum, & in cap. ecclesiarum seruos. 12. quęst. 2. Et ita uidit seruari de consuetu. Ioan. And. & tenet do. Anto. de Buttrio, in c. cum sit generale, de foro compe. & quomodo istud crimen committatur, uide c. sacrilegiū 17. quæs. 4. cum similibus eiusdē causæ & quæstionis. Nā uterque iudex, de hoc potest cognoscere, quamuis sit ecclesiasticum crimen, arg. cap. cum sit generale, de foro compe. nam in fauorem ecclesiæ introductum est ut tales sacrilegos possit conuenire, coram quo maluerit iudice, ut ibi. Et tales sacrilegi pertinent ad iudicium ecclesiæ, ut 12. quæst. 2. cap. nulli liceat prædia, & cap. de laicis, imo & si dubium sit puta, quia negetur rapina, tamen cognoscit ecclesia. 16. quæst. prima ca. in canonibus. 24. quæst. 3. ca. si quis de potentibus. secundum Innocen. in dicto cap. cum sit. Et tamen uidemus, quòd de sacrilegio etiam iudex secularis cognoscit, ut, C. de episcopis & clerici. l. si quis in hoc. uidetur ergo quòd quilibet iudex, sine grauamine dictum poterit facere processum, & unus alium non grauabit. Dicas quod in isto crimine, ueniunt considerandæ duæ pœnę, una est excommunicationis usque ad satisfaciendum, ut in cap. conquestus de foro comp. & 7. q. 2. c. nulli. Et isto respectu, hoc crimen est canonicum, & est sub examine iudicis ecclesiastici. Si autem agamus ad pœnam corporalē, de qua in dicta. l. si quis in hoc, & in l. raptores. C. de episcopis

ſcopis & clericis, uel etiam ad pœnam nongentorum ſolidorum, de qua in cap. ſi quis contumax, uel de pœna triginta librarum argenti, de qua, in cap. quiſquis, uel de illis pœnis, quæ habentur in cap. quicunque. 17. q.4. Et in l.lõbarda recitata, in cap. cum deuotisſima. 12.q.2. tunc, quia in pœnis corporalibus, uel pecuniarijs mulctis, uel pęnis eſt iudex ſecularis competens, & ad hoc bene faciũt ſcripta, per Do. Anto. de Butrio, in cap. cum ſit generale, de foro cõpe. & non eccleſiaſticus, quare dicitur iſtud crimen ciuile, & ſic per iudicem ſecularem iudicãdum, quamuis quo ad pœnam pecuniariam imminẽtem glo. tenet in cap. ſi quis contumax, contra. Sed ille tex. ſatis innuit, quod eſt dictum, quia quo ad excommunicationem relinquit ad iudicium ſacerdotis, in pecuniaria pœna indiſpoſitum reliquit. Et glo. in c. quiſquis. ſatis hoc aperit, in gl. prima. Et ad hoc bene faciũt ſcripta per D. Anto. de Butrio, in cap. cum ſit generale, de foro compe. Et ideo dicit Bald. multum ſingulariter, in auctẽ. de clericis. C. de epiſcopis & clericis, quod ex impoſitione pęnæ dignoſcitur crimen canonicum a ciuili. ff. de pœnis. l. quod ad ſtatum, ſecundũ Oldra. Et ideo dicit ipſe, quod id quod glo. dicit, in d. aut. de adult. qđ eſt crimen ciuile, Ber. dicit contrariũ, quia cũ in adul-
b tero [b] conſideretur quoddam ſpũale. ſ. matrimoniũ, iſtud dicit̃ crimẽ eccleſiaſticũ, ut not. Ber. extra de pur. canonica. c. nos inter. Sed dicit ipſe, ꝙ quantũ ad pœnã canonicã eſt crimen canonicũ, ut extra de ꝓcur. c. tuę. Sed quantũ ad pęnam gladij, eſt crimẽ ciuile, ut. C. de adulterijs. l. quãuis. Et idẽ dicit de periurio, ꝙ quãtũ ad pęnã ciuilẽ eſt crimen ciuile, ut. ff. de cri. ſtellio. l. de periurio. Et ſic ex genere pęnę cognoſcit̃ delictu, ut
2 l.2. de publi. iudi.† Itẽ dicitur crimẽ canonicum qđ principaliter & ſpecialiter ſpectat ad iudiciũ, & determinationẽ eccleſię, qđ eſt ubicunq; principaliter cõmittit̃ in ſacris uel ſacerdotib. uel in priuilegijs eorũ, ut in aut. Itẽ nulla cõmunitas. C. de epiſcopis & cler. & quod ibi not. Et finaliter cõcludit qđ crimẽ dicit̃ canonicũ interdũ eſt rõne pſonę, in quã cõmittit̃ interdũ rõne rei, in qua cõmittitur, ut qa in rẽ eccleſię cõmittit̃. quãdoq; rõne loci in quo, ut qa in ęccl. delinquitur. quãdoq; dicit̃ canonicũ ex genere pęnæ ut dicit colligi, ex pdictis. Et dicit addendũ, qđ not. Inno. in cap. licet, ex ſuſceptis, de foro cõpe.
c Et ſic vides, quòd in iſtis criminib. mixtis [c] vterque iudex agit, ſine iniuria alterius ad ſuam pę-
3 nam † & non habet locum l. ſenatus. ff. de accu. argu. l.2. C. de modo mulctarum, de quo dicendũ, ut per Bal. in l. prima, de ſumma Trinitate, & in l. placet. C. de Sacro. Sanct. eccle. & diximus ſupra iſto titulo, uer. uiſo, de perſonis. Et quamuis de multis criminibus mixtis dictum ſit, in hoc uerſiculo ſub inuolucro etiamde ſingulis infra dicemus.

CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶ SACRILEGIO.] Mixti eſſe fori ſacrilegij crimen docuerunt omnes Doctor. communiter, & Philipp. Fran. poſt alios in c. ſi §. per hoc 3. notab. de pœnis, in 6. Alex. in cõſ. 111. ponderatis. col.2. vol.1. tradidit Andreas Barbatia. inter conſi. crim. diuerſ. vol.1. in conſi. 93. ſcribitur ſapiẽtiæ. n.13. Mat. de Afflict. in conſt. Regni Apoſtatãtes. nu.30. & in conſt. multæ leges. nu.4. Stepha. Bertrandi. in conſi. 9. & in conſi. 10. vol.7. Paulus Grilland. in tract. de pœnis omniſar. coitus. q.1. nu.4. Franciſcus Marcus in deciſion. Delphin. 989. quæritur ſuper. nu.4. vol.1. & Do. Petrus Follerius in pract. Crimin. canon. parte. 2. c.17. nu. 13.14. Cyrillus Fulgeonius in ſummula criminum. parte 2. titul. de pub. iudic. §.2. nu.12. per tranſitũ Do. Menoch. de Recuperand. poſſeſſ. Remedio. 14. nu. 207. & exactiſſime D. Rolandus a Valle in conſi 24. In caſu propoſito, per totum nu. 9.14. vol.2. & in hoc crimine pręuentioni locum fore aſſeruerunt Abb. Panor. in dicto c. cum ſit generale. Azo in ſumma. de pœnis, cũ alijs adductis per Gril. in dicta, q.1. nu.4 in fine. Franciſcus Marcus in dicta deciſ. 989. & Marcus Mantua in conſi. 266. nu. 30. vti eum refert ac ſequitur D. Iulius Clarus lib. ſentent. 5. §. fin. q.37. numero 6.

b ¶ ADVLTERO.] adulterij criminis, ſecularis, an eccleſiaſticus ſit iudex competens, & an ſit mixti fori? dixi remiſſiue ſupra in §. proxime precedenti in ver. adulterij.

c ¶ MIXTIS.] Nulli dubium ꝙ in criminibus mixti fori pœna impoſita ab vno non impedit pœnam imponendam ab alio iudice, de blaſphemo habetur in c.2. ubi Ab. Panor. & alij extr. de Maled. quinimmo non obſtabit ꝙ ſi fuerit ab uno ipſorum iudicũ abſolutus, poterit ab alio puniri, abſolutoria enim iudicis vnius in hoc caſu exceptionem rei iudicatę non pariet coram alio. Franciſcus Aretin. in conſ. 58. in 2. dubio poſt Bald. in conſ. 260. vol. 3. tenuit Andr. Alciat. in c.1. nu.128. de offic. ordin. Didacus à Couarru. Variarum reſolut. lib.2. c.10. nu. 6. & poſt multos Do. Iulius Clarus lib. ſentent. 5. §. fin. q.58. nu.12. 15. vbi plus refert idem tenentem Anto. Gomez delictorum. c.1. poſt nu.40. cõcluſione prima. vbi dicit, ꝙ ſi fuiſſet punitus prius à iudice laico, non poſſet pro eodem delicto ab eccleſiaſtico iudice moleſtari, dum tamen (ſubiungit Clarus) ſit facta iuſtè, & æqualis punitio corporalis, aut pecuniaria, ac ſi punitus eſſet ab eccleſiaſtico. Videas tu Bartholom. Veronenſ. cautela 5. & Ioan. de Amicis in conſi. 37. col.1.

Sequitur. §. Sed quia loquitur.

*SVMMARIVM.*

1 *Paſſus immunitatis, & eius menſura.*
2 *Clerici non debent morari in cemiterijs.*
3 *Domus epiſcopi, vtrum gaudeat immunitate.*
4 *Princeps qualiter immunitatem poſſit tollere.*
5 *Fraus legi, qualiter fiat.*
6 *Cautio iudicis ſecularis, volentis aliquem extrahere a loco ſacro.*
7 *Cõſtitutiones & cõſuetudo, ſecũdũ iura intelligũtur.*
8 *Extractio violenta, vtrum fieri poſſit a loco ſacro.*
9 *Immunitas quid proſit.*
10 *Pęna violantis immunitatem.*
11 *Immunitate qui non gaudeant.*
12 *Raptores virginum, immunitatem habent.*
13 *Publicus latro, quis dicatur.*
14 *Populator agrorum, quis dicatur.*

25 *Legis priuilegio non gaudet, cum committit in legem.*
26 *Insidijs quando delictum præsumatur factum.*
27 *Ratio quare publicus latro & populator, immunitate non gaudeant.*
28 *Immunitatem violans, illa non gaudet.*
19 *Iudex quis cognoscat, vtrũ sit locus immunitati vel ne.*
20 *Quando iudex vtriusque fori cognoscat.*
21 *Fugiens ad ecclesiam, quando vinciatur cathenis.*
22 *Immunitas stante dubio durat.*
23 *Immunitas vtrum sit læsa, quis cognoscat.*
24 *Species, excepta de regula, non continetur sub genere.*
25 *Iudex qualiter subtiliter recusetur.*
26 *Cognitio immunitatis, ad quem spectat.*
27 *Iudex secularis sua auctoritate, a loco sacro quem extrahere non potest.*
28 *Iudex ecclesiasticus, quando tradat hominem puniendum.*
29 *Fugiens ad corpus Christi, vtrum gaudeat immunitate.*

SED Quia loquimur de sacrilegio, quod committitur, ut vidisti in ecclesiã iniuriatam, hæc iniuria frequenter fit, in immunitate ecclesię infligendo, ut in abstrahente criminosum de ecclesia, uel seruũ, uel a porticibus ecclesiæ, ut in cap. si quis contumax: cum sequentibus. 17. quæst. 4. & frequenter super hac immunitate iurisdictiones altercant, & ecclesiam se grauatam sæpe in curia prętendit. Hanc aliquantulum discutiamus materiam immunitatis ecclesiæ. Et scias quòd de iure ecclesiæ maiores habebant immunitatem, & infra. 60. passus, minores ecclesiæ infra. 30. ut in c. sicut antiquitus, iuncto, cap. quisquis. 17. quæst. 4. istud tamen non habebat locum in capellis quæ erant infra ambitum castellorum, uel in modicis populationibus propter loci angustiam.
1 ea. causa & q. c. quisquis, & c. quæstio. † Et scias
a quod secundum Isidorum passus [a] immunitatis est quinque pedum. & quilibet pes est. 16. digitorum, istud tenet glo. in cap. sicut antiquitus, allegato, de quo vide in simili, not. in l. uicena milia passuum. ff. si quis cautionibus. Sed isti passus, a quo loco numerabuntur? & aliqui dicunt quod ab ea parte tantum ubi est cimiteriũ & dicunt quod ita tenet Hugolinus & Ioan. in cap. inter alia, & in cap. fina. de immunitate ecclesiarum: non fit mentio de passibus, nisi de ec-
b clesia & cimiterio [b] Sed ueritas est quòd ecclesia habet istos passus, in toto circuitu. Et hoc satis probatur. 17. quęst. 4. cap. diffiniuit, & cap. quisquis. Nam maior ecclesia debet habere in circuitu. 60. passus, & minor triginta, pro cimi-
2 terio. 17. quæst. 4. sicut antiquitus. † Et infra dictos passus nulla domus etiam clericorum potest ædificari. 12. quæst. prima, c. nulla, & ita tenet
3 Oldr. consilio. 55. incipien. consueuit dubitari. †
c Sed nunqd ad domũ [c] episcopi gaudebit immunitate. quod videt p c. id constitui. 17. q. 4. ubi uidet tex. Oldrad. ubi supra uidetur tenere quod tunc gaudet, cum est infra passus immunitatis, uel secundum Hugo. potest dici quòd tunc gaudet de iure cum est in domo episcopali capituli. facit de immunitate ecclesiæ, cap. penulti. ubi uerò non esset capella de se gaudens, potest dici quod si est infra limites vel in porticis ecclesiæ gaudet immunitate, facit ca. si quis contumax. 17. quæst. 4. & quod notatur, de immunitate ecclesiæ, ca. inter alia, per Innocen. & dominus Antonius. de Butri. Quid de ecclesia nondum con-
d secrata, [d] uel ubi diuina officia non celebrantur nunquid gaudebit immunitate, uide not. in c. post. de immunitate ecclesiæ, & per Innocen. in dicto ca. inter alia. Sed uidemus quod in aliquibus Regnis & Prouinciis, solæ matrices ecclesiæ gaudent immunitate, ex. l. patrię uel consuetudine, vnà cum triginta passibus. Et uidetur quòd talis lex tanquam contra libertatem & immunitatem ædita non ualeat, ut in auct. Item nulla. de episcopis & cleri. & in c. nouerint, de sententia excommunicationis, nam uides quod statuta uel consuetudines laicorum quatenus sunt contra fidem catholicam, uel obuiẽt canonicis institutis non ualent, & consensus, etiam prelatorum & ecclesiasticarum personarum non ualidaret illa. 96. distin. cap. bene quidem, de constitu.
4 ecclesiæ Sanctæ Mariæ. † & quod ibi notatur. potest dicere quòd princeps, per suum forum bene potest inter ipsos suos laicos consentientes foro disponere, ne gaudeant immunitate, nisi in tali ecclesia, quia hoc est disponere inter suos. Sed ad hoc posset dici quod indirecte tollitur li-
5 bertas & immunitas ecclesiæ, † & sic fit fraus legi contra iura. lege, fraus. ff. de legibus, & extra, de priuilegijs, capitulo. quanto. Sed posses dicere, quod in hac materia immunitatis, multum operatur consuetudo, ut notat. Innocentius, in capitulo inter alia, de immunitate ecclesię, uel dicas (uti multotiens diximus) quod præsentia legati, quæ in conditione fororum regni Valenciæ dicitur fuisse, multum operatur, ut est dictum, uel dic ut dicit Ioannes Andreas in capit. constitutus, de in integrum restitu. quod quotiens sunt multa statuta & consuetudines laicorum, quo ad temporalia, sicut pro se clerici accipiunt, sic contra se tenentur recipere, facit quarta quæstio. tertia. capitulo. si quis. 19. distinct. si Romanorum, de quo in Specu. titulo, de disputa. & alleg. aduo. §. postremo, in fina. §. Et uide Cyn. C. quę sit longa consuetu. lege secund. aliàs esset dicendum quod multi fori non haberent locum quos a memoria hominum practicamus. ¶ Vidisti ergo quòd ecclesiæ habent immunitates, videamus quis sit effectus istius immunitatis. Respondetur de iure, per cap. id constituimus, & cap. reum 17. quæst. quarta. quod ab omni pœnarum genere sint securi, ita ut ei cui reus

fuerit criminosus, de satisfactione conueniant, & nec pœnam vel mortem iudex ei donare non potest, imo vitam & membra habet sibi custodire. Et hoc consequitur ex dicta immunitate. Et ideo iudex secularis cum voluerit extrahere, ecclesia non tenetur illum consignare, nisi prius ad euangelia iurauerit, quod de morte & debilitate, & omni genere pœnarum sint securi, ut in dicto capitulo, id constitutum, & capitulo. inter
6 alia, de immunita. ecclesię† imo quod fortius est, si tanta est sæuitia iudicis secularis, quòd non sit confidendum de illius iuramento, etiam maior cautio, quam iuratoria esset exigenda, argum. cap. literas, de resti. spoliato. secundum Innocentiũ in dicto cap. inter alia. Scias tamen quod forus in regno Valentiæ, licet restringat loca attamen maiorem uidetur cócedere immunitatem, quia non permittit quod nec curia nec alius abstrahat ab ecclesia. Et sic uidetur quod ex quo fori sunt ad literam intelligendi, quod aliquo modo cum securitate uel sine, illi non sunt tradẽdi iudicibus secularibus, sed posset dici quod dictus forus loquens, secundum ius canonicum, debet intelligi secundum iuris dispositio-
e nem. C. de noxalibus. l. si serui [e] vestri, & quod ibi notatur per Bald. Idem in consuetu. in capi-
7 tulo cum dilectus, de consuetu. † merito intelligantur secundum dictam distinctionem, uidelicet quod dicta præstita iuratoria cautione, de qua in dicto capitulo. constituimus, restituatur uel tradatur iudici seculari, quasi ut casus omissus restet in iuris communis dispositione. l. prima. ff. ad municipa. ad quod facit quod scribit Bald. in l. omnes populi, de iusticia & iure, super statuta, quæ debent ad literam seruari quod iuris intellectus non est prohibitus per clementinã, exiui, de uerbo. significa. & idem ponit in auctẽ. si qua mulier. C. de Sacro Sanct. cogitatibitis, sed æqua uidetur, ultima opinio. ¶ Item scias quod ista immuni. ecclesiæ, non proficit ad euadendam pœnam à iudicibus secularibus. Sed etiam ecclesiastici iudices non possunt illos abstrahere, & pœnas etiam canonicas imponere, quicquid sentiat Innocentius in capitulo. inter alia, dicens quod talis potest detrudi in monasterium ad ieiunãdum, allegat. l. dic. si episcopus. C. de adult. aucten. sed nouo iure, secundum Ioannem Andr. in dicto capitulo, inter alia, dicens quod non putat Innocentiũ. sic intellexis-
8 se, † imo extractio uiolenta, per ecclesiasticum iudicem uel dominum, de subdito uel seruo fieri non poterit, unde. l. secunda. C. de his, qui ad ecclesias confugiunt, dicit nemini licere cófugien. & canoni. 17. quæst. quarta. si iacent. reum ad ecclesiam fugientem, quod nemo abstrahere debeat. ¶ Item diffinit secundum consilium, ut nullus audeat fugientem &c. quod uniuersale negatiuum, quod ecclesiasticos includit multa allegans. Et in hoc residet etiam dominus Antonius de Buttrio, ubi supra. Et hanc tene, quicquid dicant Ioannes de Ligno. & Ioannes
9 de Imo. in clemen. prima, de peni. & remi. † Intantum etiam proficit hæc immunitas, ut habita immunitate semel [f] ex ecclesiæ immunita.
f amplius in illo crimine non possit accusari criminaliter, aliás parua uel modica esset dicta immunitas, secundum Tancretum gotum, Vincentium & Hostiensem, in dicto capitulo inter alia, Et notatur in capitulo. rerum 17. quæst. 4. & ita tenet Oldra. in suis consilijs. 154. Et ex prædictis uidere potes, quis sit effectus immunitatis.
10 † Pœna [g] autem uiolantis immunitatem, ul-
g tra excommunicationem, usque ad debitam satisfactionem est certa pecuniaria, de qua in capitulo. si quis contumax. 17. quæst. 4. Et uide etiam de illorum pœna, in l. finali. C. de ijs, qui ad ecclesias confuigiunt. ¶ Videndum ergo restat, qui sunt qui dicta gaudent immunitate, &
h qui non, certe canon indiffinitè, tam seruis [h] quam liberis, ad ecclesiam confugientibus immunitatem concedit. Ad hoc. 18. quæst. 4. cap. sicut antiquitus, & capitulo. si quis contumax, & capitulo. id constituimus, & capitulo inter alia, de immunitate ecclesiæ, solũ excipit duos
i casus, scilicet in publico latrone [i] in dicto cap. sicut antiquitus, uel in nocturno depopulatore agrorum, in capi. inter alia, de immunita. ecclesiæ, & de canone, postquàm, non sit in hac exce-
11 ptione indifferenter † oés gaudent, etiã Iudæi [k]
k simulatione cessante per. l. 2. C. de *his qui ad* ecclesias confugiunt, & not. glo. *& Innocentius in* capitulo. inter alia, de immunitate ecclesiæ, & etiam canon alium excipit casum in eo, quia aliàs non commissurus nisi ab immunitate defendatur, & immunitatem frangit intus ecclesiam, cimiterium, uel ius immunitatis haben. aliquem occidit uulnerat uel mutilat, ut in capitulo finali, de immu. eccle. Et quamuis de iure ciuili alios casus habeas exceptuatos a regula, ut in auct. de mandatis princip. §. quod si delinquentes, columna. 3. vbi homicidæ, adulte-
12 ri† & raptores excipiuntur, tamen canon etiam raptoribus uirginum præstat immunitatem; 35. quæst. prim. de raptoribus. Et ideo in hac materia standum est canoni, iuxta not. in cap. primo de noui ope. nuncia. & in c. ecclesiæ Sanctæ Mariæ, de const. & in l. priuileg. de sanctis ecclesiis, & per Baldum, & ita tenet in materia propria Oldrad. in suis consiliis, consilio. 154. nil dico de casib. a foris regni exceptis, quia succedãt quæ supra diximus. Sed uideamus de singulis
13 casibus exceptionis. † Et primo, de publico latrone. Et iste publicus latro ita demũ dicitur, & non gaudet immunitate, si in stratis publicis aliquẽ per insidias fuerit aggressus, & de isto loquitur, lex in l. unica. C. ne liceat sine iudice se uindicare. Sed qd si ĩpetu, uel casu fortuito hoc cómittunt, tunc immunitate gaudent, & ita tenet d. An. de Bu. in c. inter alia, allegato. Et licet ipse nõ alleget hãc opinio. seqtur Old. in suis cõsilijs consilio

consilio 154. incipien. quidam relinquit, dicens quod in nostro casu, publicus latro dicitur, qui itinera frequentat derobando, & de isto loquitur. l. capitalium. §. famosos. ff. de pœnis, & probatur secundum eum, per authen. vt nulli iudicum. §. eos vero, colat. nona. Et hanc opinionem, amplexus est forus regni Valentiæ. Et sic in hoc regno nulla est dubitatio, seruiat ergo pro alijs, vbi foro vel consuetudine non caueatur. † Videamus ergo de populatore agrorum nocturno, & vt dicit Innocentius in d. capitulo, inter alia. Ideo nocturnus dicitur sic dictus, quia de nocte segetes destruit, dum ibi se abscondit vel iacet, vel quia propter homicidia & rapinas, quas facit in strata & comburit & destruit agros eorum, qui eis non seruiunt, qui hoc vult dicere, quod duo prædicta genera hominum, se in vijs publicis per insidias aggressi fuerint aliquem, quod non gaudent immunitate, quia si non in stratis publicis hoc facerent, immunitate gauderent, quamuis posset dici,
15 quod quicunque insidiose offendit, † hoc priuilegio non gaudet, quia non debet gaudere priuilegio legis, qui committit in legem, extra de vsuris, capitulo. qui frustra, si autem non insidiose facit, puta ex impetu uel casu fortuito, semper gaudens immuuitate. Sed dices quare ergo decretalis fecit mentionem de ijs duobus generibus hominum. Respondet quod is semper præsumitur quod insidiose fecerit, secundũ
16 Innocen. sed hoc vltimum † quod faciens delictũ insidiose nõ gaudeat immonitate, salua opinione tanti doctoris, non credo verum. Tam quia sua ratio generalis, quod committit in legem &c. vendicat sibi locum, in quocunque crimine committentis, & quia quodlibet crimen pręsumitur a pensatis fieri, vt in l. prima. C. ad l. Cornel. de sicar. & in c. primo, de præsump. Et sic nullus prima facie haberet immunitatem ¶ Item quia illa ratio non est quare canon illos
17 duos criminosos excipit † Tum est ratio, quia plurimum interest, illos puniri quam alios malefactores, quia plurima delicta cogitant quãm alij. 23. quæst. 4. ca. est iniusta. Et hanc rationem assignat glos. ordina. in cap. finali, de immunitate eccle. Et miror quod dominus Antonius de Butri. ad hoc non aduerterit: imo transit Innocentius recitando. ¶ Restat uidere de tertio ca-
18 su, de illo qui violat † immunitatem, quod non gaudet illa, ut in cap. finali, de immunitate eccl. quod videtur verum, si immunitatem violet animo, vt defendatur ab ecclesia, dic quod in dubio præsumitur præsumptione iuris, & de iure facere hoc contra quam non admittitur probatio in contrarium. Et ideo dicit dominus Antonius de Butrio, in cap. finali. de immunitate ecclesiæ. Et etiam quod de illa uoluntate non constet, vel etiam si non sit huiusmodi voluntatis locũ habent aliæ causæ de quibus in dicta decretali, quæ fuerunt finales dictæ constitutionis, hæc autem impulsiua, ad hoc allegat de pe. & remiss. capitulo, cum infirmitas. ff. de postu. l. prima. §. sexum, subuenitur tamen ei si contrarium probaretur secundum eum. ¶ Item dicit Hostien. quod ille qui non ex proposito propter inimicitias veteres, sed ex verbis nouiter ortis, homicidium cõmisit, gaudet immunitate, & non haber locum dicta decretalis secundum eum, &
19 hæc sufficiant, de isto tertio casu. † Sed pone quod homicidium vel vulnus factum est, dicitur quod ista triginta passus vel intus ecclesiam, uel in casib. exceptionis, & sic dicitur criminosum, non gaudere immunitate, quis erit iudex competens cognoscendi de hoc. Et primo videamus, cum allegatur quod sit publicus la-
20 tro vel depopulator, quis cognoscet, † Iudex secularis uel ecclesiasticus, dic quod quilibet iudex potest de hoc inqrere & cognoscere ad suos effectus. Iudex secularis ad hoc, vt possit eum extrahere ut non gaudentem immunitate, & sic illum ut talem punire tanquam hominem sui fori, maxime data regula, quam ponit Barto. ĩ l. Ticia. ff. soluto matrimo. & in l. omni nouatione. C. de Sacro. Sanct. eccles. & in l. quotiens, de iudic. quia ex quo super facto est dubitatio, Iudex secularis de eo potest cognoscere, maxime de foro huius regni Valentiæ, Iudex etiam ecclesiasticus ad effectum defendendi immunitatis vel remittendi sine cautione, de qua in capitulo diffiniuit. 17. quæst. quart. etiam potest de illis qualitatibus cognoscere, argum. notatur per archi. in capitulo sequens. l. dist. & per Dominus
21 Antonium in capit. tuam, de ordin. cog. † Et interim is qui ad immunitatem confugit ibi cu stoditur, & ponitur in compedibus & cathenis,
22 per vtrumque iudicem, † quia immunitas stante dubio, interim non spoliatur, argum. capitul. si iudex laicus, de sententia excommunicationis, lib. sexto. Sed maior est dubitatio cum est altercatio, si infra immunitatem delinquit vel ne, & sic gaudet immunitate, quis erit iudex competens secularis uel ecclesiasticus. Et videtur quod secularis, de hoc habeat cognoscere, quia si est in casum exceptuatum, videlicet vbi im-
23 munitas est † violata per malefactorem, certe ille est sui fori, & est licitum illum sibi extrahere, ut in dicto capitulo. sicut antiquitus, & capitulo inter alia, & cap. exceptiones. derogabant regulæ. ff. de regula Cathonia. l. prima, secundo Resp.
24 † Et quia species excepta de regula non continetur sub genere. ff. de pœnis. l. sanctio legum. ff. de uerborum oblig. l. doli clausula. ff. de legatis. 3. l. vxorem. §. fœlicissimam, pro qua etiam exceptione facit in aucten. vt liceat matri & auiæ. §. quia uero ita. columna. 8. Item quia si iudex ecclesiasticus id faceret, scilicet dictam cognitionem, si mostraretur illum immunitatem fregisse cognouisset de homine nõ sibi subdito, & quẽ prætextu immunitatis, defendere nõ posset, si mõstraretur immunitatem nõ fregisse pro-

pter commodum quod habet inflexionis im-
munitatis. Et sic ex ea iurisdictionem habere vi-
detur, quod non possit dicere, an sit sua iurisdi-
ctio, iuxta nota. in glo. 3. in l. de iure. ad munci-
pales. Item quia hoc asserit pars & nititur pro-
25 bare, scilicet eum non violasse immunitatem †
Et est sic quod quotiens iudex cum parte assu-
mit disputationem, & sic se constituit aduersa-
rium, nequit pronuntiare an sua sit iurisdictio.
Et hec est theorica glo. in cap. statutum, §. primo
de rescrip. lib. sexto, glo. super verbo. copia. Et
fuit dictum originaliter Innocen. in cap. ex par-
te de uerbo. significa. pro iurisdictione ecclesiæ,
& quod iudex ecclesiasticus possit & debeat co-
gnoscere, uidetur, quia delinquentes infra eccle
siam uel cæmiterium uel infra spacium, quo ec
clesia gaudet immunitate, & iurisdictione eccle-
siæ delinquent, vt in ca. diffiniuit. 17. q. 4. ubi da-
tur forma super ijs & laicis & clericis, igitur ec-
clesię est cognoscere, uocato ad hoc iudice secu-
lari, cuius interest, ar. ca. si iudex laicus, de sent.
excom. lib. 6. & in extractione, ut est dictum, ser-
natur forma. d. cap. diffiniuit. Et hoc uidetur in
hærere Cy. in l. præsenti, de ijs qui ad ecclesiam
confugiunt. Ibi secundo quero, ubi dicit quod
dicto casu iudex ecclesiasticus puniet delin-
quentem. Alio modo dicit in auten. si quis. C.
ad l. Iuliam. de adulte. tamen rationem assignat
quia delinquit in territorio ecclesiæ. Et quod ip
sa abstractio de ecclesia, siue delinqueret infra ec
clesiam uel eius spatium, ut dictum est, siue ex-
tra non pertineat ad iudicem laicum, sed ad ec-
clesiasticum, de iure satis probatur clare per l.
præsenti. C. de his qui ad eccle. cōfugiunt, & per
dictum cap. quia uero. ita in auten. ut liceat ma
26 tri & auiæ. † Et quod cognitio eorum quæ per-
tinent ad immunitatem spectent ad iudicem
ecclesiasticum, clare colligitur ex dicta l. pręsen-
ti, & quòd ibi no. in glo. pauperū, ibi, & hoc in-
quirat prælatus. Clerici autem uolentes extrahe
re, & tradere curiæ, suo casu puniantur pœna ap-
27 posita in dicto ca. diffiniuit † Non tamen datur
l auctoritas iudici seculari aliquo casu abstrahere[l]
Est ergo differentia inter committentes extra
terminos ecclesiæ, & infra, quia delinquentes ex
tra, trahuntur per sacerdotes ecclesię, sine alia co
gnitione, cum cautione &c. Delinquentes infra
primo facta cognitione per iudicem ecclesiasti-
cum secūdum Cy. in præallegata auctien. si quis
ita quod punietur per iudicem suum, suo casu,
& per ecclesiasticum etiam de sacrilegio, quod
28 est mirabile † quod iudex ecclesiasticus tradat
aliquem sine cautione puniendum, sicut in casu
hæresis. extra de hæreticis. c. excommunicamus,
sed hoc proprie nihil est dicere ¶ Dicas ergo qđ
non est dubium, quod ipsa abstractio habeat fie
ri per iudicem ecclesiasticum laico tradentem,
Sed cognitio si delinquit infra immunitatem,
uel extra, utrque iudex de illis qualitatibus po
terit se informare & cognoscere: unus ad effectū
puniendi sacrilegium, contra immunitatem in-
fligentem, & iste est ecclesiasticus, alius ad effe-
ctum condemnandi de crimine principaliter cō
misso, & sic quilibet pro suo interesse potest co-
gnoscere, ut succedant quæ supra diximus in
quæstione proxima, quando negatur esse latro,
uel populator, uide ibi. Et interim vt diximus
criminosus stat captus, uide supra, & ut ista ma-
29 teria sit plene discussa, † Videamus quid de eo
m qui confugit ad corpus Christi[m] an gaudebit
imm. sicut confugiens ad ecclesiam. Hostien. te-
net quod sic. in c. sane. de celebra. missarum. Et
ibi uide suas rationes per dominū Anto. de Bu.
& Ioan. de Imo. in clemē. 1. de peniten. & remis.
ad quæ loca sufficiat remisisse. ¶ Et hæc sufficiāt
de materia immunitatis, & super altercationib.
n iuris. Super ea de debitore pro debito ciuili[n] si
debeat extrahi ab ecclesia ad illam confugiens,
Vide Oldrad. suis consilijs. consilio. 54.

## CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶PASSVS.] ex quinque pedibus constat passus, & pes ex quindecim digitis, quorum passuum mille faciunt milliare. vt in l. 3. l. mille passus. ff. de verb. signif. Bartol. in l. in itinere. ff. eo. tit. Alexand. in consi. 145. nu. 14. uol. 7. Iason in §. rursus. num. 58. inst. de actioni.

b ¶CIMITERIO.] cimiterium ecclesiæ gaudet priuilegijs. & immunitatibus, vt voluit Florianus de Sancto Petro. in l. quidam Hiberus in fin. princip. ff. de seruitutibus. titul. general. polluta enim ecclesia censetur etiam pollutum cimiterium, uti ecclesię pars cap. vnico de consec. eccles. vel altar. lib. 6. Inde est, quòd obtinens gratiam pro beneficio vacaturo in ecclesia, extenditur etiam ad beneficium vacans in cimiterio. vel ambitu. vt voluit Rota in nouis. decisio. 197. habens gratiam. & factum in cōfinibus ecclesię, & in eius circuitu dicitur factum in ecclesia. Angelus de Aret. in tract. Maleficior. in §. in *scalis* Sancti Petronii. circa medium. & reconciliata ecclesia intelligitur etiam reconciliatum cimiterium eidem contiguum. Archi. & Ioannes Andreas in dicto capitulo vnico. & Angel. de Clauas. in summa in verbo, consecratio cimiterij. nnmero 7. sicut in ecclesia causæ ciuiles, uel criminales non debent agitari eodem modo nec in cimiterio. capitulo fin. extr. de Immun. eccles. Ioan. Andr. in addit. Specu. in titul. de immun. ecclesia. uersicu. ex practicis. Refert, & sequitur Benedictus Canophylus in tract. de priuilegiis ecclesiæ. titul. de immunit. eccles. priuilegio 6. priuileg. 16. & priuileg. 19.

c ¶DOMVM.] episcopi domus tunc demum gaudet priuilegio, & immunitate confugientium ad eam, si intra iuridicum ecclesiæ ambitum fuerit, probat text. in capitulo. quisquis inuentus. 17. q. 4. vide tamen Cardinal. Zabarell. in Clem. primo de pœnit. & remiss. & tetigit remissiue etiam Guido Papæ in decisio. Gratianop. 121. in camera consilij. in fin. & per trāsitum Angelus Clauas. in verb. immunitas nu. 25.

d ¶NON dum consecrata.] gaudet priuilegio ecclesiæ consecratæ, etiam ecclesia adhuc non consecrata, & ideo sicuti ecclesia consecrata, & polluta reconciliatione indiget, eodem modo etiam, ecclesia non consecrata. gloss. in capitulo ecclesiæ. vbi doct. extr. de immunitat. eccles. & quòd gaudeat tenuit expresim Benedictus Canophylus in tract. de priuileg. ecclesiæ. titu. de immun. ecclesiæ. priuilegio vigesimo. allegans textus in

dicto

dicto.cap.ecclesiæ. vbi tenuerunt Cardinalis & Abb. & voluerunt Laur. & Ioann.de Ligna.in clem. 1. de pœnit. & remiss. Angelus de Clauas. in verbo, immunitas num. 25. Marcus Antonius Cucch. inst.canon.libr. 2. titul. 14. versi.ecclesiæ.

e ¶SI SERVI.] Ad dictam l.si serui vestri, quę est l. 2. C. de noxalibus. vide Paulũ de Castr.in l.fin.§.in computatione in fin.C.de iur.delib.Alexand.in l. inter cætera numero quinto.ff.de libr.& posthu. Iason.in l. 1. num. 22.ff. de lega.primo.& ibi Alexand.Socin. senior, & Herculan. & Socin.iun.colum.7.Angelus in consi. 6 lata sententia, & nouissime D.Bernardin. Alfanus in collectan.iuris ciuilis.981.statutum.

f ¶SEMEL.] vera mihi videtur opinio ista, vt perpetuo duret ista immunitas semel habita, est enim ecclesiæ priuilegium, vt ad ipsam confugientes tuti reddantur, cuius priuilegij natura perpetua est cap.decet.de regul.iur.in sexto.& in specie inquit Albericus de Rosat.in l.cum quidam in fin.ff.de Ann.legat.quòd immunitas concessa simpliciter intelligitur esse perpetua.argu.dict.cap.decet.& l.beneficium.ff.de const.princip.Ioannes Andreas, in ca. cum nuncius.de testib.Bart.in l.non solum.§.si liberationis. ff.de liberat. lega. & voluit Andreas Tiraquellus in Rep.l.Boues.§.hoc sermone.limitat.8.num.4.ff.de verborum signif. Glos. in cap. Reum 17.q. 4. & tenuit ibidem Archidiacon. vbi retulit ita tenere Hugonem. sequitur Clauas in summa in verbo.Immunitas nu. 16.

g ¶POENA.] de pœna violantis Immunitates ecclesiæ. vide in cap.aduersus extr.de immun.eccles.& in c.1.cap. clericis.eo.titul.in 6.ca. quamquam de censib. in 6.clem. præsenti.eo.tit.de censib. & habet iure ciuili. in l. Fideli. C.de his qui ad eccles.confug.& Marc.Anto. Cucchus in stitution.iuris canonici lib.2.titul.14.iure tamen ciuili de ecclesia aliquem extrahens lęsæ maiestatis crimen incurrit l.præsenti.C.de his qui ad eccles.confug. Ioannes Corasi.Miscellan.li.3.c.13.remissiue Do. Bernardin.Alphan. Collectan.iuris 10.Vide Angelum de Clauas.in verbo immunitas num. 21. tetigit Guido Pap. in decisio.Gratianop.121.in camera circa finem.

h ¶SERVIS.] aut seruus ad ecclesiã cõfugit sine armis solũ vt se a domino subtrahat, & eo casu redditur domino, aut cum armis, & tunc statim extrahitur.l.si seruus.C. de his qui ad eccl.confug.& in omni casu prestatur iuramentum de impunitate.vt in cap.inter alia.de immun.eccles.Clauasi.in verb.immunitas.nu. 12. & Guido Papę in dicta decisio. 121.in fin. vbi asserit in omni extractionis casu recipiendum esse hoc iuramentum Boer. in decis. 109.num.2.vol.1.

i ¶LATRONE.] publicus latro non gaudet beneficio confugientium ad ecclesias, nec etiam nocturnus agrorum depopulator.vt in c.iam cætera. de immuni. eccles. voluit Guido Pape in decisio.Gratianop. 121.in camera consilij. in fin. Ioannes Milleus in praxi crimin. in §. hoc exacto.in verb.locum sacrũ.nu.20.fol.40.in paruis. Ang. de Clauasio.in summa.in verb.immunitas.nu. 17. Nicol. Boeri.in decision.Burdegal. 109.nu.3 parte.1.& pulchre in Tomo. 1.criminalium.D.Bernardinus Plotus. in consi 132.Hercules Gonzaga.nu.17.in fin.& num.19.¶Raptor Virginum immunitate confugij ad ecclesiam non gaudet dicit Milleus ubi supra.num.14.& Clauas.in dicto nume. 17.Ioan.Antonius de Nigris.in c.Regni. Item statu imus ꝙ ecclesiæ.nu.2.sub rubr.quòd rei fugientes ad eccle.non extrahant.& D.Iulius Clarus, qui plenè materiam tractat lib.sentent.5.q.30.nu. 10. ¶Homicidiarius appensate delictum committens.c.1.de homicid.qui & ipse tali beneficio, & ecclesię priuilegio, & immunitate non gaudet voluit Angelus de Clauas.in dicto verb. immunitas. nu. 17.Ioannes Millæus loco iam supra allegato.numero. 19. vbi refert se ita seruasse, & quendam homicidam Parisijs dum ipse ibidem iudex, & propositus esset extrahi fecit ab altari, & patibulo affici, & ita per Senatum, ac parlamentum fuisse eius iudicium confirmatum, & tenuit per transitum Ioannes Anton.de Nigr.in dicto.c.supracitato, num.2.maximè quando proditorie committeretur homicidium, vt late disseruit, & concludit Dida.de Couarru.lib.secundo variarum resolutionum. cap.20. num. 7.cum sequitur Petrus Plaza. epitom. delictorum libr.1. cap.21.num.7.& post illos D.Iulius Clarus loco supra allegato.num.11.¶Quæ omnia procedunt etiam in homicida & delinquente intra ecclesiam, vt eius priuilegio ille non gaudeat, quia temerario ausu ecclesiam maleficio polluerit, & contra eam aliquod commiserit, maximè si id sub venię spe fecerit, ut in cap.fin.extr.de immun.eccles.& in dicto.c. inter alia. & vtrobique Abb. Panormitan.voluit Guido Papę in dicta decis. 121.in fi.¶ Limitari tamen posset ista conclusio non procedere si homicidium in rixa, & casu, & non opera dedita ac appensate fuerit patratum, eo etenim casu sine dubio confugiens ad ecclesiam eius immunitate gaudere debet. Alexandr. in consi. 145.vol.7.Didacus in dicto.c. 20.in fin.vers. Nono ab eisdem, prout communem asserit hanc opinionem Iulius Clarus, in dicto nu. 11. vbi dicit ita seruatum fuisse a senatu Mediolanensi, in quodam de palmerio, Quod voluit etiam Do.Bernardin.Plotus in allegato consi.133. nu.19.¶ Carceratus a carcere fugiens iudicis, & ad ecclesiam confugiens, vel si a manibus familię cum portantibus se exemerit, & per loca prophana ad ecclesiam se contulerit. Cynus in auct.si qui ei.C.de adulter, quòd extrahi posit, voluit, & quòd immunitate non gaudeat. sequitur Alexander in consi. 24. animaduersis. colum. 8. vers.vltimo quòd excessus.vol.2.Marsil.in l.vnica. nume. 111. C.de rap. virgin.¶Contrarium tamen, quòd immo hoc similiter casu ecclesiæ immunitas sibi locum vendicet, voluerunt communi calculo doctores. Bald. Ludou. Roma. Alexand. & Ias.in l. plerique.ff. de in ius vocand. Ioannes Igneus, in l. 1.col.3.ff.ad Sen.Con. Syllan. Ioannes Lopes in rubr.de donat.int.vir.& vxor.§.38.numero 4.cum alijs quos allegauit subtilis doctor Dominus Didacus de Couarru.lib.var.resolut.secundo.cap. 20. num. 12.AEgid.Bossius in titul. de captura. num. 22. sequitur alios allegans, ac dicens ita per Mediolanensem senatũ seruari solere.Do.Iulius clar.in d.q.30. numero 20. ¶Excommunicatus autem an & ipse ad ecclesiam pergens eius Priuilegio gaudeat, & immunitate, vt inde abstrahi nequeat? Didacus de Couarru. loco supra notato.cap. 20.numero 11.asseruit excommunicatum omnino gaudere debere, quam ante eum communem dixit Nicolaus Boeri.in decision. 110.num.4.5.7.vol.1. Quos sequutus est fauore ecclesiæ Dom.Iulius Clarus. in dicta.q. 30. num.19.¶ Ego autem ut super hoc meo vtar iudicio, vtcunque illud minimum sit, ratione potius quam authoritate id dicẽs, assero nullo pacto excommunicatum hac immunitate ecclesiastica gaudere debere, excommunicatus.n.dum in excommunicatione ipse perseuerat diabolo traditus cum sit quomodo matris ecclesiæ poterit se priuilegio tueri, dum in eam deliquit, & per excommunicationem ab ea se disgregauit? cum sathanæ traditus dicatur.capitulo. audi. 11.quæst.tertia.ob quod si nulla ei suffragia ecclesiæ catholicæ prosunt, vt cõmuniter Theologi asserunt.in quarto sentent.distinct. 22. & si a cælestis Regni fruitione excluditur.c.nemo. 11. q. terti. cap. quodcunque 24.q.3.quanto plus à fruitione immunitatũ ecclesiæ militantis excludi eum oportet? ob quod relinquo alijs cogitandum, quid sentiant.¶Delinquens in vna ecclesia, & ad aliam confugiens non gaudet immunitate ecclsiæ vt post Capell. Tholos. in decisio. 421.

& Remigium de Gonny in tract.de immun.eccles. tenuit D.Iulius Clarus in loco supra allegato.nu.16. vbi reiicit opinionem Syluestri de Prierio.in verb.Immunitas §.3. q.2.reddit rationem,quia vna est vniuersalis ecclesia, iuxta illud articulum vnam sanctam ecclesiam catholicam. & iuxta illud Salomon.in Cant.una est colũba mea,speciosa mea.

k ¶ IVDAEI.] Nullo debent ecclesiæ immunitate pacto gaudere Iudæi.Nicola.Boer. in decisio.110. numero 6. vol.1.& Didac. Couarruuias.lib.2.Var.Resol.c.20.num. 11.quem vltimo loco approbat D. Clarus. vbi supra.nu. 18.¶ Idemque dicendum est de hæreticis vt non gaudeat vt uoluit Gundislaus Villadiegho. in tract. de hæret. q. 11.nu.15.Marsil.in l.ex Senatusconsulto.in fin.ff. de sicar. & Didacus vbi supra. & idem etiam asserunt procedere in blasphemo, & apostata; supranotati Doct.

l ¶ ABSTRAHERE] Regulariter accedo ad opinionem D. Rolandi a Valle Iurisconsultissimi, in cuius ore semper uideo veritatem in consi.24.in casu.nu. 15. & in consi.60 Antonius de Burgo nu.21.vol.2. q aut deliquit extra ecclesiam,& ad eam confugit,& eo casu iudex laicus propria authoritate ipsum extrahit,aut intra ecclesiã & tunc non extrahitur sine episcopi,vel abbatis licentia, & huic ego omnino inhæreo.uideas interim Guido.Pap. in decis.121.in fin.& Gulrel.Bened.in rep.c.Raynutius in verb.vxorẽ.n.444.de testam.Didac.referens Bellugam in hoc loco.in dicto.c.20.nu. 18.Nicol. Boer. in decis.109. nu.2.vol.1.& Do.Iulius Clarus vbi supra nu.21.

m ¶ CHRISTI.] Confugiens ad clericum portantem corpus Christi ecclesiæ immunitate gaudet, vt inde extrahi nequeat.Archi.in c.quæsitũ.13.q.2.Panor.in c.sanè de celebr.miss.Ludo.Gomez.in §.pœnales.nu.50.inst. de act.Didacus Couar.modernorum splendor in alleg.c.20. nu.6.Ioan. de Arnono soliloquio. 80. dictat capitulum, cum alijs allegatis per Do.Petrum a Plaza.in epit.delict. lib.1.c.34.nu.16.Quibus adde Angel. de Clauas. in summa in verbo immunitas.nu. 28.& Benedictus Canophylus in tract.de priuileg. eccles. titul. de ipsarum Immun. priuileg.18.& priuileg.23.hoc tamen limitationem recipiet, sicuti & de ecclesia dictum est, ut non procedat in eo qui delinquat corã, & prope dictum sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum,prout in abolitione, & generali indulto concesso a Serenissimo, & Catholico Rege nostro PHILIPPO DE AVSTRIA omnibus delinquentibus sub anno Domini.1554.exceptionem fecit ut de prædicto indulto non participarent qui multos occiderant prope portantem Sacramentum Eucharistiæ, & vulnerauerant clericum illud asportantem in Casali Cerasi in Valle Noui,vt patet in prag.edita tempore Illustrissimi Petri Pacechi Cardinalis Seguntini proregis in Regno. incip.hauendo.sub Rub.de abolitionibus. in nouis.

n ¶ CIVILI.] an debitor ciuilis confugiens ad ecclesiã gaudeat priuilegio,vt nõ extrahatur? distinguit Angelus. de Clauas in verbo immunitas.n.13.& vide Couar.in dicto c.20.nu.14.Marsil.in l.vnica.nu.111. C.de rapt. Virg. Aufrerius in apostill.ad Capell.Tolos.422.Nicol. Boeri, in decis.215.nu. 6. & alios multos refert Petrus Duenas in Regul.175.limitatione.3.ubi multos congerit.

## Sequitur. §. de Vsurarijs.

### SVMMARIVM.

1 *Vsurarij, non puniuntur.*
2 *Facilitas uenia, est incentiuum delinquendi.*
3 *Vsura, quis sit index.*
4 *Vsura, utroque testamento probibita.*
5 *Iudex usurariorum, quis sit?*
6 *Vsura, qualiter iure ciuili sit probibita.*
7 *Casus nouem, obseruandi per iudicem.*
8 *Prouincia, malis hominibus purganda est.*
9 *Vsura, est mixti fori.*
10 *Forus ciuilis, quando cedat canonico.*
11 *Actoris quando est iudicis electio.*
12 *Fructus pignoris, lucrari ex pacto, vtrum sit licitum, quis iudex cognoscat.*
13 *Statutum, quando non valeat,*
14 *Causa vsurarum, est spiritualis.*
15 *Forus secularis, non tollitur, nisi sit quæstio de peccato*
16 *Vbi est quæstio peccati, ecclesia cognoscit.*
17 *Leuior probatio, admittitur in foro ecclesiastico, quàm in foro seculari.*
18 *Pœna vsurariorum, quando sit ciuilis.*
19 *Vsura, quando sit crimen mixtum.*
20 *Causa pacis & iuramenti, est ecclesię.*
21 *Vsura cõmissa a Iudeo vel Sarraceno, quis cognoscit.*
22 *Omne qui dicit, nihil excipit.*
23 *Iure diuino, Iudæis vsuræ interdicuntur.*
24 *Rex vtrum possit permittere iudæis vsuram committere.*
25 *Peccatum Iudæi non curatur.*
26 *Nil ad nos, de his quæ foris sunt.*
27 *Iudæus, est creatura Dei, & non ecclesię.*
28 *Iudæus, quando puniri debeat?*
29 *Iudęus & Sarracenus, quando puniuntur pro vsura commissa, quis sit iudex eorum.*
30 *Inquisitione quando non procedatur, & vbi.*
31 *Inquisitionis via & effectus.*
32 *Vsurarius, raptori similis est.*
33 *Pœna, vsuram committentis.*
34 *Pęna raptoris, est rei æstimatio.*
35 *Crimina puniri, expedit Reipublicæ.*
36 *Crimina, vndecunque claruerint, punienda.*
37 *Pœna, vbi a iure certa non est imposita, est arbitraria, & potest vsque ad mortem extendi.*
38 *Vsura, vtrum committatur in contractibus venditionum.*
39 *Nomina debitorum, vbi vendi non possunt.*
40 *Verba qnando alterant contractus.*
41 *Vtrum interesse posit vendi, in casu quo ius illud admittit, loco vsuræ.*
42 *Persona mutata, quando mutetur priuilegium.*
43 *Cessante causa cessat effectus.*
44 *Locupletari aliena iactura, iura non patiuntur.*
45 *Emptor, quando gaudeat priuilegio venditoris.*
46 *Contrahentibus, quando liceat se inuicem decipere.*
47 *In pecunia, non cadit emptio, & quomodo.*
48 *Ius aliud est quando residet penes aliud, quod ex eo percipio.*
49 *Nominis debitoris æstimatio.*
50 *Vsura, quando locum habeat, in venditione nominis vide solutionem &c.*
51 *Deceptio inter contrahentes, quæ tolleretur.*
52 *In æstimatione iuris, quæ veniant.*
53 *Vsura, seu intereße, quod prętatur à tutoribus pupillis.*

54 *Vsurã, dicens peccatum non esse, hæreticus est.*
55 *Tutores, hodie de pecunia pupilli, quid facere habeant?*
56 *Oblatio, quam debitor facere debet creditori.*
57 *Interesse, seu vsura, quam præstet pupilli, facti maiores suis tutoribus, & curatoribus.*
58 *Obligatio naturalis, quando vertitur in ciuilibus, reddit contractum vsurarium.*
59 *Iudicium contrarium, vbi locum habet, præcedit contractus.*
60 *Pupillus, & ille cuius negotia geruntur, obligantur.*
61 *Aliter sentire de vsura quàm ecclesia, est hæreticum.*

1 DE vsurarum † crimine aliquid dicamus, quod licet multũ sit in practica eius punitio vel cognitio, iam recessit à curijs. Nam iam nõ videmus aliquem vsurarium punitũ: & † facilitas veniæ, iam eis
2 tribuit incentiuum delinquendi contra iura. 33.q.3. & est iniusta. &. 35.q. nona. ca. leo. Videa
3 mus ergo de hoc crimine, qs sit † iudex cõpetens an ecclesiasticus uel secularis? ¶ Et ante quã de hoc dicam, scias qđ usura est ꝓhibita, & est cri
a men utroque [a] testamento prohibitum, vt potes uidere, Leuitici. 25. & Deuteronomi. 23. Ezechiel. 14. & Lucę. 6. Et quod habetur Deutero-
4 mi. 15. cap. ubi à nullo † recipies usuram. Et in Psalmo. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo. ibi, Qui pecuniã suã, non dederit ad usurã: ut in cap. quoniam multi. 9. q. 4. Et quamuis iura Digestorum, &. C. uideantur usuram permittere, & illam inter crimina non numerare, ut in titul. de usuris. C. &. ff. Communis tamen habet opinio, quod iure aucten. usura sit prohibita, & lege damnata. Et ita uidetur tenere gloss. in l. i. de summa trini. & in auctem. ad hæc. C. de usuris: Et Panor. in clemen. de usuris. Et Archidiaco. 24. q. 4. c. quid dicam. Pro hoc in aucten. de eccle. titulis, in princ. col. 9. Nã ex quo lex præcepit quatuor consilia seruanda, inter quæ est usurarum prohibitio, non est dubium quin usura allegata, saltim tacite, sit reprobata. Et hæc est sana opinio, quicquid dicat Butri. in auct. ad hæc. C. de usuris, & Bar. in dicta. l. 1. C. de summa Trini. De quo etiam uide late not. in regula peccatum. de regu. iur. libro. 6. in mercuriali, & in clemen. prima de usuris, & quia hoc non est modici fructus, ut dicit Ioã. And. supra, ideo omittamus. Vide late scripta per dominum Petr. de Anchar. in repetitione regulæ, peccati uenia, de regulis, libro. 6. ¶ Et intremus materiam principalem, quis sit
5 iudex † competens [b]: & uidetur quòd ecclesia-
b sticus, quia est crimen ecclesiasticum, & ita tenet gloss. in cap. ex literis, de iureiur. & in cap. cum sit. & c. ex tenore. de foro compe. Et ita uidetur tex. & glo. in clemen. dispendiosam. de iudi. & maxime esset hoc uerum stante opinione
c contraria, quod l. ciuili [c] non sit prohibitũ, quã multi sequuntur, ut Butri. Bart. ubi supra, & Hostien. in summa huius tituli. §. 2. versi. ex his.
6 quia si non est † prohibita: nec est crimen de quo cognoscat secularis iudex, qui secundum leges habet iudicare. ¶ Sed posses dicere quòd ex dispositione generali ex qua quatuor consilia mandantur obseruari. in auctent. de ecclesia. titul. in principio. Et quia lex nutrit peccatum, merito iudex etiam secularis debet in suo
7 foro casus nouem † obseruare, ut not. in cap. primo de noui ope. nuncia. Et iam fortius si ex statuto uel. l. iudicis secularis esset etiam usura reprobata, uel pœna imposita, ut in regno Valeñ. ex foris regni, ubi est usura prohibita, & certo casu adiecta pœna, ut in milite fænerante, & etiam data iurisdictio iudici seculari, in quo casu non est dubium quòd secularis suum laicum distringere, & pęna fori pôt castigare, qa eius in
8 terest suos subditos habere bonos † & prouinciam purgare, ut. l. congruit. de offi. præsidis. Ecclesia uero, uel iudex ecclesiasticus, ad pœnam canonicam, de qua in cap. quia in omnib. extra de usuris. & in c. quanquam. de usuris. li. 6 non est dubium illum posse punire. ar. no. C. de adul. l. si quis, & sic loquitur Ioan. And. in cap. 1 de usuris. li. 6. in nouella. Et hac ratione dicit d. Anto. de But. in cap. cum sit generale. de foro
9 competen. Quod ideo † usura posset dici mix-
d ti fori [d] dicens, quod quandocunque dubitatur ad substantiam usurarum an sit crimen usurarium uel non? & tunc super hoc non cognoscit secularis, quia hæc est determinatio pro causa. Et ideo hoc non determinat iudex secularis. hoc dicit putare se, nisi notorie constaret usurã esse uel non esse, quia licet non cognitionaliter, posset tamẽ exceptionem oppositam admittere uel repellere, arg. eius qđ no. glo. de iudic. cũ uenissent. & de priuileg. cum personæ. & de rescrip. cum contingat. ¶ Sed dubitatur de soluto, uel non soluto, uel de sola substãtia cõtractus, an sic sit contractum, uel nõ, uel ẽt de simulatione, an sit contractus simulatus, uel nõ? & sic non negatur usura, nec de illa dubitatur, & tũc cognoscere potest de hoc laicus, Et dicit Butri. C. de usuris, l. cum allegas. Et Bal. in l. titia. ff. solu. matrimo. & in. l. omni. C. de sacrosanc. eccles. Et Pau. in clem. 1. de usur. Idem si petitur restitutio usuræ, poterit de hoc peti coram iudice seculari, & ad hoc excipi, ex quo non negatur usura, uel solummodo solutũ esse uel nõ esse, no. Archi. 14. q. 4. ca. quid dicam. per quæ dicit, Putarem posse cognoscere iudicem secularem, si quæstio coram eo uerteretur, ut rationem agendo uel excipiendo, habeat de usura: & hoc ea ra
10 tione, quia † in tali casu forus ciuilis cedit canonico, ut not. in regula possessor. de regu. iur. libr. 6. de præscriptionibus. cap. fin. Vbi concurrunt

currunt iurisdictiones, lite non cœpta, erit ele-
11 ctio † actoris, alias lite cepta, iudex cognoscet coram quo incidit, nec fit remissio secundũ distinctionem supra proximã. Per quæ putat q́d si petatur pignus, quasi fructus debeant in sortem compensari, quòd si est tantum quæstio de quantitate fructuum, nec negatur vsura, quod poterit de hoc secularis cognoscere. Idẽ
12 si petatur pignus, & creditor dicat quod† fruct⁹ habet extantes & restituere intẽdit, sed uult quod debitum sibi restituatur ante, vel quia pactum est factum de fructibus nõ repetendis, antequam soluatur debitum, vt in terminis. c. ad nostram de iureiur. ¶Sed si dicatur licitum ex pacto fructus lucrari, hoc cognoscet ecclesia, satis tñ posset iudex secularis hanc exceptionẽ vt notoriè falsam reijcere, non adhibita cognitione super ea. Idem si uellet fructus in alio interesse debere in sortem compensari, non negãdo ipsos cessante interesse, debere in sortem compensari; satis putat per hanc doctrinam posse secularem contra laicum de hoc cognoscere, & idem si velit petere vsuram ut interesse non vt vsuram, ut in terminis, capitul. salubriter. & l. curabit. de ac. empti. vel quia petit vsuras præcij non soluti, ex quo oportuit eum vsuras recipere: & tantum soluit, quia tunc nõ petit sub ratione vsure, quod intelligo, nisi per partem reuocetur in dubium, an hæc petitio nutriat peccatum, & sic intelligit Lap. sua allegatione. 62. & 63. Hæc ergo in simili materia approbatur per Ioann. And. in cap. tuam. de ordi. cog. Et hanc theoricam tenuit Frede. de senis, suo consilio. 91. & sic de facto consuluit: per quæ dicit, quòd si statutum disponeret propter ius sup probatione, quod quis sit vsurarius, quod cum hoc vertatur in dubium de
13 substantia vsurarum, quod † statutum non valet secularis, ut quia in instrumento continerẽtur. quod si quis fecerit refutationem de debito, in instrumento contento, pro minori quantitate quàm contineatur in instrumento, quod eo ipso, hic concludatur vsurarius, tunc nõ valet statutum. Per quæ dicit patere quod statuta quæ habent quod stetur probationi solius famæ, cum ordinetur ad concludendum peccatum, nõ dubiũ, si fiant a laicis talia statuta non valent q́d dicit bene notandũ. Lapus tñ sua allegatione. 57. &. 58. &. 75. dicit se de facto pluries obtinuisse. Et sic dicit curiã obseruare curiã Romanam, quod quãdocunq; disputetur de vsura, vel qa repetitur, si tñ quæstio sit vsurarum, vt vsuræ, hæc quæstio nõ potest tractari coram iudice seculari, sed coram ecclesiastico, allegat gl. in dicta cle. dispendiosam. gl. de iureiur. c. ex li-
14 teris, quæ dicit quod† causa vsur̃. est spiritualis ad hoc glo. in dicto cap. cum sit generale. de foro competen. quæ dicit, quod crimen est ecclesiasticum vsura, de officio ordiñ. capitulo. primo. 11. quæst. 1. in summa. 6. quæst. 2. c. 1. & cle. dispendiosa. quæ vsuram numerat inter causas spirituales & ecclesiasticas. Allegat glo. in d. c. si annum, de iudic. lib. 6. super uerbo, infantis, quæ exemplificando de causa spirituali, exemplificat de causa usurarum. Et idem concludit dictus Lapus sua allega. 75. quod practica distinctionem de prohibito, & cõcesso nõ admittit, nec curia. Ideo dicit quod ubicunque petunt uel repetũtur usuræ, uel quoquomodo tangantur, cognoscit ecclesiasticus solus, hoc ideo quia negari non potest, quin dicta causa sit spiritualis, uel saltim quasi spiritualis, & sic annexa, igitur solus ecclesiasticus cognoscit, supra tit. 1. c. quanto. Et ideo dominus Ant. de Butrio in c. cũ sit generale. dicit quod si practica hoc habet, seruanda est, & stilus curiæ si talis est: verum de iure satis putat, quod procedant prius dicta, quia non altero respectu potest dici hęc causa spiritualis, nisi quia peccatum habet annexum, res enim subiecta. s. usura soluta temporalis est, & inquantum curia secularis adiretur pro turpiter quæsito etiam in quo nutriretur, uel daretur concursus peccati, dummodo non disputetur de peccato, per hoc non tolleret̃ fo-
15 rus † secularis, ut patet de condi. indebi. ff. p totum. de furtis, & ui bonorũ rapt. de dolo, metus causa. per totum. ¶Ex quo ergo forus secularis, in hoc cedit canoni, quod turpiter sit quesitum ex usura sicut in furto uidemus. ff. de furtis, per totum. sic & pro posse potest agi coram seculari, ut in lib. feudo. de pace tenenda. & c. & de treuga & pac. c. 1. Et si hoc uerum foret, q́d ubi in acquisitione temporali daretur concursus peccati, ex hoc, causa diceretur spiritualis, iam euacuaretur forus secularis. Ad quod allegat not. de iudic. nouit. Et quod not. Bart. in extrauaganti, ad reprimendũ. solum ergo cognoscit ecclesia quãdo dubitatur an sit vsura: quia
16 de hoc crimine an sit peccatum † spectat ad ecclesiã. Et hæc sunt quæ satis prolixe reperio scripta per dominũ Antonium de Butrio, in cap. cũ sit generale. de foro competen. Et licet multum late loquatur, & multa bona dicat, quæ ex causa ut infra dicam, attamen non recedit ab opinione Paul. in clemen. prima de usuris. neque Bart. in dictis locis in. l. titia, solu. matrim̃. & in. l. omni innouatione. C. de sacrosanc. eccle. Dominus Bald. tamen aliter scribit, in l. quotiens. C. de iudiciis. dicens, quod tam in vsuris, quam matrimonio, siue sit quæstio in iure, siue in facto, semper principaliter & incidenter cognoscit ecclesia, & non est quæstio agitanda, coram iudice seculari, per ca. tuam, de ordiñ. cog. & qui filij sint legitimi. cap. causam quæ. cum similibus. Et illam opi. sequitur etiam Do. Pet. de Ancha. quæ videtur bene intelligentib. opinio glo. in clemen. dispendiosam, de iudic. quã uis dominus Ioannes de imola, dicat quod dominus Petr. de Gaspar. & de Calderinis, consuluerunt contrarium, credo quod uoluerunt dicere,

cere, quod prædicti doctores contra opin. glo. & Bald. consuluerunt, & contra opin. Petri de Ancha. in lectura, & monstratur per ea quæ dicit do. Anto. in fin. dicens, quòd opi. glo. forte seruaretur in practica, dicens, quòd pro ipsa fa
17 ciet quia facit, forte † leuiores probationes admitterentur & sufficerent in foro ecclesiastico, iuxta not. de iureiur. ca. ex literis, sic & in matrimonio, licet quædam quæstio sit facti, forte admitterentur testes in foro canonico, qui aliàs non admitterentur: ut in cap. super eodem. de testibus. Sed saluo honore tanti patris & domini, hæc rō multum est grossa, quod propter faciliorē modum procedendi, detur in ecclesiam iurisdictio. Et iō de iure videtur verior opinio Bald. in dicta. l. quotiens. & glo. in dicta clem. Nam de iure canonico, solum illud erat crimen & punibil. vt in titulo de usuris, merito erat crimen ecclesiasticum, ut dicit glos. in dicto c. cum sit generale. & vbique glo. istud tenet, & in dubio adhæreas gl. sicut puer qui nescit equitare, se tenet arcono, ut refert But. C. qui pro sua. l. 1. Et sic solus iudex ecclesiasticus de illo cognoscit principaliter, & incidenter: vt de ordi. cog. ca. tuam. & q̄ filii sint legitimi. c. causam. & tenet Bal. & gl. Sed quia in hoc regno, & in aliis do. Arragonum regi subditis, ex foris & constitutionibus, usurę reprobantur & imponit̄ pęna
18 & sic ex l. & ex pęna, † est crimē ciuile, ut not. in auten. clericus qui. C. de episcopis & cler. per
19 Cyn. & Bald. † Merito potest dici quod in his regnis est crimen mixtum, & vterque iudex est competens inter laicos, pro sua pęna seculari, pro vsurarum restitutione, & opertione, & pœna suo casu a lege imposita, & ecclesiasticus, pro sua. Et hoc sentit dominus Anton. de Butrio in princi. suæ notæ, vbi supra. Et hoc in regno posset verificari dictum Bartold. & Pauli de Castro, super ista materia usurarū, & illorū distinctio, an sit dubium in iure, uel in facto? &c. tamen etiam illorum opinionem, vsquequaque non credimus veram, nisi cum hoc grano salis. Nam iudex secularis aditus contra laicum vt usuram restituat, uel pignoris computet fructus in sortem, iunctis regulis iuris communis, etiā si de facto negetur vsura, & sic resultet iuris altercatio: attamen si iudex secularis iuris canonici regulis seruatis, velit declarare usurā, & sic restituendam, hoc poterit quærere iudex secularis, etiam de exceptione ad ecclesiam pertinen. quo ad cognitionem, si de illa notorie cōstet, potest & debet habere rationem. Faciunt no. per glo. de iudic. cum venissent. de priuil. cum personæ. & de rescrip. cum contingat. Nec potest dici quòd hæc causa sit mere ecclesiastica, nec quod iudex secularis sit prohibitus iudicare, nisi quia ubi de contrario ꝓnunciaret, nutriretur peccatum, propter vsurarum prohibitionem: ut dicit dominus Antonius de Butri. in dicto c. cum sit. de foro compe. Pro quo optime facit. c. quāto. extra de usuris: maxime, quia forus regni concedit cognitionem, uideatur ergo concessisse de omnib. in causa incidentib. & ad causam pertinen. C. de iudic. l. quotiens. & quod not. in cap. 1. de ordi. cog. cum similib. Ergo videtur quod iudex secularis, tam super facto, quam super iure, vsura data lege regni cognoscere, & ꝓnunciare posset, verum vbi esset casus dubius, nōdum decisus, per regulas iuris canonici expresse, & ventilaret̄ de eo quæstio, ut in aliquibus casibus, de quibus infra dicemus: tunc si iudex secularis uellet dicere, non esse usuram, uel nollet ex suo sensu id declarare, male faceret: quoniam ratione peccati, hoc pertineret ad ecclesiam. de iudic. nouit. Et tale dubium veniret per ecclesiam decidend. qui filii sint legitimi cap. per venerabilem. cum similibus. Et sic intellect. nota. Bart. & Pau. in hoc regno posset pro cōmuni obseruatione teneri. Aliàs autem esset dicendum, quod de treuga, & pace iuramento firmata, uel si esset fracta, uel quo ad effectum iuris, iudex secularis non posset se intromittere, quod est contra. l. de pace tenenda, & iuramento firman. cum simili-
20 bus: quia † causa pacis, & iuramenti, est de foro ecclesiæ. de iudic. nouit. & sic cum hoc temperio intelligas no. per Paul. & Bart. & non errabis: quia si bene ponderes attēta diuersitate fori, ad ius commune, ciuile, uel legale, non
21 differunt. † Sed quid dices de Iudæis[e] & Sarracenis, usuram committentibus? nunquid ec-
e clesia, vel iudex secularis puniet eos, vel erit ne seruanda distinctio supra proxima? Et videt̄ qđ nullus eorum, maxime in Iudæo: quoniam sua secta, uel eorum antiqua lex, est in tollerantia. extra de Iudæis. ca. & si Iudæos. & secundum illorum legem, dicūt ipsis licitum fore cum Christianis fænerari. Allegant Deuteronomi. 23. ca. vbi dicitur. Non fęnerabis fratri tuo ad vsuram, peccuniā tuā: neque fruges, nec quamlibet aliam rem, sed alieno. fratri aūt tuo, absque vsura, id quod indiget commodabis, & benedicat tibi dominus deus tuus, in omni tempore tuo. Et uide etiam Deuteromi. 28. Ex quo ipsi inferunt, q̄ alij qui non est frater in eadē fide, iuxta c. ad mensam. 11. q. 3. erit licitum fænerari. ¶ Secundo pro hoc adducitur dictū Augustini, qđ habetur in ca. ab illo. 14. q. 4. vbi dicitur, ab illo exige usuram, cui merito desideras nocere. ¶ Sed contra Iudæos facit quod habetur Deuternomi. cap. 15. ubi dicitur, quod a nullo recipiendæ sunt vsuræ, quæ est uniuersalis negatiua
22 † & qui totum dicit, nihil excludit. de maio. & obed. solitę. Et argumentum a contrario sensu,
23 quod allegat Iudæus, non procedit † quia resultat prauus intellectus, & contra illorum legem Deuternomi. cap. 15. Et Dauid in Psalmo. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, ibi: Qui iurat proximo suo, & non decipit. Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, & munera super

super innocentes non accepit. Ad hoc. l. 1. de offi. eius cui manda. est iurisdictio. & quod not. in l. conuéticulam. de episcopis & clericis. Nec obstat dictum Augustini in capitu. ab illo. Nã vt dicunt docto. illud debet intelligi negatiúe, id est sicut nulli quis debet nocere, sic nulli debet fænerari. Et ita communiter tenetur per Guil. in cle. 1. de usur. Et per Hostien. in summa. titu. de vsuris. §. aliquãdo. & per docto. in cap. cõquestus. de vsuris. & c. quanto. & c. post miserabilẽ.

24 † Sed q̃d dices de iudæis in hoc regno, & in aliis terris domino nostro Arragonũ regi subditis, vbi Iudæi habent ex priuilegio, ut possint fænerari. Et certe licet Guilliermus de monte Lugduno, in clemen. 1. de úsuris, dicat quod rex non potest illud priuilegiare, citra pęnam clementinæ. Et expresse loquatur de nostro domino rege Arragonum, ut ibi refert dominus Ioan. de Imola: tamen iudex secularis non executaret illam formam priuilegii, non excedentem: de stricto rigore, credo quod illorum priuilegium non valet. ¶ Primo, quia ut diximus contra illorum legem, & sic eis non prodest argu. l. die Sabbato. C. de Iudæis. ¶ Secundo, qui contra legem diuinam, pariter & humanam, vt est dictum, & etiam contra legem regni, secundum quam ipsi debent uiuere. C. de Iudæis, iudex. nisi dicas principem excusando, quod

25 ex quo de † peccato iudæi non curatur, cum sit in continuo peccato, & sic de his qui sunt foris, nihil ad eos: & quia usura a lege imperii nõ erat reprobata, ita quod Iudæos astringeret (vt supra diximus) etiam quod a foro sit reprobata ex priuilegio Iudæi excipi possunt: non obstat quod in eorum peccet legem (vt est allegatum) quia de illorum peccato non curatur, q̃a etiam princeps & ecclesia sciunt quod ipsi peccant in articulis fidei, qui sapiunt sacratissimã humanitatem Christi: & tamen tollerãtur, & ta

26 men nil ad nos, † de his quæ foris [f] sunt. de di

f uor. gaudemus. 2. q. 1. c. multa. Et ideo dicit Pa. de Leazare in clem. prima de vsuris, q̃d Iudæus asserens usuram non esse peccatum, non esse ut hæreticum puniendum. Allegat. 45. distinctio. de Iudæis. 1. q̃ó. 7. conuenientibus. 23. quæ. 5. si nos. & capitulo non vos. 27. quæstio. quinta. alieno. & in capitul. quicunque. & capitulo hæ

27 retici. † Et quia licet Iudæus sit creatura dei, non tamen est creatura ecclesiæ, quæ eos non regenerat per baptismum, & ideo canonibus nõ arctatur. 2. q̃ó. 1. multi. Bene tamen dicit ibi gl. & scribentes, q̃d si talia dogmatisarent quod es

28 sent per ecclesiam † puniendi. Allegat not. de noto. c. quod super ijs. Et hæc possent excusare principem concedentem priuilegium a pœna consilij generalis, in clementina prima. de vsuris, si ualet illorum priuilegium. hoc tamen nõ

29 firmo, quoniam magna est dubitatio. † Sed ponamus, ubi Iudæus, uel Sarracenus in casum ꝓhibitum vsuram exercent, corã quo iudice est agendum, vel quis eos puniet? Dic quòd iudex secularis illorum, & non ecclesiasticus & poterit fieri ad requisitionem ecclesiæ. Ad hoc not. extra de usuris. capitulo. quanto. & quod not.

30 in dicta clemen. & quia † de ijs qui foris sunt non curat ecclesia. de diuor. gaudemus. 2. quæstion. 1. cap. multi. Sed scias quod in hoc Valentino regno, de priuilegio, nequid procedi per inquisitionem in causa vsurarum, & satis est de mente fori, sed hoc est per iudicem secularem quando ipse de usura cognoscit. Sed ecclesiasticus bene potest in usura procedere per inquisitionem, ut not. Innocen. in capitulo ad nostram. in 2. de iureiuran. maxime quando de iure canonico omnia crimina sunt publica, ut no. Innocen. in cap. crimina. de collu. deteg. Et ideo, ut de isto crimine posſit procedi inquirendo fit commisſio alicui ecclesiastico a sede apostolica, q̃ etiã de forma cõmisſionis potest inquirẽdo ꝓcedere. de quo in dicto c. ad nr̃am.

31 in. 2. de iureiurã. † Sed dubitat quis sit effectus istius inquisitionis, nũquid si per istam inquisitionem cõstet de vsurarijs á quo est extorta poterit illam habere, uel coget eum commissarius vel episcopus ad restitutionem, & uidetur q̃d non quia dum proceditur per inquisitionẽ, agitur ad pęnam canonicam imponendam, nõ ad utilitatem alicuius priuatæ personæ secundum Innocentium, qui ita not. in cap. ad nostram. in. 2. de iureiurando. Fatetur tamen Hostiensis quòd per quandam consequẽtiam potest recuperare usuram, ijs a quo est exacta, & iudex illum cogere. quia aliàs pœnitentiã fructuosam agere nequit, nisi restituat alienum, vt. 14. quæstion. 6. si res. & infra de usuris, cap. cum tu. Secundum Hostiensem addas aliam rationem, quia si non restituit, habet locum pęna canonica, de quibus in cap. quamquam. de usuris. libro sexto. ¶ Item quia episcopus potest cogere existentem in peccato, quod exeat, &

32 quod restituat quod rapuit. † Nam usurarius raptori similis est, ut in c. si quis vsuram. 14. quęstione. 4. sed pœnam pecuniariam non posset imponere ex tali inquisione etiam in casu, ubi a lege regni est imposita pęna, quia non agitur ad hoc. Sed pone quod agitur coram iudice laico ad instantiam partis constat de usura,

33 & prænunciat illum usurarium, † & usuram teneri restituere, nunquid ex delicto poterit ad aliquem pœnam condemnari pecuniariam domino regi applicandam, uel in corpore. Et certe si agitur ad rei restitutionem, non quia & si agatur de crimine, nõ est tamen huius quæstio criminalis. De procurator. cap. tuæ. & sic ei aliqua pœna imponi non potest. Sed si ille fuit accusatus uel denunciatus de crimine, coram iudice criminali, est dubium an sit pęna pecuniaria domino regi applicanda, uel alia corporalis? Et certe in hoc regno Valentino in multis est adiecta pœna, si usuram exerceat, quia restituit

tuit principale, uel sortem cũ vsura, & dimidia
sortis applicatur domino regi. ¶Sed qd in Pa-
gano, uel non milite? Et certe uidetur relictum
in dispositione iuris, & sic quod nullam pœnam
præstet, sed quod restituat usuram, qa si de alio
uoluisset princeps dixisset, de decimis, ad au-
dientiã. Et in nõ disposit. restat iuris cõis dispo
sitio. l. 1. ad muncipal. l. præcipimus. C. de appel
latio. cum similibus. Maxime, quia id foro caue
tur in contrariũ, & quod domino regi aliquid
acquiratur, probatur per. l. Lucius. in fine. ff. de
iure fisci. ff. de inofficioso testamento, lege. Pa-
pinianus. ait contra veteran. §. meminisse.
¶Item quia usura est rapina, vt. 14. quæstio. 4. c.
34 si quis usuram. † Ergo ut raptor præstet pœnã,
ut institu. vi bonorum raptorum. §. si quis con
tra, quæ est rei raptæ æstimatio, ut ibi, maxime
qa si hoc non esset, esset dicere crimẽ, sine puni
35 tione, & sine pœna, cõtra publicã vtilitatẽ: † qa
interest Reipublicæ ne crimina remaneant im-
punita. l. licitatio. §. qđ illicite. ff. de pub. & ve-
cti. & in c. ut famæ. de sententia excõicationis.
36 Et ubicunq; crimina † claruerint, puniẽda sũt
24. q. 3. ecclesię. Si ergo puniri habet aliqua ha-
g bet esse pœna, illa ergo erit arbitraria [g] ff. de pœ-
nis. l. hodie. & in arbitrarijs venit mors inclusi-
ue secundũ gl. in. §. in summa instit. de iniuriis.
¶Sed in nostro casu non esset tale arbitriũ; ne-
que posset esse quia ex quo pro tali & simili de
37 licto, alias non est indicta talis pœna † mortis
uel corporis, illa non posset venire in arbitra-
ria secundum glo. notabilem, in cap. inquisitio
nis, de accusa. Vel posset dici quòd iam a foro
sit pœna adiecta pecuniaria, scilicet dimidia
sortis, & illa est fisco applicanda ipsi foro. Et
sic alias præsumitur. l. agraria. de termino amo
to. ff. ¶Nec obstat quod ille forus loquatur in
milite, quia etiam à paritate, uel maioritate ra
tionis etiam in criminibus & pœnalibus fit ex
tensio & l. loquens de vno extenditur ad alium
casum, etiam legis non cautum. De quo uide
glo. in cap. quãquam. de usuris. libro sexto. glo.
fina. & in ca. 1. de tempo. ordi. libro. 6. glo. super
uerbo, Italiæ. Et uide glo. in l. si qui seruo. C. de
furt. Vide nota. per Bald. in auctẽn: quas actio-
nes. C. de sacrosanct. eccle. & per Matthæum de
Mathal. in tractatu exten. iuris. ubi uide in locis
ubi dictus forus non uiget, si est forus uel consti
tutio illa seruanda est, alias ueniat pœna arbitra
ria, uti diximus. ¶Hic autem esset quærendũ
quid sit usura, & quare fuit prohibita a lege di
uina & multiplici genere usurarum, & de con-
tractib. initis in fraudẽ usurarũ, & de aliquib. ca
sibus in quibus dubitatur an usura committa-
tur, quod hic inserere esset facere de hac mate-
ria librum, & potius laboriosum quam subti-
le. Ideo uide quod not. Innoc. & Hostiens. in c.
1. de usuris. & in cap. in ciuitat. & in aliis capitu
lis eiusdem tituli. per Baldum in rubrica. C. de
usuris. & per Butri. & eum in l. cum alle-
gas. C. de usuris. per Baldum & Angelum, in
auctẽn. ad hæc. & Petrum de Ancharano, in re-
gula, peccati ueniam. de regulis iuris. libro. 6.
Et per Ioannem And. in mercuriali., in regula
peccatum, & per Ioannem & Antonium de Bu
trio in cap. ad nostram, de emptione, & uend.
Ad quæ loca sufficiat remisisse. ¶Sed quia in
hoc regno quotidie de aliquibus dubitatur an
usura cõmittatur, ideo de his practicabilibus,
& de quibus dubitatur quotidie aliqua dica-
mus. Et primo uidi sæpe dubitari in hoc regno
in occurrentibus casibus. Pone, Venditor uen-
38 dit domum, turrim, uel campũ, † Cum emptor
pecuniam promptam non haberet, & quia uen
ditor carebat re, & prætio, fuit constitutum per
emptorem certum interesse annuũ præstandũ
uenditori, & sic in casum permissum iure ciui-
li, pariter & canonico, ut in l. curabit de actioni
bus empti. & l. initio. de pact. inter emptorem
& uenditorem. Et quod notatur in. l. 1. C. de
summa Trinita. & in l. 1. C. de sentẽtijs quæ pro-
eo quod interest proferuntur, & in cap. sacro. de
sententia excommunicationis. Modo ergo do-
minus dicti interesse, ut ita loquamur pecunia
indigens, uendidit, uel de foro cesionem fecit
alicui tertio, de dicto nomine & interesse, quia
39 de foro in hoc regno, nomina † uẽdi nõ possint,
sed ubi essent uerba, uẽdidit cessit etiã uti iam
de facto uidi ẽt quod ut venditio nõ ualeret, ut
in l. si creditor. C. de hæredi. uel ac. uendi. Et qa
ex quo in cõtractu sunt adiecta uerba habilia
ad cesionem secundũ quam ualere põt, uidet
dicendũ qđ pro illa ualeat, quasi uerba aliquid
debent operari. arg. l. si uno. ff. locati, & faciunt
40 † transire contractũ de una materia ad aliam,
iuxta. l. cum ita donatur. ff. de donation. causa
mortis. Facit quod notatur in. l. si insulam, de ꝑ
script. uerbis. ¶Sed quid dices in dubio princi
pali? Pone quod illius nominis est facta habili-
ter cesio in tertiũ. Nũquid ille tertius, licite re-
cipiat istud interesse sine eo quod vsuram com
mittat, & uidetur quod non sit licita perci-
ptio istius interesse, ut in emptorem: qua ille
nõ caret re & fructibus, quemadmodum autor
suus, in cuius personam erat licita perceptio in
teresse, merito uidet quod in eo non sit licita ꝑ-
ceptio, & posit sibi dici quod si illud exigeret,
41 est usura. † Nam causa exaction. talis interesse,
est carentia rei & fructuum, ut in dicta. l. cura-
bit, cum similibus. Et ꝓ hac opinione facit, qđ
singulariter no. Bal. in Rubrica. C. de usuris. in l.
quæstione. vbi dicit qđ interesse qđ marit' licet
recipit propter dotem non solutam, iuxta capi
tulo salubriter. de usuris, non potest vendi ne-
que cedi, quia non licite per alium recipere-
retur. ¶Sed hoc non obstante pluries consului,
& iudicialiter obtinui contrarium, quod sit
licita perceptio dicti nominis in emptore vel
cesionario. Non obstat quod dominus Bald.
ibi voluit dicere de marito, quod non potest in
alium

alium transferre ius recipiendi interesse, quia cōtrarium voluit Ang. in repet. authen. ad hęc. C. de vsuris pro concordandis. Quibus opinionibus posses dicere, quod aut maritus ex ipsa dote non soluta licite recipit interesse & exegit ex mora, iuxta. l. vnicā. de rei vxo. actio. & quod no. in d. cap. salubriter, & hoc propter onera matrimonij, si illud nomen citra prouisionem alicuius interesse ex pacto vel stipulatione per socerum alteri cedat quod tunc cessionarius, vel emptor non poterit petere interesse, quia is nō sustinet onera matrimonij. Si autem per socerū sit constitutum interesse annue soluendū, iuxta materiam dicti cap. salubriter, tunc illud posset cedi & licite recipit per cessionarium, vel emptorem. Et sic loquatur Angel. & hæc distinctio bene fundatur pro infra dicendis ad nostrum proposi tum, istud reducendo, præsupposito qđ opinio Bald. de qua in dicta rubrica esset vera, non facit contra cessionem habentem vel emptorem: quia in quæstione Bal. causa quare emptor vel cessionarius non potest recipere interesse, est quia maritus & illius persona erat cau-
42 sa illius priuilegij. † mutata ergo persona, mutatur causa priuilegij. C. de imp. lucra. l. 1. libro 10. & l. licitatio. §. fi. ff. de pub. Et de acqu. hæred. l. Paulus. secundum Baldū. ibi potest esse alia ratio, quia in quæstione Bald. causa recipiē di interesse, est supportatio onerum matrimonij, vt in cap. salubriter. extra de vsuris, qua ces-
43 sante, † cessat dispositio, in cap. cum cessante. de appell. cum similibus. Cum igitur in emptore vel cessionario, cesset illa causa, s. onus matrimonij, posset dici secundum Baldum, cessare interesse, nostro autem casu longe diuersum: nā causa quare venditor iuste recipit interesse ab emptore est duplex, s. quia caret re & pretio. Et quia emptor est in mora nō soluendi pretium, & non est illa sola ratio quod emptor colligit fructus ex re. Et hoc probatur ea ratione: quia aliàs diceretur quòd nullum interesse deberetur ex re, quæ nullius est fructus, empta & non soluto pretio, cuius contrarium habetur in l. Lucius, secundum vnam lecturam, de act. empt. & quod no. Bald. in l. 2. C. de vsuris. vnde cum eandem moram committat emptor, cum isto cession. vel nominis emptor, satis cum primo creditore eundem debet præstare interesse, maxi-
44 me, quia ex vsu rei vel ex fructibus, † locupletaē cum iactura aliena, quod iura non patiuntur.
45 † Et quia de iure iste emptor nominis, vel de illo habens cessionem, gaudet eodem priuilegio quo venditor vel cedēs. ff. de hære. vel ac. vendi. l. emptor nominis, maxime quia is qui interesse permisit rem illam afficit & obligauit pro illo interesse & quasi censu, vt ita loquamur.

¶ Ad hoc optime faciunt nota. per Innocentiū, in cap. in ciuitate, de vsuris, & quod ibi scribit dominus Antonius de Butrio, super quæstione, communis bestiatum. Et pro hac parte fuit pluries pronunciatum in hoc regno. ¶ Pone etiam id quod quotidie fit per mercatores & alios ementes cessiones, accipientes cessiones sub nominib. uel pensionib. censualiū, quorum dies nondum cessit & dant statim venditori uel facienti cessionem pecuniam, minus tamē quā sit nomen uel pensio, aliquando minus tertia parte, aliquotiens minus quarta uel quinta ꝑ uti possunt conuenire, nunquid quod vltra exigitur a dictis debitoribus nominum vel pensionum, sit usura, & repeti posit, & uidetur qđ sic: q̄a pecunia pecuniam parit isto casu contra iura. 14. q. 3. cap. plærique, uendendo ei siue emendo nomen, vř vendi pecuniā in quæ non cadit uenditio, quare nō est ad hunc usum destinata, ut not. in capitulo. 1. de usuris. Vnde licet quis in ea transferendo utatur uerbo, uendo, tamē debet dici mutuum in effectu qui debet attendi, ut not. in d. capitulo. plærique. & l. si vno. ff. locati. Et quod not. Host. in cap. petitio. de procura. & in cap. intelligentia. de verborū sign. ¶ In contrariū uidetur dicendum, quia in nominibus debitorū, cadūt oēs tituli, legati, donationis, emptionis, & uenditionis, & similium. ut. l. ab Anastasio. &. l. per diuersas. C. mādati. &. C. &. ff. de hęre. uel ac. uēdi. & l. ex legato nominis. C. de legatis. ¶ Consequenter infertur quod sicut in alijs rebus in quibus cadunt contractus emptionis & uenditionis, non curatur æqualitas ualoris rei uenditæ ad ꝓcium, dū modo ultra dimidā nō extendat, imo expresse
46 in dimidiam, licet † contrahentibus se decipere l. 2. C. de rescin. uendi. & l. in causæ. §. pen. ff. de mino. & ēt de iure canonico. ut in c. cū dilecti. de emptio. & vendi. Sic ergo uidetur dicēdum in emptione nominum, sicut aliarum rerum
47 quæ sunt in cōmercio. † Non obstat qđ dicis qđ pecunia pariat pecuniā, & quod in pecunia nō cadit emptio, q̄a fatendū est immediate: Sed mediate siue ꝑ modū aliarū rerū super quibus contractus emptionis, & uenditionis & similium iunguntur, pecunia, pecuniam parit, rem scilicet emptam minori præcio, alteri plus vendendo, & ita in casu nostro mediante nomine empto, ultra quam emerim uel excessione dederim a debitore nominis exigo, ipsum ergo nomen est tanquam materia siue res in contractū deducta, & non pecunia, quod patet: quia si non habet debitor pecuniam unde soluat vnum nummū, nihilominus obligatus est in toto debito, ut patet in titu. q bonis credere possunt. C. & ff. istud ergo ius incorporale est res quæ uenditur principaliter non pecunia. Facit
48 quod no. in ca. quamuis. de decimis. ubi † aliud est ius quod residet pœnes me, aliud quod ex illo iure consequor, ut fructus ex iure decimandi. ¶ Præterea illud nomen ita emptum subiacet periculis, & expensis, & laboribus, quia debitor poterit effici non soluendo, & forte etiā quod sit soluendo, oportebit cum eo litigare, & sumptus,

sumptus, & expensas facere, & expectare dubiũ litis euentum ff. de peculio. l. si quod debetur, de iudic. l. properandum. in prin. C. de iudic. c. dispendio. de decimis, in 6. de dolo & contu. c.
49 finem. Ex quibus nomen debitoris debet † considerari, & tantominus existimari, ut not. Bart. post glo. in. l. ab Anastasio. C. mandati. ¶Hoc tñ credit esse verum, d. Petr. de Anch. ubi talis emptio nominis fiat ex cã, & de nomine dubitato, utrũ statim uel in termino præfixo soluat uel non soluat. Vbi aũt est oĩno certũ qd soluet puta quia est fidelis, uel tutus mercator, qui tenetur in diẽ soluere centũ mihi, & ego indigens de præsenti pecunia delegẽ tibi eum vel faciã tibi cessionem, ut tibi soluat dicta centũ in termino, & mihi das. 80. nomine præcij dicti nominis, statim credit illa quæ recipies in termino,
50 ab illo mercatore † censeri usuram. Et ita dicit quod consuluit in foro cõscientię cuidã iuueni mercatori in Venetis, dicens qd facit c. nauigãti, de usuris, sed non uidetur talis distinctio de nomine dubitato uel indubitato iure, probari. Nam si dicta distinctio esset vera, idem ius esset in re empta minori præcio, quod infallibiliter plus valet, quia sicut in illa re cadit contractus emptionis, sic in nominib. de iure uel cessio de foro, & in his contractib. & in quolibet eorũ tol
51 leratur † deceptio, dum tñ nõ ultra dimidiam, etiam de iure canonico, ut in dicto c. cum dilecti. de emptio. & uendi. ¶Item quia & ratione temporis & periculi, & propter expensas, mi-
52 nus ualet illud nomen, & id uenit in † æstimatione de iure, iuxta not. in dicta. l. ab Anastasio. Nonne bonus, & fidelis mercator propter multos casus & infortunia potest effici non soluendo uel facere creditorem litigare, uel ciuitas poterit pati aratum, uel propter guerras non soluere pensiones censualium, & sic cessio esset sibi inutilis, maxime quia etiã facto cedẽtis põt a te auferri, & suscipis periculũ ex quib. indubie minus ualet nomen. nõ obstat si tibi per ꝓmissam euictionẽ cauisti, qa etiam sunt litigia. Et quia tu cedens potes effici non soluendo, Et sic uidetur dicendum tales cessiones non usurarias. Indistincte faciunt not. p d. Ant. de Bur. in c. in ciuitate. de usur. quem uide ad materiã aut factum, consulendũ est do. Petr. de Ancha. quia Christiani bene faciunt, si a talibus cõtractibus cessant: ut in dicta decretali, in ciuitate. Expost nimis est rigorosa opinio, & cõtra regulas utriusq; iuris. Sed quid dices de usuris uel interesse, ad qd quotidie curatores pupillis cõdemnantur, & de illo quod per contrarium iudicium tutelæ tutores, & curatores retinent.
53 ¶Et primo uideamus de usuris, † uel interesse pupillare, quod præstant tutores uel curatores ipsis pupillis, an sit usura, uel interesse permissum? Et certe de iure ciuili nulla est dubitatio. Nam tutores, & curatores tenentur fœnerari, & de usura respondere pupillis, uel ex mercia-re. in locis idoneis collocando pecuniam, aliás tenẽtur ad usuras, ut in auten. ut hi qui oblig. perhi. habere res mi. coll. 4. & C. de admi. tuto. l. tutores. ff. de admi. tuto. l. siue hæredem. §. Modestinus. & l. tutor qui repertorium, cũ similib. Sed hoc non uidetur iure canonico approbari, cum usura sit ab ipso consilio generali reprobata in cap. quia in omnibus. de usuris. immo & qui dicit pertinaciter illam non esse peccatum
54 † ut hæreticus [h] iudicandus est, ut in clem. 1. de
h usur. quomodo ergo iudices seculares quotidie condemnant tutores, & curatores, ad interesse pecuniæ ociosæ pupillis. ¶Dicas quòd dictũ interesse nõ est usura, imò est interesse debitum ex ipsa tutelari administratione cui ius fauet, & canonicum non resistit, ut sentit singulariter Innoc. in ca. sacro. de sen. excõ. Vnde dicit Bart. in. l. diuus Seuerus. ff. ad l. falcidiã, quod id qd
55 antiquitus statutum erat quod † tutores tenebantur fęnerari de pecunia ociosa pupillorum & de usuris hodie rñdere. tenẽt illã pecuniã dare mercatori, ut de parte iusti lucri possint pupillis rñdere. Et id sequit Bal. in l. 1. de condi. in debi. Allegat c. p uestras. de dona. inter uirũ & uxo. Et alibi Bal. in l. fi. C. de peti. hære. tenet qd interesse quãtũ ex prædio empto haberet, iuste petit & exigit. Facit qd no. Inn. in c. in ciuitate, de usuris. hoc tñ intellige si pcedat cõtract⁹ habilis, uel actio illũ de iure ꝓducens, sicut est tutelarius, ut not. Inn. in ca. sacro. de senten. excõmunication. Et sic uidetur dicendum, iudices iustitiam facere, ad tale interesse condemnan. dato tempore uel subducto, infra quod potuerint exmerciari tutores, & curatores. & in d. auten. ut hi qui perhib. oblig. habere se res mi. & usque ad tempus realis restitutionis pecuniæ ociosæ etiam finita tutela. ut. ff. de admini. tuto l. tutor, qui repertorium. §. fin. & l. Lucius. §. quæsitum. 2. eodem. titul. Et. l. 1. §. fin. de usuris: nisi ea deposuerit, ut in l. tutor pro pupillo, eodem titul. de admi. tuto. Quod solitus sum limitare sic quando pecunia quam restiturus est tutor vel curator, est liquida, quia tunc nisi soluatur vel deponatur, ut est dictum non liberatur a cursu usurarum, vel interesse, iuxta. l. acceptam. C. de usuris. Sed si peccunia quam tutor uel curator est restituturus, non est liquida ex probabili dubio facti uel iuris, tunc quia talis tutor uel curator non est improbus litigator non committit moram, & sic non tenetur ad usuras. ff. de usuris. l. si quis solutioni. & l. tutor condemnatus. &. l. non uidetur improbus. ff. de regulis iuris. Et ideo dicit glo. in dicta. l. acceptã. gl. super uerbo, usur. quod quando non est liquidum debitum citra depositionem liberatur ab usura. Alleg. ff. si certum petatur. l. quidã. & uide quod ibi singu. Bald. scribit in princi. oppositionum. & in sexta oppositione ubi allegat singula. l. quam sum semper solit⁹ allegare. l. statuliber ratiõ. ff. de sta. liber. &

licet non alleget ipse, habes sociam in.l.seruus si hæredi.aliás.l.cum hæres.ff.eo.6. oppo. Dicitur hic, qđ obligatio, consignatio, & depositio, suos effectus operentur, debet offerri totum de
56 bitum cũ suis accessorijs,† contrarium imò videtur, quod sufficiat partem offerre.ut. ff.de sta tuliber. l.statuliber rõnem. ¶ Solutio, aut totũ debitum est liquidum:& tunc totum debet offeri, ut hic.& ff. eo.l.tutor.§.Lucius, aut est pars liquida, & pars non, & tunc sufficit offerre id quod est liquidũ.Nam in liquida dum non contra hitur mora, antequam sit per iudicẽm declaratum. C. de vsuris. & fruct. litium. l. 2. hęc sunt formalia verba Baldi, in dict.l.tu multum not. pro mea sub proxima distinct. & pro ea faciunt quæ scribit Bar.in.l. qui Romæ. §. Gaya. ff.de verbo. oblig. Et quod dubium facti uel iu
57 ris dictum cursum vsurarium,† vel int eresse impediat. Facit tex.in l.emptor.§.lucius.de pactis tex.cum glo.in l. tertia.§ ibidem.ff.ad exhibendum.& quod not.Inno.in.c.cum inter R, seniorem de elect.Et no.ista, quia si bene intelligas, facient tibi honorem in practica.¶Nunc restat videre de interesse, uel usura quam petit tutor, vel curator, uel negotiorum gestorum ex impẽsis in administratione contrario iudicio tutelæ, vel negotiorium gestorum, ut uides sunt soliti condemnare minores, vel pupillos factos maiores, & illorum bona, & de iure ciuili, quod bene faciunt, non est dubium: quoniam hoc vulgatum est legistis, de tutore uel curatore, ut in.l.3.§.contrarium. ff. de cõtrario iudicio tutorum, & negotiorum gestorum.in l. at qui natura. §.non tantum.ff.de nego.gest. ¶ Sed quo modo hoc potest tollerari iure canonico cum sit contra regulas iuris canonici in hac materia vsuraria, nam certum est quod si tutor uel curator, mutuat suam pecuniam pupillo, & suæ administrationi, pro illa pecunia non potest parere pecuniam vel aliquod commodum, ut in cap.plerique.13.quæst.4.& 88. distinct. cap. eijciens.¶Item quia ex tali mutuo, seu impenso solum oritur aduersum pupillum naturalis oblig.l.sed & si lege. §. consuluit.de peti. hære-
58 di.& in cap.cum in officijs.de testamẽtis. †Sed quotiens obligatio naturalis, vertitur in ciuilẽ, est contractus vsurarius, ut no.Ioan And.in ca. consuluit. de usuris, imò statutũ quod vult qđ illa naturalis obligatio in ciuilem vertatur, vt in Bergamo, est nullum, & reprobatum per clemen.1.de usuris, & quod ibi no.gl. super verbo, onera.Merito vt ita dicam, lex disponens super hoc qđ illa naturalis obligatio ex mutuo vertatur in ciuilem, est a iure canonico reprobata. Et sic videtur, quod iudices laici, male faciunt ex contrario iudicio tutelæ, vel negotiorum gestorum condemnare, vel interesse iudicare, cũ sapiat vsuram. Sed his non obstan. dicendũ est istud cõtrarium iudiciũ procedere, & quod est iustũ interesse multis considerationib.¶Primo quia ista contraria iudicia tutelæ negotiorũ gestorum, & similia reperta sunt quadam pro æqtate, ut sicut tutores, & curatores negotiorum gestorum præstant interesse pro pecunia ociosa sicut & eius præstetur cõtrario iudicio, ut in dictis legibus. Et hoc repertum est in magnum fauorem pupillorum, ut facilius tutores in administratione impendant, & bona pupillorũ, præ inopia ne pereant, ut aiunt, tex.in l.1.in prin.ff. de contrario iudicio tutelæ. ¶Item & istud est singulare dictum, quia in his in quibus habet
59 locum † contrarium iudicium tutelæ, vel negociorum, vel pro socio, semper procedit contractus præambulus, uel actio præambula, ad quã facta relatio præstation.quæ dicitur usura ad illud attendens resultat, quasi facio, vt des.ut in omni matrimonio, ut, extra de usuris c. salubriter, uel vendo & trado, ut des.C.de actionibus empti.l.curabit. uel facio ut des, ut defende. c.1.uel est susceptio particularis. vt des. l.periculi.de nautico fœneratore, aut alia cõformitas vnius ad alterũ, vbi proprie non dicitur usura, quia non est lucrum, sed est compensatio quædam debita hinc & inde, ut in legibus allegatis. Et ita debet intelligi quod no. in. l. socium qui in eo.ff.pro socio.secundum Bald.in l.1. de sum.Tri.in 6.corõdel.Sed sic est huius, qa procedit contractus societatis uel gestio uel tutelę administratio, propter quam bene & utiliter gerẽdam impendit, & sic facit & impendit vt recuperet cum eo quòd sua interest, & sic cum suo iusto interesse, & sic nõ est usura. Nec obstat quòd canonista dicit, quod ex tali mutuo uel impenso in administratione, solum oriatur naturalis obligatio, quare hoc non est uerũ, imò ex contractu præambulo ius dat fomentum, & naturalis vestitur ex ciuili ab ipsa lege, faciunt not.in l.legẽ.C.de pactis. Et idem dicẽdum est
60 quod † pupillus, & naturaliter, & ciuiliter est obligatus suo tutori vel curatori, & is cuius negocia per tertium administrantur. Et sic non vt vsurã, sed ut interesse iustum, iuste petitur, & fit condemnatio. Faciunt etiam no.per Inno. in.c. 2.de sentẽtia excommunicationis. ¶Et hæc sufficiant de materia vsurarum. De cęteris cõcurrẽtibus dubijs ĩ materia vsurarum, uide ĩ suis titulis, & in locis desup alle. & Hostien. in summa, titu.de usuris, quæ hic nõ curo inserere, sufficiat cotidiana tetigisse. hoc semper intellecto, quod de dictis, & dicendis uolo stare determinationi sanctæ matris ecclesiæ, tanquam vere catholicus. Et quia potissime, in hac materia
61 iuris determinatio, ad illam spectet:& aliter † sentire quam sentiat est hæreticum, ut vides in clem.1.de vsuris, & hæc sufficiant pro nunc.

CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶VTROQVE.] Illud, quod hic dicitur, nulli dubiũ est, ꝙ utroq; testamento scripturæ ꝓhibita est usura, & uoluit Dauit in Psal.hic allegato per Bellugã.qđ est. nu. 14.& Ezecchiel.c.18. Ad usuram dantem, & amplius accipientem

cipientem nunquid uiuet. Voluit Innoc. in rub. Extra de usur. Lucas de Penna in l. apud eos col. prima. C. de debit. ciuit. lib. 11. Ioann. Anton. de Nigris in cap. Regni no uiter. num. 2. sub rub. de usuris. ubi tenuit utroque testamento, & ueteri, & nouo prohibitas usuras. Tenuit Rolandus à Vale. in consilio. 55. si consideremus. num. 16. vol. secunda. Christoph. de Castillion. in consilio. 36. In facto. num. 6. in fin. Ioann. Francisc. Scalionus in Ritu. 20. num. 6. Didacus Couarr. Var. Resoluti. lib. 3. cap. 1. num. 5. Ambrosius à Vignate in Tract. de vsuris. num. 13. D. Petrus Foller. in Pract. censuali. in verb. Nicolaus episcopus. num. 26. D. Vicent. Maxilla in consuetud. Bari. §. si inter. num. 37. in fine. sub rub. si paries sit in confin. D. Iulius Clarus sentent. lib. 5. §. vsura. num. 3. Angel. Clauas. in summa in uerb. usura. 2. num. 1. & March. Anto. Cucchus Instit. Canon. lib. 4. titul. 7. in princip. & hoc tenēt etiam Theologi Antonius Florenti. in tract. de vsuris. in prin. nu. 4. Quam opinionē apud Theologos communem asserit Ioannes Aquilanus. sermon. 37. non est hic homo. sub ver. septimo usurarius. allegat simpliciter huius sententiæ authores, Augustin. Heronymi. Ambros. Chrisostom. Thom. Albert. Petrum de Plaud. Alexand. de Ales, & Bonauenturam. & nouissime benè, & subtiliter Dominicus de soto de Iustit. & Iur. lib. 6. q. 1. articul. 1. col. 4. Et non mirū cum etiam apud Ethnicos prohibeatur vti res pessima apud Aegiptios, & apud Athenēses, ut volui. D. Foller. vbi supra. num. 231. Inde apud Aristotelem lib. Politic. 1. & Moral. Nichomach. 4. Vsurarij appellantur turpes Lucratores. ob quod quidā Fufidius fenerator notatur per Horati. hisce uersibus in lib. sermonum, primo. dum inquit.

Fufidius Vappæ famam timet, ac Nebullonis,
Diues Agris, diues positis in fęnore nummis.
Quinas hic capiti mercedes exigit, atque
Quanto perditior quisque est, tanto acrius urget.

Et de alio etiam quodam Scauro, qui & ipse usuras exercebat, ipsisq; inhiabat, ita loquitur Strozza Pater.

Scuarus habet Villas, Vrbana palatia, nummos,
Pinguiaque innumeris prædia bobus arat.
Huic tamen assidue maior succrescit habendi
Nunquam diuitijs ex satiata fames.
Ditior est igitur patrio contentus agello,
Qui viuit nullo fœnore Fabritius.

Antonius etiā pius Imperator eo quòd trientarium fęnus exercuit multa afficitur nota à Iulio Capitolino. sic etiam Atislus apud Saxonem Grammaticum. Carictes apud Plutarchum in Phocione, & de multis similibus apud scriptores ingenuus lector poterit uidere.

b ¶COMPETENS.] Quis sit cōpetens usurarię causæ Iudex ecclesiasticus an secularis, ex eo quęstio ista pendet an usuræ crimen ecclesiasticum sit uel seculare? De quibus dico infra in uersi. Mixti fori.

c ¶LEGE CIVILI.] Vsura an Iure ciuili dicatur esse prohibita? Quod non sunt omnino prohibitę de Iure ciuili alios referens D. Prosper Carauita in ritu. 21. num. 5. Contraria tamen est communis sententia omniū. post glo. in authen. Ad hæc. C. de usuris. & Azo in summa de usuris. retulit Christophorus Castillioneus in consil. 36. in facto. num. 7. Vicentius Maxilla in consuetud. Bari. §. si inter. num. 37. sub rubri. si paries sit in Confin. & Ioa. Aquilanus in sermon. 37. uersi. sexto usurarius. Albericus in l. cunctos populos. nu. 15. C. de summa Trinit. & fide cath. ubi Iason num. 47. Alexand. in consi. 1. circa primū. in prin. uol. 3. & in cons. 49. paucis utar. col. 1. uol. 4. quod consiliū non est Alexand. sed D. Antonij de Prato ueteri. Refert, & sequitur D. Rolandus à Valle in consi. 55. siue consideremus. num. 11. uol. secundo. communem hanc esse sententiam esserit Ioan. Baptista Villalobos in verb. usura. num. 67. & tenuit etiam D. Iulius Clarus in dicto. §. usura. num. 4. allios allegans.

d ¶MIXTI FORI.] Vsura crimen est ecclesiasticum. text. cum glo. in summa. 11. q. 1. Et ad ecclesiasticum pertinet Iudicem, ut uoluit Paulus de Leazar. in cle. ex grandi, extra de usur. moderando sequitur Bartol. in l. Titia num. 7. ff. sol. matr. Gaspar Calder. in consil. 236. Inhærēdo. in fin. inter consilia. Anchar. Federic. de Senis in cons. 96. in consilio 245. in consilio 300. Alexand. in consilio. 58. circa primum. in fin. in consi. 59. Viso Instrumento. col. 3. uol. 1. Idem Alexand. in consil. 39. Viso statuto, & Themate. col. secūda uersi. secūdo moueor. uol. 4. Gaspar Calderin. & Philipp. Franc. in cap. 1. de usur. in 6. Idem Calder. in consil. 3. Andr. de Isernia in cap. 15. contrahentium incestas nuptias. col. 1. quæ sint regal. in feudis. Cardin. in consi. 120. Petr. Philipp. Cor. in consi. 217. uiso processu agitato. litera d. uol. 3. Raphael Fulg. in consilio. 134. In quęstione uersa. col. fin. uersi. Postremo. Felin. & alii in capitulo, cum sit generale. extra. de For. compet. Ioann. de Firmo. in tract. de episcop. li. 4. parte. 2. col. 2. uersi. tertio quero. Laurent. de Rodulphis in tract. de usuris. q. 114. Sebastianus Neapodanus in capitulo regni. Item statuimus quòd officiales, siue seculares. sub titul. quod person. secul. non se introm. in aliq. crim. eccl. Paris de Puteo in tract. sindicatus. in uersi. Inquisitio. in fin. Francisc. Marcus in Decisio. Delphin. 497. quæritur. à num. 21. usq; ad finem. uol. prim. & Robert. Maranta in specul. Aur. in uerb. Inquisitio. numero 107. cumpluribus. seq. Ioan. de Arnon. in Problem. 13. In epithomatib. & Domino Follerius in Pract. Crim. cano. parte. 2. cap. 20. num. 2. Alfonsius Aluarez. in Speculum ca. 67. de viur num. 7. Anton. Corsetus in consilio. 25. pertotum. consi. crim. tomo. 2. ubi latissimè Alexander de Neuo in consi. 99. nu. 3. & in consil. 100. per totum. Cacheran. in Decision. Pedemont. in Decis. 137. per totum. Petrus Roizius in Decis. Lituanica. 5. de fęnore num. 2. cum traditis per Dominū Iuli. Clarum. in dicto. §. vsura. numero. 2. & in Pract. crim. q. 37. num. 3. & nouissimè Dominus Francisc. Bursatus in consi. 90. An Iudæus. num. 27. vol. 1. & nos diximus sup. oēs in regia Aragonū. §. 2. glo. 1. nu. 100. vsq; ad nu. 115. ubi posuimus regulam quòd usurarum causa ecclesiastica sit, & ad eos pertineat Iudices, & demū ibi posuimus multas limitationes, & ibi me remitto, ne hic iterrū transcribam. & post oēs uide plures cōcordantias quas inducit D. Quintilianus Mādos. ad Lap. Alle. 55. in verbo. seculari Iudice. ubi bene.

e ¶IVDAEIS.] Nec etiā Iudæos Hæbreosque vsuras exercere posse apertè docuit Iosephus antiqu. Iudaicarum lib. 4. c. 8. Mutuum dare (inquit) ad vsuram Hæbreorum nemini liceat, neque cibum, neque potum, non est enim iustum redditus captare ex fortunis tribulium, sed præstat opem ferre illorum necessitatibus, & ad lucrum imputare eorum gratiarum actionē, & Dei retributionē, quæ huiusmodi beneficentiam solet consequi. Hęc Iosephus, quem refert & sequitur D. Petrus Foller. in Praxi censual. in ver. Nicolaus Episcopus. num. 231. licet impressorum vitio referat in 6. capitulo. & referat alijs verbis, tamen supradicta sunt verba ipsius Iosephi ex interpretatione Sigismundi Gelenij. quod aliàs declaratum extitisse per S. D. N. Paulum 4. & in actis redactum retulit Ill. D. Gabriel Paleotus Cardi. in decis. rotę. 270. Quidam Salomon in fin. quos retulit, & sequitur D. Francisc. Bursatus. in consilio. 90. an Iudæus. numero. 27. volumine. 1. Curtius Iunior in l. eius qui in prouincia. nu. 5. ff. si cert. pet. Alexand. de Neuo in consi. 100. num. primo in consi. 101. numero. 14. vbi multum inuehit contra doctorum malitiam permittentium consuetudinem Hebræorum permittētem fęnerari, etiā in terris ecclesiæ. & idē dicit

in consi. 102. nu. 13. licet contrarium seruetur, ut voluit D. Iulius Clarus in dicto. §. vsura. num. 7. Ad materiam Rainaldus Corsus indagat. iur. lib. 3. cap. 11. num. 3. Marcus Anton. Cucchus Insti. Canonicar. lib. 4. titul. 7. versi. Iudæi quoq; . Et peccant fænerando christianis, ut ex Canonistarum, & Theologorum sententia retulit. Matthæus de Afflict. in const. Reg. vsurariorum. num. 25. sub rub. de vsur. puniendo. latiss. Marquerdus de susannis in tract. de Iudæis parte. 1. cap. 11. per totum.

f ¶FORIS.] Regula hæc quòd ecclesia nihil curat de his, quę foris sunt, tamen non procedit in Iudęis fęnerantibus, quia ad iudices spectat, Iudęos compellere ad usurarum restitutionem. ut alia allegans uoluit Matth. de Afflict. in consti. Regni, vsurariorum. numero. 26. de vsurarijs puniend.

¶ARBITRARIA] quòd vltra pœnas ordinarias vsurarius etiam extraordinarie puniatur, pœna arbitraria tenuit Philip. Corn. in consi. 19. Videtur. litera h. vol. 3. & sequitur aliud non dicens, sed referens Corn. Philipp. Deci. in l. Rogasti. §. si tibi. in fin. ff. si certum petat. de reb. cred. & latè Camillus Salernus in Proœm. consuetud. Neapol. §. Prefatis. in uersi. pro conclusione. col. secunda. licet referat ibi dè Philipp. Deci. in consil. 270. num. primo. 2. & vltimo loco eandem prosequitur opinionē D. Iacobus Menochius. de Arbitrar. Iud. quæstion. lib. 2. Centur. 4. num. 15. 23. vbi ad satietatem, ita ut sufficiat pro isto negocio ipsum allegasse.

h ¶VT HAERETICVS] Vsuram non esse peccatū asserens ut hæreticus ęstimandus est, inquit Cardin. in dicta clem. 1. de usur. Philipp. Dec. in l. Rogasti. §. si tibi. in fin. ff. si cert. pet. Marcus Anton. Cucchus. Instit. Canon. lib. 4. titul. 7. circa finē. & Dominic. de Soto de Iust. & iur. lib. 6. quæst. prima Articul. 1. col. 4. Paul. Grillandus in tract. de Hæretic. q. 2. num. 11. cum peccatum esse grauissimum nemo est, qui ambigat. concludit Soto ubi supra. Albertus Magnus in lib. 2. sentent. & Alij Doctores allegati per Ioannem Aquilanum in sermon. 37. quam supra narratam conclusionem tenuerat ante eos Bald. in authentica, Ad hæc. col. 2. C. de vsur. & in l. 1. col. 4. C. de summa Trin. & fide cathol. ¶ Limitantur prædicta nō procedere si ioco, uel linguæ lubrico id dictum fuerit uel si quis id dixerit esset Iudæus, non enim eo casu dicetur Hæresis. ut uoluit Cardin. in dicta clem. 1. de vsuris.

## De iuramento. In §. quædam.

### SVMMARIVM.

1 *Causæ iuramenti sunt mixti fori, & ad vtrunque iudicem quando competent.*
2 *Ad seruandum iuramentum, compellitur & censura ecclesiastica, & sententia iudicis secularis.*
3 *Periurium, respicit dei irreuerentiam.*
4 *Iuramentum quando non producat actionem.*
5 *Peccatum vbi versatur ecclesiæ subimus iudicium.*
6 *Forus ciuilis pedissecus.*
7 *Lex canonica validat contractum a lege ciuili reprobatum.*
8 *Iuramentum contra bonos mores, nō est obligatoriū.*
9 *Remedium seruandi iuramentum contra legem præstitum.*
10 *Prohibitio contractuum, qualiter dirigatur.*
11 *Contractus prohibitus à lege, quando validetur à iuramento.*
12 *Iuramentum ordinatur ad obligādū deo, & nō parti.*
13 *Recipiens iuramentum super illicito, tenetur illud relaxare.*
14 *Contractus quando præsumatur, aliter factus aut extortus.*
15 *Fictio per statutum induci potest.*
16 *In contractibus minorum præsumitur dolus.*
17 *Fauor publicus in quibus consistat.*
18 *Præceptum quando sapiat naturam consilij.*
19 *Probibitio iuramenti, ad quos pertineat.*
20 *Probibitū una via omnibus modis censetur vetitū.*
21 *Lex ciuilis super voto quando dispenset.*
22 *Lex in remittendo iusiurand. habet vim apostoli.*
23 *Legis resistentia quando impediat contractum,*
24 *Iuramentum & simplex loquela non parificantur.*
25 *Effectus iuramēti actione impeditus lege uel statuto*
26 *Iuramentū defuncti, utrum hæres implere teneatur.*
27 *Pecunia credita a lusore, vtrum repetatur.*
28 *Lex & statutum si contractum prohibeant alienationis, ratione rei uel personæ vtrum coram iudice seculari agatur.*
29 *Lex vel statutum patriæ, utrum tollere possit iuramentum.*
30 *Statutum laicorum, vtrum fictionem, dolum, vel inductionem ad inualidandum contractum possit inducere.*
31 *Absolutio à iuramento, quando locum non habeat.*
32 *Cum quid probibetur, & omne id per quod deuenitur ad illud.*
33 *Iudex secularis, quando facit iuramentum seruari.*
34 *Sine actione nullus experitur.*
35 *Recursus ad ecclesiam, quando habeatur.*
36 *Iudex secularis requisitus ab ecclesiastico, cogit iuramentum seruare.*
37 *Peccatum inobedientiæ, quando locum habeat.*
38 *Non obediens superiori incurrit peccatum mortale.*
39 *Iuramentum primum, quomodo locum habeat.*
40 *Dispositio legis quādo sapiat naturam consilij, & quādo præcepti.*
41 *Mandatum quando non seruandum est.*
42 *Legis ciuilis consideratio.*
43 *Potestas ligandi animam, non potest esse penes laicū.*
44 *Potestas Petri, & successorum.*
45 *Pęna non obedientis principi.*
46 *Lex diuina, & humana, superiori obediendum esse imperant.*
47 *Pęnæ transgressorum legis.*
48 *Qui peccauit contrabendo, potest non peccare contractum seruando.*
49 *Legis transgressor, qualiter peccatum incurrat.*
50 *Pœna transgredientis canonem.*
51 *Soluens ex contractu prohibito, vtrum repetat.*
52 *Repetitio, quando locum habeat.*
53 *Vinculum iuramenti quando dissoluatur.*
54 *Canon fauens iuramento, quæ excludat.*
55 *Iuramentum quando sit relaxandum.*
56 *Ex iuramento agenti, quando replicetur de dolo.*
57 *Clausula, donat quod plus valet, quid operetur.*
58 *Iuramento quando canon non assistat.*
59 *Periurium quādo nō committatur spreto iuramēto.*

60 *Notariorum stilus, quod non sit multum obligato-rius.*
61 *Lex patriæ vel statutum, utrum possit tollere iuramentum.*
62 *Iuramentum est res spiritualis.*
63 *Iuramentum de iure diuino.*
64 *Votum est spirituales.*
65 *Lex ciuilis quando votum annullat.*
66 *Lex regni vtrum iuramentum annullet.*
67 *Lex ciuilis habet potestatem remittendi iuramentū antequam præstetur.*
68 *Iuramentum interpretatur à lege ciuili.*
69 *Inferior superioris legem tollere non potest.*
70 *Rex Aragonum minime subditus Imperatori.*
71 *Partes quando iuramentum remittere possunt.*
72 *Statutum & pactum parificantur.*
73 *Maior pars si consentiat, omnes consentire videntur.*
74 *Lex disponens in casu vero non habet locum in ficto.*
75 *Statutum iuramentum si probibeat, non potest ex iuramento agi nec excipi.*
76 *Lex laicorum quod posit contra iuramentum disponere.*
77 *Iuramenta reprobare, qualiter iudex laicus possit.*
78 *Minores, & feminæ, qualiter decipiuntur.*
79 *Lex quando habeat vim apostoli.*
80 *Pubes non obligatur uoto.*
81 *Resistentia legis, impedit naturalem obligationem.*
82 *Inter iuramentum & simplicem loquelam deus non facit differentiam.*
83 *Voti dispositio seu commutatio, stat in superioris arbitrio.*
84 *Lex laicorum vtrum dolum & fictionem inducere possit ad inualidandum contractum.*
85 *Probatio contraria quando non admittatur.*
86 *Clausula adducenda legi contrariæ iuramento.*
87 *Præsumptio iuris & de iure, & quando contra eam admittatur probatio.*
88 *Beneficio legis vtens, quando peccet.*
89 *Constitutio vtrum sit seruanda, licet causa non subsit.*
90 *Iuramentum validat contractum minoris.*
91 *Iuramentum non porrigitur ad id quod quis ignorauit.*
92 *Certioratio quando sit necessaria.*
93 *Ignorantia quando præsumatur.*
94 *Mulier velleiano renuntiare non præsumitur.*
95 *Causæ de quibus ratione peccati, iudex secularis cognoscat.*
96 *Iudex ecclesiasticus, vtrum laicos carcerare possit.*
97 *Iudex ecclesiasticus quando habet carcerem in laicos.*
98 *Iudex ecclesiasticus, quando laicos detinere possit.*
99 *Qualitas delicti, quid operetur quo ad iudicium.*
100 *Secularis ad mandatum ecclesiastici, quid facere debeat.*
101 *Episcopus, laicum sacrilegum carcerat.*
102 *Clerici pœnis legalibus non puniuntur.*
103 *Specialitatem allegans eam probare tenetur.*
104 *Intrusio in carcerem est terminus pęnæ alicuius delicti.*

## De iuramento. Rubr. 12.

### In. §. Quædam.

Vædam sunt causæ, quę etiam
1 mixtæ pertinēt† ad vtrumq;
forum, secundū diuersas con
siderationes, ut causæ iura-
2 menti. Nam si dubitatur de
vinculo iuramēti, si liget vel
non, hoc spectat ad ecclesiā,
& sic loquitur tex. in c. uenerabilem, de elec. de
iureiur. c. quanto, & de iudiciis, capitulo nouit,
& quod ibi not. per glo. & Innoc. & quod not.
per glo. & Ioann. And. in nouella, in c. cum. C.
laicus, de foro compe. li. 6. Nō dico quin iudex
secularis seruādo regulas iuris canonici, possit
cognoscere, & iudicare iuramentum esse seruā-
dum. Ad hoc tex. in capitulo licet, de iureiurā
do lib. sexto. in uerbo, eis constet legitime, & in
fi. capitulo ibi pronunciare, & de pactis, capit.
quamuis. Et ad hoc, scilicet ad illud seruan-
dum uel faciendum obseruari, compelli po-
2 test † per censuram ecclesiasticam, ut in dicto.
capit. licet. Et sic uides quòd causa iuramenti
non est mere spiritualis, etiam quo ad uinculū
iuramenti, qm̄ de illo secularis cognoscit, & dis
cernit, secundum regulas iuris canonici, & po-
3 test esseratio, † quia periurium [b] directe respi-
b cit dei irreuerentiam, quæ proprie est Christia-
næ religioni contraria, merito ꝑ iudices coer-
cenda, ut in ca. Rex debet. 24. q. 5. Si autē de iu-
ramento agatur in foro pœnitentiali, & tunc
de illo solum cognoscit ecclesia, & est crimen ec
clesiasticum, & sic loquitur. 22. q. 1. c. prædican-
dum, & quod not. in cap. nos inter, de pur. cano
nica, super prima glo. Et est ratio, quia iudex se
cularis non habet clauium potestatem, ut pos-
sit absoluere in foro pœnitentiali uel ligare, ut
not. de officio ordi. pastoralis, & in c. noua quæ
dā, de pœnitē. & remiss. Si uero agaī de iuramē
to ad pęnam periurii, ꝓut lex ciuilis uel lex pa
trię illū puniret, tūc ad illā pęnā cōueniret corā
iudice seculari, ad hoc not. in. l. 1. C. de reb. cre
ditis, & in. l. ulti. de extraordi. crimi. & in. l. si duo
§. fin. de iureiu. 23. q. 5. Rex debet. imo plus cre-
dit do. Ant. de Butrio, in c. cum sit generale, de
foro compe. Et quod etiam iudex secularis pos
set laicum punire de periurio, de pœna etiam
a canone uel sinodali constitutione indita uel
imposita, allegat capitul. de rapt. & quod not.
Paul. in clementina pastoralis, de re iudi. Sed
quid dices in quotidiana quæstione? iuratum
est super contractu reprobato, & de iure ciuili,
4 uel de lege regni, ex tali iuramento non † pro-
ducitur actio, quia lex non assistit, imo forte re
sistit impugnando iuramentum. ff. de fideiu. l.
si quis ꝓ eo. uel q̄a est præstitum lege prohiben
te: tali casu, quod nō firmat cōtractum. Sed tan
tum potest & debet seruari secundum disposi-
tionem iuris canonici, quia potest seruari si-
ne interitu salutis æternæ, ut de iureiurando.

ca.cum contingat.de pac.c.quāuis. & tunc aliqui dicunt solum agendum corā iudice ecclesiastico ratione peccati, ad hoc de iudi. nouit, cum similibus. domin. Antonio de Butrio, in dicto capitulo, cum contingat, alias cum sit generale, de foro compe. tenet contradicēs, quod tali iuramento potest agi in foro ciuili, & sic coram iudice seculari. Et hæc est ratio, quia in il-
5 lius non obseruantia nutritur euidens † peccatum, quod est Christianæ religioni contrarium. Nam vbi euidentissimum discernitur peccatū per ecclesiam, forus secularis arctatur ad obseruandum quod determinat ecclesia, de iureiur. c. licet, li. 6. & notatur in regula possessor, de reg. iuris li. sexto, super ultima glo. ubi dicit, qđ crimen periurij, non est mere ecclesiasticum, sed mixtum, vnde non mutatur ex eo, sed accumu
c latur forus[c] per quod dicit ex iuramento, vt multotiēs aptissime peccatū in nō obseruātia poterit agi coram ecclesi. & corā seculari poterit illud crimē puniri. ff. de crimi. stellio. l. penul. de iurei. si duo. §. fin. 23. q. 5. c. Rex debet, in hoc
6 ergo forus † ciuilis pedissequus efficit, & nō dedignatur credere & seruare, qđ lex canonica pcipit fieri sub ratione peccati, de iudic. c. clerici & in auten. ut clerici apud proprios episcopos §. primo, coll. 6. ad hoc de iureiur. ca p. licet, lib.
7 sexto. Si ergo lex † canonica ualidat contractum aliās inualidum, de iure ciuili, ita quod pter iuramentum cogatur ad obseruantiam iuramenti & contractus, in cap. cum cōtingat, de iureiurand. & in cap. quāuis pactum, de pactis, lib. sexto. Fortius tunc potest agi, in vtroque foro, ut tenet latius domi. Ant. in cap. allegato, cū sit generale. Sed ex prædictis insurgit magna dubitatio, quia si lex ciuilis uel patriæ reprobat contractum & annullat illum, uidetur iuramentum non ualere. C. de legibus. l. non dubiū, & l. finali. C. de non numerata pecu. Et iam fortius lex annullat contractum, & iuramentū, qa neutrum ualet. ff. de lega. primo. l. si quis inqui
8 linos. §. finali. Et quia tale † iuramentum tanquam contra bonos mores præstitum nō est obligatorium, vt in cap. nō est obligatorium, de regul. iur. lib. 6. & maxime ubi lex patriæ præsumit uel fingit dolum, ut in hoc Valentiano regno, ut in contractu minorum, quod tunc iuramentum non ualet neque contractus, arg. no. in auctent. sacramenta puberum. C. si aduersus uenditionem, uidetur ergo, quod iurans non possit conueniri prætextu talis contractus, ne-
9 que iurati † coram iudice aliquo, neque seculari neque ecclesiastico. In contrarium uidetur, & quod saltim coram iudice ecclesiastico possit[g] conueniri, saltim uia denuntiatiationis euangelicæ, ad obseruantiam iuramenti, ex quo potest seruari sine interitu salutis æternæ, merito seruandus, de iureiur. capitulo, debitores, & c. quanto. ¶ Item quia non spectat ad iudicem laicum annullare iuramentum, quod est uinculum, quod in deum dirigitur, principaliter; ad hoc not. per Hostien. in capitu. ad hoc c. quemadmodum: de iureiur. Et sic homo de illo non dijudicat contra statuendo, quia non sunt subiecta legi ciuili de regula, capitulo. licet de testi. capitulo cum esses, & capit. relatum. Quid dicendum in hoc quotidiano passu, quia practica est in hoc regno, ut ad virtutem iuramenti tollendam, & fori annullant contractum, &
d præsumunt dolum[d] ad hoc ne per præstationem iuramenti obligetur uel conueniatur, sal-
10 tim in foro ecclesiastico. † Est ergo uidere si valet forus, & vbi valeat, stilo non obseruante, poterit conuenire coram iudice ecclesiastico. Et in hoc ergo reperio multas opiniones. Prima
e fuit Barto.[e] in l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. dicens, quod aut lex dirigit prohibitionem, ad psonam, ut puta prohibendo, ut ne mulier alienet, uel ne minor alienet, q. statuit & phibet iuramentum non obligare, quia ex quo dirigit prohibitionē ad personam, agit prohibere personam. Ideo inquantum uertitur inuetitum a lege incurrit peccatū inobedientiæ, & ex consequenti se inuinculat, & iuramentum ut nutriens peccatum non est obseruabile, absq; præiudicio salutis eternæ, & sic nō obligat secundū eum, in dicta. l. si quis pro eo, ad hoc de maio. & obed. c. si quis uenerit, & 10. q. 1. qui resistit. 13. q. 1. ca. quod præcipitur, cum similibus. Si uero lex inhibens contractum, non loquitur in psonam, sed in rem, ut res dotalis uel res minoris non alienetur & similia, quia intētio nō fuit ligare personam, sed solum inquantum agit in
11 tentio fuit annullare actum. † vnde contractus inualidatur a lege, nihilominus iuramentum obligat, quia potest seruari sine interitu salutis æternæ, ut hic. Et dicit quod hoc casu ualidabitur contractus, ut in auct. sacramenta puberum. C. si aduersus venditionem. Et quod non tantum obligetur iuramento, sed etiam validetur contractus patet: quia aliàs si ex contractu solueret, cum ille non haberet ius retinendi, possent repeti, iuxta cap. debitores, de iureiurand. quod esset contra auct. sacramenta puberum.
12 ¶ Item quia rem teneret sine causa: † quia iuramentum ordinatur ad obligandum deo tantum, & non parti. Et istam eandem opinionē sequit inde Bar. in dicta auct. sacramēta. Et idem tenet Ioan. Cal. in c. cum contingat, de iureiur. addens quod aliàs deciperentur leg. canonica, si res transiret per multas manus, cum iuramentum non obligaret successores, neque in rem, neque singulariter, iuxta not. in cap. veritates, de iureiur. unde a successoribus posset repeti. Alia fuit opinio Frederici de Senis, suo cōsi. dine meorum consiliorum. 272. dicen. quod ex quo iuramentum recipiens fecit contra prohibitionem statuti ciuitatis, ex causa facti cum obtemperare debuit, & non contrauenire. 8. di. quæ contra. & 11. quæst. 3. capitul. qui resistit.

resistit. cum ex dicta transgressione puniri deberet, non debet illud commodum reportare. 16. q. prima. c. legi, & de preben. cum qui. lib. sexto. dicit quod potest compelli ad relaxandum iuramentum, neque in hoc uenit iurans contra iuramentum, cum ita petens relaxationem iuraméti, fatetur se esse obligatum iuramento, sicut accidit in eo, qui iurauit soluere usuras qui obligatur iuramento, & tamen potest petere relaxationem [f] de iureiur. c. debitores. & ca. primo. †Si
f
13 cut ergo ubi recipiens iuramentum, super re illicita, quo ad se cogitur relaxare iuramentum, ita hic iuramentum erat licitum ex parte recipientis, propter prohibitionem legis cui debuit obtemperare. & credit quod ratione peccati iudex ecclesiasticus poterit facere dictam compulsionem, & iudex secularis eum recipiens est laicus. Et sic tenet domi. Frede. in dicto consi. Bald. uero in auten. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi. dicit quod antiqui aduocati tenebát quod ubi statutum reprobat expresse contractũ & iuramentum, neutrum ualet, ut l. si quis inquilinos. §. si. ff. de leg. primo, tamen secundum Bald. ibi loquitur quando iuramentum erat reprobatum, propter publicam vtilitatem ¶ Item quod ibi erat reprobatum, a iure communi, ná dicit quod ille tex. non probat quod statutum ualeat. Et ideo ĩ multis locis statuta sic disponé-
14 tia dicunt, quod fingatur † contractus, aliter fa
15 ctus extortus per dolum uel metũ, † potest enim statutum inducere fictionem, qua inducta per auten. sacramenta. contractus non valeret, ut in dicta auct. versu, per iudic. autem. & ista cautela est ualde bona, credit tamen quod etiam quod dicta verba non sint in statuto, tamen ualet statutum si habeat rationem, puta quia malicia hominum illius loci erat multa, puta circa decipiendos minores. Et ideo emanauit statutũ nam cum habeat in se æquitatem, & rationem naturalem, non potest dici statutum iuri esse cõtrarium. Et ita dicit seruari de facto, secundum Bald. quæ opinio directo facit pro sustinendo forum huius regni, iuramentum reproban. & con-
16 tractum annullantibus, & doli † præsumptioné fungentibus in minoribus. ¶ Fuit & alia opinio
g [g] domi. Anto. de Butrio, in cap. cum contingat, de iureiurand. dicens, quod si statutum habet fundamentũ solius fori ipsius qui iurauit, quod iuramentum semper obliget, etiam si in conse-
17 quentias remotas adsit in prohibitione † fauor publicus, scilicet quod liberi procreentur, uel ciues diuites maneant & locupletes, & non depauperentur, quia inquãtum, quod præceptum dirigitur ad personã, putat facere personæ præce
18 ptũ † q̃ sapit naturam consilii. ff. mandati. l. prima. ff. de lega. secundo. l. cum pater. §. mandato, de cond. & demon. l. titia. cum similibus, ad hoc quia præcepta intelliguntur secundum naturã materiæ. 11. quæst. 3. rogo, & dicit se dixisse, in c. nam & concupiscentiam, de const. Et dicit non obstare quod contrahens cum isto sit iurante, ligatur ad peccatum: talia ergo iuramenta sunt seruanda, nisi lex statuens in prohibẽdo habeat respectum ad aliud, quam ad fauorem & fragilitatem iurantis, dum tamen doli sit capax iurãs. de delictis pue. ca. primo & secundo. Et hoc putat verum, etiam si statuta annullent iuramenta
19 quia dicit quod prohibere † iuraméta non spe-
h ctat ad iudices seculares nec legem ciuilem [h]: ad hoc allegat quod notat Hostien. in ca. quemadmodum, de iureiurand. ¶ Item quia talia iuramenta, cum principaliter diriguntur in deum non sunt subiecta legi, maxime ciuili, allegat de regula. licet. & quod not. de testa. cap. cum esses, & c. relatum. Putat etiam idem esse, & si iuraméto daretur solemnitas a statutis, quia talibus lex ciuilis non potest addere solemnitatem, inquantum obligatio dirigitur in deum, sicut dicimus in dispositionibus ad piam causam, ut in l. prima. C. de Sacrosanct. eccle. & quod not. in dicto cap. relatum, & c. cum esses. Idem dicit si annullarentur instrumenta vel fraudem presumerent, alia non apparente causa, præsumendi extrinsecus, uel si imponeret pœnas venientibus ad contractum. quia omnia confingi possent, ad excludendam iuramentalem obligationem, quod via
20 † indirecta fieri non potest, per regulam. cum quid una, & de priuil. ca. quanto. Et dicit quod
21 non obstat, quod Bart. voluit allegare, quod † lex ciuilis super voto potest disponere, in l. 2. ff. de
22 pollici. † & lex in remittendo iuramentum, habet uim apostoli. quia dicit quod non ualent leges illę inquantum infligunt votum, ut not. 32. quęst. secunda, c. mulier, in glo. penulti. & vltima
23 ¶ Item dicit non obstare quod legis resistentia † impediat naturalem obligationem. ff. de fideiu. l. cum lex. ff. de condi. indebi. l. si non sortem. ergo eadem ratione & iuramentum, ut 22. q. 5. iurati. quia id verum quãdo illi prohibitioni consonat ius diuinum, ut in vsuris. ¶ Item licet infligere possit naturalem, inquãtum obligatur parti, & etiam iuramentalem, quo ad secundariam obligationem, quæ dirigitur in partem non infligit nec infligere potest obligationem iuraméti, inquantum principaliter dirigitur in deum,
24 † nec in hoc sunt paria simplex loquela & iuramentum, quia iuramẽtum principaliter in deũ dirigitur, loquela in partem, quo ad cuius commodum, lex potuit obligationem impedire, ad quod allegat de iureiurand. cap. debitores. Ex quibus concludit, quod tali casu non obstante statuto vel lege iuramentum obligat, sed non firmat contractum, ut ex eo agi possit vel excipi.
25 † effectus autem ualiditatis iuramenti erit, quia poterit cogi, saltim via denuntiationis uel officio iudicis, ad obseruantiam iuramenti uel aliis remedijs, quib. cogitur iurãs, de soluendo usuras in cap. allegato, debitores. Addens quod non habebit remedium dicti cap. debitores. soluendi & repetẽdi, ut uoluit Frede. in dicto suo cõsilio.

quia

i quia dicit quod ca.debitores. [i] loquitur quãdo arguitur turpitudo, ex parte eius cui soluitur, ideo ibi datur repetitio, quia tunc iuramentum non obligat, nisi ut momento soluat: hic nulla adest turpitudo, nec obstat, quia dicitur posse re petere cum sine causa sit penes eum solutum sal tim condictione sine causa, quia quo ad repetẽtem, qui iurauit, sine causa non est penes eum, quia obligatus est. Ideo ad mihi tradendum uel dandum, quia sufficit te repetere nõ posse. non impletur ergo obligatio iuramenti, qua teneor ex eo momentaneo implemento, nisi, arguatur turpitudo in recipiente, ut in dicto cap. debitores, uel ex hoc maius bonum impediatur, de spon.cap.commissum, per quæ putat quod hæred. iurant. tenebuntur ad obseruantiam iuramenti, non quod quasi contraueniendo se illaqueãt.ad periurium: quare iuramentum, quo ad hoc est personale, de iureiurand. cap. ueritatis, sed quasi cõtraueniendo illaquãet animam
26 † defuncti ad quam exonerandam [k] tenentur, in
k ca.finali.de sepultu.& in c.in literis.de rap. cum similibus. Fatetur tamen quod ubi argueretur deceptional. haberet iurans remdia, de quibus not.de iureiurand.cap.quintauallis, & cap.debitores. Ad hoc allegat glo.de iureiurand.cap.ueniens glo.final.cum iuribus quæ allegat. Et hoc quia enormiter præsumitur dolus, & subest causa sic præsumendo. ut l. omnes. §. Lucius, de ijs quæ in fraud.credi.ff. de proba.l. qui testamentum, & quod ibi notatur. Vnde adesset turpitudo ex parte eius, cum quo contrahit, & cui iurauit, & idem putat si contractus initetur, cum statim uere simuletur consumpturo, ubi hoc constaret euidentia facti, uel quia notorie esset prodigus, uel cui bonis ut prodigo foret interdictum, quia ibi aliqualis est turpitudo ex parte contrahentis, quæ materiam dat iuueni consumpturo ad proprium consumendum, ut lex ex causa legitima, fraudem vitalem præsumit, ut.ff.pro emp.l.si quis, cũ sciret.ff.de mi.l. quod si minor.§.finali, & l.si vero non remu. §. adolescens, unde dicit quod si mutuaret vel con-
27 traheret cum parato ad † ludum uel corrupto notorie, in actu ludi, uel in vanitatibus mulierũ, remedium foret aduersus iuramenta, per illa iura. Nec putant sufficere si statuta pręsumãt fraudem dolum uel deceptionem, ad auertenda iuramenta indirecte, nisi habeant aliam causam præsumendi promptam, aliàs dicit quod aperte esset uia legis ciuilis, ad prohibenda iuramẽta indirecte, quod non est concedendum. Et hoc tenet dominus Anto.de Butrio, in dicto ca.cum contingat. residet finaliter in opinione, quod generaliter lex laicorum, non potest reprobare iuramentum dolum præsumendo nec fictionem, nisi ex causa expressa, & in hoc residet & sic contra Bartho. & Bald. Fred. in eadem tamen decretali ante *hic* recitata, uoluit tenere opinio. Bartho.cum quodam temperio, dicens quod in quantum lex uel statutum est præcepti, quod si fiat in materiã obligationis ad peccatũ. dicit quod dicit uerum Bar. Idem si fiat in materiam ponderosam uel periculosam. Et dicit quod ut breuiter loquatur, per quæcunque uerba loquatur statutum, ubicunque statutum intelligitur esse præcepti, & illaqueat ad peccatum conuentio, quod quomodo sit dicit se dixisse in cap.nam & concupiscentiam, tunc putat quod iuramentum non obligat, unde non est pręcepti. ita quod nõ illaqueat ad peccatum, tunc ualet iuramentum. Ita ibi concludit Angelus, in l.si quis pro eo, & alii legistæ communiter transeunt, cum opinio. Bar.& illam sequitur do. Petr.de Ancha.in cap.cum contingat, de iureiu. Ioannes de Luuano ibi, atque Saly.in auct.sacramenta pube.non sequitur opinio. Barth. neque approbauit eius distinctionem, an sit prohibitio in rem uel in personam, cum utrobique sit legis trãsgressor faciens contrarium.l.non dubiũ. C.de legibus, & sic utrobiq; incurrit peccatum inobedientiæ, facit quod habetur in cap.generali, glo.contra facientes, de elect.li.6. ¶ Item quia dispositio super effectu intelligitur etiam facta super casu inciden.effectum, quia qui uult consequens, uidetur velle antecedens.l.ad rem mobilem, & l.ad legatum. ff. de procur. facit quod habetur, de officio deleg.cap.pręterea, & cap.ex literis, & ideo ex quo statutum annullat contractum, & annullatio est effectus prohibitionis, ut patet in l.non dubium. C. de *legibus*. Et facit cap.uides.10.distinc.uidetur in consequentiam prohibere contractum. Et quia prohibet effectũ, uidetur ergo ꝙ prohibet causam efficientẽ, & ꝑ consequens ipsos contrahentes contrahere, ex quo prohibet ipsum contractum, uel annullare illum, & ideo uidetur secundum eos, quod non sit facienda prædicta Bartholo.differentia. dominus & præceptor meus dominus Ioannes de Imola, repetendo dictum capitu. cum contingat, ut in eius repetione, quam sub eo reportaui, multas recitat opiniones, & nunc aliqua dicta reprehendit, nunc alia, & bipartite dictã disputat per me positam quæstionem, cuius dicta hic inserere esset facere unum librum de hac materia, prout fecit de illa repetitione. tãtum fuit prolixus: sufficit quod aliqua sua bona, & aliorum hic inseramus, in decisione dubij occurrentis, cum ijs quæ Deus nobis ministrabit. Cum omne bonum optimum omne domum perfectum, desuper est descendens, a summo culmine rerum.1.q.1.cap.cum Paulus. Et ideo præmitto quod dubium desuper formatum habet tria dubia inclusa, quamuis sub uno uerborum in-
28 uolucro unicum uideatur. Et est primum † an si lex uel statutum prohibet alienationem in personam uel in rem, ex iuramento possit agi corã iudice seculari uel ecclesiastico ad illius obseruantiam: & uel an præstans illud possit petere
29 relaxationem ab ecclesia. † Secundum an lex pa

triæ uel statutum posſit tollere iuramentum, &
30 an ualeat ſuper hoc lex laicorum. Tertiũ an † laicorũ ſtatutũ posſit inducere dolũ fictioné uel inductioné doloſam, ubi iuramentũ interuenit ad inualidandũ contractum & iuramentum. Et ad primũ dic, quod ſic ſiue lex prohibeat perſonã contrahere ſiue ipſum contractum. Et ſi lex ciuilis per verba præceptiua loquatur, non eſt dubium iuramentum eſſe ſeruandum, ex quo ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis æternæ, ut in dicto cap. cum contingat, de pact. cap. quamuis, lib. ſexto. & cap. licet mulieres, de iureiur. eo. lib. non facta differentia, an ſit prohibitio facta in rem uel in perſonam, ut uoluit Bartho. quia ultra rationes Saly. de quibus in dicta auctẽ. ſacramenta pu. eſt alia ratio, quia prohibitio. l. Iuliæ, in l. lex Iulia, de fundo dotali. ff. eſt facta in perſona uiri ne alienet, & tamen ſi uallettur iuramento, tenetur quis ad illius obſeruantiam, ut in dicto capitulo. cum contingat, & a tali iuramento non poteſt fieri relaxatio, quicquid dicat Vincẽtius, in dicta decretali, cum contingat, cum contrarium teneat Archi. in cap. 2. de iureiurand. li. ſexto. & Angel. in l. ſi quis pro eo. de fideiuſſoribus dicens, quod in caſu dictæ auctẽn. ſacramen
31 ta, & cap. cum contingat, ualeat contractus, † ne
l que peti poterit abſolutio. Et quod non ſit faciẽda illa differentia, an in rem uel in perſonam ſit facta prohibitio probatur, nam lex prohibendo contractum, ſic uidetur prohibere contrahentibus ne attentent contrahere arg. cap. qui contra iura, de regu. iuris. lib. ſexto. Et quia uerba prolata in rem, potius concernunt perſonam, quam res ipſas. facit, cap. tanta, de exceſſ. prælato. Et de iure non refert, cum quo quis loquatur. l. cum pater. §. donationes. ff. de legat. 3. Et pro hoc bene facit ſecundum dominum meum domi. Ioannẽ de Imola, quia ſenatuſconſul. Velleya. prohibet contractum & obligationem mulierum, ut in l. ſecunda. ff. ad Velleyanum, & tamen dicitur mulieribus eſſe interdictum contractum ſiue obli-
32 gationem, ut in l. prima. ff. eo. † Item quia cum lex prohibet contractum uel obligationem uel alienationem, uidetur prohibere ea per quæ ad illa peruenitur, ad hoc l. oratio, ff. de ſpon. cum ſimilibus, & ſic per conſequens uidetur etiã perſonas contrahentes uel alienantes prohibere, facit quod idem Bartho. not. in l. cũ lex, de fideiu. ad fi. & (ut diximus) dictam diſtinctioné reprobat Saly. & Ioa. de lig. & domi. meus uti diximus. Et potiſsime, quia poſito quod lex ciuilis patriæ, uel ſtatutum prohibeat contrahere in rem uel in perſonam, attamen debet ſubintelligi ſecundum ius commune. l. ſi ſerui ueſtri, de noxalibus. Et ſic merito iuxta dictum cap. cum contingat, & cap. licet mulieres, de iure. ut ſi in contrarium iuretur, teneatur ad illius obſeruantiam. Sed in hoc caſu iudex ſecularis admittet hanc exceptionem iuramenti, uel ſi ex eo agatur, ad obſeruantiam contractus audiet allegatum de iuramento: non obſtan. lege regni uidetur quod non, ſed hoc ſolum habet allegans remediũ, quo ad iudicem eccleſiaſticum recurrat per uiam denuntiationis euangelicæ, ad obſeruantiam iuramenti, iuxta not. de iud. nouit, & in extrauaganti. ad reprimẽdũ, quia iuramentum ex quo lex reprobat contractum, & illam habet obſeruatã iudex ſecularis, nec parit actionem uel obligationem iuramentum, ut legitur & not. in l. 2. C. de operis libertorum. merito ex illo uel de illo, non habebit rationem iudex ſecularis, niſi mandato uel requiſitione iudicis eccleſiaſtici, ut in cap. licet, de iureiur. lib. 6. Et hanc opinionem uidetur ſequi Ioan. de Imola, in cap. cum contingat, in repe. de iureiur. Sed contrarium uidetur tenere domi. Anto. de Butrio, in dicto cap. cum ſit generale, de foro competen, ut ſupra recitauimus. dicens quod de tali iuramento agendum eſt etiam in foro ſeculari. Et ultra per eum alle-
33 gata dicas, quod † iudex ſecularis auctoritate canonis tale iuramẽtum ſeruari, facere debet, & de illo habere rationẽ, quia autẽ ex illo dicimus roborari contractum, & tunc eſt clarum quod ex ualido contractu canonis auctoritate poteſt agi & excipi. Et illam uidetur tenere Barto. & Ang. in locis deſuper allegatis. Si teneamus communem quæ eſt quòd ualidetur ſi agatur ex iuramento, cum iura non dicant contractum ualidari, ſed cogi quem ad obſeruantiam iuramenti tunc etiam quędam naſcitur obligatio, quæ in partem dirigitur quando prohibitio eſt in rem ex quo etiam poteſt agi, ut uoluit dominus Antonius, in dicto cap. cum contingat. Sed non dicit coram quo iudice agetur, ſed uidetur quod etiam coram iudice laico, posſit de illo agi, ſecundum eum, iuncto cap. cum ſit. Et hoc hac potiſsima ratione, quòd ſi iudex eccleſiaſticus aditus per uiam denuntiationis euangelicæ, uel uirtute dictæ ſecundariæ obligationis decernat iuramentum obſeruandum, iudex ſecularis id habebit obſeruare, quanto plus hoc faciat canonis auctoritate mandante iuramentum obſeruari, maxime quia in hac materia lex ſuccumbit canoni, ut dicit domin. Anton. & probatur in dicta decretali, licet, & in cap. cum contingat, & & cap. quamuis. Sed contra hoc facit, ſcilicet pro opinione domini Ioan. de Imo. quia quamuis non obſeruantia iuramenti nutriat peccatũ & iuramentum, illo caſu data prohibitione, in rem pariat aliquam obligationem, ſecundum dominum Anto. tamen ex illis non eſt agẽdum,
34 niſi coram eccleſiaſtico, quia forus ciuilis, † ſine actione non ſpirat. l. ſi pupilli. §. uideamus. de nego. geſt. & quod nota. in ca. abbate, de re iudica. Et ideo ciuili actione deficiente uel modo a-
35 gendi † recurrendum propter peccatum ad eccleſiam, ut not. in dicto cap. nouit, de iudi. & in cap. quia plerique, de immunita. eccleſia. in dic. extrauaga. ad reprimendum, ſuper uerbo, denũ-
36 ciationem. Fatendum tamen quòd ſi † iudex eccleſiaſticus

ecclesiasticus ordinet uel decernat iuramentum obseruari requisitus, secularis compellit laicum ad illud obseruandum, & hoc ex coniunctione duarum decretalium, cap. 1. de offi. ordi. & dict. cap. licet mulieres, de iureiur. lib. sexto, facit ca. 2. de except. eod. lib. Et hæc uidetur uerior opinio de iure, & uidetur etiam tenere Ioan. Andr. post Iacobum de Beluiso, in additio. ad Specu. titu. de sententiæ prolatione. §. hoc autem uidẽdum. Sed ad propositum, primum mẽbrum dictæ principalis propositæ quæstionis redeundo, quomodo stare potest dicta nostra opinio, contra Barto. doctrinam, quæ uidetur prima facie de iure fundata, quia ut ipse dicit si prohibitio dirigatur in personam siue iurantis siue iuramẽtum recipientis, secundum aliquos contra ueniens iurando vel recipiendo faciunt cõtra legẽ prohibitiuam, & sic facit ut contra faciens incur
37 rat † peccatum inobedientię, ex quo uenit contra legem uel statutum factum ex iusta causa, facit quod habetur de maiori. & obed. cap. si quis
38 uenerit, ibi non obediens † iusto præcepto supe
m riore, uidetur incurrere mortale[m] peccatum. Ad hoc etiam quod habetur ad Romanos. 13. & in cap. qui resistit. 11. q. 3. ubi dicitur quòd qui resistit potestati superioris, dei ordinationi resistit & ad damnationem sibi acquirit, facit quod habetur. 14. q. 1. cap. quod præcipitur. & ideo tunc iuramentum non uidetur obligare, quia uideretur nutrire peccatum, & per consequens non uidetur posse seruari sine interitu salutis æternæ. Et ideo glo. Ioan. Andr. in d. cap. licet mulieres, de iureiur. lib. 6. dicit quod si mulier, primo iurauit non alienare, & demum alienat & iurat, non
39 habet locum, illa decret. & hoc propter † primũ iuramentum. Quid ergo dices ad has rationes super quibus opinio Barto. fundatur. Et do. Ant. de Butrio. ut diximus dicit nõ esse uerum, quod dispositio legis uel statuti illaqueet ad peccatũ, quia tale præceptum legis sapit tunc potius naturam consilii, allegat ad hoc quod habetur in l. 1. ff. mandati, & in l. cum pater. §. mando. ff. de lega. 2. & in l. titia. ff. de condi. & demonstr. dicens se de hoc latius dixisse, in cap. nam concupiscentiam, de consti. ubi in effectu concludit, quod in materia, quæ sui natura est prçcepti per quæcun
40 que uerba fiat, † dispositio intelligitur esse præcepti, sed ubi materia de se est materia consilij, tunc per quęcunque uerba apponatur, non inducunt præceptum, sed consilium. Vbi autem materia est indifferens, tunc si apparet de mente illud seruetur. Si uero aliud apparet, dicit attendenda uerba, aut dicit statuimus, tunc non uidetur esse præcepti, secus si dicat præcipimus, saluo nisi præceptum fiat fauore personæ, quia tunc dicit potius sapere naturam consilij per dictam legem, cum pater. §. mando. secundum eũ Sed iura allegata per dominum Antonium, non uidentur obstare. Primo non obstat. l. prima. ff. mandati, quia ibi loquitur cum sit mandatum per uiam contractus, per illum qui non habet potestatem in illum cui mandat, & ideo tunc nimirum si mandatum sit gratia mandatarij, iudicatur consilium. ¶ Item non obstat quod habetur in §. mando. l. cum pater, quia ibi loquitur quando per testatorem sit mandatum in fauorem eius cui mandatur, quo casu necessario tale
41 mandatum † non est seruandum, per id quod habetur in l. filius famil. §. diui, de legat. primo, uersi. nudum preceptum testatore factum, in fauorem hæredis, necessario non est seruandum: secus si fieret in fauorem alterius, ut ibi patet, & in l. peto. §. fratre, de lega. secundo. Sed in casu quæstionis & distinctionis Barto. loquitur, quando prohibitio fit a lege uel statuto, quo casu prçceptum est seruandum aliàs nõ ualet quod agitur, ut in l. non dubium. C. de legibus, & sic uidetur distinctionem Bart. stare in suo robore. Sed dominus meus, domi. Ioann. de Imola in dicta repetitio. singulariter respondet ad allegata, per
42 Barto. dicens, quod lex † ciuilis non uidetur in dubio uelle illaqueare ad peccatum, quia non considerat animam neque bonum uel malum animæ, sed potius bonum ciuile, tendens ad cõseruationem societatis humanæ, cuius cõtrario finis est iuris canonici. Et ideo dicit, quòd uidetur quod licet lex ciuilis dirigat prohibitionem ad personam, non uidetur uelle illaqueare personam ad peccatum, sed potius inducere nullitatẽ actus. Et hoc satis uidetur probari, in l. non dubium. C. de legibus. ¶ Item quia etiam ubi de intentione statuti constaret expresse, quòd uellet illaqueare animam transgressoris talis ordinationis factæ, quo ad laicum non posset di
43 ci obligari ad peccatum, † quia potestas ligandi animam tanquam rem spiritualem non potest esse penes laicum, qui non habet potestatẽ clauium, ligandi uel soluendi animam, ut fuit dictum, de officio ordina. cap. pastoralis. §. finali, cum glo. & super ea. Nam illa sola data est Petro & successoribus, de pœniten. & remis. cap. noua quędam. Et pro hoc etiã bene facit secundum eum, quod habetur in cap. qui resistit. 11. quæst. 3. uersi. litera, dicit quod Imperator uel iudex secularis bene habet potestatem imponendi pœnam carceris uel temporalis, non autem pœnam Gehennę seu martyris æternis. Et innuitur quòd
44 non habet † potestatem ligandi animam. Nec obstat secundum eum quod habetur in cap. secundo, de ma. & obed. quia quatenus ibi dicitur qui non obedierit principi, morte moriatur, si intelligatur de morte æterna, & sic de illa quæ actio... ad peccatũ mortale, debet exponi principi, id est prælato, ubi uoluit glo. uel si intelligatur de morte temporali, tunc non obstat contrarium, quia tanta potest esse inobedientia, & in tanto negotio quod poterit damnari ad mor
45 tem, nõ obediens † principi seculari, facit quod habetur. in l. fi. ff. de rerum diuisi. Fatetur etiam quod si præceptũ iudicis secularis esset iustũ, & subditus

subditus esset inobediens, posset tunc implorari auxilium iudicis ecclesiastici, per ea quæ habentur, in ca. primo de officio ordina. Et si talis subditus tunc monitus per ecclesiasticum perseueraret in cõtumacia, posset excommunicari, quia tunc peccaret non obediendo iudici ecclesiastico, & sic etiam potest intelligi quod habetur in dicto cap. secundo. de maiorita. & obed. secundum eum. Non obstat etiam quod habetur ad Romanos. 13. & in dicto cap. qui resistit, vbi dicitur quod qui resistit potestati, id est superiori habenti potestatẽ ex ordinatione Dei, resistit Deo: cũ omnis potestas a deo sit, ipso uergente uel pmittente. 24. quæst. 1. cap. quod culpatur, & etiã uidetur ita exponere Archidia. in dicto cap. qui resistit. nec obstat quod sequitur, & damnationẽ sibi acquiret, quod potest exponi, id est propter inobedientiam potest damnari, intellige ad pœnam temporalem, quæ congruit iudici seculari, non autem ad pœnam spiritualem, quę sibi non congruit, sed iudici ecclesiastico. facit quod habetur, de ordi. cog. ca. tuam, & sic non intelligitur de pœna peccati, uelut spirituali. Et sic per prædicta dicit uideri, quòd licet statutum uel lex dirigat prohibitionem ad personam, non per hoc sequitur quod iuramentum non habeat ligare, quod ut dixi, non uidetur in dubio esse de mente legis uel statuti illaqueare aliquẽ ad peccatum, sed ad pęnam nullitatis actus, cum id nõ posset expresse, ut est dictũ. Fatetur tamen quòd si statutum emanauerit in materia in qua secundum ius diuinum uel canonicum transgreßio obligaret ad peccatum, tunc etiam incurrit peccatum contrafaciens, sed non ui statuti sed legis diuinæ uel canonis. Et dicit notandam prædictam considerationem, quoniam dicit illam nouam, & non per alios tactam inquantum addit, dicens non obstare prędicta, si dicatur quòd licet lex ciuilis uel statutum, prohibendo personam, non uidetur uelle illaqueare contrafacientem ad peccatum, quia ad hoc tendit finis legis ciuilis, ut superius est dictum, tamen uideatur

46 quod ex quo lex canonica & † lex diuina dicunt obediendum esse iusto præcepto superioris, ut patet ex ijs quæ habentur in ca. qui contra morem. 8. distinct. & 10. quęst. 3. qui resistit, & de maiori. & obedien. cap. solitæ, uideretur quod non parens in dicto casu incurrat pěccatum, saltim attenta dispositione prædicta legis diuinæ & canonicæ. Nam dicit quòd potest responderi, quia licet secundum legem diuinam & canonicam, obediẽdum sit iusto præcepto superioris, illud est uerum, quo adhoc s. ut superior iuste possit punire subditum inobedientem per suas pœnas temporales. facit quod habetur in dicto ca. qui resistit, non autem per hoc sequitur quod peccet contraueniens, & sic etiam potest intelligi, quod habetur in cap. quis. aliàs debet allegare, in ijs. aliàs cap. qui dixit. 10. distinct. aut. 11. di. glo. tum ibi, cum tex. uidetur uelle quod peccet inobediens legi. Sed potest dicere secundum eum illud procedere, quando præceptum emanaret in materia, de cuius natura esset, quod trãsgreßio induceret peccatum. facit secundum eũ quod not. Bal. in l. non dubium. C. de legibus, in 17. opinio. uel potest intelligi, quando ex contẽptu, quis faceret contra legem, quando propter elationem & superbiam non vult obedire legi, & non uult obedire dispositioni legis, facit quod not. Archi. 81. distinct. cap. quicunque. & 76. di. in cap. vtinam, secus uidetur quando non ex cõtemptu venit contra legem positiuã. Nam tunc uidetur, quod non incurrat peccatum, licet poßit puniri per superiorem. Demum quæ-

47 rit dominus meus, quæ sunt † pœnę transgredientes legem. Et dicit quod hoc tetigit Iacobus de Beluiso, & Bald. post eum, in dicta. l. non dubium. ubi concludit, quod ultra pęnam nullitatis actus, habebit locum pœna, si specialiter reperiatur imposita, & si non reperiatur imposita, poterit puniri pœna arbitraria. facit qđ habetur, in l. sanctio legũ. ff. de pœnis, & in l. prima. §. expilatores. ff. de effrac. & quod habetur de officio delega. cap. de causis, melius loquitur idem Bald. in l. legis uirtus. ff. de legibus, quem rogo uideas. Et sic ex prædictis dicit uideri concludendum, quòd licet, quis non obediat iusto præcepto legis positiuæ, non incurrat peccatum nisi contrafaciat, ex contemptu, uel nisi emanaret, in materia cuius trangreßio sui natura induceret peccatum. ¶ Item dicit aduertendũ, quod etiam rationi Barto. poßit responderi, nam etiã posito quòd prohibitio dirigatur ad personam peccaret contra faciens, tamen ut dicit supra tetigisse non uidetur, quod peccet seruans contractum, quẽ prohibitus est facere, quia statutum uel lex hoc non prohibet, etiam quod ille se obliget ad obseruantiam, sed solum prohibet ne aliquis contrahat, & ideo uidetur, quod si iurat seruare contractum uel non contrauenire non pec-

48 cet sic iurando, licet † peccauerit contrahendo, facit secundum eum quod habetur in simili, in cap. debitores, de iureiurando, & in cap. ad audientiam, quod metus causa. Et in hoc residet dominus Ioannes, circa reprobationem Barto. & suarum rationum, in fundamentum suę intentionis allegatarum. Et hæc dicta domini Ioannis sunt uera, quia leges seculares etiam actus vel personarũ prohibitiua, ex sola non obseruantia, non obligant ad peccatum, & in hoc differunt a canonibus, quia canonis transgressor prohibitionem continen. punitur depositione. 4. distinct. cap. vltimo, & quod notatur in capit. primo. de treuga & pace. Et sic incurrit mortale

49 † sed legis ciuilis transgressor non ex non parendo sed ex contemnendo, sicut innuit textus notabilis, cum glos. in capit. quis dixit. 10. distinct. & illam gloss. not. quare nescio meliorem. Et hãc differentiam inter contemptum, & non obseruantiam legis, quia qui contẽnit, peccat, ut ibi, sed

sed non transgrediendo, sufficit quod incurratur pœna uel statuta uel arbitraria, ut dixit Bal. in dicta l. non dubium. Alia uero iura, quæ in cōtrarium allegatur, cap. quisquis, & ca. quod præ-
50 cipitur. 14. quæst. prima, loquūtur de canonis † trangressore, & quæ sit pœna illius, & differen. etiam quando contemnunt, uel transgreditur canon, uide per glo. in cap. generali. glo. contra facientes, de elect. lib. 6. Et sic ex iam dictis, per domi. Ioann. de Imol. & per me additis satis uidetur opinio Barto. non posse sustineri. Maxime, quia si uera esset opinio Bart. quod cōtra faciēs
n legi ciuili peccaret, idem ius esset, si prohibitio[n] fieret in rem sicut quando fit in personā per rationes Saly. in dicta auct. Et sic uidetur quod siue sit in rem siue in personam, cessantibus alijs qualitatibus, de quibus dicam, semper iuramētum sit seruandum, ex quo potest seruari sine interitu salutis æternæ, ut in dicto cap. cum contingat, & cap. licet mulieres. de iureiurando. Et iudex ecclesiasticus aditus uia denuntiationis euangelicæ uel debitæ, coget ad obseruantiam iuramenti, & mandabit obseruandum vti est dictum. Sed erit ne uera opinio Frederici de senis,
51 in dicto consilio. 272. † quod talis soluens possit repetere, iuxta cap. debitores, de iureiurand. vel quod petatur relaxatio iuramenti ex quo lege prohibēte contrahi est præstitum, secundum opinionem Vincentij, in dicto cap. cum contingat. Dic quòd in casu nostræ quæstionis, in primo capite ubi lex expresse non reprobat iuramētum, sed annullat contractum minorum uel mulierum, sine certa solemnitate factum uel indistincte: Et isto casu est distinguendum. aut iurās talem contractum, petit relaxationem iuramenti, uel post solutionem uel repetere, iuxta cap. debitores, de iureiurando. eo prætextu, quia contra formam legis prohibentis conttactum. Aut eo quod contra formam legis, & quia in ipso cōtractu uel distractu interuenit iniquitas uel dolus, re ipsa quæ ex perspicuis coniecturis vult ꝓbare per legem, dolum. C. de dolo. uel deceptionem, uel quia contractus sit factus cum uerisimiliter consumpturo, & euidenter constaret, uti dicetur. Primo casu dicas, quod non potest petere relaxationem neque repetere tāquam sine causa existentem pecuniam penes illum cui iuramētum est solutum legis uigore. Et hoc ea ratione, quia recipiens iuramentum & pecuniam, non turpiter recipit quia suum uel sibi debitum recipit. l. si me & Titiū. ff. cer. peta. Nec obstat quod contra legem, & sic cum peccato, ut uoluit Bartolus, quoniam hoc non est uerum, ut supra satis est fundatum. Et sic non potest argui turpitudo in recipien. pecuniam uel iuramentum, & ideo non impletur obligatio iuramenti, ad cuius obseruantiam tenentur cessate dolo & metu, vt in capitulo. cum contingat, ex momentaneo implemento, quemadmodum in capitulo. debitores, cum ibi arguatur iuris diuini, & humani turpitudo in recipien. quia super præstandis vsuris, sic ibi sufficit momentaneum implementum, E quia sine causa
52 est penes illum, datur repetitio, † & sic duabus concurren. datur repetitio turpitudinis in recipien. & non præ existentia causæ. Sed in nostro casu non est turpitudo, quia licite recipit suum recipiens, ut in causa, quia mutui uel cōtractus, quamuis a lege reprobati. Et ideo illius virtute non agit, sed ex obligatione, quia in Deū dirigitur ex qua solutus est, astrictus ad dandum & recipiens iuste recipit. Et hæc est opinio Domini Anto. de Butrio, magis iuri canonico consona, quia ex quo potest iuramentum seruari sine interitu salutis æternæ &c. Et quia
53 nisi maius bonum impediat † uinculum iuramenti, non dissoluitur, iuxta not. de spon. commissum. Et in dubio fauendum est opinioni, quæ fauet iuramento, & sic tenenda opinio,
o quæ vult donationem[o] factam per patrem filio in potestate constituto ualere, de quo per Bald. in l. finali. C. pro donato. Et hoc de primo capite distinctionis reprobata opinione Frederi. & sequen. Si autem iurans vult repetere, eo quia contra formam legis iurauit, & in ipso contractu uel distractu interuenit iniquitas uel dolus, re ipsa uel deceptio, uel quia est factus cum verisimiliter comsumpturo, Et de hoc constaret euidentia rei, quia mutuauit parato ad ludum, uel illi qui in amorem mulierum uolebat consumere. Et ijs casibus & similibus intrinsecus accidentibus, ex quo datur turpitudo in recipiente, habent locum remedia quæ uoluit Fredericus repetition. Et hoc probatur multis rationibus. ¶ Primo quia dictum
54 capitul. cum contingat. quod fauet† iuramēto præstito contra legem, excludit ab eo dolum uel metum. Si ergo est dolus dans causam contractui, qui iam de se per legem regni est nullus merito solo implemento satisfactum est iuramento, & datur repetitio, ut in di. capit. debitores. de iureiurand. maxime quia propter dolum inest turpitudo in recipiente, ut ibi, & iste
p dolus probatur[p] ex perspicuis coniecturis, vt in l. dolum. C. de dolo. & capitulo finali de renu. lib. 6. Et in hoc tu habes duas opiniones concordes quod hoc casu, uel non est seruandum iuramentum, uel saltim est petenda relaxatio iuramenti & concedenda. ¶ Prima est domi. Anto. de Butrio in dicto capitulo, cum contingat, de iureiuran. ¶ Alia dom. Petrus, de Ancha. in repetitione. c. 1. de const. in 11. corond[r]. ubi concorditer tenent quod data lesione[q] uel deceptione ex
q
55 contractu, uel data exceptione re ipsa, sit† iuramentum relaxandum, sicut quando interuenit metus, ut in c. si uero, de iureiu. motiua eorum vide per te, quoniam longa sunt, cum singularia uerba posuit do. Ant. de quotidiana. concludūt in effectu ꝙ aucten. sacramenta puberum. nec c. cum contingat, non habēt locum quando appa ret de

ret de enormi læsione, per rationes ibi per eos allegatas, quas uide ibi per eos. & tali casu ijs interuenientibus, de quibus diximus, habet locũ opin. Fred. de Senis, in suo consilio. 27. & potest peti iuramenti relaxatio, imo plus credo tali ca
56 su, quod agenti † ex iuramento replicabitur de dolo, & quod relaxare habet iuramentum & admittetur exceptio. Facit quod habetur in l. Papinianus. §. si filius. ff. de inoffi. testamento. pro quo facit glo. in ca. pastoralis. circa finẽ, de causa pos. & propric. ubi glo. vult quod licet per l. si quis in tant. C. unde ui. si spoliator agat rei uendicatione eo casu quo possit, poterit obijci exceptio, quod not. Et adde ad prædicta. Non tamẽ omitto unum bonum verbum. do. Anto. de Butrio in dicto cap. quod credit de iure quod etiã quod in tali contractu minore a leg. reprobato
r adijceretur illa clausula [r] quam tabelliones adijciunt communiter in contractibus ex theorica Bartold. in l. si quis, cum aliter. de uerborũ oblig.
57 & in l. 2. C. de resc. vend. † quod oẽ illud & totũ quod plus ualet res donat, & donare intendit contrahenti secum. ut multotiens ponitur in contractu, quod adhuc idem erit dicendum,
ſ quod erit fienda relaxatio iuramenti [ſ] Et est ratio secundum eum, quia licet contractus sit ualidus & iuramentum, tamen ex quo intantum lædunt minorem contrahentem, non uidetur absque fraude & dolo eius qui contrahit cum ipso minore, & nedum cum consumpturo, sed etiam cum actualiter consumentur. Facit quod habetur in l. si quis cum sciret. ff. de usucap. pro empto. & in l. si uero nõ remunerandi. §. si adolescẽs ff. mandati, & in l. quod si minor. §. penulti. ff. de mi. ff. quarum rerum actio non detur. l. 2. unde cum fraus tunc uideatur inesse ex parte recipiẽ-
58 tis. Dicendum est quod iura canonica non † assistant talibus iuramentis, per id quod habetur in ca. debitores. Et prędicta dicit etiã uera esse, & illud esse uerum præcium rei de quo in instrumento fit mentio, quia si postea constet de opposito, talia poterunt reuocari, per id quod legitur, & not. in cap. cum impositionibus, de iure
59 iur. an. lib. 6. † Et quia iuramentum taliter prę̄stitum censetur præstitum, sub confidentia quod illud sit iustum pręcium rei de quo fit mẽtio in instrumento. Vnde si reperiatur rem aliter se habere, uidetur quod non sit periurus, licet temere iurauerit, ex quo in ueritate præciũ erat maius, allegat quod habetur de iureiuran. c. quemadmodum. Sed melius facit cap. ueniens, codẽ ti. alleg. etiam quod habetur. 22. q. 2. per totum. Et sic dicit se consuluisse in quæstione cuisdam puellæ, quæ a quodam suo attinente fuerat inducta ad iurandum, dicens quod æquitatem habet quod superius est dictum, & præsertim,
60 quia talia opponuntur per † notarios, a seipsis aliquando sub inuolucro uerborum fiunt talia iuramenta a minoribus, maxime fœminis, quæ non bene intelligant quid agant, seu quid agatur. Et no. superius dicta per dominum Antonium, quoniam quotidiana sunt. Et uide ad proxime dicta not. in l. creditor. §. Lucius. ff. mãdat. & in l. tres fratres. ff. de pactis. Et not. per glosam & Bartolum. in l. 2. C. de rescin. vendi. per glosam & Ioannem Andreæ in capitulo. penultim. de emp. & uendi. & hoc de prima parte dubij principalis. ¶ Secunda pars principalis dicti dubij
61 est, an † lex patriæ uel statutum, possit tollere iuramentũ, & disponere annullando contractũ & iuramentum, & an ualeat super hoc lex laicorum? Et quia hoc est quotidianum & necessarium in curiis super for. consulend. ideo altius exordiend. ut in l. legaui. ff. de libe. leg. Et primo uidetur quod lex laicorum, non possit iuramentum reprobare. ¶ Primo, quia ad iuramen
62 tum † tanquã sit res spiritualis de ea non potest se intromittere iudex secularis. argu. capituli. tuam. de ord. cog. Et quia de iure diuino scriptum est. Iurate & reddite uota uestra, Deo uestro. de iureiur. ca. & si Christus. Contra ius ergo
t diuinum [t] uidetur non posse fieri statutum uel
63 lex per iudicem secularem, quia obligatio † iuramenti dirigitur in Deum, ut in c. & si Christus & cap. debitores. de iureiuran. Ergo non uidetur quod possit impediri hæc obligatio per legem humanam, sicut neque naturalis, ut insti. de iure naturali. gent. & ciuili. §. naturali. ¶ Item prohibere iuramenta non pertinet, neque spectat ad iudices seculares, neque ad leges ciuiles, ad hoc quod no. Ioannes Andreas post Hostien. in cap. quemadmodum. de iureiurand. super glo. ¶ Item quia cum talia iuramenta principaliter dirigantur in Deum, non sunt subiecta legi, præcipue ciuili. arg. de regula. cap. licet. facit in simili quod legitur & notatur in cap. cum esses. & c. relatum. de testa. & per Bart. in l. 1. C. de summa Trinitate, super dispositionibus ad pias causas.
64 ¶ Item quia sicut † iuramentum est res spiritua
65 lis, sicut & votum, & quamuis lex † ciuilis votum annullet in filiofamil. sine patris consensu, uotum emittentis, ut in l. 2. §. voto. ff. de pollicitation. attamen illi legi iure canonico derogatum est secundum glo. in cap. si mulier. 32. q. 2. quia est super re spirituali, de qua dispositio non pertinet ad laicum. Et hæc sunt fundamentum Barto. & Raynerij de foroliuio, id tenentium in l. omnes populi. de iustitia & iure. ff. Et Dom. Antonius & domini mei dominus Ioannes do Imo. in dicto capitulo, cum contingat. & Frederi. de Senis, consilio. 272. in contrarium
66 & quod statutum uel lex † Regni possit iuramentum annullare, probatur, quia causa iuramenti, ut supra uidisti, non est mere ecclesiastica. Ad hoc, quod notatur in capitulo cum. C. laicus. de foro competen. libr. 6. & in auten. clericus qui. C. de episcopis & clericis, Per Cy. & Bald. supra late diximus, & sic est mixti fori: Et sic vterque index, tam ecclesiasticus quam secularis, de ilio possunt disponere, maxime

legem condendo, quia legem cōdere regulatur ad metas iurisdictionis iudicis statuentis secundum Bald. in repe. cap. 1. de rescript. aliàs. C. ne sine iussu principis fiant confiscationes. ¶ Item
67 quia de iure † lex ciuilis habet potestatem remittendi iuramentum ante illius præstationem .l. quæ sub conditione. ff. de cond. insti. ¶ Item & habet lex ciuilis potestatem præstitum remittédi iuramentum, & fungitur uice apostolici vel Papæ, ut in l. adigere. §. fina. Et ibi glo. singula. ff. de iur. patronatus. ¶ Item quia lex ciuilis potest
68 interpretare† iuramentum & statuere quòd iuramentum non extenditur ad casus illicitos. Facit quod habetur in l. non dubium. C. de legibus & in l. si quis inquilinos. §. fina. de legatis. 1. ff. Ad hoc. l. fina. ff. qui satisda. cogantur. & l. final. C. de non num. pecunia. ¶ Nec obstat si dicas
69 quod † inferior legem superioris tollere non potest, in c. cum inferior, de maio. & obe. Sed Imperator in auctén. sacramenta, pręcipit obseruari talia iuramenta, ergo statutum uel lex inferioris secularis contra legem Imperatoris non sta-
70 tuat, quia illa ratio in regno † Arragonum non uendicat sibi locum, quoniam rex Arragonum non est subiectus legibus Imperii, quoniam Regnum suum eripuit a manibus inimicorum, & sic non recognoscit imperium, ut no. glo. in cap. Adrianus 60. dis. & vide quod no. in c. per venerabilem, qui filij sunt legitimi. & in c. & si necesse de dona. inter uirum & vxo. merito potest con-
71 trarium statuere. ¶ Itē pars† ex pacto potest parti dimittere iuramentum, quādo concernit partis interesse, vt in l. si libertus non aluerit. ff. de bon. liber. & in l. fi. ff. qui & a quibus. Et bene probatur per ea quæ habent canonistæ in cap. præterea. de sponsa. per Ioann. And. & Do. Anto. & per Guiller. in Specu. tit. 2. §. ostendendū. uersic. hoc quoque. Si ergo illud potest pactū, ergo sta-
72 tutum, cum illa uideantur † pacificari per ea quæ habentur in rubrica, C. de decretis decurionum, li. 10. Et in l. nō impossibile. de pactis. Maxime hęc ratio implicat in his regnis domino regi subditis, in quibus fiunt in principem cum curia leges, quæ propriè curiales, uel curiales appellantur, ut in l. 2. ff. de origine iuris. in quibus curiæ concessus & brachiorum curiæ adhibētur.
u Et sic omnes de regno [u] uidentur † consentire,
73 etiam qui non interuenerunt. Faciunt no. in l. omnes populi. de iustitia & iur. & in Rubr. quæ sit longa consuetudo. & in l. quòd maior. & l. municeps. ff. ad municipales. per quem consensum, non est dubium iuramentum remitti posse per prædicta. Et hanc satis subtilem & bene fundatam rationem pensaui, & antequam uiderem Salicetum, qui similem habuit consideratioṅe, licet non tam clarè loquatur. Sed hæc sua ratio & nostra non est uniuersalis, quia forenses cōtrahētes cū minore regni nō haberet, qđ est dictū quia ille, neq; re, neque ficte, non remisit iuramentum. Et quamuis dicta ratio sit satis subtilis & fundata, uidetur dubitabilis, quia etiā quod expressus consensus operetur in relaxatione iuramenti, ut notatur in loco desuper allegato, tamen non uidetur quòd quamuis iuris fictione pręsumatur legi consentire, quod etiam inducatur alia fictio quod uideatur iuramentum remisisse, contra l. 3. C. de dotis promisione. ¶ Item
74 quia † lex disponens de casu uero non habet locum in ficto, l. 3. §. hęc uerba. ff. de nego. gest. & sic iura loquentia de dicta doctorum remissione iuramenti per partem facienda, non uendicabunt sibi locum in casum fictum ex ficto consensu legis, & ideo super hac ratione cogitabitis. ¶ Sed in dubio principali si lex laicorum potest reprobare iuramentum. Bald. istud dubium in pluribus locis tetigit, uidelicet in l. pactum. C. de col la. & in l. neque patronus. C. de operis liber. & in l. nō dubium. C. de legib. & in l. 2. C. de rescindēda vend. & in auct. sacramēta. si aduersus vendi. in dicta. l. pactum. dicit no. quod si statutum prohibet iuramentum recipi nō potest ex illo iuramento agi uel excipi, per id quod habetur in l. 2. C. ne fideiusso. dotium dentur. ¶ Demum in
75 eadem lege quærit, utrum per statutum† possit prohiberi quod non ualeat iuramentum, & dicit quod sic, quia lex uidetur obtinere uim apostolici seu Papę in remissionem iuramenti. Alleg. glo. in dicta. l. adigere. §. fina. ff. de iure patro. & idem uidetur tenere in eadem lege pactum in 11. quæst. ubi uidetur uelle quòd ualeat statutum disponens quod mulier non possit contrahere sine consensu suorum consanguineorum, nec obligetur aliter, etiam si iurauerit quod iudex secularis teneatur illum cogere qui aliquid recipit ex tali contractu restituere dictæ mulier. Et idem uidetur tenere in dicta lege, neque patronus. Et idem in l. non dubium. licet prolixius ibi loquatur. uide per te. Et hanc opinionem sequitur Salycetus, in auctén. sacramenta pub. allegata. Et idem uidetur tenere do. pet. de Anch. in repe. cap. de consti. & in 3. questione, & in 11. quæstione. & in repe. regulę. ea quę. de regulis iuris, in 6. & in 3. quæst. Et non curro dicta sua recitare, quia sequitur Bald. quasi per omnia concludens quod leges & statuta possint disponere super iuramenta subditorum, & per consequens iudices laici, ut illarum ministri, sunt super ijs iudices competētes, ad quorum officium spectat leges statuere. l. 2. ff. de origine iur. Et sic conclu-
76 dit ꝙ † lex laicorum posset contra iuramentū statuere Innocen. aliter uidetur concludere in c. quia plerique, in fi. de immuni. eccle. ¶ Quid erit dicendum in tanta doctorum diuersitate? Dicas quod reprobare indistincte iuramenta, non est iudicis laici, tum quia contra regulas iuris diuini, & canonici. Iurate & reddite uota uestra Deo uestro, in c. & si Xps. de iureiu. Et qa iuramenta quæ possunt seruari sine interitu salutis æternæ, sunt seruanda, ut in dicto cap. cum contingat. Et quia esset aperire uiam

per

per iura contra legem primã.C. si aduersus ven-
77 di.† Et ideo si leges laicorum prohiberent pas-
sim iuramenta sine causa non liberarent ab obli
gatione quæ in Deum dirigitur per iuramentũ.
Sed si leges laicorum reprobant iuramenta præ
standa super aliquo contractu ex aliqua iusta
causa, ut puta quia multitudo contractuum fre-
78 quentantur in patria, per quos mulieres † & mi
nores semper læduntur, quæ personæ facillimæ se
ducuntur, quandoque minis, quandoque blan-
ditiis, seu adulationibus, & pollicitationibus. Fa
cit quod habetur in auctẽ. ut immobilia, ante
nupt. dona. in 2. col. col. 5. Et tali casu statuta uel
leges causam annexam habentes in ipsa prohi-
bitione ualent, & non potest agi uirtute iuramẽ
ti. Tum quia statutum est factum per superiorẽ,
vt ex iusta causa, cui est parendum. 8. distin. quæ
contra mores. Tum quia tali casu iudex secula-
cularis habens leg. condendæ potestatem ex iu-
79 sta causa disponendo habet potestatem † apo-
stolicam, uel Papæ, super remis. iuramen. & ita in
tellige illam glo. l. adigere. ff. de iure pat. Et ita ui
detur loqui Do. Petr. de Ancha. in dicta regula
ea quæ, de regulis iur. lib. 6. secundum Bal. in lo-
cis allegatis, licet non ita clare loquatur. ¶ Nec
obstat quod dixit Fred. in dicto cons. 272. quod
iura uel leges laicorum, quæ disponunt super
uoto scilicet. l. 2. §. voto. ff. de pollicitatio. sunt re
probatæ de iure canonico. Et allegat gl. in cap. si
mulier. 32. q. 2. in glo. penul. & vlti. quoniam illa
glos. non tenetur. imo Innocen. & Hostien. & Io.
Andr. in ca. scriptur. de uoto, tenent quod dicta
lex. 2. §. de uoto. de pollicita. habet locũ de iure
canonico, & quod obstante patria potestate,
80 etiam † pubes patre nolente & prohibente non
obigat uoto, & sic uidetur quod lex possit de uo
to & iuramento disponere, & nimirũ quin leg.
81 † resistentia impedit naturalẽ obligationem. ff.
de fideiusso. l. cum lex. & l. si non sortem. §. 1. ff. de
condi. indebi. & sic iuramentalẽ, quia inter sim
plicem loquelam & iuramentum, deus nullam
82 facit d ifferentiam. † & ad probandam iamdictã
differentiam quando statutum est causa subni-
xum quod potest reprobare iuramẽtum, & quã
do sine causa. Non adduco quod not. glo. in ca.
non est. de voto. & quod habetur in cap. 1. eo. tit.
83 Nam licet † dispositio uoti uel eius commuta-
tio stet in arbitrio superioris, tamen ad tollen-
dam obligationem quæ in Deum dirigitur, ne-
cessario habet subijci causæ, vt ibi. & not. illam
glo. quæ est singularis. Et sic quamuis iudex se-
cularis possit vice apostolici reprobare iuramẽ
tum, vt in glos. l. adigere. Hoc tamen limitan-
dum est causa suadente, uti est dictum. Et nota
istud, quoniam multum confortat dictam opi-
nionem. & tali casu cum statutum uel lex, ex cau
sa reprobat iuramentum, si ex tali iuramento
agatur coram ecclesiastico, poterit peti relaxa-
tio, & de illa obijci, ut uoluit Fred. in dicto cons.
272. Et hoc de secunda parte dubij principalis.

84 ¶ Tertia pars principalis dicti dubij est, an † lex
laicorũ possit iducere, dolũ, fictionẽ vel inductio
nẽ dolosã, ubi iuramentũ venit ad inualidandũ
contractum & iuramentum? Et certe sub eadem
distinctione est respondendum, qua supra re-
sponsum est. Nam ex causis prędictis & simili-
bus ius ciuile, & lex laicorum potest dictam fi-
ctionem, inductionem uel dolum, inducere &
præsumere, ut uoluit Bald. in dicta aucten. sacra
menta. & Barto. in l. omnes populi. ff. de iustitia
& iure. licet de eo Baldus non faciat mentionem
Et idem ibi Salyce. Et inducta dicta fictione per
85 legem non admittitur † probatio in contrariũ.
Facit quod notatur in l. siue possidetis. de pro-
ba. & in l. si quis pro emptore. ff. de usucap. & in
l. vnica. §. accedit. C. de rei vxo. actio. & quod no.
in c. is qui. de sponsa. Et hæc est communis opi-
nio, licet eam non sequantur do. Anto. neque
do. Ioan. Sequere ergo illam, quia non est dubiũ
legem, maxime ex iusta causa, vti diximus, posse
fictionem inducere, & fictionem pro ueritate ha
beri, ut plene notatur in d. l. si quis pro emptore
de usucap. & per canonistas in cap. is qui. de
spon. vt ergo saluetur opinio. Si habes ordina
rie forum uel constitutionem iuramenti prohi-
bitiuam, fac ut causa adijciatur ex contractuũ
frequentia, sed quòd perceptiue loquatur & do
86 lum, inductionem, & fictionem inducat †. Sed q̃d
dices? Pone quòd est lex quæ dictam fictionem
inducit, ex contractu minoris agens contra mi-
norem, qui iuramento se astringit, cum repelli-
tur fictionis virtute, & doli pręsumpti, replicat
quod cessat in contractu omnis dolus & fraus, &
fictio, quoniã in uera necessitate pupilli nume-
rauit, nunquid admittetur probatio contra le-
gem inducentem fictionem? & certe non, quia
est iuris & de iure p̃sumptio, ut not. in locis desu
per allegatis. ¶ Sed quid si minor in iudicio me
dio iuramento respondendo positionibus & ar-
ticulis id confiteretur, nunquid hæc probatio
87 admitteret? quod uidetur, quia cõtra † pręsum
ptionem iuris, & de iure admittitur probatio in
contrarium, per confessionem in iudicio factã,
secundum glo. in aucten. de æquali. dotium. §. il-
lud. Et ideo dicit Innocen. in cap. quia plęrique
de immu. eccl. quod uidetur quod constitutio
iusta fuerit ex causa, si causa iusta cessat in casu
de quo modo agitur, uel in foro animæ, & com-
muni: tamen restitutio restringenda est ad illum
casum vbi fuit iusta constitutio, ut uerbi gratia,
iusta fuit constitutio, quæ dat exceptionem Ma-
cedoniam propter causam iustam. Sed si certũ
est quòd illa causa nõ subest, ut si in necessitate
88 mutuasset, † peccaret qui exceptione se defen
deret. Et sic uidetur quod ex quo constat de
ueritate, & quod causa inducendi fictionis
cessat, & hoc per confessionem illius cum
quo contractum est, talis probatio est admit-
tenda. Sed in contrarium uidetur dicen-
dum, quoniam dictum statutum uel lex, fin-

git disponendo,& non probationem inducẽdo, quo casu non habet locum illa glo.quod per cõfessionem in iudicio admittatur probatio in cõtrarium,secundum Bald.quia ita singulariter limitat illam glo.in auctẽ.sed iã necesse, de don. ante nup.Pro quo facit,licet ipse nõ alleget tex. cum glo.in ca.consulationi,de spon. ¶ Itẽ Inno. non residet in illo dicto.in dicto capitulo, quia plærique .imo dicit quod quidam alij dicunt, quòd ex quo facta est constitutio, licet sit facta contra ius naturale,dummodo iusta causa fuerit constitutionem illam faciendi,licet postea eue-
89 niat casus ubi cessat causa iusta, † tamen constitutio seruãda est,quæ generaliter facta nõ potuit,nec fuit expediens omnes articulos sigillatim comprehendere.ff. de legib. l. non possunt, nisi sint casus qui a iure excipiuntur. Et id etiã sequitur do.Anto.quando lex generaliter casum posuit, aliàs non.Et ista tene menti,& seruiet tibi.¶Et hæc sufficiant de hac materia iuramenti,licet de pluribus esset, querendum ,sed uide per te in repe.dicti.c.cum contingat. ubi do. meus,hanc materiã,& plures alias quęstiones repilogauit. ¶Vnum tamen nolo omittere,quod
90 licet † iuramentum ualidet contractum minoris,ut in auctẽ.sacramenta puberum. C. si aduersus uendi.Et hoc est uerum,si minor fuit certificatus de beneficio minoris ætatis,restitutionis in integ.ꝙ sibi pertineat, nã aliàs iuri per eũ ignorato, non uidetur renunciare posse ut in l. mater.ff.de inofficioso testamento.& sic iuramẽ
91 tum non uidetur † porrigi ad id quod quis ignorauit.l.fin.ad municipa.¶Item quare renunciatio generalis non porrigitur ad ignorata.l. tres
x fratres .ff.de pactis.ergo neque iuramentũ [x] ubi
y haberet uim renunciationis[y] ¶Tum etiam quia
92 † certioratio est necessaria in tali beneficio, ut tenent fere omnes scribẽtes in l.2.C. de rescind. vend. & in capit. penul. de empt. & uendi. ubi
93 Ioannes Andreas,& Antonius de Butrio, † Si ergo certioratio est necessaria, illa non præsumitur interuenisse , igitur : ad hoc le. prima & quod ibi no. ad Velleya. Et istud firmat glo. & Dyn. in lege, sciendum ,de uerborum obliga. & Bald. in l. secunda C. de rescin. vendi .cum distinctione, tamen quam uidelicet illam reprobat Saly.in auctẽ.sacramenta puberum. C. si aduersus vendi.Ad hoc facit quod scribit Bal. in l.prima.C.de rebus creditis,in fi. Et hanc partem tenet Ioannes Andreas,& Autonius de Butrio in capitulo penul.de emp.& uend.Barto.tamen in lege,sciendum . allegata, tenet contrarium . Et idem tenet in lege,si duo patroni. §. idem Iulia. ff. eodem titu. quem sequi uidetur Bal.in l.1.C.de rebus creditis,dicens se ita consuluisse ,& fuisse approbatum consilium Mediolani. motiua Bart.sunt: quia ad hoc ut quis sibi ꝑiudicet per iuramentũ,nõ requirit̃ quod sciat illud,sed sufficit iurare super facto,vt l. si duopatroni.§.idem. in l. de iureiuran. ff. & l.duob.§.si quis iurauit.ff. eo. tit. Et sic sufficit quod iuret non venire cõtra rationem minoris ætatis. ¶Tũ etiam,quia eo ipso quod minor iurat contractũ firmum habere censetur maior, & sic non tollitur beneficium vi renunciationis,sed eius natiuitas impeditur ratione ætatis legitimæ, seu legitimatur a iuramento, secundum Bar. Archidia. in c. quãuis pactum , de pactis in 6. dicit quod eo ipso quòd in contractu esset præstitum iuramentum,cũ ad iurandum quis de facili non veniat præsumitur certificatus. Bald.in dicta. l. 1. C.de rebus creditis. addit aliã rationem, quod auctẽ.sacramenta puberum , non requirit certiorationem.¶Sed hoc non obstante,tu tene cõmunem opinionẽ,quæ est, quod requiratur certioratio & motiuis.Bar.& Archi.& Bal. tu respõde,primo ad l.si duo.§.idẽ Iul. & ad l.duob. §. si qs iurauerit.ff.de iure.quòd illę leges loquuntur in iuramento litis decisiuo , quod interponitur super facto esse uel non esse de præterito,de quo iurant, constat uere uel præsumptiue.quod dictũ est loquitur de iuramento in facto,& in futurum obligatiuo, & super incognito præstito , & etiam ad renunciationẽ inualidã & nullã,ex defectu ignorãtiæ & certiorationis omissæ. ¶Tum quia leges Bar.loquuntur in maiore,qui non est necessario certificandus, quemadmodum minor qui præsumitur illud beneficium iuris ignorare. Facit quod not. in l. regula. ff. de iuris & facti ignorantia . in quo est necessaria certioratio secundum Dyn.& fere omnes. Et ideo in beneficio senatusconsulti Velleya.in quo est necessaria certioratio secundum gl.in l.fi.ad Velleya. & in auct. quomodo oportet Epos. §.igitur, ordinandus.est indubitatũ quod per iuramẽtum
94 non præsumatur certificatus. † Nec uideatur illi beneficio renunciare tanquam ignorato, per mulierẽ:& ita uidet̃ tenere gl. in dicta lege,sciẽdum.de uerb.oblig.& ibi Dyn. & ita uidetur tenere Saly.in dicta.l.fi.ff.ad velleya.Et hanc communem opinio sequitur Ioan.Andr.& Dom.Antonius de Bntrio, in cap. cum causam. de emp. & vendi.Sed quomodo hoc ? nunquid iste minor etiam non certificatus,qui iurauit Deo, se obligauit iuramento per eũ præstito, & sic uidetur ex periurio teneri?ut in ca.pueris.de delictis puerorum.¶Sed dicas quòd eo quia ignorauit ius sibi competens illi non renuntiauit,ut est dictum,& sic illo potest uti, uel dicas quod petet relaxationem iuramenti, ex dicta causa. & illa erit sibi concedenda, Ad hoc dicta Fred. in suis cõsiliis,cons.272.¶Et hæc sufficiant de materia iuramenti pro nunc.Sed vnum te restat scire qđ in casibus de quibus supra vidisti, in quibus ratione iuramenti,potest agi coram ecclesia,& iudice ecclesiastico,etiam contra laicum . Et hoc est uerũ,inquantũ agit̃ contra præstantem iuramentum , & per illud se obligat inquantum agit contra hæredem:licet ualidetur contractus
z secundum unam [z] opinio.& ad ipsum heredem

transeat

transseat ratione iuramenti, uel contra eum obligatio, ut teneatur seruare quod tenebatur defunctus, ex iuraméto agetur: tñ tali casu causa coram iudice seculari, solum excluso ecclesiastico, & hoc quia iuramentum tunc non astringit ad peccatum hęredem, ut merã personam, ut not. per Innocen. in cap. ueritatis. de iureiuran. sub cuius peccati ratione, aditur ecclesia. Et hoc tenet [a] Ioann. And. in c. fi. de sepultu. Et sic limita. c. nouit. de iudic. ut causa iuramenti sit ecclesiastica, inquantum agitur contra principalem iurantem, non inquantum agitur contra hęredem: quod no. quia multum limitat supradicta.

a

95 SVnt & aliæ causæ, de quibus iudex † ecclesiasticus se potest intromittere ratione peccati quod committitur per laicos, de quibus iudex secularis non se intromittit, quare ius nõ assistit obligationi. Et hæc uia agendi coram ecclesia, per denunciationẽ iudicialem fit. Et hoc est regulariter, quando ius ciuile non assistit obligationi, & promittens uel iurans cum peccato, teneret uel retineret quo ad Deum, uel cum agitur contra notorium peccatorem, ut desistat a peccato. De quibus uidelicet quando possit agi, & per quem, & quis sit effectus, uide late do. Anto. de Butrio, in cap. nouit, de iudic. Et per Bar. in extrauagãti, ad reprimend. sup verbo, denuntiationem. & Innocen. & Anto. de Butrio. in cap. quia plærique. de immuni. eccle. Et Bald. in autén. Ad hęc. C. de usuris. Ad quæ loca sufficiat trãsmisisse, quia de hac sola materia possemus facere librum, sed quia modici est fructus in hoc regno, maxime attentis foris, ideo remissiue me expedio.

POstquam diximus de causis & criminibus, ad forum ecclesiasticum pertinen. & in quibus iudices seculares non debent ecclesiæ iurisdictionem perturbare, uideamus si iudex ecclesiasticus cognoscens de crimine ecclesia-
96 stico inter laicos, poterit † illos carcere? Non dico in crimine heresis, quia in illo habet carcerẽ, etiam quo ad laicos ecclesia, ut in cle. 1. de hæreticis. Et uidetur quod episcopus non possit † in-
97 carcerare laicos pro criminibus ecclesiasticis, per c. cum episcopus de offi. ord. in 6. vbi tex. loquendo de ordinaria iurisdictione episcopi, & de incarceratione e se restrigit ad clericos. ¶ Itẽ pro hoc facit, quia episcopus cognoscendo de crimine periurij, ad forum ecclesiæ spectans cogit iurantem per excommunicationẽ, vt in c. cũ laicus. de fo. cõpe. lib. 6. & tamen de iure teneret eum captum, nisi cessionem faceret, ut in l. 1. C. qui bonis cedere possunt. ¶ Item pro hac parte facit tex. in c. quamuis de pœnis. li. 6. ibi subiectos tibi clericos. ¶ Itẽ pro hac parte facit quia de iure ciuili episcopus non potest cognoscere siue præsidere, in autén. de mãdatis principum §. si vero canonicũ. coll. 3. Pro hoc facit. l. placet. C. de Sacrosanct. ec. vbi primo crimine ad forũ ecclesię spectante, iudex ecclesiasticus excommunicat, & secularis deportat sacrilegum. ¶ Item quia speciale uidetur in crimine hęresis, ut ecclesia possit laicos captos tenere. in contra-
98 rium tamen uidetur, & quod episcopus possit † tenere laicos captos pro criminibus ad forum
99 ecclesiæ spectan. Probatur, quia † qualitas delicti fecit illũ de foro ecclesiæ. C. de epi. & cle. auct. Item nulla communitas, & quod no. in. c. cum sit & c. ex tenore. de fo. compe. Ad hoc. ca. 1. de offi. ordi. ubi dicit episcopũ posse inuocare brachiũ seculare, & præcipue in his ecclesiasticis, nec distinguitur inter clericos & laicos. Ad hoc in autén. causa quę fit cum monacho. C. de epi. & cle. Ad idem de pœnis. c. fœlicis. li. 6. vbi Papa punit illos tam graues sacrilegos relicta aliarum pœnarum secularium impositione laicis iudicibus ¶ Item quia in crimine hæresis ad ecclesiam pertinentis, uidemus expressum quòd ecclesia habet carcerem etiam inter laicos, ut c. ut commissi. de hæreticis. lib. 6. & eo. ti. in cle. 1. Oldr. in suis consilijs consilio. 86. non firmat, sed alleg. pro & cõtra, do. Io. de Imo. in c. cum episcopus, de offi. ordi. tenet quod episcopus laicos pro crimine
100 ecclesiastico non possit carcerare, sed iudex † secularis ad mandatum ecclesiastici tenebat illos incarcerare, dicens quòd forte papa noluit tantam potestatem conferre episcopis, ne usurparent iurisdictionem. Et ad glo. in cle. 1. de usuris. super uerbo, censura, & dictum Innocen. in ca. significantibus, de offi. deleg. ubi dicit Inno. quod quãdo est facienda executio in bonis laicorum, fiat executio per iudicem laicum, ad mãdatum ecclesiastici. Io. An. in addi. ad Spec. in ti. de offi. ordi. dicit, quòd communiter tenetur inferiores prælatos potestatem de qua quęritur non habere, ut idem uidetur sequi do. Pe. de Ancha. in d. consi. cum episcopus. Do. de Sancto Gem. in d. c. cum episcopus. dicit quod illa opi. quod epus potestatem incarcerãdi non habeat laicos, pro delictis ecclesiasticis numquam sibi est uisa uera. ¶ Primo quia iure probatur quòd eps põt lai-
101 cum † carcerare pro crimine quando committit crimẽ sacrilegij, ut in tex. & glo. 26. q. 5. cõtra idolorum. Et istud ibi tenet glo. quæ dicit quod pro crimine ecclesiastico, potest episcopus carcerare reos, & loquitur text. de carceratione laicorum. ¶ Nec dicit obstare, si dicatur quòd illud est crimen hæresis, & sic non differt a primo casu: quoniam hoc negat, quia differentia est inter sortilegium, & hæreticum, ut probat diuersitas rubricarũ, de hęreticis & sortilegiis. ¶ Itẽ dicit quod est tex. quod episcopus sacrilegũ carcerat, ut patet. 17. quæst. 4. c attendendum. Nec obstat quod dicas, quod ille tex. non loquitur specifice de laicis, quare dicit quod loquitur indefinite, contra sacrilegos, ergo indefinite debet intelligi. 19. dis. capitulo, si Romanorum, quia iudex ecclesiasticus est iudex competens contra laicum sacrilegum. ¶ Item habemus quòd

episcopus carcerat laicum pro crimine stupri, vt patet de adulteriis. c. 2. quod ca. loquitur de laico, quod patet, quia dicit quod illa erat pena legis ciuilis plectend. ergo sequitur secundum eum, quod erat laicus, quia clerici non puniun-
102 tur penis† legalibus, ut notatur in capitulo, ad reprimendum, de offi. ordi. ¶ Item probatur illũ esse laicum, quia primo uult quod cõtrahat matrimonium, cum illa, apparet ergo quod in criminibus ecclesiasticis epũs carcerat laicum, nec est bona ratio quod sit speciale ijs casibus, nam
103 qui specialitatem† allegat, illam debet probare uel mostrare. Nec obstat secundum eum tex. pro quo allegat, quia oẽs inducuntur, sumpto argu. a contrario, quod argumentum non procedit, cum contrarium monstratur in iure, ut not. glo. in ca. significasti. de fo. compe. Nec sequitur secundum eũ episcopus excõicat laicum, ergo non põt capere. Et sic uides do. Do. de sancto Gemin. tenere capturam licitam in laicis per epm de crimine ecclesiastico. Et pro eo etiam facit, quia eps habet carcerẽ, ut in aucten. causa quæ fit cum monacho. C. de epis & cle. in qua innuit nuncios aberrantes qui vt plurimum sunt laici.
104 Et quia † intrusio in carcerem de iure canonico est terminus pœnæ alicuius delicti, ut no. In. de accusa. c. qualiter in. 2. & si illa pœna non posset punire laicum, non haberet quid pro tali delicto imponeret. ¶ Item quia dare in ecclesiam iurisdictionem pro crimine ecclesiastico, est illã dare cum omni Imperio. l. 1. §. cum urbem. ff. de offi. præfec. urbis, in quo uenit carcer, ut no. Bal. in d. auct. causa, quæ fit cũ monacho, & ecclesiã carcerem habere non est dubium, ut no. glo in dicto cap. attendend⁹. 17. q. 4. Et no. in c. in primis. 2. q. 1. Et sic uidetur dicendum episcopos hanc potestatem habere, districto iure, tamen in hoc multum est attendenda consuetudo, quæ dat & adimit iurisdictionem, ut in c. cum cõtingat. de foro compe. ut in l. 1. C. de emanci. lib. & quod no. in l. 1. §. fi. ff. de aqua plu. arcen. cũ simi. ut si episcopus sic excarcerare sit solitus illam iurisdictionem a criminibus ecclesiasticis, in sua iurisdictione non turbetur, aliàs seruabitur communis opinio, de qua diximus.

## CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶CAVSAE Iuramenti] causa validitatis, uel inualidatis iuramenti, uel periurij ad quem spectat ad ecclesiasticum, uel secularem iudicem? vide Hierony. Cagnol. in l. si quis maior. num. 19. 109. 126. vbi alij Doct. C. de transactio. & Ludo. Roma. in consilio. 512. vbi Domiuus Horatius Mandos. in apostill. Guido Papæ in decis. Gratianop. 178.

b ¶PERIVRIVM.] Nonnulla dixi de periurio in Regia Aragonum. §. 2. glos. 1. nu. 396. 397.

c ¶FORVS.] Iuramentum accumulat forum foro. capitulo finali. de for. comp. in 6. capitulo nouit, extr. de Iud. capitulo, cum sit generale. extr. de for. compet. voluit Ludouicus Roma. in singul. 319. & in singul. 426. & etiam Antonius Corset. in rep. rub. extr. de iureiuran. priuileg. Iuram. 8. sequitur Matth. de Afflict. in decisio. Neap. 263. in causa lucillæ. post. numer. 3. vbi tractat an si fuerit iuramentum illicitum, quis possit authoritate propria cõtrauenire, uel saltim ad iuramenti obseruantiam debeat adiri iudex ecclesiasticus.

d ¶DOLVM.] posito quòd iuramenti effectus sit, vt per statutum tolli non possit, attamen fieri poterit, ut si in prohibito contractu iuramentum interueneri, præsumatur dolum interuenisse, ut uoluit Curtius Iunior in cons. 118. numero. 6. & Iason in auct. sacramenta puberum. nu. 85. C. si aduers. vend. ubi dicit communem. sequitur Ioannes baptista Villalob. in tract. opin. communium. §. iuramentum. num. 152.

e ¶PRIMA opinio Bartol.] quod si prohibitio dirigatur ad personam iuramentum non obstabit, si ad res obstabit tenuit Angelus in dicta. l. si quis pro eo. idem Bartolus, in auct. sacramenta puberum. num. 15. C. si aduers. vend. sequitur eum ibidem Antonius de Alexandr. col. 2. Ancharan. in cap. cum contingat de iureiurand. Ang. in consilio. 160. pro decisione quæsitorum, quam communiter a doctoribus legistis teneri Docuit Imola in dicto capitulo cum contingat. ¶ Contra tamen hanc Bartoli, & sequacium opinionem communis laborat opinio de qua quia latissimè tractaui in Regia Aragonum. §. 1. Gloss. 3. nume 20. cum pluribus seq. ideo dictis inibi pertransiens me remitto.

f ¶RELAXATIONEM] Iuramenti relaxatio potest à seculari iudice peti secundum Felinum in c. 1. de iureiurand. uel iurans absolutionem petet ab episcopo. Bart. in dicta. l. si quis pro eo, Abb. Panor. in capitulo ad aures extr. de his quæ vi. cum adductis per Lapum in allegatio. 10. vbi latissimè Dom. Quintil. Mandos. & addit Bart. in in dicta. l. si quis pro eo, quod absolutione obtenta, absolutus liberatur a contractu, & potest solutum ante absolutionem repetere, quæ procedunt antequam promissor insiderit in periurium. voluit Pederi. de Senis in consilio 300. in fin. Lud. Rom. sing. 493. Abb. & Felin. in dicto cap. primo de iureiurand. & Alexander in consilio decimo septimo. vol. 3.

g ¶ALIA opinio.] Quam tenuerunt Panor. & Imol. in dicto capitulo cum contingat. Paulus de Castro in dicta l. si quis pro eo. Philippus Corne. & Iason in dicta auct. sacramenta puberum. C. si aduen. vend. Felin. in capitulo. secundo de maior. & obedi. Philipp. Deci. in capitulo nam concupiscentiam. de constitutio. Alexandr. in consi. 27. vol. primo.

h ¶NEC legem ciuilem] quòd a lege ciuili circa iuramenta aliquid non statuatur concludunt Cyn. Salyc. et Paul. de Castr. in l. si. C. si contra ius, uel util. pub. Salicet. & Castrens. & Mantua in allegata auct. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. Doct. in c. tua de decim. & in cap. quanto. extra. de iureiurand. & Alexandr. & Ias. in l. fina. ff. qui satisd. cog.

i ¶C. DEBITORES] Non procederet, quando ex vtraque parte turpitudo adesset, tunc enim in pari turpitudinis causa potior est conditio possidentis. l. 2. C. de condic. ob turp. caus.

K ¶EXONERANDAM] iuramentum licet quoad spiritualitatem non liget animam hæredis, sine eius cõsensu. vt uoluit glo. in summa. 24. q. 3. & Cardi. Florent. in consi. 137. in fin. secus tamen quoad obseruantiam Iuramenti. Andr. de Isernia in constituti. Regni. Eos qui scienter. ubi etiam Matthæus de Afflict. & idem etiam Afflict. in Decisio. Neap. 381. Quædam Hippolyta. nu. 8. faciunt notata per Alexand. in consi. 119. Quæritur. col. antep. versi. Nec obstat q̃ pena. uol. 2. Abb. Panor. in ca. Parrocchiano. n. 4. de sepultur. & in c. à nobis. in secũdo, in fin.

in fin. de sent. Excomun. Guido Papæ in Decis. Gratianop. 414. Iuramentum. Iason in cōsi. 76. col. 1. vol. 1. Thomas Gramm. in consi. Ciuil. 100. col. 8. Paul. de Castro. in consilio. 384. uol. 2. Iacob. Philipp. Portius in tract. conclus. lib. 1. Conclus. 3. in princip. & Do. Ioan. Baptista Asinius, in L. 1. in princip. num. 21. cum pluribus seq; ff. de religios. & sumpt. fun.

l ¶ABSOLVTIO.] Absolutio à Iuramento non petitur, & si petatur & concedatur non eneruat dispositionē Auct. Sacramenta puberum. C. si aduers. vend. Decreuerunt Domini de Concilio teste Matth. de Afflict. in Decis. Neap. 322. Dominus Ciccus. nu. 8. & Do. Ioan. Ceph. in consi. 34. cū honestæ. nu. 5. Vbi dicit nec ad aduersus dispositionē c. Quamuis. de Pact. lib. 6. peti posse absolutionē a Iuramēto. & idem in cōs. 142. Magnifica. num. 5. vol. 1. ¶Itē non conceditur Iuramēti absolutio, ei, q Iurauit ipsam non petere. Iuxta tradita per Matt. de Affli. in Decisio. Neap. 220. In cā dñi nu. 21. Faciunt notata per Alex. in cōsi. 17. Ponderatis col. 2. uol. 3. Pet. de Anch. in consi. 199. Prædictis subtiliter. col. fin. ¶Item absolutio nō cōceditur, ubi cōcessa nihil operat. Lud. Rom. in cōs. 46. in cā Dñę Camillæ. ¶Item concedenda nō erit Iuramenti absolutio nisi petatur ante diem promissioni stabilitum, aliàs frustratoria esset eius petitio, & nō concedenda, ut uoluit Federic. de Senis in consi. 301. in fin. Ludouic. Roman. in consi. 326. col. 2. Alex. in consi. 222. col. 3. vol. 2. cum alijs allegatis per Dominum Roland. à Valle in consi. 34. visis. nu. 2. vol. 1. & Afflict. in Decis. Neap. 30. nu. 5. ¶Et licet Afflict. in Decis. 31. nu. 2. dicat quòd absolutio Iuramēti petenda est per uiginti dies ante, Quinimò eius dictis facilis patet responsio, pro ut ego aliàs hoc anno plures dedi responsiones defendendo Cæsarem de Iudice contra Anton. Balascium de Caletro, qui Cæsar meus Cliens per diem ante debitum absolutionē impetrauit, & quòd valida esset absolutio latè consului, & obtinui.

m ¶MORTALE.] Omnis anima potestatibus subdita, & Principi. cui oīs à Dño potestas tributa est, obediendum igit. Alias .n. non modo peccatum graue esset, & mortale, sed hæreticum quoddam, Ideo damnat ecclesia Vualdenses, qui impie, dicebant obediendū non esse summo Rom. Pontifici, alijsq; ecclesię Prælatis, quos sequuti sunt Ioannes Vuicleph, & Ionnes Hus, & illorum sequaces, ac Pseudoapostoli, Begardi, & Beguinæ, & demum, Lutherus, quos vti impios iustè damnauit ecclesia, & consequenter Alfonsus de Castro. lib. hæresum. 6. titul. de ecclesia. Hæresi. 3. & nos latè docuimus alibi.

n ¶PROHIBITIO.] Lex peccati nutritiua illaqueat ad peccatum, & nulla est, & opus non est quòd irritetur cum irrita sit. Abb. Panor. in cap. fin. col. 4. de præscript. Thom. de Aquino in summa. parte. 2. q. 96. articul. 6. ubi dicit, & tractat an & quando lex ciuilis, uel statuti liget quoad forum animæ. prouide etiam Petr. de Anchara. in consi. 21. pro solutione. col. 2. & in consi. 412. Federi. de Senis. in consi. 21. summa Pisana in ver. lex. §. vtrum legis humanæ. Siluestrin. in ver. lex. Doct. in c. clerici. de uit. & hone. clerico. Abb. Panor. in c. 1. num. 9. de const. & supra omnes perfectissimè eam rem tractauit, & eleganter Dominicus de soto de Iusti, & Iure. lib. 1. q. 6. arcul. 4. 5. & 6.

o ¶DONATIONEM.] Firmatur Iuramento donatio quæ fit filio in potestate. Bald. & alii in l. fin. C. de usucap. pro dona. & in c. cum contingat. extra de iuriur. in auct. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. Alexand. in consi. 82. visis, & consideratis. uol. 1. & in consilio. 20. pōderatis. uol. 3. & in consilio. 7. uiso Instrumento. num. 8 vol 6. Francisc. Aretin. in l. placet. col. 3. ff. de acquir. here. & in consilio 72. præsupponitur in facto, & in consi. 77. ut Ratio scribendi. Barthol. Veron. Cautel. 249. Deci. in consi. 216. & in consi. 229. & in consi. 631. Barth. Socin. in consi. 107. In cā mota. vol. 3. Philipp. Cor. in consi. 238 quāquā litera. f. & t. uol. 1. in cōsi. 42. plura dubia. in cōs. 267. quamquam. litera. e. vol. 3. & in cōsi. 306. oportunū & expediens. litera. e. vol. 3. & in consi. 289. circa primū. litera. z. vol. 4. Guido Papę in Decis. Gratianop. 146. in fin. ubi dicit ita fuisse determinatum. Anton. Capic. in Decisio. Neap. 61. in causa princi. num. 3. Francisc. Marcus in decisio. Delphin. 326. nu. 3. uol. 1. & Anton. Corsetus in Rep. Rubr. extra. de iureiur. Priuileg. Iuram. 24. & est communis omnium Doctorum sententia, & ego p transitum dixi. in Regia Aragonum. §. 1. glo. 3. num. 30. tenuit Do. Rolādus à Valle in consil. 77. præsupponitur, per totū. uol. 1. licet subtiliter contrarium tenuerit D. Iacob. Menochius in consi. 84. hæc pposita. p totū. vol. 1.

p ¶DOLVS probatur.] Qui dolus non præsumitur nisi probetur, & euidenter. Deci. in consi. 94. nu. 4. Aimo. Crauett. in consi. 143. num. 12. Alexander de Neuo. in consil. 30. nu. 2. D. Iacob. Menoch. de Arbitr. Iud. quæst. lib. 2. Centur. 2. casu 116. num. 13. D. Francisc. Bursat. in consilio. 40. Dominus. num. 63. uol. 1. & D. Iacob. Menoch. in consil. 22. Hęc consultatio. nu. 20. uol. 1. ¶Probatur tamen Dolus ex ætate minori. ut in l. 1. ff. de minorib. unde dicit Bald. in cap. 1. §. Item sacramenta. q. 4. de Pace tenendo, quòd minor ætatis simplicitate præsumitur inductus ad renuntiandum. ¶Probatur ex sexus fragilitate ut in muliere. tot. titul. ad Senatusconsultum Velleianū. Inde post Aristo. Bal. in C. de rer. permut. l. . . dicit quòd mulier inualidum habet Iudicium, & minor imperfectum, & teste Euripide in Medea. Ad bona consilia mulier pauperrima est. de muliere nonnulla dixi in Regia Aragonum. §. 2. glos. 4. num. 20. cum pluribus seq. vbi nō nulla. ¶Probatur etiam ex enormissima læsione, ut in l. si quis cū aliter ff. de ver. oblig. Anchar. in consil. 39. Philipp. Deci. in consi. 180. Abb. Panor. in consi. 8. uol. 2. Iacob. Mandell. in consil. 77. secundum ea nu. 23. & in cōsi. 100. Si uera. nu. 6. Do. Ioannes Cepha. in consi. 51 Domina Lasia. nu. 8. in consi. 66. Illustris. num. 22. vol. primo & in consi. 207. Illustrissimus. num. 75. & in consi. 210. Vogoniæ statuto num. 81. uol. 2. & ego dixi in Regia Aragonum. §. 7. glo. 5. num. 9. 10. ¶Probatur dolus commissus in ædibus priuatis per leuiores probationes. Corne. in consi. 124. num. 4. uol. 3. Refert, & sequitur Iacob. Mandell. in consi. 77. secundum. num. 9. ¶Dolus probatur ēt contra aliquem statim cum non obseruat aliquid intra tempus promissum, ut uoluit Alex. in consi. 101. in fin. vol. 2. text. est in l. si procuratorem. §. Dolus. & l. dolus. ff. Mand. Ludoui. Rom. in consi. 332. in secondo. dubio. Aimo. Crauett. in consi. 6. num. 96. in consi. 75. num. 6. in cōsil. 100. nu. 9. & in consi. 192. nu. 15. Corn. Perus. in consi. 116. in fi. uol. 1. Do. Roland. à Valle in consil. 57. num. 7. vol. 1. ¶Arguitur dolus contra tutorem omittentem in libris rationum scribere partitas exactas, ut alia allegās voluit idem Do. Rolandus à Valle in consi. 49. in pōti. num. 55. vol. 1. Dolus etiam arguitur in eo, qui facit ea, quæ sunt de genere prohibitorum. Doct. in l. si non conuitii. C. de Iniur. & voluit D. Ioannes Cephal. in consi. 35. in causa fiscali. num. 16. vol. 1. Idem in his quæ sunt delicta, & delictorum faciem habent. idem Do. Ioann. Cephalus in consi. 230. præstans Vir. num. 3. uol. 2. ¶Dolus probatur eo statim quòd quis Valisiam primo sigillatā, restituit dissigillatam uoluit Iason in l. si quando. C. vnde ni Paul. Parisius in consi. 74. num. 16. vol. 1.

q ¶DATA læsione.] Læsio dolum arguit, ut in supra notata apostilla. no. in l. qui superstite. C. de Dolo. Paul. de Castro in consi. 174. Anton. de But. in consi. 46. & Decius in l. Pactum. C. de collat.

¶ILLA

r ¶ILLA clausula]. Quod plus valet donat, tollit remedium. l. secundæ. C. de rescind. uend. ut uoluit Guil. de Cuneo in. l. si tibi decem. in princ. ff. de pact. Barthol. Socin. in tract. Fall. Regul. 436. nu. primo Bart. Lud. Rom. Francisc. Aretin. & Ias. in dicta l. si quis cum aliter ff. de verb. oblig. Petr. Cyn. Bart. Bald. Salic. & omnes in dicta l. secunda. Abb. Panor. in capitulo, cum causa nu. 4. in fin. de empt. & uend. Alex. in consilio. 42. super præmisso. col. 3. & in consi. 125. visis, & consideratis. col. 5. uol. 1. & in cõsilio 127. viso processu. col. 2. uol. 2. in consi. 28. in causa col. secunda uol. 5. & in consi. 105. Ponderatis nu. 3. uol. 6. Philipp. Corn. in consilio. 288. viso litera. z. vol. 3 Stephan. Bertrand. in consil. 103. nihil in fin. uol. 1. And. Tiraq. in tract. retract. consang. §. 1. gloss. 18. nu. 14. Petr. Iacob. in sua pract. tit. de Action. ex vendit. col. secunda vers. attamen. Bart. Socin. in consi 48. uiso Instrumento. num. 8. uol. 4. Fabian. de Monte San. Sabin. in tract. de empt. & uend Parte. 8. princ. q. 5. Nicol. Boer. in Decisio Burdegal. 142. nu. 4. uol. prima.

ſ ¶RELAXATIO Iuramenti.] Absolutio à Iuramento an requiratur quando quis uult intentare remedium l. 2. C. de Rescinden. uend. Curt. Iunior in consi. 66. col. fin. Corn. in consilio suo 189. vol. primo & in consi. 112 vol. 4. Parisius in consil. 45. uol. 1. & latissimè Hierony. Cagnol. in Rep. l. secund. num. 97. cum pluribus seq. C. de rescind. uend.

t ¶DIVINVM.] Iuramentum est de Iure diuino, ut in dicto capitulo, & si Christus dicitur etiam de Iure naturali. uoluit Archid. in capitulo authoritate 51. q. 6. Pet. de Anchar. in consi. 382. retento ordine.

u ¶OMNES De Regno] Factum enim à maiori parte ab omnibus factum uidetur. l. Aliud. §. refertur. ff. de regul. Iur. capitulo, cum omnes. de constit. & cap. fin. extra de his quæ fiunt à maior. part. capit.

x ¶IVRAMENTVM.] Iuramentum regulariter ad ignorata non extenditur. ca. Breui. extra de iureiur. vbi enim consensus deficit, Iuramentum non operabitur. vt in l. fin. C. de non num. pec. ad id enim, quod ignoratur consensus esse non potest. l. cum Aquiliana. ff. de transactio.

y ¶RENVNTIATIONIS.] Specialis renuntiationis, & Iuris expressi uim habet Iuramentum. Bal. in l. 1. col. pen. q. secunda. C. commod. & Alex. in l. 1 §. siquis ita nu. 12. ff. de ver. oblig. Iason in §. item siquis postulãte. nu. 14. Inst. de Act. Anton. Corset. in Rep. Rubr. extra de iure iur. Iuramenti priuileg. 36. Barthol. Socinus in cõsi. 200 col. pen. vol. secund. in consi. 103. in casu conuentionis col. 2. & 3. vol. 3. & in consilio. 48. uiso instrumento. nu. 7. uol. 4. Florian. de sancto Petr. inter consi. Comens. in consil. 7. visis compromisso. col. pen. Andr. Tiraquell. in tract. legum Connub. glo. 5. in quarto genere expressi. & in repet. l. si unquam. in præfation. num. 132. 148. C. de Reuoc. Don. D. Rolandus à Valle in tract. de Lucro Dotis. q. 42. num. 10. Guido Pap. in Decis. Gratianopol. 128. & Nicol. Boerus. in consilio. 38. uiso compromisso. num. 7.

z ¶VNAM Opinionem. ] Quam tenent multi Doct. in capitulo, ueritatis. de iureiur. Ludouic. Bolongn. in consilio. 45 Decius in consilio. 639. Matth. de Afflict. in decisio. Neapolitan. 381. in fin. & Anton. Capici. in decisio. Neap. 174.

a ¶ET HOC Tenet] Id etiam sequitur Lud. Roma. in singul. 322. tu habes. Afflict. in dicta Decis. 381. Abb. Panor. in capitulo cum sit generale. de For. compet. Bald. in auct. sacramenta pub. C. si aduer. uend.

## De decimis. Rubrica 13.

In §. Tractemus.

### SVMMARIVM.

1 *Decimæ si debeantur, & quo iure.*
2 *Papa, vtrum perpetuo possit decimam alienare?*
3 *Decimarum causa, cuius sit iurisdictionis?*
4 *Decimæ debitæ de iure diuino.*
5 *Decima, vtroque testamento est in præcepto.*
6 *Tria tempora, & quatuor decimarum genera.*
7 *Libertas Christianorum, unde procedat?*
8 *Decimæ debitæ in signum vniuersalis dominij.*
9 *Decimę, omnia tempora respiciunt.*
10 *Decima, qualiter soluebatur quatuor temporibus?*
11 *In corde cuiuslibet Christiani, quid scriptum est.*
12 *Decimarum genera, quatuor.*
13 *Temporis gratiæ libertas.*
14 *Decimas non soluens, peccat mortaliter.*
15 *Ratio naturalis vult ministrum altaris, ex bonis altaris pascendum.*
16 *Militare suis expensis, tenetur nemo.*
17 *Ministri noui testamenti, cuius sint dignitatis?*
18 *Operarius, mercede sua dignus.*
19 *Consuetudo, in quibus decimis sit seruanda.*
20 *Papa, omnium ecclesiarum administrator.*
21 *Matrimonium, vbi inuentum sit: & quando ecclesia dispenset super matrimonio?*
22 *Causa decimarum, est dispensabilis per Papam.*
23 *Statutum, intelligi debet secundum ius diuinum.*
24 *Papa an possit perpetuo dispensare laicos, ne decimæ soluentur?*
25 *Conscientijs cuiusque, relinquitur decimarum solutio.*
26 *Itali excusantur, decimis non solutis.*
27 *Non soluentes decimas, quid excuset?*
28 *Tacitus consensus, longæuam consuetudinem firmat.*
29 *Concessiones decimarum, factæ a pontificibus laicis.*
30 *Quod apud hostes est, donari non potest.*
31 *Decimæ, vtrum a laico possideri queant.*
32 *Ius decimarum, non potest dari laico in feudum.*
33 *Ea quæ sunt iuris diuini, sunt incommutabilia, & indispensabilia.*
34 *Ius naturale, in quibus immutetur?*
35 *In concessione decimarum, quam facit Papa principibus, inest ciuilis obligatio, & naturalis præsumpta.*
36 *Causa, ex qua legitime Papa concedit decimam laico.*
37 *In donationibus & beneficijs, plenissima fit interpretatio.*
38 *Clerici, victu & vestitu, debent esse contenti.*
39 *Ius regis Valentiæ, ab ecclesia concessum.*
40 *Signans instrumentum, omnia in eo contenta approbat.*
41 *Soluens censum, tanquam emphiteota, non propterea emphiteota censetur.*

42 Con-

42 *Conductio, dominium, & possessionem transfert.*
43 *Ficta traditio dominij, translationem non operatur.*
44 *Possessio, & dominium, qualiter quærantur.*
45 *Ex contractu inutili, non potest informari traditio.*
46 *Vera traditio, vbi non interuenit, donatio non præsumitur.*
47 *Principi quod non licet, successoribus indicat.*
48 *Causa superueniens, mutat qualitatem.*
49 *Traditio resultans ex patientia, quæ sit.*
50 *Emens scienter rem suam, non transfert dominium, et pracium repetit.*
51 *In quęrēda possessione, est necessarius quærētis aius.*
52 *Episcopus, infeudare decimam laico non potest.*
53 *Sententia, inter alios lata, non præiudicat.*
54 *Sententia arbitralis, non est apta ad dominium trāsferendum.*
55 *Conseruatio priuilegij, quod nil noui addat.*

RACTEMVS in nomine Domini, materiam decimarū quo ad illarum iurisdictionē in alijs, de quibus antiqua est quęstio inter iurisdictiones, & pendet de facto. Et quamuis hæc materia sit periculosa tractatu, propter not. in clemen. cupientes. de pœnis. in capitu. primo, de decimis. lib. 6. quia ut ibi vides, non est licitum quid dogmatizare, per quæ quis retrahatur à decimarum solutione, pęna excommunicationis prædicatoribus eminente, ut in dicta clem. cupientes. in prin. quæ pœna, an habeat locum in aduocantibus decimas non soluentes, uel contrafacientes leges, vel statuta in materia decimarum. communiter tenetur, qđ non, quia dicit Guil. de Montelugduno. in cle. dispondiosa. de iud. quod iure non probatur, quod tales sint uel posint excomunicari. Vide ibi scripta per do. Ioan. de Imola. Tamen operis præsentis prosecutio, me cogit hanc quotidianā materiam, ac eminentē examinare, cōfisus de Dei auxilio, sine quo nullū rite fundatur exordium, testante Paulo, ad Cor. 3. cap. Et ad Timo. 3. & in canone in capitulo, cum Paulus. 1. q. 1. Et quia licet quid iuri aduersum, quod absit dixero, non pertinaciter id affirmans, & si redargui posim non damnari. Facit quod not. Inno. de sum. Trin. capitulo damnamus. & Bal. in l. nemo. C. de sum. Trin. & quod not. in clem. 1. de vsuris. Semper hæc & quæcunque per me scripta submittens iudicio meliori meo, ac determinationi sacrosanctę matris ecclesiæ, ut vere catholic⁹. ¶Intrem⁹ in nomine dñi hanc materiā decimarū quæ maxime in hoc regno, multas habet difficultates. Et primo uideamus de
1 illo antiquo dubio † si decimæ sint debitæ, &
2 quo iure. Secundo uidebimus, si summus pontifex tam de iure percipiendi quàm de fructib.
3 potuit disponere, † ppetuo alienādo maxime in laicos. ¶Tertio, cui⁹ sit iurisdictio causarū decimalium. Et his tribus principaliter uisis, & examinatis, erit uisa materia decimarum, & decisæ dubitationes quotidianæ, de quibus alter
3 catur inter † iurisdictiones. ¶Ad primum ergo, si decimæ sint debitę, & quo iure? Et videtur di
4 cendum quod de iure † diuino vtroque testamento. Legimus Abraham obtulisse decimas Melchisedech sacerdoti, de omnibus. Genesis. 14. ¶Item Iacob promisit Deo, quod cunctorū quæ sibi Deus daret decimam solueret. ut Gen. 28. Et transsumptiue istæ duæ auctoritates sunt in canone, in cap. decimas. 16. q. 8. Et Exodi legitur. 22. capitulo, Decimas & primitias, nō tardabis inferre. Et Leuitici 27. circa fi. Omnes decimæ terræ, siue đ fructib. siue de pomis arborū domini sunt: oues, boues, & capræ, quæ sub virga pastoris sunt, transeunt, quicquid in decimam venit, sanctificabitur domino: & non eligetur, neque bonum neque malum, neque altero commutabitur. transsumptiue in canone, in capitulo, omnes decimæ. 16. q. 7. Et Numeri. 18. circa finem. Filijs Leui dedi oēs decimas Israel in possessionem, pro ministerio quo seruiebant mihi in tribus fœderis. & Deuteronomi. 12. capitulo: ibi. Offeretis victimas, decimas, & primitias manuum vestrarum. Et in 14. capit. ibi. Decimam partem separabis de omnibus fructibus tuis, quæ nascuntur in terra. ¶Item 2. Paralipomenō. 31. capitulo. circa prin. Vbi primitias obtulerunt primi frumenti, uini & olei, mellis quoque, & omnium quæ gignit humus, decimas obtulerunt. Et Thob. primo. Thobias fideliter offerebat decimas, & primitias. ¶Itē Ecclesiastici 35. circa princip. In exultatione sāctifica decimas tuas. Et Malachiæ, 3. c. ibi. Quia fraudastis me parte mea, hortor uos atque commoneo, ut offeratis decimas in horrea mea. Et transsumptiue in canone. in cap. Reuertimini. 16. q. 1. ¶Et hęc sunt auctoritates ueteris testamenti. In nouo autem testamento tu habes auctoritates Lucę. 18. capitu. do decimas omniū quæ posideo. Et Matth. 22. Vę uobis qui decimatis mentam, & anetum & cætera, & relinquitis, quę grauiora sunt legem, misericordiam, iudicium, & fidem, hæc oportuit facere, & illa nō
5 omittere. Et sic uides quod vtroque † testamento decima sit in præcepto, etiam auctoritates noui & ueteris testamēti, si uis querere, uide Hostien. in summa, tit. de decimis. cap. vtrum præsbyteri, sub. §. 8. versicu. magistri uero canonum. Et uide Innocē. in rubrica de decimis. Et sic uides decimam esse sub præcepto diuino. Et ita tenet Innocen. in dicta rubrica reprehendens theologos, & canones, uidentur adhęrere huic opi. quod traxerint originem, & sint ex præcepto diuino. 16. q. 1. cap. decimas, vbi diuina sanxit auctoritas. Et publice hoc ponit Hieronym. super Malachiam transsumptiue in dicto cap. reuertimini. 16. q. 1. Et Augustinus ea. causa, & quæstione. apostolicæ. 17. q. 7. decimas. Vbi Gregorius & Ambro. 16. q. 7. quicunque. ubi & integriter

tegriter dicit dandam decimam,& non dantē, tanquam peccantem emendare.cap. omnes. & cap. decimas. Ad hoc cap. parrochianos. & in cap. in aliquibus. & cap. cum sint. & cap. tua de decimis. Vnde uides quatuor doctores sanctos ecclesiæ concludere vno ore concordantes, quod decimæ sunt sub præcepto legis diuinę. Et hanc opinionē tanquam tutiorē dicit Ioan. And.sequēdā in c.1.de decimis.li.6.in gl.2.quā uis Hostien.in c.in aliquibus de decimis, distinguat inter reales,& prædiales, & hæc debentur iure diuino,personales nō. Alibi tamē Hostien. prolixius,& aliter loquitur in.c.a nobis.de decimis.recitans opinionem Hugonis de sancto Vi
6 ctore, considerat tria tempora, & quatuor † decimarū genera.¶Primo considerat tempus ante legem scriptam ueteris testamēti, scilicet tēpus naturæ,quod tempus autem licet ipse non dicat secundum Heliæ opinionem recitatā in lib.hæbraice uocato Hanodazara.c.1.& in Cauthedrin.c.vlt.Tempus vanitatis,fuit, & durauit per duo millia annorum,usq; ad legē Moysi quę p alia duo milia annorum,parum plus uel minus,durauit ante Christi aduentum. Et secūdo considerat quòd istud secundum tempus legis veteris testamēti.Tertium tempus gratiæ, post aduentum Christi.Vnde dicit qđ dicebat Hugo prędictus quod secundum primæuum tem-
b pus[b] decimę erant de consilio,& non de pręcepto: quia nullibi reperitur quod Deus ante legem scriptam præcepisset decimas solui.¶Secūdum autem secūdum tempus, scilicet legis antiquæ fuerunt in præcepto.Secundum tertium tempus legis nouæ, & post Christi aduentum,
7 sunt in † libertate spiritus,hoc est quod uidentur relicti libertati spiritus. Hoc ponit dictus Hugo,in libro de sacramentis,parte.11.lib.1.c.4.Et hæc verba sua formaliter sunt ista,loquendo de decimis. Ante legem paruulos consilio erudit,postea sub lege præcepti tentauit,nouissime sub gratia perfectos,sub libertate spiritus ambulare permittit. Et subdit ibi, Nunquam enim legimus quod ante legē scriptam, Deus homini dixerit.Qui decimam non dederit.&c. ¶Dicebat secundo,quòd erant quatuor genera, & omisis tribus generibus,quartum accicipiamus, quod facit ad nostrum propositum prout pertinet ad debitam subuentionē qđ dicit fuisse in signum,& figurā debitæ recognitio
c nis[c] seu domini † vniuersalis,& in hoc includit
8 quid morale,quod est rectum rationis dictamē recognoscere vniuersalitatem domini,& per diuinam inspirationem, & proprietatem ipsius, hac consideratione ratio humana dictat, quod ista recognitio conuenientissime fit per decimæ,partis separationem & dationem ; ideo ratione huius,tam debiti,& tam conuenientis si-
9 gni † decimæ manent,& respiciunt omne tempus, siue naturæ, siue legis, siue gratiæ. Et per hoc tanquā fundamēto immobili,innititur auctoritas ecclesiastica, de decimis, tua nobis. & ea.cum non sit in homine.12.quæst.2.cap.decimæ. Vnde dicit, quod tempore legis fuerunt quatuor genera decimarum,ut not.in capit. 1.
10 de decimis. † Quia primum genus erat, quod
d populus dabat leuiticis.[d] Secundum genus, quod leuitis sacerdotibus,Tertium, quod vnusquisque sperabat in horreis suis ad comedendum in uestibulo templi. Quartum quod pauperibus erogabant,ut patet, in dicto capitulo 1. ¶Sed ipse dicit,quod primum, secundū, & quartum dantur ad subuentionem. Aduenien te autem tempore gratiæ,considerauit ecclesia, quid in hac re esset eligendum, & statuendum, & attendens signum vniuersale dominij, quod quasi fundamentum posuit, ideoque in veteri lege & testamento, Deus primum genus decimarum sibi remittit,& ipsis leuitis dare præcipit,quod ratio naturalis dictabat, ut qui domino pro populo ministrabant,deberent a populo sustentari, & sic erat debitum quod amodo moralis conueniētius aliam portionem quam istam quam dominus præcepit, poterit ecclesia suæ ecclesiæ assignare,statuit & præcepit qđ populus decimas daret, & redderet ecclesijs, & clericis,sicut patet in toto titulo de decimis. & 16.q. 1. capitulo, decimas, & in multis alijs iuribus,ea. causa.& q.7.& approbabit hoc Imperator, in Lombarda.de decimis per totum. quamuis ergo sit translatum sacerdotium quātum ad ritum colendi,tamen quia in sacerdotio,nouæ legis, manet onus ministri, propter, quod est necessaria communicatio bonorū spiritualium, per excellentiam sacramentorū quæ fiunt saltim quantum ab substantiam pręcepti remanet istud præceptum de decimis soluen-
11 dis, ut morale,vel quasi.† In corde enim cuiuslibet Christiani scriptum est, quod communicanti & seminanti spiritualia, communicentur & ministrentur temporalia, & firmetur ut iudiciale quantum ad taxationem decimæ paratæ, & decimationem,& quantum ad ecclesias, quibus ex debito est reddendum. Et posito, quòd diceremus,præceptum nō esse morale uere, uel quasi adminus morale,& disciplinæ, hoc est legis, per quam habet uita humana regi innitendo institutioni diuinæ & humanæ,de iuramento calum.cap.1.de consti.cap.1.Est ergo morale disciplinæ:quia legis scriptæ,humanæ, & canonicę,& quod plus est euangelicæ. Matt.24.& Luce.11.Et in hoc concordant sancti,& quatuor doctor.ecclesiæ principales.Ex quibus concludit qđ est præcepti,& quod tale præceptum est morale, uere, uel quasi, siue morale disciplinæ, seu iudiciale secundum æquitatem. ¶Ex qui-
12 bus concludit,quod primum † genus decimę stat in præcepto, sed limitatur.Secundum etiā remanet:sed declaratur.Tertium ceriminale est & euacuatur. Quartum uero liberum relinquitur: sed perfectius infertur.Remanet in quęstione

ne, quòd ex iuribus diuinæ legis nõ est sub præcepto, sed sub debito ad præceptum reductũ eccesiæ informatum, tamen ex mente legis diuinæ, est morale, & immitabile, licet distinguibile sic, quia posset restringi, & possent aliquæ personæ eximi, quæ aliàs tenebantur causa subsistẽtiæ. ¶ Demum tamen in fine suæ glo. ad hoc uidetur recedere, & sentit, quod sit præcepti, etiã diuinæ legis. Nec obstat quod dicit Hugo præ-
13 dictus, quod tempus † gratiæ consistit in libertate spiritus, quia potius intendit ostendere antiquiorem modum animi, quem ex charitate, & sic libero spiritu debet implere hoc præceptum, quod ex timore seruili implebat Iudæus, de regula. cap. licet. Et hoc sentit Hostien. ubi supra Innocen. in dicto. cap. 1. de decimis. indistincte tenet decimas sub præcepto diuino, & in hoc uidetur concordare omnes quatuor doctores sancti, Gregorius, Augustinus, Ambrosius, & Hieronymus, in dictis iurib. 16. q. j. &. q. 7. quasi per totum. Innocen. differt ab Hostien. qui uidetur tenere in dicto cap. à nobis, quòd decimæ non sunt in præcepto legis nouæ, sed in libertate spiritus, sed ab ecclesia informata, & ex lege Dei, quod idem quod lex dei præceptum est morale, quod obligat secundum modi
e ficationem ecclesiæ, etiam si sint clerici [e] possessionibus imbuti, & in hoc vltimo concordat, cum Innocen. super rubrica. ¶ Ex quibus concludit Hostien. canonice monitum decimas nõ
14 † soluentẽ integraliter peccare mortaliter [f] qa
f transgressor est diuinæ, & humanæ legis, & iudici contumax reperitur, vnde excommunicari potest, de decimis. cap. ex parte. 16. q. 7. cap. decimas. Ad hoc lex Lombarda, desuper alleg. Et hodie est tex. nouus, quem ipse non allegat in clemen. dispendiosam. de iudicijs. Archidiaconus in rosario, in cap. decimæ. 16. quæ. 1. alio
g modo loquit distinguens tria præcepta. [g] Quædam sunt cerimonialia, & talia tempore legis gratiæ adueniente, ut sonant, ad corticem non sunt seruãda, quia euacuata sunt aduentu Christi, & licet ipse non dicat, de his scribitur, translato sacerdotio, necesse est, ut legis translatio fiat, in cap. translato. de constit. & quod ibi no. Quædam sunt præcepta moralia, & hæc omnia seruanda sunt, ut patet. 6. distin. §. his ita. Quædam sunt iudicialia, & talia si non obligent tẽpore gratiæ, seruari tamen possunt sine peccato. Et ad eorũ obseruantiam obligamur si sunt statuta auctoritate eorum, quorum est leges cõdere, vt puta si princeps aliquis statueret, ut q furatus fuerit ouem, reddat quattuor oues, ut legitur Exodi. 23. Cuius subditi tenentur obseruare. Dicit autẽ quòd præceptũ decimarũ, partim erat morale, partim iudiciale, de iurei. partim cerimoniale. Morale est inquantum da
h batur ad sustentationem ministrorum [h] Malachiæ. 3. ibi. Offerte omnem decimationem.
15 † Nã ratio naturalis dictat his qui diuina ministrant, ad salutem totius populi, ipse populus necessaria ministret. 1. ad Corinth. 9. Nam
16 suis stipendijs † non tenetur militare. Ad hoc. 13. q. 1. §. his ita. ¶ Item partim est iudiciale, Nã tribus leuitæ domini ministri captã, & mancipatam possessionem nõ habebant, unde mandauit dominus eis decimas prouentuum dari ut honorabilius viuãt, & sic erat iudiciale quod pertinebat ad ęqualitatem inter homines seruandam secundum conditionem istius populi licet ex sequenti aliud figuraret, sicut, & omnia facta illorum, facit ad Corinthios. 10. Omnia in figuris contingunt illis, & in hoc conueniebat cum cerimonialibus præceptis. post multa concludit, quòd decimatio, & præceptum est à lege canonica secundum humanitatem quandam, ideo non minus populus legis nouæ gratiæ exhibeat, quàm ueteris ministris * circuncisio, cũ populus legis nouæ ad maiora obligetur, secundum illud Marci. 5. cap. Nisi abundauerit iusti-
17 tia uestra &c. & ministri † noui testamenti sunt maioris dignitatis quam sint ministri ueteris testamenti, ut dicit Apostolus ad Cor. 3. ¶ Cõcludit finaliter quod ad solutionem decimarũ pertinet ex iure naturali, & ex institutione ecclesiæ, qui tamen à pensatis facultatibus ipsorum pensent decimare aliam partem soluendam. Et dicit ultimò quòd illud in quantum est mora-
18 le, est in euangelio firmatum. Dignus est † operarius mercede sua, Mat. 10. Ecclesia, ab Apostolo ad Cor. 9. Ioan. Andreę in glo. ord. cap. 1. de decimis lib. 6. recitat multas Theologorum opiniones dicens, quod ut refert Petrus Lombardus, qui fuit magister sententiarum, aliqui Theologi dicunt, quod præceptorum aliqua sunt moralia, & hæc sunt ad literam seruanda, vt non occidas &c. Quædam cerimonialia. Et hæc nõ seruant ad literã, ut de purificatio post partum, c. uno. Quædam mistica. Et hæc sunt sacrificiorum præcepta, quorum nõ uerba sed mens seruanda est. Et sic dicunt in decimis, vt scilicet sint mistica, uel partim moralia, ut sufficiat aliqua dari ꝑ decima ex uigore cõsuetu
i dinis [i] puta centesimam uel ulteriorem partẽ. Ad hoc. 5. di. in princ. 6. di. cap. ultimo, de decimis, cap. commissum, & cap. aliquibus, in fi. & cap. ad apostolicę, cum similibus. Sed ut dicit Ioan. And. in dicta glo. hęc opinio falsa & reprobata est per omnia iura, & per consilium generale, de decimis. In aliquibus, ubi dicit decimas integraliter persoluendas. Alij Theologi dicunt, quod hodie decimæ non debentur, qa olim in se erant dari clericis, qa nihil aliud habebant, ut numeri. 18. ubi dicitur clericos parte decimarum esse contentos debere, hodie vero habent prædia, unde eis decimę non debentur, & hęc opinio reprobatur, de decimis, tua nobis. Alij dicunt quod decimę in aliis locis in quibus non est consuetudo, quod soluãtur nec exigantur nec prædicantur, non soluere non sit peccatum

peccatum, quasi ex tollerantia Papa dispēsare videtur posse, secundum ea, quæ notantur de decimis, à nobis, ubi autem exiguntur & prædicantur non soluere est peccatum, quæ opinio secundum eum per dictam decisionem primā & per omnia concilia generalia reprobari uidetur, in quibus satis uidetur quod Papa non tollerat, sed contradicit expresse, optime facit, licet glo. non alleget, clem. cupientes. de pœnis, & quod not. Archidi. in capitulo, quicunque. 16. q. 7. allegat glo. Exodi. 22. Ibi decimas & primitias non tardabis offerre, consequenter dicit glo. quod Hostien. in capitulo. in aliquibus, de decimis dicit, quod prædiales debentur lege diuina, personales, non. Et ideo in primis non ad
19 mittitur,† consuetudo, in secundo uero sic, unde dicit quod si consuetudo est personalis præstari non debent, & sic intelligit finem illius decretalis. Sed ut dicit glo. Inno. super Rubrica, hoc execratur, & quod illius opinio in hoc est tutior, & ideo tenenda, de pe. di. 7. cap. nullos, & hanc opinionem, quod etiā personales sint sub præcepto tenuit Archi. in cap. quicunque. 16. q. 7. Sed Hugo de ordine fratrum prædicatorum, dicit quod non reperitur quod personales ex ueteri testamento soluerentur. Et ideo qd non sunt ex diuino præcepto, & ut refert Ioan. And. in mercuriali, in regula, qui prior, maior pars Theologorum tenent opinio. magistri sententiarum, quam supra uidisti. Dominus Ant. de Butrio, in capit. parrochianos, de decimis, tenet credendum quatuor doctoribus ecclesiæ. Nam Augustinus 16. q. prima, capitulo, reuertimini, & 17. q. 7. capitulo maiores, hoc declarat pertinere ad præceptum euangelij, quod est Cæsaris cæsari dato, & qd Dei Deo. Idē Ambrosius, ea. di. quæcunque, aperte hoc dicit Gregorius, ea. q. cap. peruēit, talia tendere ad præceptum diuinum. Ad hoc Hieronymus. 16. q. 1. ca. apostolicæ. hoc etiam declarat ecclesia pertinere ad præceptum domini, de decimis, capitulo tua, igitur dicit standum declarationi ecclesiæ. Aduerte, quia licet in hac materia doctores ruant in diuersas sententias, tamen facilis est responsio ad quæsitum, quia negari nō potest decimas ex ueteri testamento esse sub diuino præcepto per auctoritates desuper allegatas, & præceptum approbatum noua lege gratiæ, ex quo durauit causa præstationis decimarum. Et demum per ecclesiam confirmatum, quæ ecclesia prædicat ex diuino esse præcepto, ut in cap. tua & alijs iuribus iam allegatis. Sed hoc præceptū non est prorsus morale, neque de præceptis decalogi, quæ præcepta sunt irremissibilia, & indispensabilia, nam neque in parte neque in toto remitti possunt, absque dei offensa, ut in præceptis. Non habebis deos alienos; Honora patrem, Non occides. Nam ratio naturalis dictat illa non posse remitti. tamen distinctionem uel interpretationem recipiunt, ut not. glo. & Bal. in l. omnes, si contra ius, uel utilita. publi. ubi vide exempla. Hoc autem præceptum decimarum dispensabile est & remissibile, quia in eo consideratur honor Dei, ut decima detur clericis, & ecclesijs, & hoc ipsorum respicit tempo-
20 rale commodum, cum autem† Papa sit omniū ecclesiarum rector, & vicarius clericorum, & ge
k neralis [k] administrator cū libera, ut not. Arch. in capitulo oportebat. 60. dist. de præbend. ca. primo, lib. 6. & quod not. dominus Anto. de Butrio, in repe. capitul. cum M. F. de constitutio. nimirum, si in hoc præcepto in remittendo cōmutando uel modificando, multam habet po-
l testatem, [l] ut dicemus in dubio statim decla-
21 rando. Et uides simile, nam licet† matrimoniū sit inuentum in Paradiso terrestri per deum, ut in capitulo, primo, de uoto li. sexto, & sicut lex dicta, quos deus coniunxit homo non separet,
m tamen ecclesia hanc legem modificauit [m] quādo coniunctio est facta uerbis cum carnis commixtione, alias si uerbis etiam de præsenti ecclesia disponit, & tollit illam legem, quia p ingressum religionis fit seperatio, ut in cap. ex publico, de conuersa. coniug. Quanto plus in isto pcepto in quo uersatur interesse ecclesiarum, & clericorum, in quo ecclesia habet omnimodam potestatem, ut uides, quod plures religiones priuilegauit de decimis non soluendis, ut in c. ex parte, & cap. subiectum, & in multis iuribus quod si præceptum fuisset morale minime potuisset, fuit ergo morale, & diuinū inuentione,
22 nunc aut est diuinum aut canonicum † dispensabile, tamen causa subsistente, ut infra dicetur. Et ideo dicitur quod lex uel statutum, quod cō
23 tinet, id quod ius commune † debet intelligi, secundum ius commune, in. l. si serui uestri. de noxalibus., & hoc est quod sentit Archidiaconus, in capitulo, decimæ. 16. q. prima. Similiter uides in voto, nam leg. dei illius obseruantia est sub pcepto, uouete, & reddite uota uestra deo nostro: tamen apostolicus causa subsistente altерat commutat, & dispensat, ut uides in capitulo primo, & in capitulo, non est, de uoto, & ca. cum ad monasterium, de statu regula. & sic non est præceptum mere morale, quamuis sit morale disciplinæ, id est legis canonicæ, super qua apostolicus habet potestatem, & hoc de primo dubio principali. ¶ Ad secundum accedamus,
24 an summus † Pontifex, tam super iure percipiendi decimas, quam ad fructuum perceptionem poterit disponere perpetuo alienando, maxime in laicos. Et scias, quod in hac materia duplex pōt esse consideratio alienationis: una est omissiua ex patientia & tollerantia magni temporis, ut quia laici decimas non soluunt, & Papa sic tollerat. Alia est alienatio auctoritate expressa summi Pontificis, qui dedit Hyspaniarum Regi & Aragonum retentionem decimarum omnium terrarum, quæ à manibus sarracenorū euelleret. Et in prima sunt plures opiniones, nam

nes, nã in personalib. tenuit Hostien. qđ pretextu antiquę consuetudinis excusent nõ soluẽtes in c. i aliquib. de decimis, & illa est opinio theologorum, Hugo. de ordine fratrũ pdicatorũ, & aliorũ, ut recitat Ioan. And. in regula, q. prior, in qõne porrorum, quicquid sentiat Archid. in c. quicunq; 16. q. 7. Quia si scientia, & patientia apostolici nõ nos excusaret, nõ esset dicendum, nisi quod oẽs damnamur, quod absit. Et iõ refert d. Anto. de Butrio in cap. parrochianos, de decimis, quod ipse sup hoc consuluit Valentissimos viros, s. magrm Luchã ordinis humiliatorum, & alios. & oẽs dixerunt quod quãquam ecclesia iubeat, & prædicet decimas soluẽdas, nõ reperitur tñ quod pręcipit, in ipsa tollerat, & sic
25 statur, ergo † conscientijs vniuscuiusq;. Et isti idem sentiunt de decimis prædialib. Innoc. tñ super Rubrica, & quasi oẽs canonistæ quidẽ tenent, qđ nõ excusentur prætextu consuetudinis Quid ergo dices, Dic ubi est generalis patriæ
26 consuetudo, ut puta in † Italia, in qua lex canonica non est moribus recepta, uel ipsa generali consuetudine abolita ecclesia id tollerante non est dubium, quin excusentur à peccato nõ soluentes, [n] per ea quæ notantur, in capitulo, primo, de tregua & pace, & in capitulo, quod dilectio, de consang. & affinita. & super Rubrica de consuetudine. nam scientia, & patientia apostolici multum operatur, etiam in ijs, quæ per subditos, alias legitime non posidentur, maxime tanti temporis, cuius contrarij memoria non existit, facit quod not. in l. 1. §. fin. ff. de aqua quotidia. & æstiua. & quod not. in capitulo, veniens, de verbo. sign. Et cum in personalibus sit vniuersalis, quasi in mundo consuetudo quod non præstentur videntur excusati non soluentes. Ad hoc facit quod not. Ioann. And. in capitulo, tuas dudum, de sponsa duorum, & quod not. in capitulo, primo, de postu. præla. li. 6. in glo. super verbo, de cætero. Nam excusatur ille, qui prætextu generalis consuetudinis quid facit etiam si illa sit improba, quasi multorum sequentes errorem, de transla. episcopi. cap. inter corporalia. Et sic quamuis consuetudo non ualeat, maxime in prædialibus, ut not. in capitulo, aliquibus, de decimis, tamen ex causa generali & antiqua cõsuetudine, & scientia, & patientia summi Pontificis non est dubium, illos
27 non † soluentes excusari: nõ dico qđ si Papa, & prælati monerent non soluentes, quod tũc monitione prǣmissa possent de iure excõmunicari, quia tunc propter contemptum peccarent, & ita loquitur cle. dispendiosam, & iura ibi allegata in glo. Et hoc ultimum uidetur tenere Hẽricus Bohic. in c. nõ est, de decimis. Et hoc uerũ
o nisi iam ecclesia loco decimarũ [o] aliud percepisset à laicis, quia tunc non posset ab illis dici decimam petere, ut dicitur factum in Italia, quia id quod datum est vic. permutari domini fingitur, ut in. l. nuper. §. idem obseruandum alias est lex. ff. de lega. 2. & in l. ita constante. ff.
p de iure dotium. Non dico [p] quod vbi clerici aliunde habeant, quòd laicus se posit retrahere à decimarum solutione, quoniam contrarium not. per Innocen. Hostien. & Ioannem And. in locis desuper allegatis. Sed dico in casu vbi loco decimarum & auctoritate summi Pontificis aliqua bona sunt data ecclesiæ, quoniam eo casu non debet ecclesia locupletari cum iactura laicorum, & illi bina præstatione non debent onerari contra iura. Scias tamẽ quòd possesiones vel alia bona laicorũ, nequeũt dari clericis pro liberandis alijs terris laicorum, à decimarũ solutione, quoniam super ijs non valet permutatio neque transactio, ut in tex. & glo. in cap. fi. de rerum permuta. & in cap. primo de transact. & quod ibi not. Et sic talis consuetudo eo prætextu non posset introduci, nisi auctoritas summi Pontificis interueniret, ut tenet do. Anto. in dicto cap. fi. post glo. de rerum permutatione. Et sic talem consuetudinem habet approbare
28 uel expressus † sensus summi Pontificis. Et sic talis habet introduci consuetudo, ut ibi, uel in longinqua consuetudine sufficit tacitus, ut no. in. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidia. & æstiua. Et nota hanc considerationem quare noua est, & non ita perfecte tacta. Et hoc de primo membro. Alia est expressa alienatio,
29 quæ fit per summum † Pontificem de iure percipendi decimas, & earũ fructus laico, vti fuit factum per dominum Vrbanum Sanctio Hispaniarum regi, & per Vrbanum Petro Hispaniarum regi, de terris à manibus inimicorum, & paganorum eripiendis. Et primo uidetur, qđ talis alienatio non ualeat. Primo quia fructus
30 decimarum erat † apud hostes, merito, donare non poterat, neque de illis potuit fieri concesio, ut. l. id quod apud hostes. ff. de legat. 1. Sed ad id facilis est responsio, quia iam primũ tota Hispania fuit christianorum, merito propter ius postliminij ualet donatio, ut not. in dicta. l. id quod apud hostes, per quæ dicit Bart. ibi, quod ualuit donatio facta per Papam Carolo, & eius successoribus de regno Hierusalem, ex quo iam illud fuit in dominio christianorũ. Et iam melius potuit ualere dicta decimarum cõcesio, quia fuit conditionata ad tẽpus, quo in dominio christianorum. Et iam melius potuit valere dicta decimarũ cõcesio si rediret, ut notatur in propria materia, in tex. & glo. in c. Abbate sane. de re iudica. li. sexto. qui loquitur de donatione facta monasterio de Beneffata. per dominum Aragonum regem. Sed fortius uidetur obstare, quod dicta donatio uel concesio decimarum, minime valuerit. Constat enim dominum nostrum tunc Aragonum regem, & Hispaniarũ esse laicum, & suos successores, qui, nõ erãt habiles ad ius decimarũ, tanquã spiritua le posidere. Tum qa ius sacerdotum est. 16. q. 7 cap. decimas, cum quia ius diuinum 16. q. 1.

cap. finali, tum quia sanctuarium dei, de decimis, cap. ad hæc, tum quia per laicum possideri † nequeunt, de præscript. cap. cum causam, & cap. quamuis de decimis, & eo. titu. cap. prohibemus. 16. q. 7. cap. primo. Nam decimæ dantur intuitu diuini obsequi 13. q. prima §. is ita. ¶Item quia decimæ sunt cibus in domo domini. 16. q. prima, c. reuertimini. Et quia debent illis dari à quibus spiritualia recipiuntur. 14. q. prima. §. ijs ita. ¶Item quia ius † decimarum tanquam spirituale, nequit in feudū dari laico maxime perpetuo, iuxta not. in cap. vestra, de locato, & quod not. in cap. quamuis, de decimis. ¶Item videtur quod Papa istud ius decimarum nequeat in laicum transferre, quia cū sint debitæ ex præcepto diuino, vt vidisti, uidetur illud † indispensabile, & incommutabile, per Papam, imò illud debet custodire vsque ad sanguinem. uigesimaquinta, quæst. prima, cap. sunt quidam. 8. di. quæ contra. glo. ordina. mouens istud dubium, in cap. à nobis, de decimis, dixit qđ Papa nō dat priuilegiū alicui, de non dandis decimis, sed cōcedit illi administrationē decimarū, ut tantū suscipiat sustentationē, & residuum cōuertat in usus pauperū, tali modo. Concedit Monachus sic posse laico cōcedere, uel dicit, qđ contra ius naturale dispensare q pōt remittendo dicimas q alicui spiritualiter, non tñ constitutionē posset facere, quę omnino tolleret illud præceptū, q̄a ius naturale immutabile permanet. 5. di. in princ. verum est insimul, sed non indiuiduis, id est non potest tolli, sed in quibusdam potest remitti, sicut illud ius † naturale, quod omnes sint liberi, immutatū est in quibusdam. Sed non in totum, hoc enim fuit impossibile, quod omnes essent serui uel liberi, propter naturam correlatiuorum, hoc dicit dicta glo. Doctores dicunt quod ēt omnib. laicis posset concedere decimas ad tempus ex cā, quia hoc nō est ex toto tollere, sed distinguere. Nec obstat si dicatur, qđ contra ea, quæ sūt præcepti non dispensat. Nā dicunt esse speciale in hoc præcepto, ut dicit ibi Hostien. ut interpretationem, & limitationem recipiat, quod non est in alio morali, ut supra satis est deductum. domi. Anton. de Butrio, in dicto capitulo, à nobis, uidetur tenere, quod suadente causa Papa potest laico exemptionem decimarū concedere. Quid dices, dic quod Papa tanquam generalis administrator, cum libera bonorum ecclesiæ & clericorum, ut not. in cap. primo. de p̄bendis, lib. 6. & locum dei tenēs in terris potest etiam laicis nedum fructus decimarum, sed ipsum ius decimandi concedere, & p̄petuo causa suadēte, ut puta illos cōcedēdo principi pauperi in regno, uel militi pauperi in sua terra. Et hanc causam iustam, dicit esse dominus Ant. in dicto cap. à nobis, dicens quod satis Deus honoraī, ex quo pauper hoc recognoscit ab ecclesia habere. Et etiā possit dici qđ Papa p̄p liberam dictam administrationem, quam habet posset decimas, sine causa laico etiam diuiti cōcedere, dempta parte pauperum, quia in illa illi multum præiudicarent, iuxta notata, in cap. nobis. 12. q. 2. & cap. sequen. nam sicut posset sibi appropriare, sic de illis disponere. Ad hoc. 25. q. prima. §. ijs ita, uersic. sic non obstat. 16. q. 3. §. sic & prædia, quoniā allegādo loquitur Gratianus, secundum Archi. ibi, qui allegat dictū §. ijs ita, & per hoc uide quod not. Bald. in. l. si cui. C. de non numerata pecuni. dicens, quod 35 in † concessione, quam facit principibus de decimis, inest ciuilis obligatio, & naturalis prę sumpta, uide ibi. Et hoc est de iuris rigore, quāuis tutius sit ei cōsulere, ut dictas concessiones faciat cā suadēte. ¶Itē est iusta cā † apostolico decimas cōcedendi laico, ēt diuiti, ut defendant laici ecclesias, ab hæreticis, & alijs oppressionibus, quoniam illa causa est sustinendi facienda ab antiquo, data de decimis, ut notatur per glo. & docto. in capitulo, quamuis, de decimis, & quod not. in capitulo, prohibemus, eod. titu. cessante illa causa nouæ infeudationis, fuerunt prohibitæ, ut in dictis iuribus. Et sic non est dubium concessionem decimarum factam Aragonum regi Hispaniarum per summum Pōtificem, de terris a manu hostium fidei, cum ad eius dominiū peruenerint habuisse iustam causam, ut ecclesias construēdas, à fidei immunit. defenderent, maxime cum præsbiteri ibi præponendi non erant fraudati debita portione, ut in dictis concessionibus est uidere. Est ergo dicendum indubie dictam concessionem, ut r causæ subnixam inexpugnabilem.r Et scias, qđ per dictas cōcessiones, nedum p̄ceptionem fructuum decimalium, uidetur concessisse Papa domino regi, sed ipsum ius percipiendi. Tum 37 quia in † donationibus, & beneficijs plenissima est interpretatio facienda, ut in cap. cum dilecti, de donatio. ¶Item quia uerba id satis sonant, tum quia hoc potest apostolicus, concedens donare etiam laico, & hoc est singulare dictum domini Anto. in cap. cum in apostolica, de ijs quæ fiunt à prælato, ubi limitando iura in materia infeudationis decimarum loquentia, dicit, uidere infeudare respectu iuris spiritualis, neq; olim licuit, ita qđ transfert ius, saltim utile, nisi auctoritate, sed apostolicæ, &c. ergo cū eiꝰ auctoritate dominiū utile vel quasi uel utilis actio, ad illud, cū p̄pria dominia, nō cadāt in iurib. incorporalib. ut no. i l. 4. ff. de usu fru. illius iuris potest transire. Et pari ratione, propter uniuersitatem dominij, & liberam administrationem, quæ est in Papa dicto iure, & aliarum rerum ecclesiæ, quis dubitat totum ius, maxime ex dicta causa in principem esse translatum. Sed quomodo hoc, quia (vt supra diximus) pars quæ est pauperum in translatione decimarum, non ueniat propter pauperum prȩiudicium. Posset dici quod in ista decima

ma principi data, non erat ius quæsitum pau-
peribus,quia nondum erant in dominio chri-
stianorum,uel quod tunc sunt pauperum, cum
pertinent ad clericos,quia bona clericorũ pau-
perũ sunt,in cap.episcopus habeat.x.q.2.&.12.
38 q.prima,cap.ultimo.Nam clerici uictu † & ve-
stitu contenti esse debent, residuum est erro-
gandum pauperibus.13.q.prima,cap. clericus
qui.& cap.duo.Aut quãdoque esset in illorum
patrimonio, saltim utili,ex dicta causa bene pn
tuerunt donari principi,cum illud ius donatũ,
solum esset quoddam ius ad rem, uel si uelis be
nignius,dic quod dominus rex Iacobus, colen
dæ memoriæ timens se & conscientiam lædi suã
ex integra decima, quam in regno obtinebat
ex dictis concessionibus, duas partes decima-
rum remisit, & relaxauit clericis, ut pars paupe
rum ab illis posset deduci, quod male practi-
cant clerici,qđ dolenter referimus. Et sic vides
dictã concessioné principi factam & suis succes
soribus,de decimis & illarum iure.per summos
Pontifices valuisse. Et maxime quia dominus
noster rex & illius gloriosi successores,in magna
abundantia bona temporalia largiti sunt ec-
clesiasticis,& etiam duas partes decimation. re
miserunt, & sic vbi aliquis foret stimulus,debet
etiam à bonis mentibus procul esse, quia quã-
uis Innocen.concludat, quod propter bona té-
poralia clericorum,non debent laici retrahere
se à decimarum præstatione,ut ipse tenet super
Rubrica:tamen præcedente titulo apostolico,&
ijs,quę in decimarum cõpensatione,& alijs q̃ ꝓ
dotatione ecclesiæ data sunt, satis bene ipsis
clericis, potest citari, quod scribitur Numeri.
28.circa finem, quod contenti debẽt esse de di
ctis duabus partibus & alijs, quæ pro dotatio-
ne ecclesiæ eis data sunt, & dabuntur, & quoti
die per fideles erogantur. Tertia vero pars de-
cimarum,& ius earum restat in principis do-
minio,& de hoc est casus in foro,vnica Rub.qđ
generosi possint emere bona de realenco, vbi
in emptionibus fiendis à militibus princeps re
tinet tertium decimi. Scias tamen quòd id qđ
supra diximus,quod Papa potest ex causa, & si
ne causa in casu decimas, & ius earum in laicũ
transferre, est verum particulariter in aliquo re
gno uel prouincia uel alicui Comiti, Duci, uel
Militi, vel alicui particulari:uniuersaliter vero
non posset statuere uel concedere laicis omni-
bus, de mundo omnes decimas,tum quia esset
in totum tollere mandatum Dei,ut est dictum.
Tum quia esset peruertere vniuersum statum
ecclesiæ. quod non cadit in Papę potestate, ut
not. in capitulo,proposuit,de cõcess.prębend.
Et hoc ius tertij decimi, cum esset penes prin
cipem uocatur regalia, quia ea quæ princeps
habet,ex concessionibus Romanorum Pontifi-
cum regalia appellatur, ut not. Ion. monachi,
in ca.generali de elect.li.6.& not.Bal.in feud. ĩ
tit.episcopũ, Abbatem uel Abbatissam feudũ
plebis dare non posse.cum est in alios transla-
tum in casibus in quibus potest transferri.Iam
non proprie regalia appellatur,quia ad priua-
tam pertinet utilitatem.ff.de iniurijs.l. & sane
si.in feud.titu.quæ sint regalia. Sed ut supra ui-
disti, diximus, quod tertium decimi, restat in
pleno principis dominio, & illorum qui ab eo
causam habent, iuste,& canonice in pleno do-
minio cuius uomine uenit directum ut in.l. pri
ma. ff. si ager vectigalis uel emphiteoticarius,
petitur.Sed quomodo hoc põt ꝓcedere, qđ sit
in dominio directo.Nam cũ serenissimus rex Ia
cobus memoriæ laudis dignæ,duas partes deci
marum absoluit & diffiniuit ecclesiæ sanctæ
Mariæ ciuitatis Valenciæ. Et tunc episcopo, &
capitulo, illas ipsis relaxando, & remittendo,
tunc episcopus Valentinus, & totum capitulũ
eiusdem,per eos & omnes successores eorum,
cum consensu,& consilio domini tũc archiepis
copi,dedit in perpetuum feudum dicto S. do-
mino regi Iacobo, & successoribus suis, in re-
39 gno Valentiæ † succedentibus,tertiam partem
omnium decimacionum terrarum,& possessio
num dicto domino regi subiectarũ in ciuitaté
& episcopatu Valentiæ,& tertiã partem pisca-
tionum maris & albuferę, & animalium,&c. &
40 hoc in eodem instrumẽto† firmato,& subscrip
to,tam per dictum dominum regem, quã per
dictum dominum episcopum, & canonicos, &
per regium scriptorem subscriptum, & sigilla-
f tum regio sigillo, f per quæ princeps uidetur
concedere & firmare omnia, in dicto instrumé
to contẽta. Ad hoc.l.gayus,de pig.ac.l.publia.
§.finali. ff. depositi. ff. ad macedonianum.l.si
filiusfa.absente parte, facit quod not.in l. quæ-
dam.§.finali.ff.de eden.per Barth.& 19.di.si Ro
manorum. Et sic uidetur quòd per dictum in-
strumentum probetur, saltim quadam tacita
acceptione per principem factam,dominiũ di
rectũ,& ius feudi ecclesiæ pertinere.utili, & feu
dali in principe, & ab ipso causam habente re-
stan. Nam quamuis ante istum contractum, do
minum esset principis directum,tamen ipso cõ
tractu,& priuilegio dominiũ transiuit in eccle
siam. de contractu,patet in.l. finali. C. de sacro
sanct.eccle.de priuilegio, qđ not. Bal. de noua
forma fidelitatis in feudis. & in princi.feud. Nã
in materia feudorũ est sic,quare feudatarius,id
est,is q recipit feudũ ab aliquo, non solũ habet
vsumfructũ, sed vtile dominum directũ, restat
penes concedentem,ut plene legitur & notatur
de capitul. Corradi.§.primo,in glo.magna. Est
magna ratio, quia ex omni ꝓprietario contra-
ctu quæritur utile dominium, ut insti. locati.§.
adeo.& ff.de superfi.l.prima.§.quod ait, & si de
feudo contro.fuerit.cap.si vassallus,& feudum,
& emphiteosis, quo ad ista æquiparantur, ut
uoluit Bal.in princip.feu.Et probatur in feud.
de inuestitura facta de re. aliena.capitulo, pri-
mo, & in l.4. ff. de usufruct. in quo emphitec-

ta est sic, quod in eum transit utile dominium, ut in l. possessiones. C. de fundis patrimonialibus, lib. 11. Et in ijs iuribus incorporeis, & etiā in personalibus cadit ista distinctio, saltim respectiue, quia sicut in corporalibus est dare diuersitatē respectu utilis, & directi dominij, ut not. Bal. in l. si quis ui. §. differentia. ff. de acqui. possel. sic & ī incorporalib. datᷣ actio vtilis quę competit feudatario contra detinentes. Id qđ præstari habet, ut directa feudum concedenti, ut uides cum infeudatur annuus redditus, ut ponit Bald. in princip. feud. ut sic idem seruatur, quod in emphiteota, ut in dicta. l. possessiones, in fi. C. de feud. patrimo. lib. 11. Et sic uidetur, quod rex Aragonum dicti tertii decimi, & illius iure restauerit dominus utilis uel quasi restan. directo dominio uel actione in ecclesiā, incontrarium tamen fortiter facit. Primo quia illud ius decimarum, & summi Pontificis auctoritate, & concessione, pleno iure transiuit in principem, & in eius successores, & sic in quolibet successore uidetur facta fuisse noua concessio, ad hoc. l. antiquitas, cum gl. C. de vsufructu. Nam hoc est quodammodo, quædam res relicta vel data dicto regi Iacobo, & data eius successorib. & sic bina concessio. Ad hoc. l. stipulatio ista habere lice. §. si quis ita. ff. de uerbo. oblig. maxime, quia hoc quod regibus, & successoribus datur, non transmittitur ad hæredit. Sed pro successoribus, in regno conseruatur, & in quolibet est eorum ius. Ad hoc notatur, in cap. licet, de uoto, iuxta. l. si in annos. ff. quib. modis amitta. usus fructus. Et sic de isto iure dictus rex Iacobus, nisi ad tempus non poterit disponere. Et posito quod potuisset disponere in ecclesias vti faciunt principes de illis rebus regni, in casibus de quibus dixi in Rubrica de iuramento, per principem in curia faciendo. Est tamen uidere si hoc casu dominium uel quasi huius iuris, per dictum contractum uel instrumentum transiuit in ecclesiam. Et hoc ideo dubitatur, quia si uerum est quòd prædicitur, quod ex papali cōcessione decimę & ius ad eas esset ī regē & in principem translatum recipiendo tertiā partem in feudum ab ecclesia, & tanquam dominam directam, errauit, & merito in causa dominium non transtulit. l. 3. §. subtilius. ff. de condi. cā data. Et ideo dicebat Bald. in. l. non idcirco. C. de iuris & fact. igno. quòd si aliquis sol-
41 uat † censum tanquam emphiteota, referendo se ad contractum antiquū, qui re uera non erat emphiteoticarius, nō cōstituit emphiteosim, quia error in origine apparet, q. cōstituit errorem in progressu, & sic facit deficere cōsensum, & ideo tūc dici potest, ut à primordio tituli posterior reformet euentus, ut. l. 1. C. de impo. luc. descrip. li. 10. facit quod notatur. ff. de usuris. l. cum de in rem uerso. in glo. & C. de pactis. l. si certis, & dicit Bald. hoc dubiū impēdere de facto ubi supra. Sed uidetur quod dictus rex Iacobus acceptando, saltim tacite dictam tertiā partem in feudum ab ecclesia in illam transtulit dominium directum & feudale ecclesiæ priuilegio, in quam dominium transfertur per cōtrarium per leg. ut inter diuinum. C. de sacro sanct. eccle. Et quia præcedente titulo quando
42 ab aliquo quid * conducto † transfertur in illū dominium, & possesio, ut. l. quædam mulier. ff. de rei vendi. Et hæc est cā habilis, scilicet facta donatio si trado scienter indebitum, ut. l. cuius per errorem, de regulis iuris. cum ergo sit tacita donatio per dictam feudi acceptionem transfertur dominium in ecclesiam, & hoc uidetur probari, per gl. in l. si aliquam rem. ff. de acquir. possesᷣ. Sed hoc nō obstante est dicendū cōtrariū, quod præsupposito dominio uel quasi dictarum decimarum in Aragonum rege ꝑ dictum titulum per dominum regem Iacobum factum, cum ecclesia non potuit transire dominium in ecclesiam, quia ille titulus est fictus, &
43 ficta † traditio accipiendo rem suam, ut ecclesiæ, merito, non operantur translationem dominij. l. ei à quo, & quod ibi notatur in gl. ff. de vsuca. & l. qui rem. C. locati, & quod notatᷣ *ibi* per Cyn. l. cuius per errorem, de regul. iuris, loquitur quando interuenit fictus titulus, & uera traditio. l. quedam. allegata, loquitur quādo interuenit titulus & uera tradio, ut ponit Bart. in l. si aliquam rem. ff. de aqui. posses. Et ideo ibi idem Bart. mouet quæstionē, de nobili habente suū podere propriū, & recepit illud podere in emphiteosim ab ecclesia, & fuit factū instrumentū per talia verba, talis Abbas talis monasterij, cōcessit in emphiteosim tale podere tali nobili, demum ille nobilis uendito dicto podere monasterio irrequisito, tunc monasterium uolebat uendicare ab emptore. Dixit Barthо. quod ipse dixit quod nullum dominium fuit translatum in ecclesiam, quia in dicto contractu fuit fictus titulus & ficta traditio, ideo non operantur translationem dominij, ut. l. ei à quo, de usu cap. & l. qui rem. C. locati. Et ita dicit consuluisse oēs doct. Sed dicit quod opposuit eis, & non fuit responsū qđ dictus titulus, & ficta traditio ideo nō operanᷣ trāslationē dominij, ut doct. dicunt ne concurrant duæ fictiones, circa idem, ut. l. prima. C. de dotis promissio. & l. cum post §. generaliter. ff. de iure dotium. Sed in ecclesia acquiritur dominium sine traditione. ut l. finali. C. de sacrosanct. eccle. ergo non sunt duæ fictiones, imò ex solo titulo queritur dominium breuiter ipse dixit quòd si ille dominus recepisset in emphiteosim illas res tanquam suas, tūc dicit, quod concederet contrarium quod in ecclesiam transfertur dominiū, quia nō sunt duæ fictiones. Sed in quæstione proposita iste dominus recepit emphiteosim tanquam prius esset ecclesiæ, quo casu indistincte dominium non perditur, secundum eum. multominus si dominium esset, suum accipiens, ignorabat, per l. dedi

l. dedi. §. subtilius. ff. de condi. causa data. Et sic ipsemet soluit ad contrarium dictis doctorib. formatum. ¶Alibi tamen Bartholus aliter loquitur, in l. cum falsa. C. de iuris, & facti ignorantia, dicens, quod si confiteor, & recognosco scienter rem meam esse ecclesiæ, in dominio & possessione, mihi præiudicio secundum Bartholum, quod secus dicit esse inter priuatos, quia non præiudicatur nisi quo ad onus probandi contrarium, quia fictus titulus donationis, & ficta traditio possessionis non transfert dominium, ut dicta. l. si aliquam rem, & sic vides eũ sibi quasi contrariari. sed Bald. ibi melius loquitur, & subtilius, dicens, quod, confessio informis super dominio nullum dat titulum, præsertim specialem. Et ideo non est hic fictus titulus, sed nullus, unde in conclusione sequitur, quod dominium non transfertur. Sed secus si essent uerba dispositiua, ut si dicerem, do tibi rẽ meam, & pro te possidere confiteor, quia tunc
44 transfertur possessio, † & dominiũ. Nec est verum quod hic sit ficta donatio, imò est uera donatio, & uerus titulus secundum Petrum, ut refert Bald. in l. qui rem C. locati, ubi dicit, quod cum est facta traditio, & nullius adest traditionis titulus, quare qui scit se dominum, scit se non posse rem suam conducere, & ideo nec animum habere efficaciter potuit conducen-
45 di. Et sic ex inutili quasi traditione non præsumitur utilis donatio, quia ex inutili† contractu non potest informari traditio, quod est ergo corruptum ĩ radice, est corruptum in consequentiam ff. de serui. rusti. l. qui habet. Et uide alia bona uerba eiusdem Bald. in l. ad probationem. C. locati, dicens, quod imaginaria do-
46 natio etiam inter scientes non præsumitur, ubi non interuenit uera † traditio, & sic limitat. l. cuius per errorem, de regulis iuris, ¶Item in eadem. l. dicit quod si instrumentum dicit, quod conduxit à tali rem illius, non propter hoc probatur illum dominum, quia illa verba sunt narratiua, & ex natura contractus incidenter prolata, & non operantur incidenti, nisi quatenus oportet ad ipsum principale, ut legitur, & notatur de contrahenda & commi. stipu. l. optimam. Et quia præsumitur error. C. de iuris, & facti igno. l. cum falsa. Et sic videtur dicendum quod siue sciuerit ius decimarum ad se pertinere siue ignorauerit, tunc iam fortius non transiuit dominium feudale uel quasi in ecclesiam, nec à se abdicabit dominium, uel illud ius proprietatis uel dominij uel quasi, & minus à successorib. suis, quia qđ sibi licere nõ patiť, nõ pôt
47 suis successorib. † præiudicare, ut in cap. finali de rescript. lib. sexto. Et quia dicta infeudatio, quæ per ecclesiam allegatur, non habet subsistentiam, quia in ea defecerunt essentialia, ex quibus resultat nullitas contractus, iuxta tex. & quod ibi notatur per Bald. in capitulo, primo, circa finem, quid sit inuestitura, in vsibus feud. Nam de substantia realitatis feudi ui-
u detur esse inuestitura, [u] vt in dicto capitulo, primo. Nam ut dicit Bald. in principio feud. quo d pro iurib. qs in possessioné inducatur, ad hoc vt ius perfectum consequatur, si sint talia in quibus cadat traditio aliqua corporalis uel incorporalis, ut de usufruct. l. 3. §. dare, & notatur in capitulo, primo, de immunitate ecclesi. per Innocen. ¶Item dicit quod est duplex inuestitura, scilicet uerbalis, & realis. Per primam nõ transit possessio, de fide instrumen. capitulo, inter dilectos. C. de furtis. l. & si nondum, & ff. de acquiren. posses. l. si ex stipulatione. Nam solo verbo non transit dominium, neque possessio. C. de pactis. l. traditionibus. ff. de pactis. l. diuisionis placitum. nisi in ipso uerbo seu per ipsũ mutetur causa possessionis concessori. ff. de acquiren. posses. l. quod meo, vel causa superue-
48 niens † mutat qualitatem possessionis possessori. ff. de iure dotium. l. si sponsus. §. primo, nec differt titulus uniuersalis à particulari, ut intelliguntur not. in l. prima. ff. de vsucap. pro dote, unde dicit quod sine possessione non dicitur processum ad actum conferentem iusiur. Alia est realis, tunc si possessio est penes tradentem, & tunc inuestitum transfertur per modos habiles possessionem transferendi uere uel ficte. De primo per realem inductionem iure, uel iuribus, ut in l. prima, & 3. ff. de acquiren possessio. & quod notatur in capitulo, cum dilectus, de capellis monachorum. per Innocen. vel ficte, ut. l. qđ meo. ff. de acquir. posses. ff. de pact. l. ab emptione, & in l. quædã mulier, de rei uendi. & in c. cum nřis, de concessio. præbend. ¶Sed contra proxime dicta opponitur, nam etiam quod realis inuestitura non fuerit facta. de dicto feudo, per ecclesiam in principem, tamen negari non potest, quin per verbalem inuestituram sit data principi licentia propria auctoritate possessionem uel quasi habendi dicti tertij decimarum, & dicti iuris, ut not. Inno. in capitulo, ex parte, de consu. Et in capitulo, cum inter R. de elect. Et sic ex tali auctoritate princeps nactus possessionem ex patientia ecclesiæ uidetur uere & realiter inuestitus de dicto feudo. Nam dicit Bald. in princi. feudorum
49 quod traditio † resultans ex patientia consentiẽtis, diciť uera traditio, sed tacita qa mod⁹ est tacitus ex quo resultat uera possessio, &c. Et sic princeps habendo ex ecclesiæ patientia posses. quam habuit per multiplices actus, cum etiã p binum uel trinum acquiratur, in materia feudali, ut notatur in capitulo, primo. §. si uero, quid sit in uestitura. in vsibus feudorum. dicitur inuestitus possidere. Sed dicas quòd princeps nunquam fuit uere, uel ficte inuestitus, uere non, quia neque per uerbalem inuestituram coram alijs feudatarijs ecclesiæ factam, neque p actũ corporeũ p quẽ deť rei feudalis possessio, neq; fict. quia non per aliquod signum cor

 porcum,

poreum, ut per hastam uel annulum, & sic nulliter, ut omnia hæc bene probãtur in cap. 1. qd sit inuesti. in usibus feud. & in ca. ex ore. de his quæ fiunt à prælato. ¶Item quia si diceres, qd ille cõtractus concesſionis feudi operaret uim inuestituræ illa non ualuit, quia facta à non domino neque possessore neque habente potestatem nouum feudum concedendi, ut uidisti, qa decimæ illarum ius erat penes principem, & eius successores in regno, & sic illud, nec de illo inuestituram episcopus facere poterat, vt in text. capitulo, prim. per quos fiat inuestitura. ¶Item quia pro dicto feudo nullum fuit præstitum iuramentum, per dominum regem, qd est de esse feudi ante realem inuestituram. ut in cap. primo, quid pro mercede debeat uassallus & de noua forma fidelitatis. Et sic uides quod in hac materia forma substantifica, in actu est necessaria, tam ex parte dominij quàm ex parte uassalli, sine qua non queritur actio uel obligatio, ex tali contractu, ut dicit Bald. per illum tex. in cap. 1. quid sit inuestitura. Et sic posset dici quod id quod dicitur, qd acceptando rem meam, ut alterius, uideor in illum transferre ius, & ab eo accipere in casibus, uti uidisti de super deductum, non vendicaret locum in materia feudali, quæ verborum expresſionem, & facti tractatum requirit & formam, ut in cap. clericus, de iureiur. Iunc. not. in l. prima. de dotis promisſione, quia in hac materia tres haberet concurrere fictiones simul. Et quia de foro etiã

50 scienter emendo † rem meam non transfero dominium in uenditorem, imò præcij soluti datur repetitio, vt in foro si algu. de emp. & vendi. Neque supradicta obstant, quod dictum est quod patientia ecclesiæ, cũ principis possessione operetur feudi possessionem, & inuestiturã, quia possesſio principis dicti tertij decimi, & aliorum Baronum, & Miltum in regno à principe causam habentium, non fuit posſesſio, ut ꝓ iurę feudali non uidetur quęsita possesſio, quia in quærenda possesſione alicuius seruitutis uel iuris est necessarius animus quærentis, ut que-

51 rat acquirere eo † animo possesſionem, uti pro illo iure, arg. l. finalis, & quod ibi notatur. ff. quemadmodum seruitutis amittatur. ff. de itinere actuque priua. l. finali, & quod not. in cap. bonę de postu. præla. per Inno. & in cap. cum ecclesia Sutrina, de causa posses. & ꝓprie. Sed princeps, & alij, tam ex illorũm factis, quã ex dictis, non possesſionem quæsierunt pro illo iure, quia nũquam pro dicto iure decimali tertii decimi ad ecclesiam, ut dominam feudi, ut iudicem adierunt, quod utique fecisse debuissent, si illo iure posſidere intendissent, tam de iure communi, in cap. imperialem, & quod ibi notatur, de pro hi. feud. alie. & in cap. cæterũ, de iudic. & quod ibi per Inno. quam de iure forum regni. Et sic ex quo princeps, & cæteri non posſiderunt, vt rem feudalem non præsumitur, ut pro illo tit. posſideret, sed pro suo, ar. l. sicut. §. superuacuũ ff. quibus modis pig. vel hypothe. sol. Non obstat si dicas quod ex quo alius contractus, quã iure proprio præcedit uidetur pro illo iure posſidere uti uoluit Bald. in l. prima. C. de dona. ante nuptias. Et melius Bartholus, in l. si ex stipulatione. ff. de acqui. possesſio. quia duæ sunt solutiones, una est, quod est verum, quod quando possesſio est habilis, ut pro illo iure nouiter quæsito, ut uoluit Innocen. in cap. bonæ, de postu. præla. Sed hic illa posſesſio non est formis

52 (ut uidisti) vt pro iure feudali. † Item quia etiã quod talis fuisset rite factus, contractus, erat nullus, & prohibitus episcopo, talem nouam facere infeudationem, ut in cap. 2. de decimis, li. sexto, & quod notatur, in capitulo, cum in apostolica, de ijs quæ fiunt à prælato, & maxime, de foro regni, in capitulo, de re censita, ubi est pœna mortis acceptando feudum ab episcopo. Et sic non est præsumendum principẽ & alios voluisse inici, ut pro iure nullo, sed suo ualido, maxime, quia actus non erant compatibiles ad ius nullum, ut diximus, quare concludi posset, quod dictum assertum ius feudi, nihil iuris tribuit ecclesiæ neque parauit præiudicium regali dignitati. Sed cõtra hoc videtur obstare, quia per sententiam arbitralem stante quæstione, inter nonnullos, possessores cayemellis sucari, & dominum episcopum, fuit per arbitros pronunciatum, quemadmodum, ex dicto contractu deprehenditur, uidelicet ecclesiam dominam directam dicti tertij decimi, quæ sententia ex post, per dominum regem Nauarræ locũ tenentem generalẽ, & per dominum regẽ fuit confirmata. Et sic ex dicta saltim confirmatione uidetur præiudicatũ domino regi, & ius feudi ab eo recognitum. Sed dicit quod illa arbi-

53 tralis sententia, tanquam inter alios † lata, non habuit præiudicare iuri regio, & aliorum magnatum, in regno per regulam generalem, res inter alios acta, & cætera. l. res inter alios. ff. quibus res iud. no. in cap. quamuis, de re iudica. ¶Item quia arbitri de illo pronunciare non poterant, quia non erat quæstio de hoc. Cum ergo compromissum sit stricti iuris, ut in l. non ex omnibus, de arbitris, & l. si de certa. C. de transact. cum simiiibus, quia transactio, est quoddã compromissum, ut in aucten. ut diffe. iudi. §. si vero. Et sic merito nõ ueniebat, nisi id de quo uel super quo transigebatur, ut in l. si de certa. C. de transactio. & non de feudo, uel iure feudi tertij decimi. Et sic merito per dictam arbitrorum sententiam ius regium, & aliorum, maxime in compromisso non firmantium, non fuit perditum, neque arbitralis sententia fuit habi-

54 lis ad dominium † transferendũ, ut notatur in cap. Raynaldus, de testa. per Innocen. merito ex tali sententia non fuit domino regi nec alijs præiudicatum. Neque obstant confirmationes allegatæ per principem, & suum locum tenentem

tem factæ, quia talia rescripta non potuerunt iuri regio præiudicare, ut in l. singulari, si qua loca. C. de fundis & saltibus rei dominicæ lib. 11. quā multum tibi commendo, in hac materia. ¶Item
a quia ista confirmatio [a] fuit in forma communi Et sic nil noui iuris tribuit, ut in c. cum dilecta, de confirma. utili uel inuti. & in c. quia diuersitatem, de concessio. præbendæ, de re iudica. cap. cum inter, & de fide instru. inter dilectos, de priuileg. cap. quia intentionis, & no. C. de donationi. inter uirum & uxorem. l. ex uerbis. Et maxime quia istæ confirmationes fuerunt obtentæ sine causæ cognitione, merito nil noui iuris venit in illis, ut not. Innocen. in c. dudum. de decimis, neque aliquid iuri contrarium ut notatur in dicta l. si qua loca, imo præsumitur quod per obreptionem fuit impetrata, ut ibi notatur, & in dicto cap. dudum, in nouella, ubi etiam notatur quod ubi certa priuilegia confirmantur, nō
55 intelliguntur confirmari, ut aliquod ius † nouum detur nisi constaret de intentione confirmantis, argumentum ad hoc ff. de liber. l. Aurelius §. testamento, nisi esset factum proprium confirmantis, quia tunc illius ignorantia non præsumeretur, arg. ff. de legatis primo. l. legata inutiliter, uel nisi quædā confirmaret. ff. de mili. testamen. l. tribunus, secundum Baldum in titulo quid sit inuesti. ca. primo, in uerbo. sed iusta, in vsi. feud.

¶Item ad hoc est casus expressus, quia si sententia arbitralis sit lata uel contra formam iuris uel compromisi, vti in proposito, & supra diximus, non ualidatur, per confirmationem in forma communi obtētam, in capitulo, examinatæ de confirmatione utili vel inutili, qui est casus singularis & menti tenendus. Neque obstant aliquæ infeudationes, quæ allegantur per ecclesiā factæ de dicto tertiodecimi aliquibus Baronibus, quia de foro sunt nullę, & imminet pœna mortis, ut in foro primo, de re consita. Concludamus ergo quod neque per sententiam arbitrorum neque per confirmationes prædictas iuri regio, & aliorum a principe causam habentium fuit præiudicatum.

## CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶QVO iure.] Quod de iure diuino decimæ debeantur voluerunt Gloss. Archidiacon. Anchar. Francisc. Aretin. Dominic. Philipp. Franc. & alii in c. 1. de decimis. in 6. Io. Andr. in Rubr. ead. Innocent. in c. fin. de Parrochian. Card. in c. in aliquibus. de decim. Rota in antiqui. in decis. 25. nota quod vbi petuntur. Alexand. in consi. 60. vol. 4. Matt. de Afflict. in const. quāto. vers. tertio quęro, de decim. facit text. in c. Parrochianos. extr. de decim. ibi (sed ab ipso domino sunt institutæ) in c. tua. eo. tit. ibi (diuina constitutione debentur) in c. in aliquibus. in fin. eo. tit. ibi (quæ debētur ex lege diuina) & vltra authoritates hic per authorem allegatas veteris, & noui testamenti alias etiam congerit Afflict. ad const. quanto. q. 2. tenuit Marc. Anton. Cucchus Inst. canonicarum. lib. 2. titul. 15. in princ. Dominicus de Soto de iust. & iur. lib. 9. q. 4. Articul. 1. & communis est opinio vt per Benedict. Capram. communi Regul. 98. per totum late Petr. Rebuff. in tract. de decim. q. 1. num. 6. D. Franciscus Bursat. in consi. 50. triplici. num. 9. vol. 1. & nouissime Dom. Iacobus Menochius in consi. 9. interrogatus. n. 11. vol. 1. nunnouissimè D. Iosephus Ludouicus in decisio. Perus. 106. Pius quintus. num. 53. vol. 2. & Mar. Antonius. Marsi. Archiep. salernit. in tract. de eccles. red. orig. & iur. parte. 3. ca. 16. n. 2. & ideo ecclesia orthodoxa rite damnauit hæresim Pseudoapostolorum inter quos fuit Gerardus Sagarellus de Parma, quos demum sequutus est Io. Vuicleph & oēs Vuiclephitæ. qui tenebant decimas simplices esse elemosinas, & non deberi ex domini præcepto, contra quos vti impios subtiliter scripsit Alfonsus de Castro contra hæreses. libr. 5. titul. de decimis in princip. ¶limitant istā conclusionem non procedere in decimis personalibus, quas iure diuino deberi negant Henric. in c. peruenit. in fi. de decim. & Host. in summa. tu autem dicas communiter teneri cōtrarium. ut per Innoc. in d. c. fin. de Parroch. Cardin. in d. ca. in aliquibus. Rot. in dicta decis. 25. in antiquis. textum habeo inuictū Deuteron. 12. offeretis decimas, & primitias manuum vestrarum. cui nulla valet (meo iudicio) responsio assignari.

b ¶PRIMAEVVM tempus.] Abraham omniū primus quos ego usque huc in veteri scriptura legerim decimas Melchisedech Regi Salam Dei sacerdoti persoluit de omni præda ex bello consequuta, cuius victoriam obtinuit contra quinque Reges, scilicet Regem Sodomorum, Regem Gomorræ, Regem Adamæ, Regem Seboim, & Regem Balæ, quæ est Segor. ut patet Geneseos. ca. 14. Quod & Camillus inter Gentiles obseruauit authore Liuio. lib. 5. alijque etiam nonnulli similiter diuino quodam instinctu, decimam Deo persoluentes obseruarunt. accipi potest ex Vlpiano in l. 2. circa finem. ff. de pollicitat, & est author plenius. Quam ob causam plerique asserunt, Lucullum quod Decimas vouisset, & persoluisset, maximis opibus, fortunisque auctum, ut nouissime retulit Alexander ab Alexandro Neapolitanus. Genial. dierum libr. 3. capitulo. 22.

c RECOGNITIONIS.] Decimam Deus instituit, vt gentes illum vniuersi dominum profiterentur. ut in c. tua il. 2. extr. de decim. & eam victui, clericorumve sustentationi assignauit, vt Dei legi, altarisque ministerio vacare possent. c. ex his. 12. q. 1. & ideo habetur lib. 2. Paralipomenon. c. 13. præcepit Ezecchias populo habitanti Hierusalem, quod darent partem sacerdotibus, & leuitis vt possent uacare legi Dei. M. Anto. Marsil. Archiep. saler. de ecclesiast. reddit. orig. ac iure parte terti. c. 16. num. 3.

d LEVITICIS.] Prima, quæ leuitis dabatur de omnibus frugibus à populo. ut in c. 1. extr. de decim. Habetur exodi cap. 22. & leuit. c. fin. Secunda dabatur a leuitis summo Pontifici Aaron vt patet. numeri. c. 18. tertia quæ dabatur a quolibet Hebræo, & separabatur in horreis comedenda in templi vestibulo. vt in dicto. c. 1. de deci. & habetur Deuteronom. c. 12. 14. & Quarta dabatur pauperibus deuteron. c. 26. ibi. (Quando compleueris decimam cunctarum frugum tuarum, anno decimarum tertio dabis leuitis, & aduenæ, & pupillo, & uiduæ vt comedant. vide nouissime Marsil. columna Archiep. Salern. de ecclesiastic. redd. orig. parte. 3. cap. 16. nu. 3. & seq.

e ¶SI SINT clerici.] Decimæ soluendæ sunt a clericis pro bonis propriis, siue patrimonialibus. c. si quis laicus. 16. q. 1. Gloss. in c. 2. extr. de decim. debentur etiam a clericis cōductoribus bonorum alterius. vt in c. dilecti. extr. eo tit. non tamen tenebuntur ad decimas bonorum dotalium ecclesiæ. tex. iuncta Gloss. in dicto c. 2. ubi videndum est. Vide etiam clem. 2. ubi gloss. eo. titul. & constitutionem Bonifacij Octaui in cap. vnico. eo. titul. in extrauag. communibus

communibus. vbi an ecclesia teneatur ad decimas summo Pontifici, & quo casu? uideas latissimè Marcum Anton. Cucch. instit. canonic. lib. 2. titul. 15. in fin.

f ¶PECCARE mortaliter.] Adeo quod decimas nõ soluẽtes excommunicari poterunt. c. cũ non sit. in fi. extr. de decim. & non anima solum, sed corpore affliguntur, ita vt soluere denegantes pauperes efficiantur. c. reuertimini 16. q. 1. & erunt etiam infirmi. c. decimę. ea. causa, & q. & carent. demum ecclesiastica sepultura. cap. prohibemus extra. de decimis.

g ¶TRIA præcepta.] Hæc tradit diuus Thomas in prima 2. q. 99. articul. 4. sequuntur Doct. in c. fin. 6. distinct. & in c. primo de decim. in 6. Felin. in c. translato. de cõstitutio. & Iason l. 1. ff. si cert. petat.

h ¶AD sustentationem.] Inde dicitur numeri c. vltimo. filijs Leui dedi omnes decimas, pro ministerio, quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis. & est text. in cap. his itaque. 13. q. 1.

i ¶VIGORE Consuetudinis.] Opinio communis est quòd consuetudo decimas in totum tollere non potest. ut communiter asserunt theologi, & canonistæ. latè habetur per Siluestrum Prieri. in summam in verbo Decima col. 3. Petrus de Anchar. in consi. 196. Magnifice. Abb. in cap. experte. de decim. Cardin. in. c. in aliquibus. eo. titul. Abb. Panor. in c. Parrocchianos. nu. 3. 7. de deci. nouissime Do. Iosephus Ludouic. in decis. Perus. 106. Pius. num. 8. & 9. vol. 2. quinimmo (quod plus est) non soluens decimas ex Papæ permissu non est tutus apud Deum. Abb. in cap. tua nobis. nu. 5. de decim. circa autem dubium an minuens decimam consuetudo valeat? hęc est dubitatio, in qua dissentiunt Doctores inter se magnopere legistę canonistę ac theologi. Quicquid in ea re senserint, ego cõsului pro reuerendissimo compatre meo Valerio Cancellario episcopo Bisatiensi, nullo modo valere consuetudinem diminuentem decimam: motus inter alia, quæ non referam, quia cum decima spirituale quoddam ius sit, & Dei sanctuarium a laicis possideri nequit. Panor. in ca. adhæc. nu. 3. extr. de decim. & cum qui præscribit possideat, nec detur sine possessione præscriptio, dicendum est decimas a laicis præscribi non posse. Idem Abbas Panormit. in c. cum contingat. num. 3. in c. cum homines. num. 3. 7. & in in c. tua nobis. num. 10. extr. eo. tit. nec vigore cuiuluis cõsuetudinis, tacitique consensus prælatorum, ac clericorũ decimas non soluens tutus est a peccato. Abb. in dicto. c. Parrochianos. nu. 3. 7. cum enim Deus sibi decimas reseruauerit in signum vniuersalis Dominij, & recognitionis, & pro alimonia, quę sacerdotibus datur pro cultu, quem Deo tribuunt. Abb. Panor. in dicto cap. tua nobis. num. 4. & in c. exhibita. nu. 4. de rer. permut. ob quod cũ sit ipsius Dei dominium, quomodo poterit hominum, sacerdotũ, pręlatorumve placitis submoueri? & quòd talis consuetudo decimam minuens non teneat, uoluit canonistarum maximus Hostiens. in summa eius tituli. §. & vtrum. q. 7. per totum vbi opinionem hanc fulcit lege, ratione, & authoritatibus, subdens, absit quod contrarium dici rectè possit, quia magis credendum est ecclesiæ, canonibus, eiusque ecclesię doctoribus, quàm alijs quibusuis secularium zelo contra forte consulentibus. hoc voluerat antea gloss. in dicto. c. in aliquibus extr. de decim. quæ dicit non valere consuetudinem quòd detur duodecima, uel vigesima, sine licentia Papæ. quia consuetudo quantumuis longa contra legis diuinæ præceptum, & quæ absq; mortali peccato seruari non potest, non valet. per iura ibidẽ allegata. voluit Goffred. de Trano in summa eiusdem tit. colum. 3. vers. Item nunquid longa consuetudo. tenuit eũ Felin. in c. cum ex officij num. 10. de præscript. ubi dicit allegans quodam consilium Cardinalis quòd consuetudo alterans quotam decimarum valida est non autem diminuens. Hanc opinionem sequitur Innocent. in dicto ca. in aliquibus. Ioan. Andr. in c. 2. de decim. lib. 6. vbi reprehendit quosdam theologos contrarium asseuerantes. quem sequitur ibi Guil. de Monte Lauduno. sequitur Raphael comens. in consi. 64. Titius, & in consi. 83. quia causa. Raphael Fulgos. in consi. 166. in quæstione. & dixi latè in dicta consultatione ad quam me refero, & hanc opinionẽ tenere tum quia magis videtur iuri consona, tum etiam quia fauorabilior pro ecclesia & tutior pro anima.

K ¶GENERALIS.] Vide Matth. de Afflict. in verb. vectigalia in titul. quæ sint regal. in vsibus feudorum.

l ¶POTESTATEM.] An Papa super decimis dispensare ualeat, uel illas remittere? Doctor. in c. a nobis. de decim. Philipp. Deci. in ca. cum ordinem. de rescrip. & in consilio 113. Socin. in consil. 297. volu. 2. & Felin. in cons. 26. num. 11.

m ¶MODIFICAVIT.] Vide Bald. in l. Deo nobis C. de episcop. & cler. Petrum de Anchar. in consi. 240. Parum dubitationis. in c. primo col. 6. de const. Philipp. Decius in consi. 112. & Bartol. Socin. in consi. 28. circa primum quæsitum. vol. 1.

n ¶A PECCATO non soluentes.] Et hoc ex Pontificis taciturnitate talis oritur excusatio. Abb. Panor. in c. a nobis. & in c. in aliquibus. de decim. Felin. in cap. causam. de præscript. vnde non soluentes non peccant, quia cum eis dispensasse credendum est, nisi a clericis fuerint Decimæ petitę, vel nisi eas non soluendi obstinatio adsit. Panor. in dicto cap. in aliquibus. & in c. ex parte. de deci. Siluestrin. in summa in verb. decima. Afflict. in const. Regni. quato. quinimmò asseruit Beatus Thom. quodlibet. 2. articul. 8. q male faciunt prelati, & Rectores ecclesiarum Recipientes decimas, ab illis, qui ex consuetudine non tenentur, cum ea petitio tumultus, & scandalis occasionẽ prebeat. ¶ Si tamen clerici eas petierint, & etiam præteritæ soluẽdæ sunt. Rota in antiquis. in decisio. 25. nota quòd vbi petuntur. sentit etiam Panormitan. in c. peruenit. extr. de decimis, quia solo temporis lapsu debitor in mora constituitur. iuxt. illud exodi c. 22 decimas, & primitias Deo non tardabis offerre: Benedicendum est quod quamuis fuerint in mora non tenebuntur tamen ad præcium quanti plurimi, sed ad prætium, quod tunc temporis valebat, vt notant Bartol. & Doct. in l. Diuortio. §. donatione ff. solut. matr.

o ¶LOCO decimarum.] Hac ratione dicit Matth. de Afflict. in dicta const. quanto cæteris. quòd ciuitas Neapolitana non soluit decimas clericis, ex quo clerus habuit pro decimis Casale Turris Græci, sed quid si res præmutata casinate pereat, an debeantur decimæ? quòd sic responderunt Ioan de Imol. in c. fin. de rerum permut. & voluit Andreas Barbatia. in capitulo, vt super. in primo not. de reb. eccles. non aliena.

p ¶NON dico.] Vidde Petrum de Anchar. in consi. 187. Magnifice. Abb. Panor. in rub. extr. de decim. & Thom. de Aquino in secunda secundę. q. 87. Articul. 3.

q ¶REMITTENDO decimas.] Papa an super decimis dispenset vide Hostiens. & Ioann. An. in c. a nobis. de decimis. & alios quos supra citaui in verbo potestatem.

r ¶INEXPVGNABILEM.] Licet ius istud percipiendi decimas sit spirituale, & a laicis possideri nequeat potest tamen ex iusta causa alicui laico concedi. ut author hic concludit, & voluit Beatus Thomas secunda secundæ. q. 87. articul. 4. Doct. in c. causam quæ. de rescript. in c. 2. de iud. & in ca. quamuis de deci. quod sanè fieri poterat ante Lateranense consilium, postmodum vero etiã ex iustissima causa non potuit. vt in cap. cum apostolica. de his quę fiunt a Prelat. c. quamuis. vbi Doct. & c. prohibemus. extr. de decim. & in c. 2. §. sane. eo. tit. in 6. fuit antem hoc Lateranense consi. celebratum ab Alex. III. in Anno

Anno Domini. M C L X X I X. vt post historicos tradiderunt Doct. in dicto ca. cum apostolica. Capella Tolos. in decision. 439. & Guido Pap. in decis. Gratianop. 288. vbi de hoc habes. traddidit nouissime Carol. Sigonius Historiarũ de Regno Italię lib. 14. ¶ Sed quomodo probabitur concessionem fuisse factam ante ipsum Lateranense cõsilium? respondetur ex probatione immemorabilis possessionis. voluerunt Ioan. Andr. Anto. de Butrio. & Cardinal. in dicto c. cum Apostolica. Petr. de Ancha. in dicto c. causam quæ. de præscript. Alexand. in consi. 6. vol. 1. ¶ Sed tu dicas requiri etiam famam quòd concessio ipsa facta fuerit ante cõsilium Lateranense. iuxta opin. Abb. Panor. in dicto c. cum Apostolica. & Felyn. in dicto cap. causam quæ. & in ca. cum contingat. de for. compet. vide etiam ad hoc Raphael. Comensem in consi. 84. quia causa decimalis. & quod decimæ ante consilium Lateranense potuerint concedi. vide Rotam in decisio. 498. nota quod cap. in antiquis. ¶ Sed an si concessæ fuerint decimæ laicis ante Lateranense consilium, possint de nouo laicis in feudũ dari? Cardin. in c. 2. de feud. tenuit concedi posse: cuius opinionem communiter seruari docuit Ioan. ab Imol. in dicto c. 2. col. pen. contraria tamen opinio quòd infeudatio de nouo laicis fieri nequeat, verior est. ut voluit Calderin. in consi. 1. titul. de decim. cuius opinionem, & veriorem, & tutiorem esse voluit Imol. vbi supra. & præpositus in c. 1. §. sciendum. de feud cognit. Quibus addunt limitationem quòd fieri possit noua infeudatio, quando decimæ ad ecclesiam rediissent, non de per se sed accessorie, sed cum vniuersitate Castri alicuius, tunc enim possent cum Castri concessione de nouo concedi, ut dicimus de iure patron. c. ex literis. & c. cũ seculũ. de iurepatron. præsertim cum ecclesia decimas retinuerit vt domina Castri, non vt ecclesia, & volunt Doctor. in dicto. c. cum Apostolica. hoc ius posse ecclesijs donari, per laicos, vt id ecclesiæ eodem iure, quo laici detineant. Item per regulam c. accessorium. de Regul. iur. in 6. ¶ contraria tamen sententia videtur verior stante omnimoda prohibitione Lateranensis consilij, nec illud de iure patronatus militat in præsenti quęstione, quia id spirituale non est, sed spirituali annexum. vt dixi late in Regia Aragonum. §. 2. gloss. 1. num. 198. 199. & ideo cum vniuersitate vendi potest c. de iure, de iure patron. & potest possideri a laico. tot. tit. supra proxime allegato, & dixi vbi supra latissimè. Non tamen sic est in decimis, quæ spiritualia sunt, voluit Federic. de Senis. in consi. 245. in fin. tit. de ordin. cognit. Marc. Anton. natta in consi. 385 vol. 2. & in consi. 561. vol. 3. & D. Petr. Foller. in prænominata const. quanto. in princ. sub rubric. de decim. ad id quod dicitur ecclesiam vt dominam feudi decimas retinere, respondetur, non ideo inferri posse quòd de nouo cum laicis possint infeudari, cum etiam per laicos alijs laicis vendi nequeant, ut communiter videntur Doct. concludere in dicto. c. cũ Apostolica. in dicto c. prohibemus. in dicto. c. quamuis. Nec obstat quòd cum Castrum sit seculare, ius etiam decimarum ipsius sit seculare, vti ipsius accessorium: feudum enim cum sit quodam ius vniuersi, potest sub se plura continere quæ feuda lia non sunt. Ab. Panor. in c. cum seculum. de iure patron. nec accessorium principalis naturam sequitur, vbi ratio diuersa militat vt in casu nostro. voluit Philipp. deci. in l. cum principalis ff. de regul. iur. Ratio diuersitatis patet, cum decimæ de nouo infeudari nequeant, vti supra dixi: Feudalia autem possunt si sunt solita concedi cap. 2. de feud. vide tamen quid in hac re pulchrè scripserit iurisconsultissimus D. Franciscus Bursatus in consi. 50. Triplici. n. 12. cum pluribus seq. vol. 1. ad quem me remitto.

s ¶ REGIO Sigillo. ] Quod sigillum probet concludũt doct. in l. Admonẽdi ff. de iureiur. & l. q̃ dotis. ff. solut matri. in l. ad testium. §. si quis. ff. de testa. Ludo. Roma. in consi. 303. vbi D. Horatius Mandos. Philipp. Deci. in c. 2. de Fid. instr. & in c. tertio loco. de probat. Felin. in ca. scripta. de instrum. confirmatur hoc a D. Iacob. Menoch. in consi. 1. num. 331. cum duob. seq. vol. 1. vbi asserit hoc procedere in sigillo Principis, secus dicit ipse in sigillis priuatorum quia sine suscriptione trium ei fides non adhibebitur. ex Socino Sen. in consi. 258. col. 3, vol. 2. vide tamen Menochi. vbi supra. cum supradictis autem quòd restam contra sigillantem sigillum faciat probationem voluit Do. Ioann. in consi. 141. verba statuti nu. 11. vol. 1 videas. D. Roland. a Valle in cons. 2. lucã nu. 140. vol. 1. D Fran. Bursat. in consi. 39. in causa subhastationis num. 26. volum. 1.

t ¶ ACTIO vtilis. ] Hanc Baldi opinionem sequitur Pari. de Puteo in tract. de reintegrat. feue. c. quid si Comes. propè finem.

u ¶ INVESTITVRA. ] Quod de substantiali essentia feudi sit inuestitura. tenuit Bald. in l. 1. C. de rer. permut. Alex. in cõsi. 136. col. 3. vol. 1. Matt. de Afflict. in decision. Neap. 129. Comes. nu. 3. Iason in Prælud. feudorum. num. 12. cũ aliis traditis per Dom. Iacob. Menochium in consilio. 1. num. 23. vol. 1.

a ¶ TRANSACTIO. ] Dixi late in Regia Aragonum. §. 2. gloss. 1. num. 191.

b ¶ CONFIRMATIO. ] Vide Archidiacon. in c. in sinodo. 63. distinct. Ioan. de Deo in tract. Cauillation. lib. 5. c. 14. Bald. in l. 1. C. de Codicill. Angel. in l. Adoptio, ff. de Adoptio. Abb. Panor. in consi. 7. vol. 1. Alexandr. in consi. 122. viso puncto. vol. 4. Barbat. in ca. ex rescripto. extr. de. locat. Felin. in cap. cum venisset. extr. de testib. Iason in l. More. ff. de iurisd. omni iud. & in summa notandum est quando concedens primæ concessioni nõ innititur, clausula, & de nouo concedimus, nouam importabit concessionem. ita voluit Innocent. in dicto ca. inter dilectos. de priuileg. colum. fin. sequuntur ibidem Hostiens. Ioan. Andreas Abb. Panor. & Felin. And. de Isern. c. 1. de vassall. decrepit æta. & ibi Matt. de Afflict. & in c. 1. not. 3. per quos fiat inuestitu. Deci. in consi. 445. in casu ad me transmisso. Anton. Capic. in repet. c. imperialem. col. 170. de prohibit. feud. alien. per Federic.

## In versiculo, Restat.

### *SVMMARIVM.*

1 *Causa decimarum cuius sit fori.*
2 *Laici qualiter compelluntur, ad decimarum solutionẽ.*
3 *Iudex laicus, quando cognoscat de decimis.*
4 *Subtractio decimę est sacrilegium.*
5 *Iudex ecclesiasticus, non facit executionem in bonis laici.*
6 *Omnia a principio fuerunt, in dominio principis.*
7 *Res donata a rege qualiter transeat.*
8 *Annui redditus, inter immobilia computantur.*
9 *Causæ quare clerici sint subditi dominis temporalibus.*
10 *Decima est onus reale.*
11 *Decimæ sunt fructus bonorum de realenco.*
12 *Causa fructuum decimarum est iurisdictionis laicæ.*
13 *Consuetudo iurisdictionem tribuit.*
14 *Princeps quam possessionem sibi licet per suos officiales.*
15 *Chronicis aliquando creditur.*
16 *Quod iuris est in toto idem in parte quo ad partem.*

RESTAT

RESTAT videre cuius sit iurisdictio, in causis & litibus decimarum, an ecclesiæ uel domini Regis, & sic iudicum secularium. Et certæ glos. in ca. ex tenore, de foro competen. dixit
1 † causam decimarum, ad iudi
a cium ecclesiæ [a] & sic ecclesiasticum iudicem per-
2 tinere. Et quia † laici compelli possunt per ecclesiam, censura ecclesiastica ad decimarum solutionem p episcopũ ordinarium, in cap. tua, in fine de decimis, in sexto, & in clemen. dispendiosam, de iudi. imo ecclesia cõtra rebelles decimas denegantes, vel soluere recusantes, potest auxilium brachii secularis inuocare, ut in cap. postulasti, de homicidio, & sic videtur quod principaliter cognitio pertineat ad ecclesiam, iuxta notata in c. primo, de officio ordina. Et hanc partem tenet glo. ordina. in cap. placuit. 16. quæst. 3. §. sicut archidiaconus. & Ioannes Andreas in cap. fi. de iudi. Doctores tractantes hanc materiam de iure concludunt, quod quando est quæstio, de iure decimandi, ut puta, quis se dicit ad illarum solutionem, nõ teneri ex priuilegio, compositione vel aliàs, & sic ius decimæ reuocatur in dubiũ, & tunc dicunt hanc causam esse spiritualem, & per iudicem ecclesiasticum terminandam, de ordi. cog. tuã. Et de sententia excommunicationis, capitulo si iudex laicus. Et sic dicunt, vti dicitur in iuramẽto, & vsura, & sic loquũtur glossæ allegatę, & 11. quęsti. prima, in summa. Si autem agatur ad fruct. perceptionem decimarum, qui locari & vendi possunt laico, in capitulo. vestra, de locato, & in capitulo, primo. ne prælati uices suas. Et quia in illis cadit permutatio, de rerum permuta. cap. fi. & quod not. in cap. cum super, de rebus ecclesiæ non alienandis. Et sic isto casu requiritur sola compulsio laicorum, quæ in facto
3 consistit, tunc dicunt † iudicem laicum esse iudicem competentem, & ita communiter transeũt doctores, Petrus de Ancha. in regula, ea quæ, de regulis iuris, li. sexto. Dom. de sancto Geminiano in ca. fin. de foro comp. Fred. de Senis in suo consilio ordine meorũ. 245. fatetur tamen in fine nõ esse magnum peccatum, tenere indistincte quòd ecclesia cõtra laicos super decimis habeat duos iudices cum hoc ecclesiarum fauorem respiciat Et pro hoc facit d. c. postulasti, de homi. maxime
4 cum subtractio † decimæ aliarum rerum spiritualium posit dici sacrilegium. Ad hoc de peculio clericorum. cap. inquirendum. 12. quęst. 2. cap. 3. cum similibus. Et si sic est, habeo intentum ut in cap. cum sit generale, de foro compe. secundum eum, uel posset dici de iure, & est noua opinio, quod siue agatur in facto, siue in materia decimarũ & altarũ exactione siue iuris, siue facti ad fructuum perceptionem contra laicũ, si agat coram ecclesiastico per censuram illã potest fulminare, & sic loquãtur iura, de decimis, ex parte, & c. tua. in clem. dispẽdiosam, de iud. Si vero loquamur de executione facti, siue bonorum, siue personæ, tunc est iudex laicus competens, & non alius. Et sic loquitur. ca. postulasti. de homicidio, & sic quilibet est iudex, tñ quilibet exequitur, p suam iurisdictionem. Et ad hoc allegõ tibi dicta Innocenti. in capitulo, significasti, de officio delegat. dicentem, quod executionem facti in bonis
5 laicorum non facit iudex † ecclesiasticus, etiam de causis ad forum ecclesiasticum pertinen. minus de persona, ut in dicto capitul. postulasti, de homicidio. & hoc est de iure. Sed quid dices in hoc regno Valentino ubi sunt fori, quod tam clerici quam laici cõuenti super hæreditatibus uel possessionibus vel fructibus eorum, debẽt respõ
6 dere sub iudice laico, quoniam † a principio oĩa fuerũt in principis dominio, vt in foro finali, de iurisdictioni om. iudi. ¶ Item & de foro illa quæ transeũt, in ecclesiam transeunt, cum honore regali & uicinali, vt in foro stabiliui. in fine, cum similibus, de rebus alienandis vel non. Si ergo decimę duæ partes, in ecclesiam uenerunt ex largi-
7 gitione † regia & sic fuerunt bona, de Realenco. & sunt fructus possessionum duplici capite, respondere habet coram iudice seculari, tum quãdo clerici illa bona habuerunt a laicis, ex regia
b concessione. Et quia annui [b] † redditus inter im
8 mobilia computãtur, in clemen. exiui, de verbo. significa. propter quæ clerici ratione temporalium [c] sunt dominis temporalibus obnoxij. 11. quæst. prima. §. si quę causę. §. cum igitur, & uide tu Legista gl. iuris ciuilis in l... §. patrimoniorum.
9 ff. de mune. & honori. † Tum quia sunt fructus terrarum & possessionum, de Realenco, de quibus habet responderi de foro coram laico iudice.
10 ¶ Item & alia ratione, qa decima † est omnis reale, ut de decimis, tua, & sic merito si dicamus ut quidam dicunt, quod per rei uendicationem petãtur, ut 16. quæst. prima, ca. reuertemini, & tunc est clarum quod talis actio tanquam realis, de foro componẽda, est corã iudice laico. Sed communis habet opinio, quod condictione ex canone & sic personali, insti. de ac. §. si itaque, ut tenet glo. in dicto capitulo, tua, & Innocen. in cap. Parrochianos de decimis, & Fredericus de Senis, suo consilio ordine meorum. 71. Et sic uidetur quòd illa personalis actio maxime, quia cum peccato detinet laicus decimas posit moueri coram iudice ecclesiastico, iuxta no. de iudi. c. nouit. Et sic merito uenit censura ecclesiastica, quæ per iudicem infligitur ecclesiasticum propter decimas nou solutas, ut dicto capit. tua, & dicta clemen. dispendiosam. Sed dic quòd lex laicorum maxime in hoc regno, solutioni decimarum non resistit, imo assistit. Et sic merito ex quo conueniri potest coram iudice seculari propter peccatum laicus ad iudicium ecclesiæ non trahitur, aliàs omnes causæ traherentur laicorum ad forum ecclesiæ, quod esse nõ debet secundum Barto. in extrauaganti, ad reprimendum, & notatur in dicto. capitulo nouit, non obstat quod causa decimarum

marum est ecclesiastica,& quod illarum detentores possunt excommunicari &c. quia hoc est de iure, quando clerici habent proprio iure decimas. sed hic illas duas partes habuerunt a principe. Et sic illas possident, ut bona de Realenco cũ onere suo,& sic cum principis iurisdictione, quasi bonis affect. ante donationem, ut not. in l. rescripto. §. finali. ff. de muneribus & honoribus. & per Baldum in l. placet. C. de Sacro Sanct. ecclesi. & latius deducetur in sequenti. §. Et negari non po-
11 test, quin decimæ † sint fructus bonorum, de realenco, qui eodem iure cēsentur, ut in de foro fi. de
12 iurisdictione om. iu. sic iurisdictio † fructuum de
d cimalium[d] est de foro iudicum laicorum, & ecclesia de illorum iurisdictione, se nequit intromittere. Et sic uides quod dominus rex dictis causis decimalibus dedit iudicem, quem ex suis prouisionibus, ordinariam uocat, quod facere potest vt not. de offi. ordi. cum ab ecclesiarum. Et in l. & quia. de iuris. om. iudi. & ille ex sua seculari iurisdictione, tam iuris quam facti, quæstiones dirimit decimales. Et dominus Rex Iacobus, regni conquestor sua sententia diremit, iuris quæstionem per iudicem secularem decidendam.
e Et sic princeps est in possesione,[e] & sui officiales soli solent quæstiones decimales etiam iure suis
13 sententijs terminare. Quæ † consuetudo iurisdictionem tribuit. C. de emancip. libr. l. 1. & quod ibi no. & in cap. cum contingat. de foro compe. & quamuis antiquis temporibus sic per ecclesiasticos prelatos fuit attentatũ per cēsuram ecclesiasticam, & iudices a sede Apostolica deputatos procedi, contra aliquos laicos. attamen princeps nunquam permisit suos laicos & sibi subditos, in iudices ecclesiasticos prorogare iurisdictionem, nec sub illis respondere, quod potuit, iuxta no. in l. 1. §. & post operis. de noui ope. nun. & in l. si qui, ex consensu, de episcopali audien. & in c. uerum. de fo. compe. & eo. tit. in c. ex transmissa. per dominum Ant. de But. & Bal. in l. decernimus. C. de Sacrosanct. ecc. & uide glos. in 10. coll. de prohibi. feud. alie. §. principi. & sic fuit factum per dominum regem Petrum Petro de xerica, in petito per episcopum Sugurbicensem coram sede Apostolica, super materia decimali, quod princeps prohibuit illum de causæ responderet coram iudice ecclesiastico, & sic uides quod
14 † dominus rex & sui officiales, per quos princeps in suis iurisdictionalibus conseruat possessionē, iuxta nota. per Inno. in c. cum dilectus. de capellis monachorum. Et ibi per dominũ Antonium de Butrio sunt in possessione, & soliti iudicare decimarum causas, & de eis non cognoscit iudex ecclesiasticus, imo princeps reintegrando suam iurisdictionem procedit ad occupationem temporalitatum. Aliqui tamen ecclesiastici uolentes destruere fundamenta regiæ iurisdictionis, dicunt quod concessio facta de dictis decimis per dominum Vrbanum, summum Pontificem Sanctio, & Petro Hispaniarum regibus, & eorum legitimis successoribus, non fuit conessa Artagonũ
15 Regi ut dicitur ex cronicis † quę ratio multum est friuola. ¶ Tum quia domiuus Rex Arragonum, in suo archiuo, habet dictas concessiones, & sic præsumitur ille uel illius successor, iuxta no. per glo. in l. fin. C. de pactis conuentis, & in ca. coram de officio deleg. per Inno. & in l. vulgo de admi. tuto. per Bar. ¶ Tum quia non est in dubium reuocand. quin saltim dominus Rex, sit successor in Hispania, uel partis Hispaniæ, & quod
16 † iuris est in parte, quod in toto. ff. de reuendi. l. quæ de tota. Et sic non obstat curiosa dubitatio de qua supra contenditur. Igitur clerici de eo quod suum est, iuxta regulam Christi, Reddite Cæsaris, quæ sunt Cæsari, & quæ Dei Deo Marci. 12. & Matthei. 22. 23. q. 8. §. ecce. in fin. & c. sequenti. & ecclesia recognoscens iura Imp. soluit. 11. q. 1. §. tributum & cap. magnum 23. q. ultima. ca. tributum & c. conueniendum. ¶ Et hæc sufficiāt de materia decimarum, omittendo dubium hodiernum, quia inter partes priuatas pendet. An non obstante sententia Domini Regis Iacobi, super non solutione decimarum de conymellis succarii lata, propter excrescentiam earum sit declaranda decima deberi. Et quia ad priuatam pertinet utilitatem, non pertinet ad huius libri materiam, quare non insisto.

## CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶ECCLESIAE.] Decimarum causa spiritualis est, & ad iudicem spectat ecclesiæ, nec a laico cognoscitur. vt vltra hos hic allegatos voluit Federic. de Sen. in consi. 245. domino Andree Raphael Comens. in consi. 83. quia causa decimalis. Calderin. in consi. 15. an iudex. sub rub. de iudic. Raph. Fulgos. in consi. 166. in quæstione. Felin. cap. causam. in fin. de præscript. ¶ Amplia procedere etiam in arbitro vt causæ decimarum in arbitrum laicum compromitti nequeant, ut late dixi in Regia Aragonum. §. 2. glos. 1. numero. 314. cum plnribus sequentibus. ubi etiam dixi quid in arbitratore? ¶ Limitatur tamen secus esse in fructibus decimarum, & ipsorũ quantitate, quia de eis bene poterit per laicum procedi vt dixi vbi supra. num. 327. & Petrus de Anchar. in consi. 34. in hac causa col. 2.

b ¶ANNVI.] Connumerantur inter immobilia redditus annui. tex. in §. vult. n. illa Auth. de nō alien. aut pmut. reb. eccles. gloss. in §. quoniam autem videmus. auct. vt hi qui obligat. se hab. perhib. Bartol. in l. iubemus, la secunda. in princip. nume. 10. C. de sacros. eccles. & Ludouic. Roma. in consi. 187. & Alexand. in consi. 179. num. 4. vol. 6. Federicus de Sænis. in consi. 12. Parisius in consi. 56. num. 13. vol. 3. Carolus Ruin. in consi. 82. vol. 2. Francisc. Marc. in decis. Delphin. 817. quid contineatur. vol. 1. D. Borgninus Caualcanus. in tract. de vsufruct. mulieri relict. num. 83. D. Ioan. Cephalus in consi. 98. Dominus. nu. 5. vol. 1. Nicolaus Bellonus in consi. 23. num. 29. D. Iacobus Menochi. in consi. 29. non parum num. 16. vol. 1.

c ¶RATIONE temporalium.] Vide Petrum Bellugam supra in rubric. 6. nnm. 2.

p ¶FRVCTVM decimalium.] quod de fructibus decimarum cognoscat iudex laicus. dixi ego in Regia Aragonum. §. 2. gloss. prima num. 327. & tetigi supra. hoc eodem §. in verbo ecclesiæ.

e ¶PRINCEPS est in possesione.] Et similiter seruaẽ in Regno

Regno Neapoli, quia in causis decimarum cum omni tempore breuitate procedunt consiliarij supremi Senatus qui collaterales appellantur, ac Regentes Cancellariam, & vidi totum processum R. Episcopi Iternatis cum suis subditis in eodem consilio terminatum, & nunc de facto coram eisdem pendet lis inter Ill. & R. Meum Petrum Antonium Vicedóminum episcopum Bisatiensem, & S. Angeli, cum eius subditis, quæ postmodum extitit in eodem supremo consilio terminata hoc anno 1577. Mense Ianuario.

f ¶SANCTIO, & Petro.] Quòd Sanctio Regi fuerit facta decimarum concessio apud Historicos ego non reperi, sed bene quod fuerit facta Petro Regi concessio per vrbanum secundum Pontificem scribit Lucius Marineus Siculus rerum Hispanicarum. lib. 8. cap. 13. ibi hic Rex impetrauit ab Vrbano secundo summo Romano Pontifice primicias, decimas, & omnia beneficia iuris patronatus, quæ quidem sacerdotia Gentilitia Latine vocantur, vbi inserit Bullæ tenorem. hic Sanctius fuit Ramiri primi Regis Aragonum filius, qui Sanctius corporis, & animi dotibus claruit, cum Mauris Bellum gerens nonnullas victorias reportauit, Stellam, Lunam, & Ayernem, aliaque oppida plurima condidit, & Christianæ religionis amator fugatis ex Abdera, (quę nunc Almeria dicitur) Mauris, corpus Sancti Indaletti, diui Iacobi Olim discipuli, & Almeriæ episcopi ad ecclesiam Sancti Ioannis á Pegna trãstulit. similiter Petrus de quo hic facit mentionem Belluga, fuit Sanctij supradicti Regis filius, armis virtute simili modo patri non difformis, erga Mauros egregie, & fortiter dimicauit, multosque fudit prope Olcam ciuitatem in loco Alcarraz ex Mauris ductis per Almozaben eorum Regẽ, demum, ex Agnete vxore susceptos liberos Petrum, & Isabellam tumulat, demumq; & ipse nullo superstite, iuuenis annorum triginta quinque moritur in Anno. 1108. & isti Petro fuerat facta decimarum concessio per Vrbanum vt supra, & ideo videtur indubitabile illud, quod hic reducit in dubium Belluga, an si fuit ei facta concessio decimarum Hispanię, comprehendatur etiam Regnum Aragonũ tum quia iste Petrus tunc temporis quando concessio fuit ei facta erat Rex Aragoniæ, tum etiã qa Aragonię Regnũ Hispanię citeronis parte esse non est dubitandum. patet ex Plinio. libr. 3. ca. 3. Ptolomæus. lib. 2. c. 6. Pōponius Mella. lib. 2. cap. 4. & Solinus in Polyhistore. ca. 25. & ex Anto. Augustin in itinerario.

## De Amortisationibus. Rub. 14.

In §. Veniamus.

*SVMMARIVM.*

1 *Amortizatio, a iuristis ignoráta, & a practicis omissa.*
2 *Amortizatio quo iure sit inducta?*
3 *Bona quæ fuerunt principis, qualiter in ecclesiam transire possunt?*
4 *Fundũ episcopus resecare, sine cõsensu principis nõ pōt.*
5 *Per vniuersitatem transeunt, quæ per singularitatem transire non possunt.*
6 *Hispani, deficiẽte sanguine regali possũt regẽ sibi eligere.*
7 *Imperatoris iurisdictio, vnde procedat?*
8 *Imperium a cælesti maiestate datum.*
9 *Imperium & sacerdotium, ab eodem fonte procedunt.*
10 *Imperator, est lex animata in terris.*
11 *Iura regum, ex auctorisabiliori titulo descendunt quã imperium.*
12 *Imperium nunquam a Deo approbatum.*
13 *Nullam monarchiã præter diuinã, Deus approbauit.*
14 *Romanorum monarchia vltima, & quare?*
15 *Cæsaris quæ sunt reddite Cæsari, qualiter intelligatur.*
16 *Imperium, violentia & tyrannia acquisitum.*
17 *Patrum terminos, trãsgredi non licet.*
18 *Inter præcepta decalogi, non cadit dispensatio.*
19 *Ius ciuile Romanorum non potest tueri intentionem Imperatoris.*
20 *Mortuæ voci, plus quam viuę, non credatur.*
21 *In facto suo, nullus est testis.*
22 *Populus & Imperator, nullum ius habent, & quare?*
23 *Septem electores in electione imperatoris, tres ecclesiastici, & quatuor laici.*
24 *Imperator, qualiter hodie approbetur.*
25 *Reges Hispanię, regna sua qualiter acquiserint?*
26 *Dominũ alicuius, nõ pōt Imperator tollere sine causa.*
27 *Cicilia, exempta ab imperio.*
28 *Iura, subiectiones, a quibus præscribi non possunt?*
29 *Rex Franciæ, superiorem non habet.*
30 *Infideles conuersi ad fidem, dominum & iurisdictionem retinent.*
31 *In traditione rei, potest conditio apponi.*
32 *Religiosi, nullo modo succedunt.*
33 *Ingrediens monasterium, vtrum succedat?*
34 *Quod potest fieri per pactum, potest fieri per statutum.*
35 *Legitima non vt lucrum, sed vt debitum defertur.*
36 *Princeps potest bonis legem apponere, ne in monasterium transeant.*
37 *Ecclesia quare sine principis consensu, non acquirit?*
38 *Cessante causa dispositionis, debet cessare dispositio.*
39 *Habilitas superueniens iure alij quæsito, non prodest.*
40 *Religiosus ordinis minorũ, factus eps, vtrum succedat?*
41 *Capacitas superueniẽs, iure alteri quæsito, nil operatur.*
42 *Princeps quando non possit agere contra legem.*
43 *Monasterium habens ius amortizationis succedit loco liberorum.*

VENIAMVS ad nouam contentionem, quæ est in & sup materia amortizationũ, q̃ materia a iuristis † ignorata est & a foristis omissa, adeo est querenda doctrina, ¶Videamus imprimis quid sit amortizatio, & quo iure amortizatio sit introducta. ¶Secundo in quibus casib. amortizatio sit necessaria vel ius ex ea debitum. ¶Tertio quis modus sit procedendi ad habendum ius amortizationis. Ad primum igitur accedamus, quid sit amortizatio, & quo iure sit introducta. Et ut uides hæc principalis quæstio est bispartita. Nam primum quæritur quid sit. Secundo quo iure sit introducta? ¶ Ad primũ dic,
2 quod † amortizatio est in manum mortuam[a] trãslatio, principis iussu, vt ab illusione vocabuli fiat interpretatio & descriptio, vt in §. est & aliud. insti. de dona. & quod not. in l. facta. §. si in danda. ff. ad trebell. ¶Ad secundum quo iure sit introducta, videtur quod iam iure digestorum. & C. esset reperta, & decretorum iure confirmata, quia iam l. digestorũ prohibuit quod sacra loca ne fierent sine principis iussu, vt in l. sacra. ff. de rerum diui. & hoc decretorum iure videtur confirmari, quia bona

bona temporalia, quæ clerici possident, non possunt possidere illa, nisi secundum leges terrenorum regum, vt in capitulo, per.23. quæst.7. & in capitulo. quo iure.8. dist. ¶ Sed dic quod licet aliqui noui inuentores velint istud dicere, quod iam de iure digestorum erat reperta amortisatio, nesciunt quid dicunt, illorum pace semper salua. Nam aliud est rem effici sacram, vel religiosam, & aliud effici ecclesiæ uel templi, de antiquo iure. Nã sacra vel religiosa, nequeũt fieri sine principis iussu, de iure, vt in dicta.l. sacra. ff. de rerum diuisi, sed ecclesiæ bene fiunt, & in illius dominio transeunt, & transire possunt, sine principis licentia, ut in l. annua.§.fi.ff. de annuis legatis.& in l.1.C. de Sacrosanct.eccl.& eod. tit. l.scimus.& l.fi.23.q.8.§.nuper. Bene tamen iura antiqua trahi possunt in arg. amortisationum. Et quia sic olim ea quæ publica, vel iuris publici erant, nequibant sacra fieri sine principis iussu, vt in dicta.l.sacra.& ibi Bald. sic bona quæ ab
3 ipso initio fuerunt † principis ipsa lege effecti, in dominium ecclesię transire non possunt sine licentia & iussu principis, vt l. si quis sub hoc pacto. de contrahẽda emp. quę vulgo amortisatio appellatur. ¶ Ad hoc adduco quandam notam do. Bal. in l. si is qui.§.rerum.ff. de rerum diuisione, dicentis. Sed hic quæritur an sine
b iussu [b] vel licentia principis posait fundus fieri sacer, sine iussu auctoritate seu licencitia domini territorij auctoritate Pontificis, de licẽtia domini prædii consecrati? Et uidetur quòd sic, per text. feudi, in titu. de pace te.& iur.fir.§.ad hoc. de alodiis, alids est in tit. de allodijs, ĩ prin. secus in fundo feudali, quia requiritur consensus domini cuius ius deperit ut in feudis, qualiter olim feudum alie. poterat. capitulo. primo Guiller. in l. sanctum. de rerum diui. dicit quod
4 etiam proprium fundum † non potest episcopus cõsecrare, de uolũtate domini, nisi ad id accedat principis consensus, per.l.fi.ff. vt in posse legatis, quod an sit verum de iure canonico remittit ad Archidiaconũ.23.q.6.c. secundũ canonicã, & 16.q.1. in sacris, sine cõsecratione. n. pôt alienari in ecclesiã cũ sua causa, nisi in casib. in quibus ꝓhibitũ est in ecclesiã trãsferri, vt in emphi
c teosi & feudo, [c] vt no. de ver. obli. l. si ita q̃s.§. ea l. & in auc. de alie. & emphi. §. si uero cõtigerit quemlibet. colla.8. quamuis etiam hoc casu per vniuersitatem † transeat commoditas in eccle-
5 siam, licet non transiret, tit. sing. ut not. extra de proba. cap. in præsentia. per Innoc. ¶ Ex his no. quod cum per statutum Perusinum prædia sunt tributaria pro datis & collectis, quòd si testator mandat in prædijs fieri unum hospitale vel capellam quod non potest consecrari, nisi habita licentia a communi Perusij, secus esset in alodio franco: quia, ibi sufficit pontificalis auctoritas, quia lex hoc pontifici cõcedit, in authen. de ecclesiasticis titulis.§. si quis ædificationem, col.9.& insti. de rerum diui.§. sacrę. in verbo, per Pontifices. de testa. ca. nos quidẽ, hæc sunt verba Bald. Et adde quod not. Ioannes Fabri in dicto.§. sacræ. quem multum no. pro mea distinct. ¶ Et hæc amortisatio, id est in manum mortuã translatio ab ipsa lege fororum introducta est, quoniam princeps bona fide Realenco afficiendo onere regali sibi reseruabit, ut posit donare ecclesijs, ut in foro fi. de iurisdictione om. iu. ergo & donanti consentire, vt in l. fin. & quod ibi no. C. de pact. qui consensus vel licentia vulgo amortisatio appellatur, & operatur vt pactum ut supra pluries diximus. Ad hoc no. in l. digna vox. C. de legibus, & in cap. nouit. de iudic. & de iureiuran. capitulo. in nostra. Et sic bonis affectis a principio per dominum omnium rerum ipsa acquisitione, nam Rex Arragonum, vt cæteri reges Hispaniæ a manibus inimicorum, regna sua eruerunt, vt notatur in cap. Adrianus. 63. dist. & sic dominium acquisiuit pleno iure & possessionem. insti. de rerum diui. §. ¶ Item ea quæ ab hostibus vendicantur in pleno dominio nostro sunt, de captiuis. l. hostes. & l. post liminium. Et de verbo. sig. l. hostes. Et not. per Inno. de resti. spo. in cap. cum olim. Intantum autem ipsa regni acquisitio dominium trãstulit ad acquisitorem, & regni conquisitorem, vt quamuis de iure omnes prouinciæ sint sub naturali principis imperij dominio, non posint alicui conferre merum imperium, in auten. defen. ciui.§.
6 interim † Tamen prouinciæ Hispanię vbi totalis regalis prosapia deficeret in totum regnicolæ possent sibi regem eligere, vt no. elegãter Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. Et intantum isti domini Hispaniæ Reges & Franciæ ex ipsa acquisitione se ab imperio eximerunt vt regibus
d imperij [d] non subijciantur, & illas reprobant, de priuilegijs, c. super specula. Et vt scribit Oldrad. in suis consilijs, consilio.69. quod Hispani fecerunt legem, quod quicunque allegaret legem imperatoris in iudicio, capite puniretur. Sed quomodo hoc, quia monarchiam concedere necessarium est, vt in cap. futuram ecclesiam. 12.
e q.1. & dicebat Bar. [e] Qui vt pessimus canonista & peior theologus, de his noluit aliqd sentire. Nam cum decretales allegat videtur quod sint metra poetica, quod qui diceret imperatorem non esse dominum & monarcham totius orbis esset hæreticus, quia diceret contra determinationẽ ecclesiæ cõtra tex. sancti Euangelij, dũ dixit exiuit edictũ a Cęsare Augusto, ut describeretur orbis vniuersus, vt habes Luce.2. Sed non aduertit quod ibi euangelista solum recitat sic factum: quare sub illa monarchia erat tunc mundus ex tyrannia occupata, & destructa per verum monarcham qui erat Christus, ut infra late videbis. ¶ Et aduerte quod monarchia secundum deriuatores dicitur a monos, quod est vnum, & archos princeps, quasi vnus principes & vnus principatus, & sic videtur quod acquisitio bellica non potuerit eximere

dicta regina ab Imperio: & ab ipso Imperatore q dominus mũdi est.ff.ad l.rhodiam de iactu.l.
f de precatio,[f] 23.q.7.c. conuenientior. Et sub eo sunt omnes nationes.11.q.1.§.hæc si quis. Et ideo dicit glo. in cap.per uenerabilem,qui filij sunt legitimi,q rex Franciæ de facto non recognoscit Imperatorem, dicens quod de iure sub esse debet,quia vnicus debet esse Imperator.12 q.1 cap.in apibus.Quod imperium ecclesia de Græcis transtulit in Germanos,id est in Alamanos,de elect.cap.venerabilem. ¶Item qu ia aliquid possidere in mundo, nequit citra ius imperatoris.8.dist.ca.quo iure.ergo reges aliquid de orbe possidentes illum in dominium, recognoscere habent.intantũ ergo dominiũ est penes Imperatorẽ,ut qui contemnit illius præceptum, iudicium sibi acquirit, & inter homines pęnam luit,& apud eum frontem non habebit. 11.q.3.§.imperij.¶Item si consideramus ius ciuile Romanorũ,quorũ septẽ sunt species: leges plebiscita,magistratuũ ędicta,& responsa prudentum, insti.de iure naturali.§. scriptum, & ff. de iustit. & iure. l. ius autem ciuile. ita omnia ab ipso populo, uel Imperatore susceperunt fomentum, & autoritatem. C.de legibus.l. fin. & ff. de legibus,l.nõ ambigitur.& quod ibi not. de origi.iur.l.2.§. exact. Et sic omnia uidentur
7 habere auctoritatem ab ipso† imperio,quia populus in eum omnem iurisdictionem & potestatem in Imperatorem transtulit. insti.de iure naturali.§.sed quod princip i.C.de ueteri i ure enu
8 clean.l.2.§. cum igitur. † ¶Item quia Impe-
g rium à cœlesti maiestate [g] traditum dicitur. C. de ueteri iure enucleand.l.1. in princi. Merito videtur quod à Deo supremum dominium, &
9 potestatem habuerit in temporalibus.† Nam sacerdotium & Imperium,ex eodem fonte procedunt,in aucten.quomodo oportet episcopos §.1.de non alienã.ve.permu.eccle. rebus. §. si unus col.2. Et ideo de imperio scribitur, quod Deus de cęlo Imperium constituit,ut difficilib. legem imponat, & humano generi distribuat, in aucten.de fide instru.§.quia igitur, & impe-
10 ra.dicitur † lex animata in terris.in auct.de consulibus.§.fin.col.4.Et quod Hispania fuerit subiecta Romanis, uide Machabeorum. 8.Et quod fuerit subiecta imperio,patet de origine iur.l.2 §.quia. de interdictis & relegatis. l. relegatorũ. §.interdicere, ubi respondet præsidi Hispaniæ. & 11. quæstio.1.§. hoc si quis. uersi. Gratianus. allegat.l.obrogatam. Sed etiam melius probatur in l.cum possessor.cum sequentibus.ff.de cẽsibus.quæ leges non sunt obrogatæ,in quib. cõstat,& Franciam, & Hispaniam iuris Italici, & Imperatoris esse.Et quia imperium uidetur ab ipso Christo approbari,ipso dicente.Reddite q
h sunt Cæsaris, Cęsari,[h] & quæ sunt Dei Deo.Matthæi.22.Et alibi legitur in Euangelio. Exiit ædictum à Cæsare Augusto, ut describeretur uniuersus orbis.Lucę.2.cap.Et sic uidetur Imperiũ approbatum, & unicum esse, & sub illo esse uniuersas nationes, & principes vel reges non potuisse se eximere ipsa acquisitione ab ipso imperio,quia si subiectos imperio Hispanos perditos & hostes Imperii reges recuperarunt iure postliminii. Quomodo ergo dicere possumus, quod reges Hispaniæ, & Franciæ non cognoscant Imperatorem ipsa acquisitione, quia regna sua à manibus inimicorum eripuerunt, ut not. in capitulo,Adrianus.lx. distin. & quod nõ habeant Imperatorem, neque fiscum contra se ut not.gl.in cap.& si necesse. de dona.inter uirũ & uxorem. Facit quod not.Bald.in.l.1. de summa Trin.dicit quod iure diuino, pariter & hu-
11 mano,iura regis ex † auctorisabiliori titu. descendunt quam Imperatoris, & illorum titulus est catholicissimus,& etiam in exempto ab ipso Imperio.Et primo de iure diuino uideamus & certe de iure diuino nusquam legimus quod
12 Imperium† esset à Deo approbatum,neq; alia quam monarchiam Deus approbauerit ultra suam,quia per se mundũ rexerit, & sicut factorem suã gubernauit Genesis.2.Et transgredientibus,& peccantibus contra mandatum Dei,pęnam apposuit. Et habetur: Genesis.3.& 4.Et licet dicatur quòd Noe monarchiam tenuerit,& sacerdotium,ut not.in cap.licet ex sucepto.de fo.competen. per Innocen. non tamen legitur quod dominium mundi tenuerit, licet in mundo restantes gubernauerit. Regum autem dominia ab ipsa lege diuina,& antiqua,primo dominium omnium rerum fuit Dei. Nam quamuis Deus propter hominem cuncta creauit. Gene.1.& ff. de usuris.l.in pecudum, & in psalmo. Cœlum cęli domino:terram autem dedit filiis hominum.Tamen uerum est quod omnia fuerunt, & sunt in pleno dominio,Dei, ut in psalmo,Domini est terra &c.Tamen ipse Deus omnia distribuit generi humano dicens. Quãcunque terram,pes tuus calcauerit tua fit. Deuteronomi.14.capitulo. Et sic occupanti illa concessit. Et sic regibus regna sua acquirentibus,quinimo ipsa lege antiqua ipsa regia dignitas fuit inuenta, & approbata. Nam reperitur quod ipsa lege plures reges fuerunt uncti,& approbati à Deo, ut de Dauid, & Saul, & Salamone, & aliis, extra de sacra unctione, capitulo, unico. §. cum in ueteri. Et scribitur Prouerbiorum.8. Per me reges regnant,& Dauid in psalmo,Deus iudicium tuum regi da &c.Et tamen hac. l. antiqua, non legimus, quod Imperium uel mo-
13 narchiam † ultra diuinam ipse Deus approbauerit.Minus autem legis Euangelii monarchia uel imperium fuit approbatum, imò uerius reprobatum, imò regalis dignitas, fuit approbata.1.Pet.2. cap.Deũ timete,Regẽ honorificate. Et subsequitur. Subditi estote omni creaturę propter Deum,siue regi, tanquam præexcellenti,& ducibus tanquam ab eo missis,& in capitulo. solitæ.de maio.& obe.Quinimo per

Christum

Christum fuerunt omnes monarchiæ reprobatæ & destructæ, ipse enim est lapis sine manibus abscissus, qui statuam percussit in pedibus, & contriuit. Per quã statuã illæ quatuor monarchiæ figurantur, scilicet Sirorum, Persarũ, Græcorũ, & Romanorum, ut habetur Danielis secũdo. Et ibi Chrisostomus. & ideo dicitur quod eam percussit in pedibus, quia sicut pes est vl-
14 tima pars corporis, sic Romanorum † monarchia fuit ultima. Vnde illam uidetur spiritualius reprobasse, & non immerito quia omnes
1 monarchiæ initiũ p uiolentiã & vsurpationem recœperunt. dignum etenim fuit, ut per iniustitias suas Regnum de gente in gentem transferretur. Ecclesiastici. 10. capitulo. Et factum est regnum huius mundi Domini Dei nostri Christi filij eius, & regnat in secula. Apoca. 11. Sibi data est omnis potestas in cœlo & in terra. Matthæi vltimo. Vt impleretur illud Ezechiel. 77. Faciam eos gentem unam, & erit unus Rex, omnibus Imperijs, & non erunt ultra duæ gentes. Vnde glo. Daniel. dicit quod sicut a principio nil fortius Romanorum, & sic in fine nil debilius inuenitur. ¶ Et ita hodie uidemus ipsa lege antiqua, neque Euangeliorum non esse monarchiam approbatam, & regnorum regimina sic. Nec obstat quod ex diuerso potest allegari quod scribitur Matthæi. 2. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Quæ sunt verba Christi, per quę uidetur imperium approbari. ¶ Sed respondetur quod non indistincte iubentur ei omnia reddi tamquam domino, sed quę sunt sua. Nam relatiuũ (quæ) restringit inter prorogationem, iuxta. l. Cunctos populos. Et quod ibi no. de summa Trinitate, & hoc ex eodem capitulo bene probatur. Nam cum Iudæi tentantes interrogant Christum, si liceret cẽ
15 sum dare Cæsari † Primo uoluit dicere. Afferte mihi numisma cẽsus, & exhibito dixit. Cuius est imago hæc & subscriptio? At illi dixerunt Cæsaris. tũc dixit. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo: quasi suam imaginẽ sibi reddi iusserit, uel id decimis dominio præsumebatur ex suis armis & subscriptione, ut scribit Bar. in tract. de insignis & armis. Et quia imperator & si ex tyrannia id solitus erat recipere, nõ erat sua possessione spoliandus. de resti. spo. in literis, & sibi iure solui poterat. de condi. inde l. si urbana. Et quod not. Innocen. in capitulo quod sicut, de elec. & Bal. in l. 2. C. de serui. & aqua, & sic Christus fons iustitiæ. 23. quæst, 5. cap. si non licet, noluit quòd ex suo dicto imperator etiam iniuste tributum recipiens, illius destructa monarchia per Christi aduentum, priuaretur sua possessione, uel forte hoc Christus dixit tunc pro euitando scandolo, sicut pro illo euitando, ipse tributum soluit. Matthei. 18. 23. quæst. 1. cap. Iam nunc. Nam ea quæ possunt fieri, pariter & omitti, pro euitando scandalo, ab ijs est cessandum, testante Apostolo. 1. Corin.

8. & in cap. cum ex iniuncto. de noui ope. nunci.
16 † Et quod imperia & monarchiæ per uiolentiã & tyranniam sint, & citra iuris diuini & naturalis approbationẽ, probatur. Nam ut uidisti auctoritate diuina, terra per gentes fuit occupata & terrarum dominia nacta. Deuteronomi. 14. & ibi. Quãcunque terram, pes tuus calcauerit &c. Et sic capta & occupata per reges unctos, & approbatos, ut est dictum, non est dubium illorũ fuisse iure diuino pariter & humano. Ad hoc. 1. distinct. cap. ius gentium. Non ergo licuit imperatori dominia regum auferre, & terram inter eos diuisam regibus auferre, ut in diuisione facta inter Abraham & Loth, imo potest dici imperatori id quod scribitur in Prouerb. 22.
17 cap. Tibi non licuit transgredi † terminos quos
18 posuerunt patres nostri. Et inter † præcepta decalogi, nulla cadit dispensatio, inter quæ est. Nõ concupisces rem proximi tui. Exodi. 20. cap. In quo omnis rapina & violentia prohibetur. 24. quæst. 5. penale. & sic merito imperator sine peccato, non potuit iura regum occupare. & hoc de iure diuino: uideamus ergo an de iure humano imperator iura regum potuerit occupare. ¶ Et scias quod iuris humani plures sunt species. Nam nos habemus ius naturale primæuum & ius gentium, & ciuile, & etiam ius canonicũ, ff. de iustitia & iure. l. 1. §. penul. & fin. & l. ius ciuile. §. 3. in prin. Et si loquamur de iure naturali primæuo, neque fuit illo iure imperium, neque regna, quia illud ius consistit in his quæ omnibus animalibus, tam rationabilibus, quam irrationabilibus communia sunt, ut est maris & fœminæ coniunctio, & liberorum procreatio & educatio. ff. de iusti. & iu. l. 1. §. ius naturale. & 1. dist. cap. ius naturale. ¶ Aliud est ius gentium quod etiam naturale appellatur. insti. de rerum diui. §. singulorum, quia naturali ratione introductum, ex quo iure introductum est, ut quæ in nullius bonis sunt occupãti concedant, vt. ff. de acqui. rerum dominio, quod enim, &. 1. distinc. ius naturale, & insti. de rerũ diui. §. quod enim. quia ad hominum vtilitatem, Deus cuncta creauit. de usuris. l. in pecudum, et de isto iure fuere dominia distincta et regna condita, ut. ff. de iusti. et iure. l. ex hoc iure. et sic isto iure intẽtio regum est fundata et iustiorem titulum habent, cum istud ius imperium non recognouerit, et reges a iure quodammodo naturali habuerunt initium, quod ius quadam diuina prouidẽtia constitutum, semper est firmum atque immutabile perseuerat, insti. de iure naturali gentiũ. §. §. singulorũ inst. de rerũ diui. ff. de acqui. rer. do. l. 1. §. & quia. Et de his regib. scribit, quod nulli subsunt legi, sibijpsi sunt lex secundum Apostolum. Merito uidetur ergo quòd isto iure ab ipsa lege Dei confirmatum, iustior sit titulus regalis quàm imperatoris, si loquatur de iure ciuili, quorum septem sunt species (vt supra diximus) uidetur quod iustior sit titulus imperatoris,

quamuis ciuile per excellentiam intelligitur. Romanorum insti. de iure naturali.§. quotiens, qđ ius ab ipso imperatore uel populo suscepit auctoritatē.C.de legi.l.fi.ff.eo.nō ambigitur.ff. de origi. iur. l. secunda.§. exactis. qui populus in ipsum imperatorem transtulit potestatē, ut in d.l.2. cum similib. Et sic uidetur quod ipso iure ciuili sic considerato, pro ut est Romanorum ius Imperatorū, sit titulus Imperatoris iustior. Si autem consideramus ius ciuile prout est cuiuslibet ciuitatis.ff.de iusti.& iure l.omnes populi. Tunc ius regū est iustitior, qm ipsi uiuūt legibus suis, & non vtuntur legibus imperij. Sed
19 si consideramus ius † ciuile, prout est Romanorum, illud ius non est habile ad fundand. intentionem imperatoris, quoniam eis non crederetur in causa propria, nec sunt iusti iudices, ex quo sperant emolumentum, uti no. in l. de iure. ad municipales.¶Ad primum.l.omnibus. C. de testibus, cum simili. Et sic credi non debet illorum dictis quorum reprobantur auctores, de hæreticis.cap.fraternitatis. Et de testi.cap.licet ex quadam. Nec plus debet credi mortuæ
20 voci quàm uiuæ. Leges enim sunt mortuæ voces principis, ipse autē est uiua vox, in auct.de consulibus.§.fin.colum.4. & sic cum populo Romano, uel etiā imperatori id affirmanti, non esset
21 credendū. quia in facto † ,pprio in quo nullus est testis idoneus.ff.de testib.l.nullus. Et ipsi sic dici potest. De te ipso testimonium perhibes, testimonium tuum uerum nō est, & sic nō mirum si imperatorū rescripta, principes reijciant, ut in d.c.fraternitatis, & c. licet ex quadam. Et ex illorum dictis non possunt Imperatores fundare ius suum, nec suam iurisdictionem, maxime cōtra legem Dei ut no.in c.cum inferior.de maio. & obe.& in l.ille a quo.ad Trebel. neque contra ius naturale quod inconmutabile permanet (vt est dictum) Maxime quia si ipsi uolunt suum dominium fundare, etiam suo Romano iure non procedit contra leges illorum fundamentum, imo ex suis Romanis legibus, & ipsorum imperatorum possumus ius imperatorum reprobare & sic possumus dicere quod ex illorum codicibus conuincimus eos.45.di.ca.qui sinceram. nā imperator non potest se dominum mundi probare de iure gentium, uel ciuili, prout est necessarium.l.in rē actio.ff.de rei vēdi. Quia ius quod a populo ipse imperator prætēdit habere, cum iure non tuetur, quoniam populus plus iuris in eum transferre non potuit quam ipse habebat. ff.de acqui rerum dominio.l.traditio.de re.iur. l.aliud §.absurdum.de iure patronatus.c.quod autem. Sed populus non habuit dominium sup alias nationes, ergo neq; imperator. Et haberet populus uel imperator, de dominio allegās id probare, alias debet sequi absolutoria, etiam si possidens non sit dominus. C.de rei vendi. l. ultima. cum ergo Reges Hispaniæ sua regna possideant, Imperator dominium Regnorum allegans deberet de illo docere, & cum non doceat, debet de iure succumbere. Et etiam pro regib. facit, quia populus dominium potestatem & iurisdictionem quam habuit fuit usurpatus, & sic uitiose imperator transeunt. Nam Romana ciuitas fuit cōdita p duos Romulos frattes, q. ambo reges fuere, q p cōstructionē & populationē ciuitatis, nacti sunt iurisdictionē.ar. in auc.de q̄store.§.si uero forsan.col.6. & quod no.in capit. quid per nouale.de uerb.sig. per Ioan. Andr. Et sic dominium eorum æquiparatur.ff. de sta.ho. l.qui furere, & unus alium occidit, quia contra suum fecit interdictum, ut in l.fi.de rerum diuisione.& 7.q.1.c.in apib. & quod habetur in l. 1. in principio.ff. de origine iuris. Et sic ante fuit dominium regum ipsa urbe ædificatum quam populi. Populus autem suum regem & dominū expellendo iram Dei contra se prouocarunt, 7. quæst.prima.capitulo denique, & in crimen ceciderūt lesæ maiestatis, ut in tit.ad.l.Iuliam maiestatis.C.& ff.maxime in l.3.§.qui se imo imperator utens illis insignib. regalibus puniri debebat, per l.sacri affatus.de diuersis rescriptis.& in l.1.C.ut dig. ordo. seruetur. Et sic neque popu
22 lus neque † ipse imperator ab eo se possunt dicere, neque dominium, neque iurisdictionem habuisse. Nam ius dicitur quod iustum est. 1.distin.ius naturale, & quod populus expulerit dominum suum, nec fuit iustum neque licitum, & sic nō potuerunt aliquid iuris in Imperatorem transferre, quod nō habebat ipse populus. & neque dici potest quod per occupationem quæsiuerit iurisdictionem, quia ea quæ sunt imperij non queruntur occupatione. de Sacrosan.eccle.l.discernimus. Et usurpatio officiorum prohibita est, ut in l.2.C.de ex.& exactoribus.li. 12. Neque populus, neque impetor ab illo causam habens habentes minus iustum ingressum dignitatis uel officij, se possunt tueri præscriptione, ut l.si quis decurio. C. de decurionibus. lib.10. Et facit.l.cum qui.eo.titu.& quia malam fidem dicitur habere imperator & eius successores, & sic non præscripsit, ut iura dominii uel iurisdictionis uniuersalis, quia possessor malęfidei non præscribit, ut in c.fi.de præscrip. ¶Non obstat si dicatur quòd qui in alterius locum succedit iustam habet ignorantiæ causam.ff. de regu. iur.l.qui in alterius. Quia hoc esset verum ubi ageret de ignorantia facti, sed causa cōsistit de uiolentia per iura, ut in iuribus iam allegatis, & iura sunt certa vt.ff.de iuris & facti ignorātia.l. 1. in omni tēpore, potius est hæc ignorātia tam iuris quam facti, quæ in præscriptionibus non prodest, ut ff.de usuc.l.nunquam. & ff. de iur. & facti ignorantia, l.iur. igno. & ideo omnes uidentur esse successores uitiorum & culpæ. digestis, de diuersis & tempo. præscri. l. cum habes. & de fruct. & lit. expen. l. secunda. Et sic ius Imperatorum, uidetur ex proxime dictis reprobari prorsus. Et hoc ultimo uidetur concordare

concordare Oldra.in suis consiliis, consilio 69. Sed saluo honore non videtur bene dictum Nam quàmnis a principio non habuerit bonum ortum imperium, ab ipsa populi concessione, quę proprie concessio appellatur, ut not. Bal..in l.non ambigitur. ff.de legibus. & in l. manumissiones.ff.de iusti.& iur. Attamē nō est dubium quod attento tempore, cuius initij memoria in contrarium non existit, ius Imperatoris sit radicatum,ut in l.hoc iure.§. ductus aquæ.ff. de aqua quotidia.& æsti.& in l.1.§.fi. & quod ibi no.ff.de aqua pluuiali arcenda. Maxime hodie, quod ad Imperatorem eligendum,tam de iure,
k quam antiqua consuetudine, sunt dati septem[k]
23 †electores,tres ecclesiastici, scilicet archiepisco-
l pus Maguntinus[l] & Coloniensis, & Treuerensis. Et quatuor laici,scilicet Comes Regni,Dux Saxonię, Marchio Mardeburgensis, & Rex Boemiæ, Olim Dux.Vt no.in c.ad Apostolicæ.de re iudica. li.6.& declaratur ab ecclesia & Summo Pontifice Rex Romanorum, & illius persona approbatur, vngitur & coronatur, & iurat:ut in c.uenerabilē de elec.& in cl. Romani principes. de iureiuran. & sic non est dubium hodie Imperatorem Romanorum habere iustum titulum.Sed forsan Oldra. voluit sentire de tempore concessionis a populo. Sed licet Imperium sit ab ecclesia approbatum,& ungitur ab ea ut est dictum,sicut de regi-
24 bus diximus:tamen non approbatur †vt habens uniuersalem monarchiam, & quin aliqua Regna ab illius dominio non sint iure abstracta, nam cum Imperium Romanorū incępit (ut diximus) plures erāt Barbarę nationes, & aliæ quæ nō erāt sibi subiectæ,imo erant hostes populi Romani & Imperij.Et certe si ipse populus uel Imperator illas iure belli acquisiuisset,fuissent factæ suę. ff.de captiuis.l. postliminium. & l. hostes. Multo ergo magis Hispaniæ potuerunt occupare sua,quę uel nunquam fuerunt Imperii, uel habita pro derelicto & obliuione dominio perdito ab ipso populo & Imperatore, ut not. in l. peregre.de acqui. pos.& ff.pro derelicto. l.1.& illorum possessione perdita,quia iuste suspicabatur populus & Imperator se minime admitti,ut in l.clām possidere.§.qui ad nundinas.ff.de acqui.pos.& sic illa ab Imperatore non debent recognoscere.Neque obstat.ff.de captiuis.l.si captiuus, quia si tempore quo illa iura belli Hispaniæ Reges habuerunt nō erāt in dñio Imperatoris nec rediecerūt iure postliminii ad dominium cuius non fuerunt ut est dictum. & sic non obstat dicta.l.si captiuus.Maxime quia dñi Hispaniæ reges, sine adiutorio Imperatoris proprio sanguine & cum multis expen
25 sis & periculis terram† acquisiuerunt,ut no.in c. Adrianus.63.dist.Et sic dominium & iurisdictionem ipsa bellica acquisitione habuerunt, sine eo quod recognoscat Imperium.¶Nec obstat quod dicitur quod imperator est dominus mundi.in l. deprecatio.ff.ad l.Rhodiam,de iactu.& in l.bene a zenone.C.de quadriennij pręscrip.quia quamuis hoc dicat Imperator, cui non est credendum ut est dictum,tamen suo dicto non obstante,ipse Imperator fatetur alibi quòd multi erāt subditi & aliqui erant hostes,aliqui fœderati, aliqui Reges,alij amici.ff.de captiuis & postliminio reuersis.l.postliminiū,& l.non dubito.C.de summa trini.l.cunctos populos.& de commer.& mercan.l. mercatores. Et quod ibi nota.& in proemio digestorum,in prin.vbi omnem nostræ Reipublicæ & de nouo.C.cōfirmando.l.1.in fi. ubi nostro subiectus imperio,& ibi no.Minus obstat quod dicitur quod imperium fuit a Deo cōstitutum, quia hoc non reperimus, neque L.ueteri, neque noua, vti uidisti,illud aut dictum quod Imperium a cęlesti maiestate traditū dicit in aut. de non alien. §.si minus,potest intelligi,idest Deo permittente ,quia omnis potestas à Deo iuxta uerbum Christi.Ioan.18.cap.non haberes potestatem in me, nisi data esset tibi desuper.¶Neque obstat quod legitur de iure canonico,quod ecclesia de Gręcis transtulit in Germanos Imperium,& quod Imperatorem cōfirmat & coronat.de elec.venerabilem de iureiur.c.Romani. Et quod ibi no. in clemen. quia per hoc nō probatur quod illum approbet ut mundi dominum,quia ecclesia neque in trāslatione,neque in confirmatione plus iuris sibi tribuit quam habebat, quia plus non tribuit per cōfirmationem.de confir. vtili uel inutili.ca.1.& 2.¶Nec obstat cap.in apibus.7.q.1.quia illud.c. non probat quod Imperator totum habeat gubernare, nec dicit quod in Imperio sint duo Imperatores,sicut aliquando fuerunt.ff. de pactis.l. Imperatores,neque quod in uno Regno sint duo Reges, sed quod in Imperio sit unus Imperator,& in quolibet Regno unus rex cui datum est gentem suam gubernare.23.q.4.c.duo ista, & sic ex illo.c.iuncto,dicto c.ista, permitti uidetur diuersitas dominorum in orbe,sed non in una prouincia,& hoc ea ratione,quia q dominandi cupiditate inflammatus, uel fastu dominationis elatus non desiderat habere consortem.23.quæst.7. cap. quod autem, & ideo secuta est mors inter duos Romulos fratres,ut habetur in dicto.c.in apibus,& in l.fi.de rerum diui. Et sic uides quod ex dicto ca. non prohibentur in orbe diuersa dominia.Sed quod in quolibet Regno sit vnus Rex disponitur,ut etiam uides in exemplo ibi posito Nam vnus apes,nō est rex omnium apium, imo in quolibet vase unus est rex. Nec omnes grues de mundo sequuntur vnam, sed una congregatio sequitur unam,alia aliam.¶Neque officit qđ est allegatum ,quod Imperatori omnia licent, vt vides notatum.in l.fi.C.si cōtra ius uel vtili. pub. & in c.quæ ecclesiarum, de consti. & quia ut ibi uides dominium†rei meæ tollere non potest sine
26 causa,& tunc aliquid donat honoris gratia possessori.ff.de rei vind.l. Item si uerberatum. & de euic.l.Lucius, quod vtique non facerent si omnia essent sua. Neque obstat capitul. quo iure. octau. distinct. ubi dicitur quod iura humana

Imperatorum sunt, quia non solum Imperatorem, imo & Regum sunt, ut probatur ex eodem textu, vbi per Imperatores & Reges seculi & ibi per iura regum possidentur possessiones Non obstat quod Imperator habeat potestatem per electionem populi, quia & alij principes per electionem etiam assumuntur, vt apparet in Saul primo Regū.c.9.& 8.q.1.c.Moyses. Et ibi no. quia non omnes principes assumuntur per electionē: quia aliqui per successorem.7.quæstio.1.ca. denique.& quod ibi no.extra de supplen.negligen. prælа.c.grandi.lib.6.& ibi per Innocen. & Archidiaco.& ita est communiter in Hispania, deficiēte tamen legitima successione ius electiuum ad ipsum populum pertinet secundnm Bald. in l.ex hoc iure, de iusti. & iure.& posito quod possit sibi eligere Principem & Imperatorem, non tamē illa iura probant quod possit eligere principem qui dominetur toti mundo, quia posito quod possint sibi eligere dominū, nō per hoc sequit, quod possint aliis eligere dominum. Et unde potestates ortum habuerunt, uide in summa collationū 2. parte. cap.2. ¶ Neque obstat quod dicitur, quod sub imperio sunt omnes nationes. 11.q. 1.§. Hæc si quis, quia illud est dictum Gratiani, qui refert Imperatorem Carolum sic dixisse. Nam ut supra uidisti, plures erant nationes hostes imperii, & aliæ fæderatæ.& hoc bene probatur per tex. iuncta glo. in clemen. pastoralis, de re iudi. & glo. super uerbo, districtum, ubi est tex. quod † Cicilia
27 est extra districtū imperij, & quod dn̄s Rex nr̄ rex Ciciliæ non recognoscit Imperatorem in dominū. ¶Non obstat quod dicitur quod totius mundi obtinet monarchiam.12.q. 2. futuram. Nam ibi dicitur quod principes Romani, qui totius mundi monarchiam tenebant. Nam non negatur quin tenuerint, & tamen non sunt nunc do-
28 mini, quia licet iura † subiectionis, non possunt præscribi a priuato, ut l.comperit.C.de præscrip. 30. annorum, tamen ab alia ciuitate & principe bene possunt pręscribi, ut no. Archi. in c. placuit, 16. quæst.3.& quod no. in l.1.§.fin.ff.de aqua plu. ar.per Bar.& alios. & quod not. in c. cum contingat. de fo. competen. per dom. Anto. Non obstat. 11.q.3.c. Imperatorum vbi uidetur dicere quod qui præceptum Imperatorum contemnit, iudicium sibi acquirit, & inter homines pœnas luit, & apud Deum frontem non habebit, quia non loquitur tantū in imperatore, sed in alio quolibet principe veritatē inhibentis. & probatur per id quod sequitur, quod facere uoluerit quòd ei p quod regis ipsa ueritas inserit, cor enim regis in manu Dei est, & ubi uolet inclinabit illud, ut in epistola, inter claras, & sic intelligit c. qui resistit ea. causa & quæstione. Non obstat glo. in c. per ue
m nerabilem, ubi dicitur quod rex Franciæ [m] facto
29 non recognoscit† superiorē, quia nec de facto neque de iure, ut patet per prædicta. neque obstat dicta glo. in dicto.c. per uenerabilem. Primo quia contra textum. Secundo quia eorum dicta, licet sint rationabilia, nō tn̄ sunt auctorisabilia. 9. distinc. deniq; 11.q.3. nolite. Et ibi Archi. & quod no.ff. de offi. pręsidis.l.sed licet. Maxime, quia suspitionis ratio, patet, quia dicti glosatores erant Alamani, vt Ioann. teutonicus, & alij Italici, qui fecerunt dictas glosas, & illam feudi, in c.1. in prin. de pace tenenda, & iuramento fir. quæ allegat.l. 1.C. de offi. prefecti Aphr. Sed Hispani notauerūt contra.63.distin.cap. Adrianus, & etiam Vincentius, & Io. de Deo. de dona. inter uirum & vxorē c.& si necesse.& pro istis facit quod no. Innocen. in c. quod super ijs, de uoto. dicens quod infide-
30 les qui terram habuerunt, † conuersi ad fidē Domini, ēt iurisdictiones retinuerunt. Et sic iure, dixit dominus Rex Iacobus, quod omnia a principio sua fuerunt in uero & totali dominio ex ipsa belli acquisitione, & sic ex iure gentium, de iusti-
31 tia & iure. † Merito rex in traditione suæ rei, illā potuit lege afficere & conditionem apponere. ff. de pactis. l. in traditionibus. ff. de contrahenda emptione.l. si quis sub hoc pacto, ut bona de Realenco, ad quemcumque transeant, etiam ad clericum, subeant onera regalia & uicinalia, & quod
n in manum mortuam scilicet in ecclesiam [n] non potest transire, sine principis iussu, & licētia quasi a principio bonis affectis ipsi legi regni. Sed nonne hoc est contra ecclesiastiacam libertatē [o]
o Et sic non valent tales forales dispositiones. C. de Sacrosanct. eccle. auctentica causa, & c. quæ in ecclesiarum. de consti. Et quod not. Bald. in auctētica, iam nulla communitas. C. de episcopis & clericis, dicens similia esse in fraudem ecclesiasticæ libertatis. Ad quod facit c. nouerit. de sententia excommuncationis. Sed Dominus Bald. dixit in l. rescripto. §. finali, de muneribus & honorib. quod antequam bona transeant in ecclesiam pos
p sunt sic affici, ut transeant cum honore † & tunc contribuunt, ut si essent bona laicorum tanquā iam primum affecta. Et istud dicit colligi ex nota, per Innocen. in cap. postulasti. de foro competen.& ita dicit quod fecerunt Perusini. Et dicit quod Eugubij tenuerunt unum alium modum securum, quod quilibet ciuis & comitatensis donauit communi omnes possessiones quas habebat designando illas per confines, & illas possessiones recipiebant a communi tributarias, & in hoc residet Bald. tamen hoc limitat uerum in l. placet.C. de Sacrosanct. eccl. quando illa affectio uel indictio est facta a principe, quia tunc, bona restant affecta tributo, & si transeant prædia in ecclesiam. Et sic secundum ista dicta satis videtur tollerari quo ista bona quæ a principio fuerunt in pleno principis dominio, sicut. l. dicta affecta vt non possint transire sine honore regali, & vicinali, & cum iurisdictione Regia, etiam in ecclesias, uel clericos. Sed quomodo lex ciuilis, uel patriæ poterit disponere, quod ecclesiæ, uel monasteria, uel Sancti non possunt acquirere bona citra Regiam licentiam, etiam cum dictis oneribus, quoniam

niam hoc uidetur esse contra libertatem ecclesiæ, ut uidetur notari in l.Deo nobis. de episcopis & clericis,& quod no.in l.fin.C.de pactis. & in auct.de sanctis.episcopis.§.nullam.& §.interdicimus. Nam ibi tex.dicunt, quod per ingressum religionis,filij nõ possunt priuari legitima bonorum successione, quod fori in hoc regno prohibent expresse, dicentes quod filij uel monasterium ab intestato, neque ex testamen-
32 to † succedant in bonis patrimonialibus, vel parentum,quod videtur contra libertatem ecclesiæ. Et sic merito talis patriæ lex non videtur valere,cum talis lex retrahat homines ab ingressu vitæ contemplatiuæ, & sic uidetur turpis, & inhonesta, arg. in aucten. de sanctis. epi. §. sed hoc præsenti initio.cap.erit autem lex.4.distin. & in cap.1.de consti. lib. 6. Doctores altercan-
33 tur in hoc an valeat lex vel statutum quod † ingrediens monasterium non succedat,transeunt
q communiter cum hac distinct. [q] quia aut statutum uel lex disponit de ingrediente per hæc verba, ingrediens monasterium, uel si quis intret monasterium,sit priuatus iure successionis uel non succedat. Et tunc dicunt statutum valere,quia non disponit circa clericum, & circa laicum, & sic circa personam sibi subiectam. Nam laicus est ille qui intrat religionem, merito de eo lex laicorũ potuit disponere, sicut dicimus quod quis uiuens,moritur,ut in l. q duos. ff.de manu.testã. Et sic eo casu dicunt obstare aut.cassa. C. de sacrosanct. ecclesi. & auc. nisi, ad Trebel.quia ibi grauabatur si monasterium ingrediebatur: in casu superiori lucrum auffertur,non ius iam quæsitum grauatur, arg. de cõdi.& demo.l.titio centũ.§.1. ¶Si vero statutum uel lex disponit de iam ingresso,per hæc verba. Si quis fuerit ingressus monasterium,& tunc dicunt non valere statutum, quia non posset auferre clerico, uel monacho, uel monasterio ius suum,& esset contra libertatem ecclesiæ, ut dicta.l.Deo nobis,de epi. & cle.arg. de manumissis testã.l.stichus.Et ratio quare in dicto primo casu valeat statutum,patet, qa hoc possunt laici inuicem paciscentes saltim cum iuramento,
34 ut in cap.2.de pac.lib.6.ergo potest fieri p † statutum ut no.in rub.de decur.lib.10.secundum Bar.in l.fi.C.de pact.& in l.Deo nobis.de episc. & cle.& in l. Si is qui.ff.de iure fisci.Sed Bald.in dicta.l.fina.C.de pactis.dicit quod dictum statutum non valet quo ad legitimam filiorum,
35 quia illa non deferetur,ut † lucrum,sed vt debitum, ut no. in l.prima.C. de iuris & facti igno. Et ideo dicit Bald. quod in eo, quod est supra legitimam potest saluari distinctio Bartho. ut idem possit pater testando quod lex statuendo,& hoc dicit verum credere. nõ obstat quod pactũ est fauorabile, sed statutum est odiosum, nam propter religionem non debet quis consequi pęnam priuationis.Non enim delinquit, sed meretur ingrediens,ut in auctentica de sanctis.episcopis.§. sed hoc præsenti. coll.8. pactũ autem ideo est fauorabile, quia fauorabiliter fit argumen.extra de dona.capitulo, cum dilectus. ¶Sed uidetur quod etiam ultra legitimã non valeat statutum,quia est inhonestum, & retrahit homines ab ingressu religionis, & sic electionis uitæ contemplatiuæ contra. §. sed hoc præsentis,in auctentica de sanctis.episcopis.Et hoc uidetur tenere Matthesis de Mathal.suo notabili.151.dicens, quod statim cum quis incipit ingredi, ut qnia assumit habitum nouitiorum,vel nouitiarum,quis proprie dicitur ingrediens. Nam ingressus dicitur demum post professionem expressam uel tacitam, & videtur ppetuo obligatus religioni in genere uel in specie, ut in auctentica,ingressi. C. de sacrosanctis ecclesijs. & dicitur effici ecclesiastica persona vt in cap.religiosus, de sententia excommunicationis.lib. 6. Et sic merito non potest ligari statuto uel lege seculari secundum eum in dicto notabili,¶ Aduerte,& est subtilis, & singularis limitatio ad iam dicta. Nam aut princeps de per se citra populi consensum statuit, siue ꝓhibendo successionem ante ingressum, si siue post,& nõ ualeret statutum,quia tunc esset contra libertatẽ ecclesiæ,& quia inhonestũ. De primo aut hẽt causa.C.de sacrosãct. eccle.&aucten.itẽ nulla cõmunitas.C.de episcopis,& cle. & dict.ca.nouerit.de sen.excom.& in §. sed hoc præsenti,in aucten.de sanctis episcopis.col.ultima. ¶De secundo in dicto.c.erit autẽ lex,4. distin. & sic siue loquat intra legitimã siue ultra. Ex quo per ipsum statutum,retrahuntur homines ab ingressu uitæ contemplatiuæ non ualẽt limites,nisi quando princeps ad id statuendũ, moueretur ex aliqua causa, vt puta pro conseruandis bonis,& hæreditate in filijs masculis,ex-
r clusa filia fęmina monasteriũ ingrediente. [r] Nã tunc ex quo est iusta causa id statuẽdi,scilicet ꝓ conseruatione domus, & agnationis, & licite statuitur, saltim ad id quod tali filiæ pertineret,saltim ultra legitimam,& hoc est quod satis confuse Bald.sentit, Butrigarium limitando dixisse in,l.Deo nobis,de epis. & clericis. Et sic limitando posset intelligi quod prædicti Bald.& Matha.sibi contrarij dixere in locis desuper allegatis.Si aũt princeps consensu populi id statueret iuxta no.in l.non ambigitur.ff.de legib. tũc qa ipse populus in dictis successorib.sibijpsis posset præiudicare per pactũ.ut in c. quãuis pactũ,saltim cum iuramẽto,de pactis.lib. 6. Et id possunt per legẽ in quã consenserunt, iuxta no.ff.de pactis.l.nõ impossibile.in glo. & Rub. ff.de decretis decurionum, habita differentia, de qua dixit Bald.in d.l.fi.C. de pactis. an disponat vltra legitiman, uel intra, quæ distinctio satis est ęqua.Sed etiam dictum suum tu potes limitare, nisi lex talis p ingressum diminueret legitimã, quo casu ẽt caderet in potestatẽ statuentiũ,iuxta no.in regula,indultũ,de regu.iuris

ris & in l. sancimus. C. de nuptijs. per Bald. & in l. cũ legis. C. de epi. & cle. & in auct. inuitis autẽ, quia ex quo statuta ualent, maxime cõsensu po puli facta super diminutione legitimę, etiam p illud ingrediens qui statuto consentit uel præsumitur consensisse, ut not. in Rubrica quæ sit longa consuetudo, sibi præiudicauit, & hoc est de iure communi, sed de iure fororum huius regni, latius patet potestas principis in statuendo, quod bona de realenco non possint peruenire ex successione ex testamẽto, uel ab intestato ĩ monachũ uel monasteriũ. Et hoc ideo, quia vt est dictum, omnia bona de realenco fuerunt à principio principis, & ipsa lege sunt bona affecta à principio, quod in dominium ecclesiæ
36 † transire non possunt citra regiam licentiam, quæ uulgo amortizatio, appellatur, quam conditionem princeps potuit apponere, & legem dicere, quemadmodum si omnimodam alienationem prohibuisset ipsam rem afficiendo, & obligando. ff. de condi. ob causam. l. ea lege, & qđ ibi no. & in l. si ita stipulatus. §. ea lege. ff. de verbo. obliga. & in l. si qs sub hoc pacto. de contrahen. emp. & sic in illis bonis vbi alienent reseruabit sibi manus iniectionẽ, quod potuit, & sic merito potuit priuare ingredientem monasterium successione cum bona per eum quærerentur monasterio, ut in aucten. ingressi. de sacrosan. ec. & nedum dominio, sed in possessione vt not. in l. si adoptauero. ff. de præcario, quod est à lege regia dictũ per dominum regẽ ab initio vetitum, & prohibitum esse censetur. Sed an est talis lex cõtra charitatem, quod ecclesiæ uel loca pia illa bona non habeant, & certe uidetur qđ non. quia, ut dicit Bar. in dicta. l. rescripto. §. fi. quod causa iusta statuendi, est, ne omnia bona ueniãt in ecclesiã. Et ideo princeps iam sibi
37 reseruat, ꝙ cum eius licentia possint pia † loca quærere, uel acquirere, ut possit uidere, & scire quæ bona transeant in ecclesiam, & maxime, qa forus ęditus super hac prohibitione successionis in foro incipienti si alginorra. de intestatis. est factus cum consensu curiæ, & sic brachii ecclesiastici, qui pro bonis suis in curia intercedũt, & pro talibus bonis clerici sunt donis temporalibus obnoxij. 11. q. j. c. si quę causæ. §. cum igitur ut diximus supra, in Rub. de ordine standi, uel sedendi in curia, & sic merito omnes etiam futuri tali legi curiatæ præsumuntur consensisse, ut not. in Rub. quæ sit longa consuetudo. Merito talis forus non uidetur neq; contra libertatẽ ecclesię, neq; ꝑiudicialis ecclesiæ, imò pro statu laicorũ obseruãdo, & ne omnia bona citra principis, & omniũ dominorum licentiam transeãt in ecclesiam. Sed uidi dubitari. quid si monasteria habeant licentiam possidendi bona de Realenco, quibuscumque titulis, ad hos perueniãt nunquid tali casu aduenięte successione paterna ad filium religiosum, & sic ad monasteriũ ex illius persona poterit illam successionem capere, qđ uidetur, tũ, qa de iure id potest monasterium capere ex persona monachi, in dicta auct. ingressi, & in auct. si qua mulier, & in cap. in pręsentia, de proba. & quod ibi notatur. Et quia tẽpore delatę successionis erat habile monasterium ad acquirendum. Et sic sublato impedimento inhabilitatis acquirẽdi uidetur, qđ pos-
38 sit succedere, quasi cessante † causa dispositionis debeat cessare, & dispositio. ff. de iure patro. l. adigere. §. quamuis: & quia sufficit, quod delatæ successionis fit habilis successor, & quod capere possit, de hęredi. insti. l. in tempus, & melius in. l. si alienum. §. in extraneis, & de acqui. hære. l. si seruus eius. cum ergo tempore delatæ successionis monasterium sit habile, sequitur quod poterit succedere. Nam ex quo successio defertur eo tempore, quo potuit habere efficax principium monasterio habilitato per licentiã regiam, merito ad illud statutũ debemus referre, ut actus ualeat. ff. de dona. inter virum & uxorem. l. si eum, & in c. de uxore. de sepulturis. Et quia ex quo monasterium principis beneficio utitur reintegrando illud, & habilitando perinde haberi debet, ac si medio tempore habile fuisset. l. finali, in fine. ff. de natalibus restituendis, facit. l. quæris, eo. ti. & quodam iure antiquo uidetur gaudere habilitatione facta iuxta. l. si qs filio. §. si pater, de iniusto rupto. & pro hac parte facit auct. idem de Nestorianis. C. de hæreticis, vbi non capaces tempore delatæ hæreditatis, si demum sint habiles bona recuperant. Sed in contrarium uidetur facere, quia superueniens
39 habilitas † super ius quæsitum alijs de parentela, non potest religiosis prodesse, arg. l. finali. §. quod si forte. C. de episcopis, & clericis, & in l. finali. C. sentẽtiã pas. & in cap. quãuis, de rescriptis, lib. 6. & l. prima. §. vlt. ff. de contratab. Sed ius est quæsitum per forum agna. & cogna. merito etiam per monasterium habilitetur ad possidẽdũ bona de Realenco, talis habilitatio nõ præiudicat ijs ad quos hæreditas est delata. Ad hoc not. per Bart. in l. Gallus. §. quid si tantum. ff. de lib. & post. & qđ not. in ca. per uenerabilẽ, qui filij sint legitimi. ¶ Item quia forus inhabilitans monachos uel monasteria ad successionem, est factus per dominum regem cum curia, merito inest consensus, populi, saltim præsumptus, ut notatur in. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & in Rubrica, quæ sit longa consuetudo, per gl. & l. si ex dolo. ff. de dolo, & in l. municeps, & in l. quod maior. ff. de munic. Merito populus per pactum saltim iuramento uallatum, à tali sucessione se potuit excludere intrando religionem, iuxta cap. quamuis pactum, de pactis lib. 6. Quid dicendum, quoniam quotidianum est dubiũ, & pendet de facto, uidetur dicẽdum, qđ si quæramus de successione testamenti, & temporis conditi testamenti, & aditionis, monasterium non esset capax. etiam quod ex post ueniret habilitas, ius esset quęsitũ cognatis

vel

vel agnatis: & non posset monasterium recuperare, quoniam illis temporibus habilitas est necessaria.l.si alienum.§.in extraneis.ff. de hæred. insti. Si autem his temporibus erat iam monasterium habilitatum, per licentiam regiam, tūc monasterium possit succedere ex persona monachi, quia habilitas fori est sublata, & nulli prę iudicatur, & hoc satis induit forus in additione, quod possit pater sibi relinquere ex sui uoluntate, & quod bona transeant cum onere, quē admodum transeunt habita amortizatione. Si quæramus de successione intestati, & tunc autē stante inhabili monasterio, cognati vel agnati adiuerunt hæreditatem, per quem dominium quæsierint.l.cum hæredes.ff. de acqui. poss. tūç in iure eorum preiudicio non valet habilitatio, neque eis præiudicat ex post quæsita amortizatione, & ad hoc faciunt iura allegata, cap. quāuis, de rescript.lib.6.&.l.finali, senten. pas. & l. prima, capit. ult. de cōtra tabul. cum iuribus allegatis, per Fredericum de senis suis consilijs, 26. & 27. vbi tractat de hac materia. Si autē antequam cognati uel agnati adirent monasterū habilitaretur, & tunc quia illis efficaciter non erat ius quæsitum, quoniam solum habebant ius adeundi, quod non est in bonis.l.prætia rerum, circa medium.ff.ad legem falcidiam, & in l.si sponsus.§.si maritus, ff. de dona. inter uirum & uxorem. Tunc habiliato monasterio poterit succedere saltim usque ad legitimam filio pertinentem, ut in aditione fori. Et ad hoc facit decisio quæstionis motæ per Bald.in.l.Deo nobis de episcopis, & cle. & illo, qui decessit relicto filio fratre † minore, quod monasterium est incapax successionis iuxta cle.exiui, de uerbo.signi. tamē antequā alij uenientes ab intestato venirēt & adirent hæreditatē, iste filius factus est episcopus, an possit adire, & illis quibus erat ius delatum auferre hęreditatem. Et refert Fredericum de senis, illam quæstionem habuisse, ut ipse refert in suis consilijs cōsi.27. & ibi refert opinio, quorumdam doctorum; nam aliqui dixerunt, quod licet esset res integra quantum ad ius delationis, quia delatum erat ius adeundi alijs cognatis, ergo firmiter debet residere in eis, ut in regula iuris. id quod nostrum. pręterea superueniens capacitas nil operatur post ius quæsitum alteri, ut in l.fina.§.quod si forte.C.de episcopis & cle. Non obstat secundum Bal. de hæreti.C. in auct. idem de Nestorianis, quia ibi solum superuenit † capacitas, sed superuenit restitutio in pristinum statum: in dicta quæstione solum superuenit capacitas, facit, secundum eum quod notatur in l.Gallus.§.& quid si tantum, de liberis, & posthumis, cū similibus. Sed dicit, quod his non obstantibus domi.Fede.secundum Bal. in illam partē quod possit episcopus, qui prius monachus, erat uel monachus, qui est factus, postea capax possit succedere; nam ut Bald. dicit dignitas superueniens, est quædam motio prioris obstaculi, vnde sicut filius legitimatus re integra succedit secundum consilium Dini. Ita iste idem quasi legitimatus, & habilitatus omnibus sequentibus obstabit, Ideo quasi ad suam naturam reuersus ne in imagine naturæ veritas obfuscetur, arg. ff. de libe. & posthu. l. filio quem pater, Nec obstat secundum Bald. dicta, l. id quod nostrum. ff. de regul. iur. quia ibi loquitur de iure pleni dominij. Sed est quædam facultas quæ nondum in bonis nostris connumeratur, ff. ad. l. falci. l. prætia rerum, circa medium, quod dicit Bald. sibi multum placere. Sed quomodo respondebis ad ius quæsitum ex iuris dispositione cognatis uel agna: quomodo per sequentem habilitationem potest tolli, qa nil aliud fecit forus, nisi tollere successionem monacho, & monasterio, quod ex causa potest, ut supra vidisti fundatum. quomodo ergo contra legem in contractum transeuntem poterit fieri habilitatio, maxime, quia id uidetur foro los caualers quals coses puxen esser alienades.

42 Et quia princeps † nequit agere contra legem in contractum transeuntem, ut in glo. singu. in auctēn. de defen. ciuita. §. nulla. col. 3. quam multum commendat Bald. in. l. digna uox. C. de legibus. quomodo ergo dicta principis habilitatio poterit monasterium integrare, & capacem facere? posset dici, quòd causa inhabilitationis monasterij solum est, quia bona de Realenco nequit possidere circa amortizationem de foro cessante, ergo illo impedimento uidetur lex cessare, ut in dicta. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. sed hoc nil est dicere. quoniam ut in titulo vniuersali esset habilis, ut in bona immobilia posset succedere, sed foro vetatur. Sed posses dicere quòd ius legitime non est sibi uetitū, ut in additione fori. Et sic data habilitatione statim uenit successio, nec est verū quod esset ius quæsitum cognatis uel agnatis ante aditionem, sicut dicimus in illegitimo facto legitimo ante aditionem, iuxta consilium Dini. & tāgit Bald. in dicta. l. Deo nobis, quod legitimis non est ius quæsitum, imò uenit legitimatis, & tamen de foro, & iure prohibiti erant succedere: nam antequam adeant, non sunt domini, ut in l. cum hæredes. ff. de acqui. poss. Et sic princeps reintegrando, & habilitando monasteriū ante aditionem, & iam fortius si ante mortem testatoris monasterium succedit. Non obstat forus, los caualers, quia ille non reprobat nisi priuilegium ante factum, concedendum, non reprobat. ad hoc de rescript. capitulo finali, lib. 6. maxime, quia ut uidisti dicti fori sunt aliquantulum exorbitantes, & ut non habentes iustitiam naturalem facillime & princeps in eis dispensat, facit quod notatur in. l. digna uox. C. de legibus: Nec est uerum quod infringatur lex in contractum transiens, sed ut illa non obstet fit per principem habiliatio, ut dicimus in spurio legitimato. nam cum legitimare non est

est contra legem prohibentem eum succedere, sed eum habilitare, ut possit succedere: quod princeps potest, uide late, scripta, in dicto capitulo, per uenerabilem, qui filij sint legitimi, & etiam de foro non est uerum quod ante mortem neque ante aditionem sicut ius quæsitum ex foro, quia etiam ex pacto non quæretur neque posset queri agna. vel cogna. ius ante mortem, ut in l. pacta, & ibi notatur in glo. C. de pactis, & in l. pactum, & quod ibi not. in gloss. C. de colla. meritò neque ex statuto per equipa rationem, iuxta not. in glo. de decretis decurio, & in l. non impossibile. ff. de pactis. Et sic videtur dicendum quod monasterium quod habet iuris amortizationem, id est habilitationem

43 per principem possit succedere, † non obstante foro, maxime si amortizatio sit habita ante mortem defuncti, de cuius successione agitur, non tamen firmo ad presens quare pendet in causa in facto, cuius sum aduocatus.

## CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶MORTVAM.] Manus mortua est ecclesia, Ciuitas, vniuersitas, quia sicut mortuus iam amplius non moritur, sicuti, & prædicta loca nunquam moriuntur, priuaturque Dominus ex tali concessione, saltem iure sibi spe competenti, ea etenim corpora nunquam moriuntur, quamuis personæ, ex quibus consistunt moriatur, & deficiant. l. proponebatur. ff. de Iudic l. sicut. §. In decurionibus. ff. Quod cuiusque uniuers. nom. l. Grege. ff. de leg. 1. l. Inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbor. obligatio. l. qui res. §. Aream. ff. de solut. & vide Lucam de Pen. in l. si qui C. de diuers. præd. libro. 11. Vel dicitur Ammortizatio, quia res mori dicitur, cum nunquam ad Dominum redeat. & de materia vide nonnulla per Ioannem Bessiati in consuetud. Aruerniæ. capitulo 27. Della condition de main morte. per totum.

b ¶AN SINE iussu] Vide textum in §. sacræ. Inst. de Rer. diuis. & lege Papiria prohibitum fuit ædes sine plebis iussu consecrari, ut testis est Cicero in Oration. pro Domo sua ad Pontific. tulit eam legem. Q. Papyrius Tribun. Pleb. Authore Vdalrich. Zas. in Catologo ll. Antiq. in titul de lege Papyria de sacrandis Agris. & Antiquitus cōsul solus, uel Imperator templa dicabat. ut author est Alex. ab Alexand. Dierū Genialium. lib. 3. capitulo. 16. quo tamen ritu, modo forma, ac sollemnitate apud Christianos ecclesia consecretur, abunde Pontifices nostri in titulis de consecratione ecclesiæ, uel Altaris, quo in titulo etiam Goffred. et Hostiens. in summuis. & breuius, et pulchrius per Marcum Anton. Cucch. Institutio. Iuris Canon. lib. 2. titul. 11. per totum. Vbi plene.

c ¶EMPHITEVSI, & feudo] Practica obseruat quòd Emphyteosis non potest in potentiorem alienari, ut uoluit Alexand. in l. si finita. §. de Vectigalibus. num. 36. ff. de Damn. infect. Ias. in l. fin. num. 90. & 97. C. de Iure Emph Hierony. Gratus in consilio. 80. num 2. vol. 1. Refert, & sequitur D. Iulius Clarus in lib. sentent. 4. §. Emphiteosis. q. 22. ubi ponit exemplum in Curialibus, militib. & clericis. uideri autem possunt Docto. in l. si ita quis. § ea lege. ff. de verbor. oblig. in capitulo, Potuit. de locat. & Alexand. in consilio. 120. uol 1. & Guido Papę in consil. 139. Emphyteosim extraneorum, & sic non ecclesiæ, ad Monasterium, & ecclesiam transire voluit Hierony. Gratus in consilio. 55. num. 29. vol. 1. D. Iul. Clar. in dicto. §. Emphyteosis. q. 28. sequitur Riminald. in consilio, 108. num. 2. vol. 1. ipsosque nouissime sequitur D. Frācisc. Bursatus in consilio, 48. Dominus Ludouicus. num. 22. vol. 1 Quamuis contraria innitatur sententia Paul. Parisius. in capitulo, in præsentia. num. 196. extra de probatio. quem sequi uidetur cum aliquo temperamento D. Iulius Clarus. in dicto. § Emphiteosis. q. 33. Vide tamen quid in ea re sentiat idem D. Bursat. in consilio. 60. Fuit alias. num. 29. 35. vol. 1. ¶Feudum autem an transeat ad ecclesiam? Vide Doct. i capitulo, 1. §. donare. qualit. olim feud. alien. poter. & in capitulo, 1. §. inde potest. de Alien. feud. Lucas de penna in l. siqui. C. de Diuers. præd. lib. 11. Paris de put. de reintegr. feud. capitulo, an si quis uend. rem feud. fol. 145.

d ¶LEGIBVS imperij.] Idem Belluga supra. Rub. 6. vbi dixi in versiculo Imperatorem. & dixi etiam supra Rub. 11. §. His igitur. in versiculo recognoscentes. & vide Andr. in Prælud. Feudorum. q. 1. Doct. in capitulo, per venerabilem. Qui fil. sint legit. Henricus Boich in capitulo, si diligenti. ex. de præscript. Doct. in l. Benè à Zenone. C. de quadrien. præscript. Lucas de Penna in l. 1. C. de Colon. palæst. lib. 11. in quibus locis clare habetur, Hispaniarū regem Imperio, eiusque legibus subditum non esse.

e ¶ET DICEBAT Bart.] Opinionem Bartoli quòd qui diceret Imperatorem non esse totius orbis dominū esset hæreticus sequitur Alfonsus Aluaro. in Specu. cap. 41. col. 5. versi. & potest princeps Lancelott. Corrad. in templo omn. Iud. lib. 1. §. 1. q. 2. capitulo, primo. sed ego sequor Bellugam, quòd hoc est somnium, ex quo in hoc casu nō concurrunt errores contra fidem catholicam, nec pertinacia, vt dici posset hæreticus, uoluit Thom. secunda. 2. q. 11. Simancus in praxi Hæresεos. titul. secundo.

f ¶L. DEPRECATIO.] Ad intellectum. d. l. Deprecatio. & illius dicti, quòd Imperator est mundi Dominus, & quomodo intelligatur, & procedat, Vide Roland. à Valle in consilio. 88. num. 7. & 28. vol. prima Andr. Alciat. dispunction. lib. 2. capitulo. 5. Restaurum Castald. in tract. de Imperatore. q. secunda. Vacon. à Vacuna lib. Declaratio. 3. Declarat. 6. & nouissimè alios quam plures allegant. Do. Bernardin. Alfanū in Collectan. Iuris. 4. Imperator. & latius ego supra Rub. 6. in uersiculo Princeps Regni Dominus.

g ¶A CAELESTI maiestate] Imperium an Mediate vel immediate à Deo dependeat? Dixi latissime, & supra omnes per plures columnas supra Rubr. 6. in versiculo à cęlesti maiestate. vbi me remitto.

h ¶CAESARIS cęsari.] De intellectu uide quæ supra dixi in dicto versiculo. A celesti Maiestate. & Doctores Theologi, & nouissimè per D. Paulum de Palateo Granatensē ibi apud Matthæum cap. 22.

i ¶VIOLENTIAM.] Quod Tirannide inuentum fuerit Imperium latè dixi in supra allegato uersiculo à cęlesti Maiestate, & vide Innocent. in capitulo, Quod super his, extra de vot. & voti Redempt. Albericum de Rosat. in l. 1. C. de summa Trinit. & Fid. Cathol. Andr. de Isern. in Pralud. feudorum. q. 2. Abb. Panor. in capitulo, per venerabil. de elect. ostenditq; sapide Augustinus Niphus Suessanus. de Regnandi peritia lib. 1. capitulo, 2. cum pluribus sequentibus, & per Transitum idem Niphus Philosophus in lib. de inimicitiam lucro cap. 3.

K ¶SEPTEM.] Quomodo eligatur Imperator. Videri potest liber Restauri Castaldi in Tract. de Imperatore. & Nouissimo in vulgari lingua Itala in primo volumine literarum Principum. circa principium. in quo sunt duæ epistolæ, declarantes totum id, quod gestum fuit Germaniæ in Coronatione immortalis memoriæ Caroli quinti de Austria Imperatoris, Regisq; nr̄i animi nunq̄ victi. Vbi appareāt omnes solemnitates. sunt etiam posi

tæ in Pontificali ecclesia, & nouissime etiam Lancelot. Conradus in templo omnium iud.cum per totum.

l ¶ARCHIEPISCOPUS Moguntinus.] Sed istud ius eligendi imperatorem quis tribuerit ipsis principibus Germanis. Ioan. And. in c. ad Apostolicæ. de re iudicat. in 6. dicit hoc eis fuisse ab ecclesia concessum. arg. c per uenerabilem. vbi hoc voluit Panormit. extr. de elec. action. sequitur Alfonsus Aluar. in specul. Romani Pontific. cap. 56. colum. 1. vbi etiam asserit quod si negligant electores eligere electio spectabit ad Papam. Inde Thomas de Aquino de Regimin. Principum. lib. 3 cap. 18. & capit. 19. dicit quod imperium tamdiù durabit in Germanis, quantum Romana eccesia expediens iudicauerit. sequitur Lancelottus Conrad. in templo omnium iudicũ lib. 1. cap. 1. q. 2. numero. 9. quòdque a Pontifice, & eius ecclesia ius Imperatorem eligendi habuerint, dicam statim, & patet ex eo quod fuit translatum imperiũ per ecclesiam a Græcis in Germanos, propter imperatoris Cõstantinopolitani desidiam, negligentiam, & suspitionem omittendo defensionem ecclesiæ a populationibus Longobardorum, hæreticorumque dissidijs, & primus coronatus fuit Carolus Magnus. ut uoluit Cardi. in clem. prima de iureiurand. dicens hoc fuisse in Anno Domini 1250. Bertachinus in verb. imperium dicit fuisse in Anno. 1264. tempore, quo fuit Stephanus Papa Tertius. Alfonsus Aluar. ubi supra dicit Carolum suscepisse imperij Diadema Anno Domini. 1304. Ioannes Baptista Egnatius lib. 3. Romanorum principum in vita Caroli Magni. & Platina in vita Leonis Tertij asserunt hoc fuisse in Anno Domini 800. verum Egnatius, & Platina verius dixerũt, ex quo prima Caroli Magni coronatio fuit de Italiæ Regno anno. 773. vt voluit Ioann. Tilius in Chronicor. de Regibus Franciæ. uel vt alij, anno. 774. tempore Hadriani Papæ: per Archiepiscopum Mediolanẽsem Modetiæ corona ferrea & Imperiali diademate demum coronabatur an. 799. vt placuit Adoni Viennensi. in chronicon. Ætate. 6. sed verior est opinio quod coronatio fuit in anno. 801. tempore Leonis Tertij Pontificis, ut voluit Marc. Anton. Sabellicus. libr. 8. & libr. 9. in princip. 8. Enneadis. sequitur Lancelot. Conrad. vbi supra. q. 1. nu. 2. Ioannes Tilius vbi supra. & nouissimè satis accurratè Carolus Sigonius historiarum de Regno Italiæ. lib. 4. licet Onuphrius Panuinius in lib. Romanorum Pontificũ dicat fuisse in anno. 800. quod parum, aut nihil refert. Sed aduertendum quod videntur minus rectè asserere scriptores primã imperij translationem fuisse factam, ad Germanos, cum re vera fuerit facta ad Francos in personam supradicti Caroli Magni, vt cuilibet intuenti patet. & annotauit etiam Carolus Degrassalio. in trac. Regalium Franciæ. iure. 3. penes quos durauit, & stetit Imperium per multos annos, quia post Carolum successit Ludouicus Pius, eius filius Lotharius, Ludouicus. 2. Carolus. 2. Caluus. Carolus. 3. Arnulfus, uel (vt alij) Ranulfus. Ludouicus. 3. Balbus. Berengarius. Conradus, qui mortis tempore imperij diadema non receperat, Berengarius. 2. Henricus. Berengarius Tertius. Lotharius. 2. Berengarius. 4. & post hos Otho primus Germanus, & intercesserunt anni circiter. 150. & menses nouem, iuxta computationem Benuenuti de Rambaldis in suo Augustali, vel iuxta computationem Sigonij intercesserunt anni. 161. & ad Francos peruenisse fatetur etiam Ioannes Zenaras Annalium parte 3. in vita Irene, & Constantini eius filii in fine. Paulus Diaconus ad vitas Imperatorum post Eutropium. lib. 23. sub vita Eirenæ. Ioann. Charionus. lib. 3. quod tenuit etiam Nicetas in Annalib. li. 5. in vita Irenæ post quos demum Imperatores peruenit Imperium ad Othonem primum Germanum tempore Ioannis Papæ 12. anno. 962. vt testatur Sigonius de regno Italiæ. lib. 6. qui de Othone loquens inquit, Carolum Magnum Italiæ Regnum adeptum, nouum Romani imperij titulum in Franciam retulisse, se pariter deuicta Italia, si se res dederit, idẽ decus suę parere Germaniæ posse. & Benuenutus Rambaldus in Augustali in Othone primo dicit, Otho primus Henrici filius, ex Germanorum gente primus ex Theutonicis solus obtinuit Imperium occidentis, & post eum soli Theutonici imperauerunt. nec obest quod asserit Lancelot. Conrad. vbi supra lib. 1. cap. 1. §. 2. quòd Carolus Magnus erat Germanus, quia dicebatur Austriacus, tum quia sapit diuinationẽ, tum etiam, quia dato sic eum appellatum fuisse, quod nego adhuc dici poterat Austriacus a Pannonia deuicta, quæ est Regio Austriaca, quam victo Iringo ipsorum duce subegit. Sigon. Historiarum. lib. 4. quam Pannoniam Austriam esse uoluit Federicus scot. resp. 28. num. 167. libr. 6. Tom. 1. de principibus eligentibus tractat Riuallius Historię iuris ciuilis. lib. 4. & Ioannes de Vanquel in suo Breuiario in allegato c. ad Apostolicę. Quòdque imperialis electio ab ecclesia, & Rom. Pontifice ortum habeat, & hodie pendeat habemus Innocentij Secundi Pontificis historiam, qui in Basilica Lateranensi pingere fecit Imperatorem Lotharium ab eo coronam imperii accipientem, & ante eius pedes prostratum, tamquam vasallum, ubi sunt hi versus.

Rex venit antefores, iurans prius vrbis honores
Post homo fit Papæ, sumit, quo dante coronam.

Quos versus retulit etiam Sigonius li. histor. 11. & Franciscus Hotomanus in disputation. Feudistica. cap. 8. inde legati Hadriani Papæ Imperatori Friderico, respondisse ferunt, a quo ergo habet, si a domino Papa non habet imperium? refert Radeuicus histor. libr. 1. inde Hadrianus Papa scribit ad Archiepiscopos Treuerensem, Moguntinum, & Coloniensem his verbis. Romanum imperium a Græcis translatum est ad Alemannos, vt rex Theutonicorum, non ante quã ab Apostolico coronaretur, imperator vocaretur, ante consecrationem rex, post imperator vnde igitur habet imperium, nisi a nobis? ex electione principum suorum habet nomen regis, ex cõsecratione nostra habet nomen imperatoris, & Augusti, & Cæsaris, ergo per nos imperat. cum reliquis quæ sequuntur quę ponit Ioann. Auentinus. lib. 6. aliam epistolam eiusdem tenoris fere scriptam ab eodem Hadriano ad Fridericum Imperatorẽ retulit Sigon. lib. 12. Nec supradictis obstabit quod Ioannes Charionus. lib. chronicorum. 3. asserat Carolum natum fuisse in Oppido Ingelheim comitatus Palatini propè Maguntiam, quia comitatus Rheni Palatinus nulli dubium, quin sit situs in Gallia Belgica, prout apparet ex Ptolemęo Geograph. lib. 2. in Tabula Europæ. 3. Quòdq; ab Ecclesia Electores potestatem eligendi Imperatoris habuerint. docet idem Charionus lib. 3. & uide quæ dixi supra Rub. 6. in ver. A cœlesti Maiestate. & idem tenuit per alia media fundata iure Canonico, ac diuino Marquard. Susannius in tract. de Cœlibatu sacerdot. non abrogand. parte 1. cap. 2. a nume. 15. vsque in finem.

m ¶REX Franciæ.] Videas Lucam de Penna in l. 1. C. de Colon. Palestin lib. 11. Matth. de afflict. in prælud. const. regni q. 2. nu. 5. & latissime Carolus Degrassalio. in trac. de regalib. Franciæ per totum, ego supra dixi rub. 11. §. his igitur. in verb. non recognoscentis: ubi me remitto.

n ¶ECCLESIAM.] Et sic ecclesia dicitur manus mortua. vt supra dixi in ver. Manus mortua. ipsa etenim numquam moritur. vt conclusiue dicit do. Francisc. Bursat. in consi. 30. omissis. nu. 46. vol. 1.

o ¶ECCLESIASTICAM libertatem.] Quia onera per laicos imponi non possunt, per quæ libertas ecclesiastica

ftica minuitur, vel tollitur capitulo, 1.& c. fin. de Immun.eccle.in 6.Felin.in capitulo, ecclesia sanctæ Mariæ. col.21.de Constit.& in capitulo, nouerint.extra.de sent. Exco.& per Anton.Capici.in Decisio.Neap.161.in causa Cruiconi num.6 & dicuntur onera,& statuta contra libertatem ecclesiasticam, quando per ea tolluntur, aut diminuntur priuilegia ecclesijs, uel ecclesiasticis personis concessa per Papam, vel Imperatorem.Iuxta relata, & amplè tradita per Barthol.Socin. in consilio.241. circa primam.col.3 verſ.At quinto.vol.2. ¶In casu tamen de quo hic agitur dicendũ est, quòd quilibet in re sua est moderator,& Arbiter, ut idem videmus in Feudis, inde notabiliter dixit Oldradus in consilio. 17. Thema tale est. consuetudinem non esse ecclesiæ onerosam, quæ bona quæsita ei non aufert, etiam si induceret, quòd non acquirat. Vide Bart. in consilio 37. quidam Cola Pauli. Philipp.Deci.in capitulo, Ecclesias Sanctæ Mariæ.col.24 verſ.3.conclusio.& in consilio,269.& Signorol. Homode.in consi.21.statuto ciuitatis Mediolani. vide ad materiam Lapum Alleg. 92. num. 3.vbi. D.Quintilian.Mãdos.in Apostil.in verb.im.munitatem.

p ¶ONERE.] Vide Andr.de Isern.in titul. quæ sint regalia.vbi per domi.Nardum Liparulum de Neapoli meritissimum Antistitem Neocastrenſ. in Additionibus nouissime in lucem editis. & Angelus, in consi. 206. Inter ordinamenta.& Lucas de Pen.in l.fi.C.de exact.tribut.libr. 10. ecclesia namque tenetur ad tributa, si ad eam prędia tributaria peruenerint l.si diuina domus.C.de exact. trib.co.lib.l.de his.C.de episco.& cleric. voluit Laurentius Siluanus in consi. 30. Nicolaus Euerardus in consi. 42.col.6.Ioan.lupi.in tract.de immun.eccleſ.quæstio. 4 in princip.Marcus Anto.Natta in consi.280.vol.2.Benedict.Capra regul.96.nu.62.D.Fernand.Vasquius in tract. de succeſs.parte.prima lib.1.§.10.num.654.& D. Follerius in Regni consti.item statuimus. num. 3.sub Rubri. de Episcop.& cler.& in const.prædecessorũ.num.1.2 6. sub Rub.de sacrosſ.eccleſ.quos nouissimus omnium accepi à D.Francisco Bursato.in consilio 42. traditum est. num.6.cum pluribus seq.vol.1.quibus adde Benedictum Canophylum in tract. de priuileg. ecclesiasticarum personarum.titul.de Immun.eccl.priuilegio.14. onus enim Reale regulariter semper rem sequitur. tradidit D. Ioannes Cephalus in consilio.191.Petrus.num.11.uol.2.& in casu proposito quòd ecclesia teneatur ad onera perpetua & vniformia affixa Rei, alios quam plures referens tenuit Iacobus Mandell.Albenſ.in consilio.8.Pro resolutione.num.1.2.cum alijs relatis per D.Iacobum Menonochium in consil. 63.dubitationem.num.11.vol.1.

q ¶CVM hac distinctione.] Hæc distinctio fuit Bartol. in.l.fi.C.de pact. Communiter autem ab omnibus concluditur indistinctè hanc opinionem non valere. ut per Angel.Fulgoſ.& alios in dicta.l.fin.idem Ang.in questio. incip. nobilis quidam genere.Alexan.in l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de uerb.oblig.Ioann. de Imol.in cap. quamuis.de pact.lib.6.Brunus in tract.stantibus Mascul. fœmin.non succed.Articul.6.q.2.Membri.1.Iason in dicta.l.fin.C.de pact.& ibi Philipp.Deci.idem Deci. in ca. in præsentia.col.25.de probat.Alexand.in consilio. 139. vol.2.Barth.Socin.in consilio,81. in præsenti consultatione.col.pen.versi. sed restat. vol. 1.Et in consilio,241. circa primam vol.2. ¶Notandum tamen est quòd licet omnes concludant, id per statutum induci non posse, non tamen aliqui id negant fieri posse pacto, s. quòd si ingrediatur non succedat, per verba Bart. in dicta.l. fin. ibi patet quia potest fieri per pactum saltim iuramento firmatum. Sed dicta Bartoli opinio procedere potest, quando is rennũciat hæreditati delatæ ante professionẽ secus si deferendæ.ad quod uide Barthol.Socin.in.l.2.ff. de his, quæ pœnę nom.Hæreditatis namque futuræ renuntiatio, tacitam conditionem habet, si renuntianti deferatur. Paul.de Castr. & Iason de Imol. in l. qui superstis.ff. de Acquir. hæred. Alexand. & Deci.in.l.pactum. C. de Collat. Vnde conditione cessante, & renunciatio cęssabit, ex quo potest professionem immediatè defertur hæreditas.Imol.in l. si paterfamilias. ff. de hæred.instí.Doct. in capitulo, in præsentia.de proba. Alexand.& Barthol.Socin.in.l.1.ff.de Vulg. & pupill. Benedict. Capra in consilio, 24. & Barth. Socin.in consilio.145. uol. 2.quinimmo quando hæreditas Monasterio acquiritur Monacho mediante, dicẽdũ erit idem:idẽ si filius renunciauerit, cum per renuntiationem suitas non tollatur, sed ipso iure hæres efficiatur. dicunt Bald.& Salyc. in. l. quidam Eulogio.C.de Iure delib. Et sic filio dalata erit hæreditas ea non obstante, eodemque instanti in monasterium delata, dato quòd demum repudiationis vigore monachus excludatur.ad quod ad sunt notata in. l. filius qui patri.ff.de Vulg.& pupill.

r ¶MONASTERIVM ingrediente.] Statutum expresse excludens Moniales à successione nullum est, ut voluit alios allegans Bartholom.Socin. in consilio. 81. in pręsenti.col.pen.verſ. circa primum. uol. 1. Laurent. Calcan.in consilio.7.num.18. ¶In casu tamen prædicto debebitur tali Moniali Paragium ingressarum, nam sicut si nuberet viro temporali debet considerari paragiũ secundum conditionem viri, ita quando nubit sponso cęlesti,& tunc paragium debet esse iure naturæ. ut uoluit Andr.de Isern.in constit.Regni.in aliquibus.circa finem sub titul.de successſ.comit.& Bar.quem refert, & sequitur Sebastian.Neapodan.in consuetud.Neap.si moriatur nu.66.cum pluribus seq. sub Rubr.de successon. ab in testato.Alberic.de Rosat.in Autentica. sed quamuis. C.de Rei vxor act.Petrus de Anchar.in consilio,107.in paucis uerbis.& Alexand.in consilio,139 uol. 1. Matth.de Afflict.in Deci.Neapol.348.Pater posuit. & uoluerunt Bartholom.Martialis Anton. Capicius. & Marinus Freccia post Neapodanum in dicta consuetud. si moriatur, & post eos nouissimè Camillus Salernus.qui alios complures refert, videri tamen ad hanc rem possunt, quę ex cõmuni annotarunt Iacob.Mandell.in consilio.98.Quo ad primum num.1.& in consilio,100.si uera. num. 1.& D. Francisc.Bursatus suo more quam plures allegans in consilio 93. in causa magnifici.num.28.vol.1.

ſ ¶DECISIO quæstionis.] Andreas de Isernia ita dicit in simili in cap.1.de Milit. Vassall.qui arm. bellic. depo.quod si clericus mortuo patre clericatum dimittat antequam de Feudo questio moueatur illud recuperabit.sequitur Lucas de Penna in.l. nulli.C.de Numerar.& Actuar.lib.12.& Matth.de Afflict.in dicto.cap.1. de Melit.Vasall.idem dicit Anton.Capic in Inuestitura Feudal. sub titul.Feudatar.Habiles.uersi.clericus si efficiatur.fo. 244.voluit idem Capicius in Decision.115.num.11.Ioã. Thomas de Marinis.in tract.Feudorum.lib.2.tit.11.§.cõstitutio.num.140.verſ.tertia, & ultima.

In versiculo, Nunc videamus.

*SVMMARIVM.*

1 *Prohibita venditione, vtrũ pignoratio sit prohibita.*
2 *Locatio quando pro alienatione habeatur.*
3 *Quæ in monasterium sine amortizatione non transeunt, monasterio obligari non possunt.*
4 *Iurisdictio, & dominium æquiparentur.*
5 *Iurisdictio quando in ecclesiam, ex iuris dispositione transeat.*

6 *Eadem*

6 *Eadem prohibitio, laicorum, & ecclesiasticorum.*
7 *Ex legato ius amortizationis debetur.*
8 *Confiscatio, & incorporatio, quæ sit ipso iure.*
9 *Dominium, quando sine possessione transeat.*
10 *Monasterium quando habeat legitimam monachi.*
11 *Bona clericorum, quæ onera subeant.*
12 *Dominium quando non transit in ecclesiam, quando non sit locus amortizationi.*
13 *Iudicis officium quando solum locum habeat.*
14 *Officium iudicis, actionem non præsupponit.*
15 *Priuata constitutio testatoris, legem euertere nō pōt*
16 *Clerici uita comite, quæ bona possideant.*
17 *Ius eligendi quando transeat in hæredem.*
18 *Ius eligendi, quando transeat indistinctè in hæredem*
19 *Regiæ parti semper fauendum.*
20 *Casus à contrario sensu habetur pro expresso.*
21 *Inter casus expressos, non veniunt omissi.*
22 *Acquisitione facti, quæ bona sint principis.*
23 *Princeps quando componat cum subditis.*
24 *Iudex quando debeat laborare ad concordiam.*
25 *Fiscus regis & fiscus ecclesiæ, quando concurrant.*
26 *Quę bona ecclesiæ applicantur.*
27 *Res clericorum sequuntur conditionem personæ.*
28 *Non homines propter res, sed res propter homines deus creauit.*
29 *Mulcta, & confiscatio qualiter differant.*
30 *Bona immobilia, quæ non sequuntur conditionem personæ.*
31 *Clerici propter quæ sunt sub iudice laico.*
32 *Quādo bona delinquētis confiscātur, quib. applicētur*
33 *Quod quisq; iuris statuerit in aliū, eodē iure vtatur.*
34 *Bona violatoris pacis cui applicentur.*
35 *Clericus quo ad patrimonium subest secularibus.*
36 *Rex in toto regno iudex ordinarius.*
37 *Episcopus territorium non habet.*
38 *Episcopus realem executionem non habet.*
39 *Iurisdictiones qualiter distinguntur, inter regem, & episcopum.*
40 *Bona deuoluta in ecclesiam largitione principis, vtrū egeant amortizatione.*
41 *Ex generali donatione omnia transeunt.*
42 *Regaliā suam princeps nunquā alienat, nisi expresse.*
43 *Fiscus præscribi nequit.*

VNC videā in quib. casib. sit necessaria amortizatio, vel ius ex ea debitū. Et scias qđ amortizatio ē necessaria, & ius debitū ī omni casu ꝓhibito pforū, vel priuilegiū trāsferre ī ecclesiā aliquā rē. Et hoc est ī oībus bonis sedentib. in domib. hæreditatib. vel possessionib. vel ortis, & alijs, ista. n. de foro nequeunt transire in ecclesiā, ut in foris, in Rub. quę res alienari non debent in foro, aquell. & in foro stablim. in primo, & secundo. Et in foro los caualers, & in foro seni far nou. Et ī titulo de intestatis c. si el testador, & in foro cascu & cascuna, in additione, & in titu. de intestatis, c. si el regno. ibi, eu axi empero, que cases, e hītas o coses se-henes no siens donades alochs religiosos, ma's tant solament lo pren de aquelles coses. Et ista bona sendentia vocantur transire in ecclesiam, per quęcunque contractum dominiū transeat, siue per ultimam uoluntatem, siue per contractum inter uiuos, ut in dicto foro, stablim, ubi uetatur omne genus alienationis, latiori modo quo per ius possit intelligi, ut uideatur uetitus omnis cōtractus per quē aliquod ius quęratur, iuxta legē finalē. C. de reb. alienis non alienādis & in c. nulli liceat. de rebus ecclesi. non alienandis. Et hoc ideo forus disponit expresse, quia loquitur in materia exorbitanti, & si solum uetuisset alienationem, solum intelligeretur prohibitus contractus, per quem transiret dominium, ut in l. prima. C. de fundo dotali, & in. l. alienationis, de verbo. signi. Et ideo nisi expresse † ꝓhibuisset, in pignorationem non comprehenderetur sub nomine alienationis, nisi esset pignoratio per tantam quantitē, quod non esset spes luitionis, ut. ff. de legatis tertio. l. qui habebat, & ff. de pigno. l. in quorum, & ideo odiosis prohibitionibus non uenit locatio,[a] etiam ad centum annos scđm glo. in. l. codicilis. §. instituto, de lega. 2. licet illam non sequatur Dy. quoniā talis † locatio habetur pro alienatione, & de illa loquitur tex. in capitulo, nulli liceat, de rebus ecclesi. non alienandis. ¶Sed nunquid per dictū forum uidetur etiam hipotheca prohibita, & in ecclesiam transire, & uidetur quod non quia ratio diuersitatis patet inter pignus & hipothecam, quia in pignore creditor possidet: in hipotheca, non, ut in l. si rem alienam. §. propriè. ff. de pig. ac, & sic ratio diuersitatis patet, quare in pignore prohibuit, & tacuit de hipotheca, quod si uoluisset dixisset, de decimis, ad audientiam. Sed dic contra, imò & hipotheca uidetur etiam prohibita, quia quantum ad actionem in nullo differunt Insti. de ac. §. Item Seruiana. ff. de pignoribus l. res hipothecæ. §. penul. Et ideo dixit Ioann. 80. di. c. primo, ꝙ inter pignus, & hipothecam, non est differentia, nisi in nomine. ¶Item quia eadem ratio, ergo idem ius. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. & in. l. illud, ad. l. Aquiliam. Et quia prohibita alienatione, est prohibita etiam hipotheca, ut est tex. in capitulo, nulli liceat. de rebus ecclesi. nō alienandis. & in dicta. l. fin. Et si res immobilis de Ralenco, nequit hipothecæ dari seu obligari ecclesiæ sine principis licentia, & soluto iure † amortizationis, & pari forma super re immobili de Realenco, non potest ius usufructus constitui, neque seruitus ecclesię donari vel consignari, ut in dicta. l. finali. C. de rebus alie. non alienandis, qa vsufructus pars domini est. ff. de usufructu. l. vsusfructus, & pari forma non potest aliquis contractus constitui proprietarius, cum ex eo transeat utile, uel restet utile dominium accipientis, & directum in conceden. in sti. locati. §. adesse, & in. l. possessiones. C. de fundis

Margin numbers in the right column: 1 (at "tionis, de verbo. signi."), a (at "hibitionibus non uenit locatio"), 2 (at "talis † locatio"), 3 (at "sine principis licentia").

dis patrimonialibus, lib. 10. Et ideo forus, stabli quæ res alienari non possunt, prohibet et censum constitui, vel tributum responsionem fieri, vel de parte fructuum responderi ecclesiæ super re de Realenco. & iam fortius contractum censualem, & emphiteoticarium constitui, siue in perpetuũ cum gratiæ instrumento, quia iste est proprietarius cõtract⁹ & pars fundi, & in ecclesiam alienatur. l. fundi partem. ff. de contrahenda emptio. Et quia isti annui redditus inter immobilia connumerantur in clemen. exiui, de verbo. significa, quæ immobilia alienari in ecclesiam prohibentur ex dictis rationibus. Et q̃a ex dicto contractu censuali, & si in nuda perceptione esset, oritur duplex actio personalis, & hipothecaria, ut not. Bald. in authe. si quas actiones. C. de sacrosanct. eccle. per tex. in auct. de nõ alie. §. scientiæ. & vide. l. prædia, & quod ibi notatur. C. de fidecommissis, merito illa actio hipothecaria per ecclesiam possideri nequit, citra amortizationnem, & licentiam regiam, ut supra est dictum. sic neque censualia etiam nuda perceptione. Neque ecclesia potest possidere iurisdictiones bonorũ de Realenco citra regiã
4 licentiam, cum iurisdictio † & dominium æquiparetur. ff. de statu hom. l. qui furere, & ibi Ang. Sed id videtur limitandum si iura predicta census vel tributi seruitutis, vel alia similia sint constituta specialiter, super re de Realenco. Sed si constituatur generaliter super omnibus bonis in testamento, uel vltima voluntate, capellania ad anniuersarium uel lancea, vel aliud dandum annue pro sua anima ecclesijs vel locis religiosis videtur, id à foro permissum, & sic citra ius amortizationis soluendum, quia id dicimus posse facere, quia postquam lex non resistit ideo assistit, tali contractui iuste fit, iuxta notata, in. l. cum lex, de fideiusso. ff. & in l. non dubium. C. de legibus, & quia istud annue soluendum non exit manum laicam, quia per manum hæredis est soluẽdum ecclesię, uel clericis, merito omnem aufugit amortizationem, quia nil transit in ecclesiam, neque dominij neque possessionis, ex quibus debeatur amortizatio, vti vidisti. Et ideo cõmuniter tabelliones uolentes iura regia tollere, & intricationes in suis testamentis, quæ ordinant imponere, dicunt, q̃d testator ordinat & vult quod per manus hæredis sui laici, tot solidi soluantur, & quod nil aliud in ecclesiam tranferatur, quam quod manus sua uel heredis laici habet in illis, vel quod nullum ius in ecclesiam transferatur, sed quod suus heres ista soluat, uel similia, ex quibus verbis credunt aufugere ius amortizationis. Et pluries de ijs & similibus vidi contentionem in regio consilio, partibus contendentibus se non obligatos ad ius soluendũ amortizationis, illis de regio consi. dicentib. q̃d ius amortizationis, erat debitum: & eorum, qui plus intelligebant in hac materia, fuit pro parte regia potissima ratio, quod ex tali legato iurisdictio transfertur in ecclesiam, vt in pio legato, ut notatur in capi
b tulo. nos quidẽ, de testa. & dicetur late infra, [b] in materia executionũ ultimarum uoluntatum, & sic dominium, ut. l. qui furere. & quod ibi notatur. ff. de statu hominum, merito ex tali translatione debeatur amortizatio, vti in quacunque alia translatione dominii, in ecclesiam, dicendo, quod hæc fuit opinio illius ualentis viri de regno Arragonum domini Berengarij de Bardarino. Sed credo, salua tantorũ patrum doctrina, q̃d uel recitatores nõ intellexerunt, vel ipse non bene dixit, quoniã ex tali iuris
5 dictione translata in ecclesiã, † non debetur ius amortizationis, quoniã illa non transfertur ex legato, sed ex iuris dispositione, quæ dat pontifici iurisdictionem, pro executione piorum legatorũ. ff. de peti. hæredi. l. hæreditas. Et sic ex tali legato nõ trãsfert iurisdictio neq; dominiũ. Tum q̃a magnum sequeret̃ inconueniẽs, quod pro quocunque legato pio, etiam statim soluendo, & in pecunia debetur amortizatio, quoniam pro illa habet iurisdictionẽ pro illius executione, saluo quod dicetur infra in materia executionum vltimarum voluntatum, ut patet in dictis iuribus. merito sua ratio nõ ualet fab bam, iam magis esset friuola, si dicamus inter laicos de foro executionum testamentorum, ad ecclesiam pertinere, ut in foro, tot hom. & in foro si clerg. de iur. om. iudicum, iuncto foro la cort. de exe. rei. iudi. q̃d p̱ nunc nõ est firmãdũ: uide quæ dicã in illa materia. Quid ergo dices tu banit. dices quòd fœderati ignorãt? durũ est, sed quis taceret. dicas quod in omnibus casib. predictis exemplificatis desuper, ex tabellionũ stilo, & ẽt in alijs, qui possent exemplificari per additionem fori, stablim, semper est debita amortizatio domino regi, uel ius ex eo, de quo iure infra dicetur. sed aliis rationibus quã prædictis: primo, quia ex tali legato, quamuis hæredem laicum soluẽdo transit hypothecaria actio in ecclesiam, per legem. 2. C. communia, de legatis, quod quamuis dirigantur beneficiato capellaniæ, ecclesiæ quæritur iuxta notata in l. prima. C. de summa Trini. & in authentica, licentiam. C de episcopis & clerici. & in capitulo, primo, de peculio clericorum, & in capitu-
6 lo requisitti, de testa. ¶ Item quia eadem † est prohibitio, de personis ecclesiasticis, quod de laicis, ut in foro stablim, in. 2. quę res alie. non possunt, saluo quod cauetur de acquisitione de vita per clericos facienda de bonis de Realenco, in foro regis Martini, merito ex quo talis hipothecaria actio ad habendum legatum transit in ecclesiam, quod erat foro vetitum, quod hypothecæ alienatio transeat in dicto foro stablim, & desuper satis est deductum, meri
7 to ex tali † legato debetur ius ammortizatiotionis. Sed quid noui iuris dicta additio statueret cum in alijs bonis de Realenco, in ecclesiam

ecclesiam trãferri prohibitum esset, idem quod soluto iure amortizationis licitè ad ecclesiam transferantur, vt est dictum, habita principis licentia. Sed dic, quod longè diuersum, quoniam si aliqua res de Realenco, specialiter donetur alienetur, vel pignori donetur, vel hypothecetur ecclesiæ, vel sanctis, statim ipsa manus iniectione reseruata, & re effecta primæuo dominio est principis, & siue processu & sententia auocatur in principem deuoluitur, vt in foro vnico regis Alphonsi, Rubrica, quòd generosi possint emere bona de Realenco. Et ista confiscatio † &
8 incorporatio fit ipso iure, & seruit ad hoc, quod
c statim princeps de illis bonis, facit fruct[a] suos [c] tanquam dominus, ad hoc. ff. de ijs quibus, vt indignis. l. eum qui, & not. gloss. aurea. in authẽ. de incest. nup. colum. 2. & facit. l. commissa, de publicanis, & in hac confiscatione, quæ sic fit ip
d so iure est & aliud speciale, [d] quod dominium
9 † sine possessione transit, vt notatur in authen. de rapt. & mulieribus, quæ raptoribus nubunt, colum. 9. & per Ioan. monachi, in ca. cum secundum leges, de hæreticis, libro 6. iam fortius, vt in nostro casu vbi est reseruata manus iniectio per principem & rebus sic affectis est facta alienatio, in quo casu statim redit dominium ad principem, per l. si quis sub hoc pacto, ff. de contrahenda emptione, & quod notatur in l. ab emptione. ff. de pactis, per Bald. & in l. prima & secunda. ff. de pactis, inter emptorem & venditorem, maximè principis priuilegio, iuxta. d. l. commissa, de publica. Sed quantuncumque sit priuilegium principis, in recuperatione dominij, tamen nõ recuperat possessionem, nisi illud apprehendat princeps, vel suus fiscus, vt notatur in l. cum duobus. §. idem respondit socius, si cessante. ff. pro socio, in gloss. super verbo, dominium. Et quod notatur in l. finali. C. de sacrosanctis ecclesi. & in dict. l. commissa, nisi dicas principem habere ciuilissimam possessionem, quæ comitatur dominium, de forò in foro, Sealcuna cosa, de donationibus, quæ possessio ciuilissima appellatur, de qua in cap. ex literis, de consue. in tex. & ibi per Innocen. & in l. raptores. C. de episcopis et cler. per Bal. & in casu, ubi super omnibus bonis fit legatum capellaniæ uel anniuersariæ, vel lampadis: isto casu non fit bonorum, vel hypothecæ, in ecclesiam translata confiscatio. Sed restat ius petendi iura amortizationum principi, & hoc dicit forus, stablim, in fine. ubi dicitur talia restare cum suo onere, hoc est cum iure amortizationis soluendo; & quod istud onus sit ius amortizationis probatur per forum, si alcuna morrá, in fine, in additione, de intestatis. nam si filius ingreditur religionẽ cum uoluntate patris, & ei relinquit legitimam
10 illam habet monasterium ex persona † mona-
e chi [e] per auth. ingressi, & auth. si qua mulier, de epi. & cle. & quod no. in c. in præsentia, de prob. tñ cum suo onere, ut dicta, fori in additione, & istud aliud non potest esse onus soluendi ius regiæ amortizationis, quoniam clerici etiam pro rebus iam amortizatis, & de quibus habent li-
11 centiam possidendi, subeunt † onera regalia, & personalia, ut in foro finali, de iurisdictione omnium iudic. & maxime hoc necessario habet cõcludi, aliàs sequeretur inconueniens, quod monasteria ex iure legitimę sui monachi possiderent bona de Ralenco, sine licentia regia, ipso foro, quod est absurdum, quoniam generali lege regni uetitum est, illa posse possidere bona de Realenco, in tacita permisione est cum regia licentia, vti desuper est dictum, & isto modo intelligitur hæc materia intacta, & immota. Fatendum tamen est, quod ibi testator relinqueret arbitrio, & voluntate su ihæredis solutionẽ talis capellaniæ, vel aniuersarij, & prohibuisset
12 aliquid iuris transire † in ecclesiam, tunc ex quo ius dominij, neque hipothecę non transit in ecclesiam, neque hæres per hipothecariam nequit compelli, non debetur amortizatio, quoniam non est quid amortizabile in ecclesiam transiens, ex quo nil de Realenco, in eam transit, ut satis fundatum uidisti ex doctrinis desuper tactis. Sed quid vbi testator vetuit in testamento, quod aliquo ius transiret in ecclesiam, & sic uetuit ius hipothecæ, quod videtur posse facere per legem testamenti, in authentica, de nuptiis. §. disponat, & in. l. prima. C. de sacrosanctis ecclesijs, & sic solum restat iudi-
13 cis † officium contra heredem, ad exonerandam animam defuncti, per capitulũ, parrochianos, de sepulturis, & per. l. Quintus. §. finali. ff. de annuis legatis. quod non est quid reale, ne-
14 que persuponit † actionem, ut ibi facit. l. qui per collusionem, de actio. empti. ff. & sic nõ est quid mortizabile. Sed videtur in contrarium dicendum, quod testator obligando hæredem ad soluendum non potuit tollere hipothecam à iure introductam, saltim in effectu pro legati solutione, uel executione, per l. nemo potest, cũ sita gloss. ff. de lega. primo, & capitulo, requisisti,
15 de testamentis. quoniam priuata † constitutio testatoris, non potest generalem constitutionẽ canonis immutare, ex cuius translatione debetur amortizatio, cum illa sint prohibita transire in ecclesiam, ut in dictis foris stablim, merito ex concesione licentiæ regię ad illam habilitandam, ꝙ posit talem hipothecam possidere, uenit ius amortizationis, etiam tali casu.

¶ Or de isto iure amortizationis habes scire, quod Galli etiam plurimum utuntur, & Reges Franciæ fecerunt plures foros, quos Galli ordinationes appellant; & non solum rex illis utitur, sed etiam, quilibet dominus temporalis, & quando decimę sunt amortizatæ per cameram compotorum iudex ecclesiasticus amplius nõ cognoscitur, ut in suis foris. ¶ Et quia tractamus quomodo ecclesia potest bona de Realenco possidere, uel clerici, uel religiosi

 cum

cum licentia uel amortizatione regia occurrit quotidianum dubium, Clerici generalem licentiam vel facultatem habent posidendi duran-
16 te † uita bona de Realenco, dum tamen illa relinquere habeant laicis, & redeant in manum laicam. ¶Modo unus clericus moritur intestatus, parentes, & proximiores iure successionis, ab intestato vendicant ista bona: rex statim illa occupat, tanquam sua ex reseruata sibi manuum iniectione de foro, quæritur an grauet uel iniustitiam facit. ¶Et primo uidetur quod sic, quia contra fori dispositionem. nam forus regis Martini habiliat personas clericorum, & religiosorum ad posidendum omnia bona de Realenco, dum illa in morte vel vita laicis relinquat, & sic redeant in manum laicam, sed (vt supra diximus) moriendo intestatus ius præsumit voluntaté defuncti, illá esse qđ bona ueniát venientibus ab intestato, ut. l. conficiuntur. ff. de iure codicillorum. qui sunt isti proximiores qui petunt, ergo illis videtur relictum ex tacita vocatione, ab intestato, & sic si verba fori, hoc non habet, mens tamen fori ex iuris præsumpta voluntate, hoc dicit. ad hoc, l. scire oportet. §. oportet. ff. de excusationib. tutorum, ubi est casus in ratione, facit. l. cũ mulier. ff. soluto matrimonio. quid enim amplius refert quod ex testamento probetur uoluntas quam ex iuris dispositione præsumatur, quoniam iuris pręsumptiones sunt liquidæ probationes, ad hoc. l. licet Imper. ff. de lega. primo, & l. tutor si petitus. C. de periculo tutorum, & l. si quis locuples. ff. de manumisis vindicta. Cum ergo si clericus mortuus reliquisset parentibus laicis iuste illi posiderent sine eo quod nihil solueret principi, sic, & nunc ex tacita uocatione, ab intestato iuste dicamus eos posidere. maxime quia negari non potest, quin isti uenientes ab intestato sint hęredes, saltim de bonis, quæ possunt posideri á clericis sine licentia, & non sunt ecclesię. merito isti ut heredes poterunt declarare se illos esse laicos, quibus ille uolebat, & poterat relinquere, in morte, & in uita ex fori dispo-
17 sitione, quoniam cum ius † eligendi competit ex causa lucratiua fit transmisio ad hæredem, & ad eum pertinet electio. Iste est casus, in l. si quis á filio. §. si quis plures. ff. de legá. primo, & ita intelligit Bartholus illum textum, in. l. inter stipulantem. §. si stichum. ff. de verb. obliga. maxime, quia ius eligendi competens, proprio
18 iure † transmittitur. l. illud aut illud. ff. de op. legata. C. communia, de legatis. l. finali, & ita intelligit Barth. dictum Cy. quod est in l. finali. C. de contra emptione, in. l. si stipulatus, in principio de uerbo. obligatio. merito enim iure uidetur quod proximores istius clerici omni iure posint, & ualeant uenire. ¶Item & singularis pars istorum proximorum fundatur de iure, quoniá etiam in materia stipulationum, quæ sunt stricti iuris, vt. l. quicquid astringéđ ę. ff. de verbo. obliga. facta stipulatio. ut posit testari, ueniunt ab intestato proximores quasi illis uideatur relictum. Isti sunt tex. singulares, in l. si mulier dotem. C. de iure dotium, & in. l. secundum Responsum. C. de contrahenda, & comi. stipula. ¶Or nunc, tu clare vides quòd ista con
19 traria sunt fortisima contra † partem regiam. bene audirem quòd aduocatus fisci responderet, sed non curemus, faciemus bonum omni tempore, pro parte regia fortius facit, quia forus regis Martini permittit dispositionem in testamento, aliás inter uiuos, ergo á contrario sensu non uenit casus intestati, & sic in illo foro tu habes casum pro parte regia. Nam casus á con-
20 trario sensu, habetur pro† expresso, etiam in pactis. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pactis dotalibus, quæ lex bene facit in ratione pro parte regia, ad hoc quod notat Bald. in l. conuenticulam. C. de episco. & clericis. ¶Item, quia in nostro casu sumus in materia prohibitiua, quia prohibitum erat clericis posidere bona de Realenco de iure antiquo, forum, ut in foris de super allegatis, uenit forus nouus regis Martini, & permittit illos posidere posse. De vita tamen permutando, quod possunt testari uel donare
21 inter laicos, ultra ergo inter casus † expressos, non ueniunt omisi, vt in dicto. §. cum inter, imo restant in dispositione iuris prohibitiui. Ad hoc. l. prima. ff. ad municipales, quia si princeps id uoluisset expresisset, de decimis, ad audientiam. ¶Et sic non obstant illa fortisima contraria ex aduerso formata. l. si mulier. C. de iure dotium, & l. secundum responsum. C. de contrahenda, & commi. stipulatione. quoniam illa iura loquuntur in materia permisiua, aliás quam ex stipulatione, quia citra stipulationẽ habent hæredes actionem, ad recuperationem dotis per legem vnicam. C. de rei uxo. actio. Et sic non mirandum, si expresso uno casu uenit alius, cum casus expressus non habeaꝭ pro causa si. ut ibi notat Bald. & gl. sentit, quæ diximus. ¶Sed in nr̃o casu, oĩs casus erat prohibitꝰ posidendi clericis bona de realenco, & sic relinquendi alicui: permisso igitur casu testamenti, vel contractus inter uiuos non uidetur permisa dispositio intestati, etiam ex præsumpta uoluntate. Maxime quia si bona de Realenco sunt empta, de bonis ecclesiæ, uel etiam in dubio cum præsumatur pro ecclesia, ut notat glo. in capitulo primo, de peculio clericorum, & Innocen. in capitulo, cum in officijs, de testamentis, ecclesia tam ex testameoto, quàm ab intestato, in illis bonis succedit, ut in auten. licentiam, & quod ibi notatur. C. de episcopis & clericis, & in. l. si quis præsbiter. C. eo. Sed etiam cum de foro ecclesia citra amortizationẽ nequiret illa bona posidere, imò ipsa acquisitione facta
22 † sunt principis sine processu, & sententia, vt in foro regis Alphon. Et ẽt sequitur, qđ talia bona iuste princeps incorporat. ¶Solum restat dubium

dubium, cum constat bona non esse quæsita intuitu ecclesiæ, quod qualiter habeat constare, vide Inno. in d. cap. cum in officijs. in talibus succedat quæ diximus. ¶ Nec obstat quod dicis, quod ius eligendi vel declarandi eo casu pertinet ad hæredem, & cætera, quia non est verum, quoniam illa electio, vel declaratio in nostro casu est data, ad certum & limitatum casum testamenti & non intestati, & sic non transmittitur ad hoc. l. idem Pomponius scribit si frumentum, in fi. ff. de rei uendica. & ibi glos. & l. inter stipulantem. §. si stichum stipulatus. ff. de verbo. obli. & in l. centesimus, eodem titulo. Et quod scribit dominus Ant. de Butr. in capitulo, cum ad sedem, de restitu. spo. Nec obstat. l. conficiuntur, vt l. quidã referunt, quoniam illa loquuntur, quando testator, in vtroque casu potest disponere expressè testando, vel tacitè ab intestato, sed non loquuntur an permisso sibi casu testamenti sit causa testati permissa in materia prohibitiua, & videtur dicendum quod non, per iam dicta. Et sic vides quod hæc quotidiana quæstio est dubia, sed sunt multæ rationes pro parte principis, & indiget principis declaratione. Et ideo solent officiales regij vela, vel signa regna apponere in rebus, quas de Realenco clerici possidebant, in vita illis moriẽtibus ab intestato, & sic capta possessione, vel facta apprehensione, se reũ constituat princeps, & venientes ab intestato actores. Et hanc practicam regij officiales habent à dictis Innocen. in capitulo, ex parte, de verbo. signfi. & eam clarius tradidit Oldradus suis consilijs, consilio. 83. Et solet de tali dubio
23 componere princeps, † cum suis subditis, ex quo quæstio non est decisa, ut videtur bona practica, & communiter seruatur, quod princeps est vnus de hæredibus, si sunt plures, alias habent quintam partem, & hoc casu talis concordia, uel compositio, pro iure dubio, licitè fit, etiam iudice interuenienre, imò aliquo modo cogente. Ad hoc text. cum glo. in capitulo, placuit, 90. distinct. & quod not. Bald. in l. æquissimum, de usufru. unde dicit Specul. in titulo, de præpa. iudiciorum. §. 1. uers. cæterum,
24 & uers. sed quid. quod laborare † ad concor-
f diam [f] licitum est iudici, quando iura partium sunt dubia, & ibi Ioannes And. in additio. ad Specul. & quod scribit Antonius de Butrio in capitulo, 1. de mutuis petitionibus. Neque prędictis obstat. l. non puto delinquere eum, qui in dubijs quæstionibus contra fiscum facile respondet, quod ibi notatur in gloss. & Bart. ibi. ff. de iure fisci, uidelicet quod illa lex potest exemplificari, etiam in dubijs quæstionibus iuris, etiam circa legum intellectum, quoniam id est uerum in dubio probabili, de quo etiam peritus interrogatus uix sciret respondere, ut in alia materia dixit Ioann. Fabr. institu. de susspect. tuto. §. suspectus, ad hoc quod notatur per gloss. in l. 3. §. ibidem. ff. ad exhibendum, & quod notat Innoc. in cap. cum inter, de electio. sed in nostro casu dicit princeps, quod clara est sua intentio, & quod in principio sua acquisitione bellica, fundauit intentionem in omnibus rebus regni, ut in dicto foro finali, de iurisditione omnium iudicum, & satis desuper vidisti fundatum, & nunquam alibi melius, & sic laudanda est tali casu concordia. ¶ Sed pone & occurrit dubium quotidianum, clericus ha-
g bens uel possidens bona [g] de Realenco, quod potest de foro, commisit crimen hæresis, propter quod omnia bona sunt confiscata, ut in capitulo, cum secundum leges, de hęreticis, libr. sexto: vel pone, clericus habens filium spurium, habuit quendam laicum, de quo confidit, & tacite rogat de dandis bonis vel restituẽdis filio suo spurio post mortem, & sic hæreditas ab isto, vt ab indigno est auferenda, & applicat fisco, p. l. ex facto, in fi. de uulga. & pupil. & p. l. Papinianus. § meminisse. ff. de inof. test. p l. Claudius, cum similibus. ff. de his quibus, ut indign. & pone ut diffilior fit quam quod ecclesia cuius est clericus habet facultatem possidendi à principe bona de Realenco, & sic amortizationem, quia si non haberet non haberet non habet dubium quæstio, quoniam ipsa acquisitione, de foro sunt bona principi acquisita, ut in foro regis Alphonsi sæpius allegato, sed ubi ecclesia est habilitata, ad possidendum bona de Realenco indefinite, quæcunque obueniat uel usque ad certam summam, ut communiter fit, quæritur cui fisco tales hæreditates quæ ab indigno auferuntur, uel aliàs confiscan
25 tur, debeant applicari. † Et videtur quod fiscus ecclesiæ præferatur, quoniam ecclesia tulit sententiam super hæc. Si ergo per sententiã iudicis ecclesiastici, nõ capiet fiscus regius, maxime, quia ecclesia semper in bonis clerici prę fertur fisco imperij, ut l. si quis presbiter, de episcopis & clericis, & in auct. de ecclesiasticis titulis. §. interdicimus, & in aucten. cum de appellatione cogno. §. si uero filij. Et hæ sunt ratione Bal. in dicta. l. si quis præsbiter. ¶ Item quia in crimine hæresis uidemus quod ecclesia bonis confiscatis præfertur fisco, ut in aucten. itẽ de Nestorianis. C. de hereticis. ¶ Item id videtur determinari per glo. & docto. in clem. uolentes, de hæreticis vbi notatur in gloss. super
26 verbo etiam ecclesiæ, quod † bona propria hęreticorum clericorum fisco ecclesiæ applicatur. Ad hoc facit quod notat Ioan. Andr. in ca. quia diuersitatem, de conces. præben. Or aduerte antequam magis protelemus materiam, si quæramus de bonis de Realenco, quæ auferuntur hæredi laico tacite rogato, de restituendo filio spurio testatoris clerici, Nonne dubia quæstio, quoniam post aditam per eum hereditatem institutum hæreditas, iam sunt propria bona hæredis ff. de acquirendit. hæred. l. hæres quandoque, &

l. hæres in omne. Sed ab illo auferentur, ut ab indigno, ut in dictis iuribus, & sic applicatur fisco eius, cui subditus est indignus, qui est laicus, & sic principis fisco, & ita determinat Bal. in dicta. l. si quis presbiter, licet sic formaliter non concludat. Restat igitur dubiũ, qñ venit cõfiscatio ex cã hæresis vel ex alio crimine ex sententia iudicis ecclesiastici, uel iuris dispositione cõtra clerium, ex quo bona de Realenco confiscantur ipso iure uel per sententiam si applicabuntur fisco ecclesiæ, et habente amortizationẽ, uel fisco regio. Et ultra allegata pro parte ecclesiæ
27 facit, qa res† clericorũ sequuntur conditionẽ psonę. C. de impo. lu. des. l. prima. li. x. & in auctentica, de ecclesiasticis titulis. §. ad hęc, extra de iure patro. c. si laicus, eo. tit. c. 1. li. 6. nõ. n. homines
28 † propter res, sed res pp homines Deus creauit ff. de usuris. l. in pecudũ, facit de iure codicillorũ. l. quidã referũt. Pręterea bona clericorũ gaudẽt eo priuilegio sicut bona ecclesiarũ. 12. q. 2. capitulo, ecclesiarum seruos. 16. q. 1. capitulo, similiter, ergo si ecclesiarum bona non possunt venire in confiscationem, in crimine hæresis et in fiscum ecclesiæ, qui habet fiscum, vt in cle. nolentes, de hæreticis, in clementinis, ergo hec bona clericorum, ubi veniant applicabuntur ec-
29 clesiæ, uel eius fisco regio. † ¶ Item uidetur tex. in aucten. ut clerici apud proprios episcopos ubi mulcta cleric. applicatur episcopo, sed istud non multũ facit, quoniã loquitur de mul-
b cta [b] pecuniaria, non de bonis de Realenco immobilibus conditionatis, de quib. est quæstio. ¶ Item quia regaliter cõfiscatio habet fieri per ordinarium delinquentem habentẽ merum imperiũ, uti est episcopus clerici, ut. C. ne sine iussu principis certis iudicibus liceat confiscare. l. vnica, iunctis notatis in cap. in archiepiscopatu, de raptoribus. Et quod ecclesia præferatur fisco regio, patet in aucten. de ecclesiasticis titulis. §. si quis autem episcopus. Sed dic contra, & quod fisco regio debeat applicari non obstan. cõtrarijs fortissimis pro parte contraria allegatis. Et primo pro huius quęstionis, & eius decisionis notorio fundamento, in hoc Valentino, regno, ex fori dispositione est præsupponendũ, quod omnia bona de Realenco sunt conditionata, & lege affecta uti est satis desuper late deductũ, & illa bona etiam cum transeunt, in clericos, uel ecclesias in casum permissum, restant cum onere regali, & uicinali, & sunt de iurisdictione principis, & de illis clericus habet respondere corã iudice laico ut in foro finali, de iurisditione om. iudi. Et sic est verum dicere, quod pro talibus bonis cleri. sunt temporalib. bonis obnoxij. 11. q. 1. cap. si quæ causæ cap. cum igit. & quod nõt. glo. in l. munerum. §. patrimoniorũ de muneribus & honori. Or hoc facto præsupposito est videre dicta bona, ex iuris confiscatione uel sentẽtia episcopi cui fisco applicatur, an fisco ecclesiæ uel fisco principis, & dic quod fisco principis sine dubio. Primo quia bona immobilia maxime onere affecta nõ sequuntur cõ
30 ditionem † personę. Sed restant sub eodem onere. l. vnica. C. de impo. lucra. descriptione, ubi nunquam enim curiale prædium sine prædicto onere lucrabitur, & sic ,ppter bona de Rea-
31 lenco clerici sunt sub iudice † laico obnoxij pp mobilia episcopo, quia illa sequuntur personam, ut in dicta. l. prima. Et sic merito dicendum est illa bona per delictum possessoris dominio temporali, ad hoc applicari. C. de annonis, & tributis. l. iudices, lib. 10. facit. 8. distin. c. quo iure. ¶ Item hoc uidetur probari per. l. fina. C. de exact. tributo. lib. 10. Et facit. C. de vectigalibus & commissis. l. ex præstatione, nam cõfiscatio rei affectæ fit illi ciuitati in qua est scita cum illo onere, & magna est aliàs in iure diffe-
32 rentia inter bona mobilia † & immobilia, quia immobilia semper redeunt ad priorem dominũ iure postliminij. ff. de captiuis & postliminio reuersis. l. si captiu᷒. §. j. Sed mobilia iure pdicto sunt occupãtium. eodem titulo. l. quid. ¶ Item quia aliquando in iure repetimus quòd aliqui sũt priuiligiati, ut ad sordida munera minime teneantur, nunquid illud priuilegium ad bona immobilia extendatur? Et certe non, quia illa non sequuntur conditionem personæ. Ad hoc. l. prima. C. de iis qui in sacro palatio militant li. 12. Sic ergo bona de Realenco, per clericum possessa non sequuntur forum clerici, sed sunt sub foro regio, & de illius iurisdictione. ¶ Item bene probatur à simili in materia feudali, quoniam cum igitur ad priuationem rei feudalis, & de illius incorporatione agitur corã domino feudi, ut. 10. col. de prohibita feud. alie. capitulo, imperialem. §. illud, & pro qua re feudali etiam clericus tenetur respondere sub iudice laico domino feudi, secundum communem, & veram opinionem, de quo in cap. uerum, & cap. ex transmissa, de foro compe. bene facit ad hoc cap. Romana, cap. debet, de appella. lib. 6. cum ibi not. quoniam iurisdictio temporalis, quam habet episcopus in loco nõ est subordinata ad tribunal archiepiscopi, sed suum iudicem principẽ recognoscit, & pari forma utitur ecclesia quoniam si uassallus laicus ecclesiæ committat tale quid propter quod feudo priuari debeat feudum uel res feudalis ad ecclesiam redire debeat & non ad iudicem suum secularem, qui eũ iudicauit, extra de penis. cap. felicis. li. 6. merito, ut paritas in iudicem obseruetur. l. fin. C. de fructibus, & litis expen. & ecclesia ius meum
33 non statuerit † pro se quin recipiatur contra se, ut l. prima. quòd quisq; iuris. 19. di. c. si Romanorum. Inde dicamus cum quis possideat bona affecta, & conditionata, & sub principis iurisditione, qđ si ab illis eũ priuari cõtingat ad dominũ tẽpalẽ sub cuius dominio originario fuerunt & sub cui᷒ sunt iurisditione reuertant, vti dicimus in eo, q violator pacis est, & à facie iudicis

34 dicis aufugit,† nam tunc res eius populo dispẽsantur,res vero immobiles hæredibus applicantur. Si vero eis auferantur non committuntur ei,qui de persona eius iudicauit, sed regi vt in feud. 10.colum.de pace tenenda, & eius violatoribus. §. si uero violator pacis. & si clericus est mulcta. 20. librarum punitur, quę pœna licet condemnetur ab episcopo applicatur domino temporali,vt in tit.de clerico violatore pacis,in principio.Pręterea id videtur probari per auctoritatẽ glo. in l.addictos. C. de Episcopali audi. iuncta textui,vbi habes quod clericus punitur per laicum iudicẽ ex quo est patrimonialis punitio,& in patrimonio † clerici quasi subsit iudici laico quo ad patrimonium. ¶Item aduerte quod rex in toto regno est iudex ordinarius & superior tam ratione territorii,cum sit dominus omnium rerum de regno saltim protectione.C.de quadri.præscrip.l.bene a Zenone,& iu-
35
36 dex † ordinarius omnium, & iudex etiam rerũ de Realenco,quoniam illa q̃ trãseant in ecclesiã sunt principis & iudicis secularis iurisdictione de foro vt in dicto foro finali,& in his bonis nullã habet episcopus iurisdictionẽ. Quinimo solã personam clerici habet subiectam, etiam sine
37 territorio quoniam episcopus non habet† territorium,quod patet expresse. nã dicit lex quod si quis episcopus, pronunciauit inter clericos iudex secularis executionem mandabit, & hoc
38 ideo quia episcopus non habet potestatẽ † realiter exequendi,ut in auct.de sanctis. episcopis. §.si quis vero litigantium, & quia sequeretur inconueniens,diceremus episcopum habere territorium,nam pari forma,habet subiectos laicos sicut clericos, in sua dięcesi existentes, & ita dicit Oldra.in suo consilio. 17.adde nota.per Bal. in l.prima.§.cũ vrbem.ff. de officio præfecti vr. Si ergo princeps est supremus iudex, tam ratione territorii quam ratione rerum sibi debẽt bona applicari, sicut videmus quod quando sunt duo,superior & inferior rem amittit,uel nõ acquirit applicatur proximiori,& magis speciali & non alteri.ff.de lega.2.l.ultima:& de prohi. feu.ali.imperialem.§.illud, cum enim princeps sit dominus duobus respectibus,quia habet iurisdictionem territorij, & quia iudex specialis, quo ad res,magis,sibi quam episcopo debet applicari, & duo vincula vnum uincant,ut insti. de adopt.§.secundo,& de consanguineis, & vterinis fratribus, circa finem. C. de adop.l. cum adoptiuus ¶ Item certum est, quod dictæ res sunt in territorio principis,licet inter episcopũ
39 † & principem distinguantur iurisdictiones, per personas magis quam per territoria,tamen licet res temporales per clericum teneantur, qa quamtuncumque est de rebus ipsis adhuc remanent in ordinatione ipsius regis, & ius committendi res istas penes eum remanet sibi saluum, neque illa bona sequuntur conditionem personæ,ut probatur.C.de episcopis & cleri.l.de ijs,& l.si quispræsbiter,circa medium,argu.ff.de muneri.& honori.l.munerum.§.patrimonium,& in l.nfi.C.de exac.tribu.lib.11. quæ est singularis, quare est uerum dicere quod principi & non episcopo debet applicari.Ex hoc dicimus quod dominus temporalis,in rebus & earum amissione,potest clericum condemnare, non applicabitur episcopo, imo domino temporali. vt. C. vt nemo priuatus.l.2.C.de episcopis & cle.l. repetita.C.de Sacrosanct.eccle.l.iubemus. C. de nauibus non excusandis.l.2. lib. 11. quare non est mirum,si hæc bona de realenco, in quibus princeps habet ius reale & omnimodam iurisdictionem sibi applicentur,& non episcopo, pro quo bene facit cap.postulasti,de foro comp. Nam licet episcopus domicilij clericum condemnet ad priuationem beneficiorum, episcopus tamẽ in cuius diœcesi sunt beneficia exæquetur & ad eum pertinebit dispositio beneficiorũ. Ad hoc bene facit .l.cum vnus.§.ijs qui.ff. de bonis auctoritate iudicis possi. ¶ Item quia vbi bona sunt conditionata & affecta legi, & iam fortius si iurisdictione,& aliquis habet ius in eis si contingat illũ delinq̃re, q. tenet illa & illa cõfiscari non debent applicari bona illi,qui condemnat, sed alij respectu cuius bona erant cõditionata. hæc probãtur:C.de incestis nup.l.3. C. de bonis præscriptorũ.l.1.et fi.C.de episcop.& cle.l.si qs pręsbi. & ff.de bonis damnatorum.l.fi.§. si in libertum,arg.ff.de publicanis.l.a princ.Et sic uides satis clare fundamentum, quod quamuis episcopus ferat sententiam confiscation. vel iure bona clerici sint cõfiscata ipso iure, vel per sæuam bona mobilia confiscantur episcopo,bona autem de Realenco applicantur principi, etiam si episcopus habeat licentiam possidendi,nec obstant iura in contrarium allegata,quoniam loquuntur in bonis, quæ sequuntur conditionem personæ, & quæ sunt sub iurisdictione ecclesiæ,& tali casu uendicant sibi locum, iura in contrarium allegata,auct. idem de Nestorianis.de hęreticis.C. cum similib. secus in bonis cõdicionatis,& de principis iurisdictione, quoniam illa sibi confiscantur per iura prędicta, & adde quę in materia propria scribit Oldradus, suo consilio.17. quod consilium multum commendo & oro videas,quoniam rex debet literis aureis facere illud scribi.& hęc sufficiant de hoc extraordinario dubio.¶Sed pone rex dedit multas villas & loca magistro Minutesie cum omnibus commodis, & cum omnimoda iurisdictione,vtrum ius amortisationum restat saluum regi vel erit domini magistri, & videtur quod nõ
40 sit regis quia illa loca iam semel per†largitionẽ regiam transierunt in ecclesiam, & sicut non indigẽt alia amortisatione uel licẽtia,ut in l.donationis.C.de dona.inter uirum & uxorem,& quia
41 ex generali † donatione omnia transeunt. C.de contrahẽ.emp.l.in modicis,& in l.1.§.cum vrbẽ ff.de officio præfect.vrb.¶Sed in contrar ium videtur

42 detur posse dici, quoniam † princeps alienando dictas villas, non videtur alienasse regaliam suam, nisi expresse de illa fecisset mentionem, ut nota. in l. prohibere. §. plane. quod vi aut clã. & quod no. Bald. in d. l. 1. §. cum vrbem. Et ideo merum imperium non venisset, nisi princeps dixisset. vt no. in l. 1. ff. de offi. eius cui mandata est iurisdictio, & Bal. vbi supra. Et sic illa regalia amortisationis nõ ueniũt. ¶ Neque obstat quod per primam donationem factam magistro, omnia de magistratu uidentur amortisata, quoniã non est uerum, quoniam ea quæ sunt in patrimonio proprio vasallorum, non transeunt in ecclesiam, neque in ordinem Minutesiæ, imo sunt propria bona vasallorum. si ergo de illis fiat capellania uel anniuersarium, quis dubitat quod ius amortisationis non sit ex ea debitum, iuxta regulam fori, neque dictum magistrum potest
i iuuare consuetudo vel prescriptio i & possessio quam allegat, quoniam in ijs quæ sunt propria principis & regaliæ periculosum est prætendere posidere. Vide l. sacri affatus. Et ibi Bald. C. de diuersis rescrip. Et uide l. 3. §. fi. ff. ad l. Iul. maie. & l. 2. C. de executoribus & exact. li. 12. & quia fi-
43 scus præscribi † nequit. l. comperit. C. de prescrip. 30. annorũ, & quia est in facto pronũc nõ determino. ¶ Scias tamẽ quod istud ius amortisationis & confiscationis est principis, & suorum fratrum, & filiorum, in terris suis, ex foro regis Alphonsi. & ideo in terris illorum, princeps non habet ius amortisandi, quod facit pro illis Baronibus, qui habent terras emptas a filijs, vel fratribus regum. Cogita & ad id quod primum dixi, quod donatio facta ordini Minutesiæ, non fuit de singularibus rebus uasallorũ. Vide omnino scripta per dominum Ioannem de Imola, in l. fi. ff. soluto matrimonio, qui optime probat quæ dixi

## CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶ LOCATIO.] Locatio ad centum annos videtur q̃ dicatur alienatio. arg. l. fin. ff. si ager vectigal. & c. ad audientiam. de rebus eccl. non alien. & videtur text. in extrauag. Pauli. 3. de rebus ecclesi. non alien. quod ex alio potest suaderi, quia locatio de Nouennio in nouennium dicitur alienatio. iuxta tradita per Alexand. in consi. 68. vol. 1. quanto magis locatio ad centum annos. arg. auct. multo magis. C. de episc. & cler. ¶ Sed quicquid dici posset censeo locationem ad centum annos alienationem non dici, cum per eam dominium non transferatur, & potest etiam notari ex l. 1. C. de iure emphyte. & latè per Philipp. Deci in consi. 645. præsupposita. & vltra glossam quam allegat hic Belluga in dicto. §. instituto. in verb. nõ extitisse. dico quod in prohibitione ista, locatio ad longum tempus non comprehenditur, diuersa etenim ratio militat, finita enim locatione ad locatorem reuertitur, & ad manus mortuas non potest dici per locationẽ transijsse, remanet etiam locatione durante apud locatorem proprietas. l. 1. & l. seq. ff. si ager vectigal. vel emph. l. si domus. §. vltim. ff. locat. per eam hypotheca, vel pignus non prohibetur, cum nõ transferant dominium. l. pignus. C. de pignor. actio. concludunt Gloss. & Doctores in l. fin. C. de rebus alien. non alien. Socin. in consi. 75. circa præsentem consultationem. vol. 1. Philipp. Deci. in consilio. 645. presertim. quia licet per ecclesias acquiri non possint: vendi tamen possunt iux. Doctri. Bartol. in l. quorum. ff. de pignoribus. ita etiam circa fructus, sicuti dicimus de fructibus feudi, qui vendi, ac donari possent durante feudatarij vita. Andr. de Isern. in cap. Imperialem. de prohibit. feud. alien. per Feder. & in c. 1. de leg. Corrad. in ca. 1. an agnat. Idẽ And. in cõst. regni, si q̃s post litẽ. vbi Affli. colum. 5. Iason in §. Item seruiana. inst. de Action. Bald. in l. voluntas. C. de fideicommiss. Idem si ecclesię alienetur, cum pacto quod alteri laico restituat. arg. l. fi. §. fi. C. de Bon. quæ libro. Angelus in dicta. l. voluntas. C. de fideicommissis.

b ¶ LATE infra.] Scilicet Rubrica. 17. per totum.

c ¶ FRVCTVS suos.] Quod a die commissi criminis quo ad fructus fisco adiudicentur. & incorporantur per notata hic per Bellugam, uide vltra eum Ioan. And. Dominic. Philipp. Franc. & Petr. de Anch. in cap. Fœlicis. §. nullus. de pœnis in 6. Cyn. & Bald. in auct. Incestas. C. de Incest. nup. Andr. de Isern. in c. 1. §. Item si fidelis. quibus mod. feud. amitt. Petr. Iacob. in Pract. in titul. super cõdi. ex morib. colum. 1. Alexand. in l. 1. C. de his quib. vt indign. Petr. Ferrar. in titul. form. libell. in caus. ipo. poss. §. ipso facto. in fin. Angel. de Aretio in tract. Maleficior. §. & eius bona publicamus. vbi August. Arimenens. Albert. Brun. in consi. 41. viso instrumento. col. 5. Matt. de Afflic. in const. Pactarenorum. col. 4. vers. sed quero an ista public. & in constit. si dubitatio. colum. 6. vers. prima quod vbi agitur. Felin. in cap. Rodulphus. col. antep. de rescrip. Petrus Rebuffi. in Arbore Feudal. in fin. & ad hunc effectum refert Bellugam hic Andr. Tiraquell. in rep. l. nunq̃ in verb. reuertatur. num. 168. C. de reuocan. donat. & didacus Couarruuias. in epith. de sponsalib. parte. 2. cap. 6. § 8. num. 8. 9.

d ¶ SPECIALE.] Dominium licet sine possessione non transeat vt in l. si ager ff. de rei vend. l. traditionibus. C. de Pact. & tradit Petr. de Anchr. in consi. 310. tres domini. in fin. de quibus etiam per Andr. Tiraquell. in tract. de iure constit. parte. 2. ampliatio. 8. num. 1. tamen speciale est in casu isto, vt sine possessione transeat. Doct. in l. commissa. ff. de publica. & vectigal. Bartol. in l. Imperator. C. de iure fisci. & in l. si ita quis promiserit. §. eadem lege. col. 2. vers. prædicta vera. ff. de verbo. oblig. & Iason in l. Ciuitas. num. 6. ff. si cert. pet. ubi dicit dictam l. traditionibus, non procedere in contractibus Principis. refert & sequitur nouissime D. Bernardin. Alphan. in Collectane. iuris. 183. in materia. ¶ Et licet possessionem non acquirat nisi eam apprehenderit, vt astruunt Bart. Bald. Rom. & Angelus in dicta. l. commissa. & per Bald. in l. siquis in tantũ. C. vnd. vi. Anchar. in c. cum secundum. de hęretic. in 6. Fortius tamẽ, pleniusque ius consequitur, quã is cui dominium ipso iure non queritur arg. l. Pomponius. & eorum quæ ibi notat Accurs. §. Quæsitum. ff. de acqui. poss. Marti. laud. in tract. de princip. §. 291.

e ¶ PERSONA monachi.] Vide Doctor. in l. 1. ff. de vulg. & pupill. subst. & in cap. Rainutius. extra. de testam Socinus in consilio. 82. volum. primo. & in consilio. 52. volumine quarto.

f ¶ CONCORDIAM.] Latissime ego scripsi in Regia Aragonum. §. primo. gloss. prima per totum vbi me remitto.

g ¶ BONA.] Vide in simili quæstionem quo ad feudum, vel Emphiteosim. per specul. in tit de feud. §. 1. Bart. in l. si finita. §. de vectigalibus. ff. de damn. infect. AEgidi. Bellamer. in Decisio. 725. Alexand. in consi. 23. col. 3. vol. 1. D. Iulius Clarus in li. sentent. 4. §. emphiteosis. q. 29.

h ¶ Multa

h ¶MVLCTA.] Quid sit mulcta,& sola dicatur quãdo qs pecuniariter punitur, vel alijs etiã modis. uideas ea,quæ latè dixi in Regia Aragon. §.6.gloss. 3. num. 16. 17. 21. cum pluribus seq.

i ¶PRAESCRIPTIO.] Traditum est communi cõclusione quod ad præscribenda Regalia sufficit tempus immemorabile. Abb.Panor.in cap.super quibusdam. §. prætera.de verbor.signif.& in cap.cum a nobis.de præscrip.Alexand.in l.More.col.2.ff.de Acquir.hæred.Franciscus.Aretin in consi.30.Iason in l.de quibus.ff.de legib. Philipp.Deci.in consi.341. & in consi.496. Innocent. in c.si diligenti.in fin. de præscrip. Guido Papæ in Decisio. Gratianop.307.per totum.Ioann.de Arno.epitho.21.Alexand.in consi.16. vol. 5. Petrus Hunius de exequend. mandat.reg.cap.1.nu.15.vers.octauo.Ioan.Baptista Villa lobos.in tract.opin.commun.§. præscriptio. num. 222. ¶Dicitur enim quod talis præscriptio vim habet tituli. l.1.§.fin.ff.de aqu.plu.arcend.l.hoc iure.§. ductus aquæ ff.de aqu.cotid.& æstiua. ¶ Habet talis præscriptio uim specialis concessionis,& priuilegii,Alex.in consi.7.volu. 1.& in cons. 78.videtur prima.num.3.& in consi.110.nu. 19.vol. 6.Philipp.Corne.in consi.22.videtur in princ. & litera.a.vol.1.Robertus Maranta in disputa.2.n. 38.& voluit Iacobus Mandell.in consi. 76. casus iste num.9. & in consi.64.quia articulus num.56.Matth.de Afflict.in Decisio.254.sæpe fuit.num.3.4.&in Decis.324. agitur causa. num.6.cum alijs allegatis per Do.Roland.a Valle in cõs. 89.& si nu.11.33.vol.2.latissimè D.Thobias Nonius in consi.83.cum Illustri.nu.1.2.& per totum. & nouissime D.Iacobus Menochius in cons.21.est mea quidem.num. 20.vol.1.& ab omni exclusione præsumptionum censetur exclusa immemorialis præscriptio.vt alios allegans voluit D.Franciscus Bursatus.in consi. 23.apparet. num. 23.vol.1.Nec videtur quod in ea principis scientia requiratur voluit Alexand.in consi.6.vol.1.Felin.in c.de quarta. de præscrip. Decius cons. 85. & in consi. 241. & in consi. 499. Matth.de Afflict.in Decis.allegata 254. sæpe. nu.5. Andr. Tiraquell. in tract. retract. conuention.§.1. gloss. 2. nu.25.& voluit Ioan. Baptista Villabos in tract. communium opini.§. præscriptio.nu.222.vbi latissime.

## In Versiculo Restat.

*SVMMARIVM.*

1 *Ius,ex amortisationibus proueniens*
2 *Quæ sunt in principis arbitrio, non necessitantur.*
3 *Princeps,quæ facere cogatur?*
4 *Dispensatio,quando debita, & quando gratia?*
5 *Imperium donando ecclesiæ, non minuitur, sed augetur.*
6 *Princeps, utrum solo uerbo condere possit priuilegiũ?*
7 *Iurisdictio sine scripto,quando committatur.*
8 *Scriptura,quando requiratur?*
9 *Scriptura probationem operatur.*
10 *Mortuo principe,priuilegium,seu officium concedente, literis minime confectis vtrum officium perdatur?*
11 *Ius amortisationis,a quo excusatur?*
12 *Ignorantia quando non est probabilis?*
13 *Podere dicitur colis,in quo vites crescunt,& est vulgare Vasconum,& Hispanorum.*
14 *Dignitas legatarij,quid operetur.*
15 *Res quæ reputetur possibilis.*
16 *Solita a principe concedi,censentur possibilia.*
17 *In inquisitione genarali,quæ veniant?*
18 *Generale proclama,quid operetur?*
19 *Bona ecclesiæ amortisata,seruat princeps in scrinio, & quare?*
20 *Ecclesia. titulum suæ possessionis, quando ostendat.*
21 *Possessio ex damnato,transit contractu.*
22 *Bona ecclesiæ,quæ sunt confiscata ipso iure.*
23 *Fiscus,ante occupationem non possidet.*

RESTAT Videre quid sit ius
1 ex amortisatione† proueniẽs? & certe hoc iure, nec foro non cauetur:quoniam ius canonicum, neque ciuile,de tali iure specifice non curarunt. istud autem ius in quo,ex consuetudine inuentum est, videlicet quod soluantur quatuor solidi pro iure amortisationis, & vnus solidus pro iure sigilli,& ex quo ex more introductum est amplius non posset exigi citra grauamen,vt in tex.notabil.l. penulti. C. de exact. tributorum.lib.10.ibi consuetudine seruata regionum, melius probatur in l.1.C. de canon.largition. libro.10.vbi quæ sacris largitionibus ex more petuntur:& non potest reddi ratio, quare magis illa quota quàm alia sit statuta, quoniã hoc est ad bene placitum principis id inducentis a principio, maxime ex quo est gratia. Ad hoc optimus tex. in l.modios. C. de susceptoribus.& arcar.li.10. Neque aliquis posset conqueri de principe,si talem licentiam non concederet:quoniam ea quæ sunt in principis arbitrio
2 † non necessitantur iure necessitatis.ff.de iudi. l.nõ quicquid.& communiter allegatur.l. apud Iulianum.in fi.ff.de lega.1. quę bene facit. Sed credo quod si iusta subest causa petẽdi dictam licentiam possidendi bona de Realenco, vt puta,quia ecclesia pauper,vel similia,quod ex quo princeps solitus est talem licentiam concedere male faceret & grauaret non concedendo, ad hoc tex.a contrario in d.l. apud Iulianum. in fi. melius probat tex.in l.2.ff.de cadaueribus punitorum, nam ea quæ sunt in arbitrio vt dispen-
3 sationes superior ex iusta causa tenetur & † cogitur illas facere,nam quandoque est delata dispensatio. 1.q.7.c.exigunt,& no.Ioan.23. quæst. 2.inolita & ca.interfectores, & in cap. de incest. non tamen datur actio pro obtinenda dispensatione,licet posit implorari iudicis officium. l.distinct.c.si quis.& c.domino sancto.& ca.miror,quo implorato, si non dispensat peccat, & dicitur iniuriam facere, sicut dicimus in postulando,de postu.prælat bonę.& cap.fin.l.1.§.permittimus.ff.de aqua quo.& æstiu. ¶Idem dicit glo.quod agi poterat coram superiore, de iure patronatus.cap.nullus. ad hoc dicit in d.c. exigunt.& in cap. considerandum. de quo per Io. And.in c.licet canon.& cap.cum ex eo. de elec. li.vi.in nouella.Si autem sine causa petatur, nõ est debita,nec superior grauat. & hoc est quod dicit Archidia.de elec.c.licet canon. et dicto c. vt consti-

vt constitueretur, dicens quod dispensatio est quandoque permissa, & hæc est gratia: quando-
4 que est † debita, & est ius, cum sit executio iustitiæ. ff. de aqua quotid. & æsti. l. 1. circa fin. ad hoc quod no. Inno. in cap. nisi cum pridem. §. propter. de renunc. Cyn. in l. fin. si contra ius vel vti. pub. & Anton. de Butrio, in cap. at si clerici. §. de adulterijs, de iudicis. Et sic uides quando princeps male faceret, & grauaret talem licentiam denegando, & quando non: tamen principes caritate moti, & quia ecclesia etiam pro eis orat illam solent denegare, & ideo minime sunt mutanda, quæ longam consuetudinem habuerunt, & quia donando ecclesiæ non diminuitur, sed augmentatur imperium, ut fecit fœlix
a Constantinus donando[a] † ecclesiæ, de quo dici
5 vt ad saturitatem diximus in titulo de iuraméto per principem in curia faciẽdo. ¶ Sed ad quid soluitur ius sigilli, quoniam alias non crederetur literis principis, vt no. gl. in prohemio. 6. lib. allegat. 96. dis. cap. nobilissimus. & l. vnicã C. de mandatis principum. ¶ Sed nonne prin-
6 ceps potest † verbo [b] condere priuilegium?
b quod videtur probare tex. in clemen. dudum. de sepulturis, vbi priuilegia gratias verbo vel scriptis. Et etiam & ibi dicit Paulus de Leazaris quod princeps dat priuilegium sine scriptis, vt dicit notari. 25. q. 2. c. institutionis, dicẽs quod
7 etiam sine scripto † committitur iurisdictio, & a quolibet ordinario, vt dicit notari in speculo de proba. §. videndum. vers. quid de auditorib. remittens ad nota. per Archid. in prohemio. 6. libr. & pro hac parte videtur tex. in auten. vt litigantes iurent. §. vltimo. sed ille loquitur cum est princeps præsens, & aliquid mandans, quoniam tunc non sunt necessariæ aliæ literæ secundum Iacobum But. in l. vnica. C. de mand. principum. & quod non sit de esse scriptura, siue bulla in principis concessione. Allegat Archid. super data. libr. 6. insti. de dona. §. perficiuntur. C. de donat. inter uirum & vxo. l. donationes, la. 3. ¶ Item allegat cap. fin. de conces. præbendę lib. 6. dicit tamen Archi. quod ad probationem rei
8 gestę, requiritur † scriptura, vt dicebant aliqui curiales, pro quibus facit. 2. q. 1. legum, & extrauagans Bonifacij, quæ incipit iniunctis. de sentẽtia excommunicationis. proinde. de testibus. pręsentium. cum similibus, pro quibus etiam facit, cap. vt diligenti. de simonia. Nam cui per Papam fit gratia, debet esse literis munitus, vt ibi.
c ¶ In contrarium[c] tamen quod expiret gratia vel principis concessio, nisi monstretur scriptura & bulla probari videtur per legem. sacri affatus. C. de diuersis rescriptis, quæ lex loquitur in priuilegio. ¶ Item facit. l. bene, a Zenone. §. quæ omnia reseruantes. C. de quad. præscri. ¶ Tum quia in concessione dignitatis, vel officij, quam facit princeps, intercedere debet scriptura. C. de agẽtibus in rebus. l. matriculam, circa finem. lib. 12. & eo. lib. C. de diuer. offi. l. probatorias. Pro quo facit. C. de episcopis & cle. l. si qua per calumniã, et quę habentur. 10. q. 2. cap. sed & permutare, cum alijs multis iuribus per eum allegatis. Concludens quod gratia valet, sed quod ad rei
9 probationem † requiritur scriptura bullata, &
d hanc partem [d] semper sequitur Bald. tam in l. si qua per calumniam, de episcopis & cle. quam in l. humanum. C. de legibus. dicens, quod de esse concessionis, vel gratiæ, non est necessaria scriptura. Si tamen habet probare, vel facere fidem in iudicio, esset necessaria scriptura, & ideo di-
e cit quod mortuo [e] † principe, vel papa ante si-
10 gnaturam, uel bullaturam, gratia non expirat, sed esset bullanda per successorem, facta mentione de tenore, & hoc dicit ibi Ioan. And. in nouella. dicens, se vidisse practicari tali modo. & istud tenet domini de Rota sua cõcl. 122. Aduerte quod uerum est quod de esse gratiæ uel concessionis, non est scripitura. Hoc bene probat tex. in dicto ca. institutionis. 15. q. 2. & dicta cle. dudum. & quod no. Innocen. in cap. constitutus de rescrip. & sic non expirat gratia, imo debet fieri scriptura vel bulla, sed si bulla esset amissa & nollet successor illam reparari facere, vel quia nollet eam facere bullare, tunc credo quod probato tenore gratiæ uerbo, fact. vel scrip. redditis & perditis, & amissis, uel qd successor nollet reparare, vel bullare, cum aliis circunstantiis requisitis, tunc esset talis probata gratia, & cõferret ius, iuxta nota. per Inno. & Anto. de Butr. in cap. cum olim. in primo, de piuileg. & ita ten. & additur per Dominicum de sancto Gemini. in prohæmio. 6. lib. & per Ioannem Andr. in mercuriali. in regula, priuilegium.

VLTIMO Videamus quis, modus sit seruãdus ad habendum ius amortisationis regi pertinens? & certe satis planus est modus ex prædictis, nã si constat res esse in ecclesiam translatas citra regiam licentiam, locus est occupationi per forum regis Alphonsi, & tunc est in facultate principis, recepto iure amortisationis, si vellet ecclesiæ res restituere. ¶ Item si est quid mandatum dari per testatorem, nondum facta consignatione, tunc de illo exigetur ius amorti-
11 sationis prædictum. ¶ Sed est dubium, † a quo exigetur, an ab hęrede, uel ab ecclesia legataria? Et certe si testator id mandabat quod tot solidi censuales emantur pro tali beneficio, uel ecclesia, licentia regia præsente, (vt communiter fit) Et tunc non est dubium quod hæres debet soluere ex lege testatoris, in auctẽn. de nup. §. dispo nat. ¶ Sed quid ubi non est cautum lege testatoris, sed solum testator mandauit dare domum ecclesiæ, uel cẽsum censulam emi, & est iam emptum per hæredem & vult consignare ecclesiæ. dicit ecclesia, Soluetur ius amortisationis, quoniã ad te spectat, iã enim sciebat defunctus nos non posse possidere citra amortisationem de foro, vel scire debebat, & sic non cadit probabilis

12 lis † ignorantia.l.error.C.de iuris & facti ignorantia.l.regula.ff eo. Merito videtur nobis omnia legasse, sine quibus nos id habere non possemus, ne legatum fiat inutile, quod lex non præsumit.ff. de fundo instructo.l.fundus qui locatus. & sic hæredem prestaturũ nobis legatarijs omnem impensam.arg.l.cum seruus.ff.de le.primo & quod no.in c.iudicante, de testa. ¶Sed uidetur contrarium, & quod legatario pertineat solutio amortisationis ex regula, quia commodũ est sibi applicabile, & sic debet onus sentire, in l.vnica.§.pro secundo.C.de caducis tollendis.& l.fin.C.de furtis, cum similibus.& in regula iuris, qui sentit, & in l.& si contra.ff.de vulga.& pupil.¶Preterea id uidetur tenere Bal.in l.qui alienam.C.de legatis, quod si quis legauit aliquod podere fratribus mendicantibus cum isto onere, quod ibi debeant construere locum vbi morentur certi fratres, aliàs perdãt legatum, quod istud legatum non valet, quia est impossibile, id est nimis difficile, cum non possint noua loca assumere, nisi speciali licentia apostolicæ sedis quam non est verisimile eos obtenturos, contra sacrum consilium, ut in cap.1.de exc. prala.lib. 6.innuens ad eos fratres legatarios pertinere, & spectare, habere dictam licentiam, & suis expensis, & sic habeant legatum, aliàs perdant secundum Bart.in l.apud.& l.fi.ff.de legatis,1. vel secundum Bal. in dicta.l.cum alienam, debeat fieri commutatio in alium pium vsum, & sic uidetur quod ius amortisationis, & onus habendi licentiam possidendi pertinet ad ecclesiam legatariam, & non ad hęredem.& hoc facit totus titulus, de his quibus vt indignis. nam si in capici legatum fiat, non est onus hæredis eum facere habilitari, sed applicatur fisco, ut l.Claudius, cum similibus, de ijs quibus vt indig.ff.videretur dicendum onus pertinere hæredi habẽdi dictam licentiam, & amortisationem, & soluẽdi ius ex ea, primo ex pſumpta mente defuncti, quia cum ipse uelit ecclesiam habere dictũ
13 podere † vel prædium, & uel tot solidos censuales, voluntas esse præsumitur quod illos integros habeat, & quod non haberet si amortisationẽ soluere ecclesia haberet, imo quarta pars ab ea auferretur ex iure amortisationis, & sigilli solutio.& hæc prædominare debet.l.in conditionibus.ff.de condition.& demonst.ff. de legatis primo.l.si mihi & tibi.§.in legatis. coniecturata igitur mẽte defuncti, & quia talis est mos regionis, vt pro talibus legatis debeatur amortisatio, & quia legatum fit ecclesiæ, & sic ex dignitate
14 † legatarij fiat ampliatio legati.ad hoc.ff.de legatis.1.l.si seruus plurium.§.fin.& l.ornamentorum.§.fin.ff. de auro, & argento lega. ¶Breuiter allego pro ecclesia legataria tibi casum in ratione in l.apud Iulianum.cum.l.sequenti.ff.de leg. 1.vbi est casus, quod vbicunque res est in nostro commertio, vel est possibilis esse, quia vt dixi, ex
15 quo ẽ solita cõcedi, reputatur † possibilis, per l. secundam.ff.de cada.punitorum, quod quãuis non sit in commertio legatarij, absque tamen suo delicto debetur ęstimatio, si scientiam incapacitatis testator non ignorabat, quinimo hę-
16 res tenetur illam rem habere, si sit facile, ut † a principe haberi poterit. Merito ex quo prĩceps est solitus dictam amortisationem cõcedere, cogatur ab illo hæres rem habere, id est licentiam possidendi, & ita communiter practicatur. Sed quid dices cum sunt incertę res vel legata, quorum debeantur amortizationes propter illarũ pluralitatem, cum princeps certificabitur, dicens quòd ex quo ista sunt iura regis, etiam in ciuili proceditur per inquisitionẽ.& hæc est vna fallẽtia tradita a regula posita per Innocẽtium in cap. ad nostram, in 2.de iureiuran.& probatur per casum.l. vltimæ. & quod ibi Bart.C.de bonis vacanti.lib.10.& in cap. cum dilecta. de cõfirma.vtili vel inutili, & in cap.fi. de supplen, negli.præla.& hæc inquisitio a principio est generalis ex quo ignoratur quę ecclesiæ sunt quæ possideant bona de realẽco sine amortisatione, & expost cum in fisci notitiam uenit inquiritur specialiter, ut dicit Innocentius.& Host.totum mundum seruare in c.bone.de elect.& in inqui-
17 sitione † generali ueniunt, ut fiãt edicta vel præconia generalia, ut manifestentur quæ sunt bona, quæ ecclesia possidet, cum amortisatione, & quæ sine, nam quãdo sunt incerta, de quibus est
18 inquirendum, sufficit generale † proclama, & idem operatur quod operaretur specialis citatio, quo ad certos, ut in aucten.si omnes. C.si ut se ab hærede abstineant, & quod ibi per Barto. & Bald.ut in ca.cum in tua, qui matrimonium accusa. possunt, & ibi per Innocen. & Anton.de Butr.& tunc princeps describit apud suam matriculam, et habet in suo archiuo quę sũt bona
19 † quæ iuste ecclesia tenet, et inde sumatur ꝓbatio, C.de diuersis officijs.l.probatorias.illa uero quæ termino peremptorio assignato non sunt manifesta, uel amortisationem non docuerunt princeps occupat, cum eis obstet peremptoriũ vt l.mancipiorum.ff. de optione legat, & in dicto cap.cum in tua, cum similibus.nisi fuerit iuste ecclesia impedita, quod non potuerit ostendere infra tp̃s terminatum titulũ, ut in c.postoralis.de excep.vel petendo restitutionẽ, et ostẽ-
20 dendo titulum † eo quod ecclesia, ut in ca.auditis. cap.coram fœlicis.de restitu. in integ. et quod ibi no. Sed quomodo hoc, quare ecclesia compelletur ostẽdere titulum suę possessionis contra iura.l.cogi ſ possessorem.C.de peti.hæredi.et idem esset in foro, quod quis non cogitur ostendere titulum suæ possessionis, quare ergo ad id ecclesia compellitur, nam quamuis contractus ab ipsa lege regni sit damnatus, quia in ecclesiam bona de Realenco nequeunt transire
21 contra amortisationem, tamen etiam ex † dãnato

nato cōtractu, trāsit possessio, vt in l. 1. §. si vir vxori. & qđ ibi no. ff. de acqui. pos. & ideo singulariter dicit Ba. in l. 2. ff. de iurisdi. omni. iudicum. quod quamuis sit prohibitum vendi forensibus ab statuto, tamē trāsit possessio, qm̄ verba iuris adiecta in statuto non prohibent factū, ex quo possidetur, per dictum cap. si vir uxori. ¶ Item quia quamuis bona de Realenco in ecclesiam
22 translata sint† confiscata ipso iure per forum & possunt occupari sine processu & sententia, cū
23 fiscus ante† occupationem non possidet, vt no. glo. in l. cum duobus. §. idem respondit. ff. pro socio. & sic merito est dicendum ecclesiā possidere, & vti posse commodo possessionis, & sic non cogi ad ostendendum titulum suæ possessionis, vti de iure & foro cauetur. ¶ Sed dic cōtra multis rationibus. Primo quia ecclesia neqt possidere bona de Realenco, citra amortisationem, cum de foro sit prohibita omnis transportatio, etiam facti in eam, & sicut ipsa non possidet, neque potest possidere, aliās ab ea non euo caretur citra processum & sententiam, per. c. licet. de præben. lib. 6. quod facit de foro. ¶ Item quia de foro tēporaneæ, videtur laicis data possessio, quamdiu in ecclesiā nō alienabunt, merito desinunt statim possidere, cū in ecclesias trāsportāt, & ideo princeps vtitur verbo retēsionis. ad hoc facit quod not. Bal. in l. 2. C. de condi. ob causam, & Bar. in l. qui absenti. ff. de acqui. pos. & sic merito ex quo non possident, non possunt vti commodo possessionis, & sic cogantur adhibere titulum, cum de facto se contendant tenere, vel ubi posset dici ecclesias aliquam de his bonis tenutam habere, ex quo tenent cōtra ius, & intentio principis est fundata de iure fororū, in foro fin. de iuris. omnium iu. quod etiam potest cogi de iure & de foro, ad ostendendum titulū suæ possessionis, inter ea quæ in simili no. in c. ordinarij. de offi. ordi. Facit ca. ad decimas. de resti. spo. li. 6. & eodem libr. de priuileg. cum personæ, & quod no. in dicta l. cogi. C. de peti. here. & sic non obstat quod no. Bar. in l. secunda. C. de conduct. domus August. quia ibi illi nobiles de quibus ibi, non erant prohibiti de iure acquirere, uti est ecclesia de foro. & hoc dicit dom. Anto. de But. in cap. Item cum quis. de resti. spo. quod quotiens a iure possessio est infecta ipso iure, & quis inhabilitatus ad possidendum, non admittitur petens restitutionem, secus si per sententiam. Allegat dictum Innocen. de exces. prælatorum, cap. inter dilectos, & glo. 1. & quod not. Archidiaconus. 18. distinct. capitulo. quo iure. & Compos. de elect. capitulo. expressiue. Vide quæ ibi ponit dominus Antonius in dicto ca. item cum quis. ¶ Et hæc sufficiant de hac materia amortisationis.

CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶CONSTANTINVS.] De donatione facta per Cōstantinum Papæ Siluestro, quod valida fuerit, dicit idem Belluga. supra rub. nono. vbi dixi in verb. Beato Siluestro adducens super hoc copiosissimum consilium D. Francisci Bursati Mantuani Iurisconsulti ętate nostra celeberrimi in consi. 124. volens per totum. vol. 1. vbi hanc opinionem sustinet ex omnium ferè scriptorum opinionibus, & authoritatib. Laudēs. in tract. de princi. §. 84. donatio.

b ¶VERBO.] Adde Felin. & Deci. in rub. extr. de const. Gloss. in cap. 1. verb. in scriptis. de censib. in 6. enumerat viginti octo casus in quib. exigitur scriptura. & sex alios casus ibidem addidit Ioannes Andreas in Nouella. & sexdecim addit ibidem Lapus, & alios vsque ad num. 58. superaddidit ibi philippus Franc. in §. postquam. vide Rotā in decis. 96. nota quod reseruationum. & in decis. 131. nota quòd in capitulo. in antiquis. & iterum in decisio 246. constitutio, siue statutum. & in deci. 331. licet Romana curia. in nouis. ¶ Notandum tamen est quod statutum poterit testibus probari. Rota in dicta decis. 246. in nouis. ¶ Cōstitutio Papæ testib. probatur. Rota in alleg. Decis. 96. Collatio beneficij absque dispensatione facta benemerito. Bald. in cap. 2. de restit spoli. Rota in Antiq. in decisio. 780. dic quod collatio. ¶ Potestas iudicū ordinariorum vt episcoporum, prætorum, & similium, probatur testibus. voluit Rota in decisio. 47. valent acta. in nouis. & Philipp. Deci. in consi. 169. ¶ Papa, & Imperator solo verbo creant Doctores. Baldus in Prooem. decretorum. colum. 13. Angel. in l. cum salutatus. C. de sentent. pas. & voluit Martin. Laudēs. in tract. de princip. §. 207. licet multa. ¶ Papa solo verbo constituit Abbates episcopos, & similes. Abb. in cap. in nostra. de rescrip. in cap. tua. de his quæ fiunt à præl. sin. consens. capit. & Martin. laudens. in tract. de princip. §. 285. ¶ Item solo verbo Papa &, Imperator cassant inferiorum sententias, vt voluit Angelus in l. 1. C. de sent. pass. Laudens. in tractat. de princip. §. 343. princeps. ¶ Item similiter princeps Papa vel Imperator solo verbo sententias proferre possunt sine scriptura. gloss. in capit. constitutus. 16. quæstio primo. Alberic. in auth. nisi breuiores. C. de sentent. ex breuicul. recit. ¶ Prioritas priuilegij probatur testibus. gloss. in capitulo, si à sede. de præbend. in 6. & in cap. duobus. de rescrip. in 6. ¶ Testibus similiter probabitur fuisse plus dictum in gratijs, quam scriptum, & è conuerso. Rota in dicta deci. 331. in nouis.

c ¶IN CONTRARIVM.] Et hoc est regulare, quod gratia principis probatur per scripturam. vt in l. 1. C. de mand. Princip. l. fin. C. de diuers. offic. lib. 12. Guid. Papæ in decis. Gratianop. 322. & per Sebastian. Vantium in tract. nullit. titul. de nullit. ex defectu iurisdict. & Vnd. num. 16. & Matth. de Afflict. in Decis. Neapoli. 319. quondam. num. 10. 11. sequitur Vincentius Maxill. in comment. super consuetud. Bari. §. licet vocis. in fin. sub rubr. de testibus.

d ¶ET HANC partem.] Idem concludunt Abb. Panor. in c. qualiter. & in c. nostr. de elect. Cardinal. in Proem. cle. quod limita vt per Bal. in c. 2. per illum text. de restit. spol. Rota in allegata Decis. 780. Dic ꝙ collatio. in antiq.

e ¶QVOD mortuo.] Domini de Rota idem concludūt in decis. 882. nota quod si gratia. in antiq. inferuntque ad duo. primum quod beneficium mortuo impetrante, etiā ante confectas literas, per mortem vacare dicitur. Archidiac. in cap. si electus. de elect. in 6. secundum quod si alicui beneficium reseruatum collatum fuerit, & moritur extr. Romanam curiam ante duas dietas, etiam antequā literas habuerit, non dicetur amplius reseruatum, hec vero procedunt in gratia simpliciter concessa: secus, quando fit mādatum alteri ꝙ conferat, vt voluit Oldr. in cōs. 324. factū tale est. col. 2. & Bal. in l. si. col. 1. de cōst. Princi.

f ¶L. COGI.] Regulare est neminem cogi suæ possessionis titulū ostendere. l. extat decreti. ff. de iure fisci. l. 2. ff. de probat.

de probat. §. commodum inst. de interdi. l. in speciali. ff. de rei vẽd. l. 2. l. fine possidetis. C. de prob. l. fin. C. de rei uendic. l. nimis graue. C. de testib. Ad quam regulam vide notata per Bartol. in l. 1. C. de conduct. & procur. lib. 10. Bal. in l. 2. C. quõ. & quand. iud. & in l. instrumenta. C. de fideico. Petr. de Anch. in c. fin. de regul. iur. in 6. Lucam de Penna in l. quicunque. C. de Fund. limitroph. lib. 11. & 10. duas limitationes ad hãc regulã tradidit Mat. de Afflict. in c. primo notab. 7. de contro. inuestit. & in const. Regni ab officialibus. not. 3. & in decisio. Neap. 265. Illustrissime. num. 36. 87. Philipp. Deci. in consi. 51. col. 2. Ludouic. Roman. in consi. 163. col. fin. & per Nicolaum Boer. in Decis. Burdegal. 281. num. 5. cum pluribus seq. vol. 2. Philipp. Corn. in consi. 313. littera. d. vol. 4. & nouissime sex alias limitationes tradit D. Iacob. Nouellus. in regul. 217. cũ alijs allegatis per D. Roland. in consi. 69. & si apud. num. 21. 22. vol. 2.

## De clerico capto ab episcopo datis fideiussoribus laicis. Rubr. 15.

### In. §. Sed quid dices.

*SVMMARIVM.*

1 *Caplanatores, dicuntur fideiussores.*
2 *Pœnitentiæ, quando locus non est?*
3 *Promissio, quæ habeat executionem paratam.*
4 *Ecclesiastico, quando fidelitas fieri non possit.*
5 *Vadens ad alium iudicem, quando causam perdat.*
6 *Iurisdictio laica, quod non possit in ecclesiasticum transferri consensu partium.*
7 *Subditi quod non possint extra regnum litigare, sine principis consensu.*

a SED Quid dices[a] cum aliquis clericus est captus per episcopum, & debet ex criminis natura tradi
1 † caplanatorib. id est fideiussorib. laicis, et promittit in curia ecclesiastica iudici ecclesiastico, & eius curiæ eum repræsentare sub certa pena cum stipulatione tabellionis, ex qua quæritur, his quib. interest, ut l. 3. & quod ibi not. ff. rem pupilli saluam fore, & quod no. in c. dudum. de conuersione coniuga. & clarius per Bald. in l. non enim aliter. ff. de adop. prorogando in eum iurisdictionem, ex qua videtur efficaciter obligatus. l. 1. & 2. ff. de iudi. & quod ibi no. & in l. 2. de iurisdictione omnium iudicum. C. maxime, quia in iudicem præsentem est facta prorogatio, in
2 tantum quod pœnitentiæ † locus non est, & si re
b nunciatum non esset. l. si conuenerit[b] ff. de iuris. om. iu. Iste est casus secundum nouum intellectum domini Antonij de But. in ca. 1. de iudic. quamuis secundum lecturã Cyn. in addi. Sicut etiam casus in l. est receptũ. ff. de iuris. om. iudi. est dictum originale Guil. de Cugno, in l. 1. ff. de iudi. & quia iurisdictio episcopi est prorogabilis etiam per laicos. l. episcopale. et autẽ. si qs litigantium. C. de episcopali audien. & sic merito isti laici potuerunt fideiubere, & se obligare & iurisdictionẽ prorogare: quia ex promissione facta de repræsentando coram officiali, quæritur ius his quib. interest. ff. de in ius vocãdo. l. cũ eorum, & ad id potest executiue procedi officio iudicis secundum Bar. ibi, qui allegat Iacob. de Beluiso, & est ratio secundum Bal. quia promissio facta in iudicio, habet vim confessionis, & ideo habet executionẽ paratam, Quod tu nota pro istis obligatio-
c nib.[c] quæ quotidie fiunt apud curiam, tã in curia ciuili quam criminali, quod habent executionem paratã. Ad quod facit dictus. §. qui prouocauit, & quod ibi per Bal. & Ange. ¶ Sed contra ista videtur facere. l. fine apud acta. C. de trãs. sed nõ facit si bene põderetur, cũ ibi loquatur de cõtractu apud acta solẽnizato. quod dictũ est, quod loquatur
3 de cõfessione ex † promissione facta officiali, & curiæ, quæ sine dubio hẽt executionẽ paratã. et hoc sequitur do. An. de Bu. in c. P. G. de officio deleg. uidetur ergo dici posse ex tali obligatione corã episcopo facta laicum obligatum, & ex prorogata coram episcopo facta posse agi: si cõtingat executionem in bonis de Realenco fieri illa fiet per suũ iudicem laicum, qui habet res subiectas, ut in c. postula. de foro cõpe. Sed in cõtrariũ uidetur concludendũ hoc præcipuo fundõ. quoniam oẽs laici tenemur, & sumus astricti fidelitatis prĩcipi. &
4 alij dño seculari vel eccl'iastico † non possumus facere fidelitatẽ, ẽt pro re feudali, ut in foro prĩo, de recẽsita, & ĩ foro tots los richs homes, de feu. Itẽ habemus ẽt de foro, quod laicus est conueniẽdus corã iudice laico, & curia, in foro. Si clergue. de iuris. om. iudi. & neque forus mutari, imo si ad
5 aliũ vadit † iudicẽ, causã perdit: vt eo. ti. c. tot hoi. & sic merito est dicẽdũ quod in tantũ sumus principi astricti, & hoies & vasalli sui, quod citra cõsensum suũ nõ possumus ĩ aliũ iudicẽ nõ suũ, videli
6 cet ĩ ecclesiasticũ † iurisdictionẽ prorogare. ad hoc coĩter per oẽs alegatur glos. in c. Imp. §. præterea. de prohi. feudi aliẽ. per Freder. quamuis illa gl. recitet duas opiniones, sed prima attribuitur glosatori, vt dixit Bar. in l. 1. §. & post operis. de noui operis nũcia. dicens, idẽ dico ergo hodie de iure nostro si est aliquis de aliquo comitatu, vel regno, ut sit ibi comes, uel rex perpetuus, istorum subditi non poterunt litigare coram alio extraneo, sine
7 eius † consensu: dicit quod pro hoc dat glosam notabilem, iuxta collationẽ de prohibend. feu. aliena. cap. Imperialem. §. præterea, circa finem ubi hoc uidetur velle glosa: etiam demum subdit quod in regnis & comitatib. in quib. omnes sunt vasalli, & feudatarij, non potest fieri prorogatio, sine consensu domini &c. & sic uides quod Barto. allegat illã glosam pro illa opinione: et sic illã opinionẽ tribuit glosatori, & illã fulsit rõnib. prædictis. Et simili modo allegat Bal. glosam illã, in l. decernimus C. de sacrosan. ecclesiis. dicens quod quicunque subiuramẽto fidelitatis, est iurisdõne alicuius, nõ põt prorogare iurisdictionem

iurisdictionẽ in alterum iudicẽ dominum, uel populum, nisi domino suo consentiente, & allegat dictam gl. Et hanc etiam opinionem, imo ipsam iuris ueritatem, sequitur do. Ant. de But. in c. ex transmissa. de foro competenti. dicens, per illum textum. Nota ꝙ vassallus, inuito dño, non põt iurisdõnẽ prorogare, & idem in quolibet alio subiecto, quã rõne nudi exercitij iurisdõis s. allegat qđ no. Inn. de iudi. cæterũ. & ꝑ Bar. in l. ij. ff. de iudi. & in l. j. §. & post operis. de no. ope. nũ. vbi dicit, ꝙ vbi qs est subiect⁹ qđ hic nõ prorogat iurisdõnẽ inuito dño, qa eadẽ est rõ q̃ in clerico, allegat ad hoc, qui filij sint ltimi. c. ꝑ venerabilẽ, ver. insup. Et sic vides oĩum concordare sniam, qđ laici ĩ hoc regno non pñt iurisdictionẽ in epm. neq; ĩ aliquẽ iudicẽ ecclesiasticũ, ꝓrogare. Et iõ tabelliones, in fori submisione, semp dicunt, in quẽcunq; iudicẽ laicũ, tñ vt saluent fidelitatẽ ꝯhẽtibus. & qa aliàs talis ꝓrogatio esset nulla. Et sic tales ꝓmissores, vel fideiussores laici, in curia ecclesiastica nequeũt conueniri. Sed nũqd, si homo nõ restituatur iudici, ex dicta ꝓmisione, poterit saltim laicus corã suo iudice cõueniri. Et certe ad pœnã ꝓmissam, nõ, qa si principalis oblĩo est nulla, vti diximus, ita & accessoria. C. de legib. l. non dubiũ. Sed nũqd ad interesse, saltim stipl̃one notarij, vr̃ quòd nõ, in d. l. non. n. aliter, de adopti. & ꝑ Alb. de Roza. in l. eum ꝓ quo. ff. de in ius vocã. ad hoc l. ij. §. ex hoc. ff. de eo ꝑ quẽ fact. erit. cogita. Sed scias ꝙ
d Bar.[d] in l. j. ff. si qs in ius voc. non ierit, dicit, ꝙ si clericus fideiussit corã iudice laico, licet coram laico non posit conueniri, conuenietur coram ecclesiastico, ex tali obligatione, secundũ eũ. Et sic vr̃ ꝙ pari rõne posit laicus, ex fideiusione facta coram ecclesiastico cõueniri corã ecclesiastico, quod est notabile. Sed cogita prædicta.

CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶DICES] Vide Mar. Soc. in c. j. col. 3. ver. Decimanona declaratio. & col. 6. ver. 21. de foro compe. & Docto. in l. si fideiussor. vbi Bal. ff. qui satisd. cog.

b ¶L. SI CONVENERIT] De huius legis intellectu vide Andreã Alciat. lib. Paradox. 2. c. 17. Ioan. Corasium Miscellaneor. lib. 4. c. 5. Philip. Dec. & Rip. in c. j. ext. de iud. cum alijs allegatis per D. Bernardinum Alphan. in Collectan. Iuris. 574. Pacto de litigando.

c ¶OBLIGATIONIBVS.] Obligationes iudiciariæ, & apud acta curiæ stipulatæ promptã habẽt executionẽ. Philip. Dec. in l. in bonefidei. col pen. C. de pact. in auth. si quis in aliquo. col. 2. C. de edẽ. Iason in l. fi. col. 3. C. de edic. diui Adri. toll. Hierony. Cagnol. in l. in testamento. nu. 10. ff. de reg. iu. Matth. de Afflict. in Const. Regni. Dilationẽ. notab. 3. & in Decisio. Neap. 387. si vno, & eodẽ. Nicol. Boer. in Decis. Burdeg. 293. vol. 2. & ad materiam Io. de Amicis. in consi. 129. oritur.

d ¶BARTOLVS.] An opinio ista sit vera vide Spe. in tit. de compe. iud. adi. §. j. col. 17. ver. sed pone clericus. vbi Bal. in addi. Item Bal. in rub. C. de priuil. dot. in tit. Lud. Ro. in sing. 944. Nunquid fideiussor clerici. & latius alia etiam Allegans Hippolyt. de Marsil. in Rep. Rub. ff. de fideiul. nu. 310. & 311.

De religiosis mendicantibus, nouas domos acquirentibus, De Principis sententia.
Rubr. 16.
In §. Sed occurrit.

SVMMARIVM.

1 *Fratres minores domos suas vendere vel permutare nequeunt.*
2 *Fratres de nouo acquirentes, excommunicati.*
3 *Canonum contemptores, deponendi sunt.*
4 *Priuilegium regum Hispaniæ in concessione facienda fratribus minoribus.*
5 *Fides indubia quibus habeatur.*
6 *Annullatio actus dicitur pœna.*
7 *Iura quæ sunt restringenda.*
8 *Extensio quando non fiat ex identitate rationis.*
9 *Concessa priuilegia qualiter reuocantur.*
10 *Priuilegia quæ nõ sunt in corpore iuris clausa quod non præsumantur & reuocata.*
11 *Iuris facultas nunquam præscribitur.*
12 *Priuilegium principis debet esse mansurum,*
13 *Fraus priuilegio fieri non debet.*
14 *Locus sacer & locus sacratus in quibus differant.*

SED OCCVRRIT dubiũ, de quo religiosi mendicãtes, habẽtes domos seu monasteria antiqua se grauatos dicunt, eo quod eorũ iur. priuilegia infligũtur, qm̃ per Dec. Bonifacij octaui, in c. vnico, de exces. præla. lib. vj. est expresse prohibitũ,
1 ne aliqui vel aliqs de † mendicãtibus quibuscũque super hoc priuilegio moti, existerent: quæ priuilegia nullatenus eis voluit suffragari, in aliqua ciuitate, castro uel uilla ad habitẽdum, domos uel loca quęcunq; de nouo recipere seu hactenus recepta mutare, uel ea uenditionis, permutationis, donationis aliter cuiusuis alienationis titulo quocũq; in alios transferre præsumat, absq; sedis apostolicæ licentia speciali, plenam & expressam facientẽ de prohibitione iam dicta mẽtionẽ in irritũ in contra factũ decernẽdo. Et ꝑ cle. ex post, in contrariũ facien. est snia excõicationis, ipso facto promulgata, vt in cle. cupiẽtes. de pœ. Et rex, & regina, ut locum tenens gñalis noua loca concedunt religiosis mẽdicãtibus, de ordine sancti Francisci, de obseruãtia, & illi erigũt monasteria de sancta Maria de Iesu. Et sic ur̃ ꝙ princeps id nequeat facere, infringendo priuilegia aliorũ q̃ habent antiquas domos. Et qa ẽt fratres nouiter acquirentes
2 † sunt excõicati ipso facto, ꝑ d. cle. cupiẽtes.
3 Et quia ut canonũ † contẽptores ueniunt deponendi. 4. dist. §. ult. & qđ no. gl. in c. gñali. in glo. contra facientes, de elect. lib. 6. & ẽt quia id qđ supradictum est, est concessum, quocunq; priuilegio non obstãte, merito princeps ꝯ istorum fratrum, antiquas domos habentiũ, priuilegia, neq̃t hoc concedere, imo in ꝯrium faciendo, dr̃ grauare,

grauare, et male facere, et contra ius, vti uidetur prima facie ignorantibus, qui de isto consulti sic responderunt, non curantes plus sapere quam rudis uerborum materia pandit. Dicas ergo quòd rex et sui locumtenentes iur. et iuste possunt talia concedere, et citra grauamen, et religiosi talia noua loca acquirendo, nec sunt
4 excommunicati, neque peccant. † Nam scias, quod Alexander secundus, Gregorius et Vrbanus suis literis prouisionalibus, siue bullis, Romanæ curiæ bullatis, quas ego habeo, auctentica forma Regibus Hispaniæ, patri, & filio, & Petro illorum success. suis pceerib. in regno et in regno successoribus concesserunt iur. esse vt ecclesias villarũ tã earũ, q̃ i Saracenorũ terris capere posset, q̃ earũ q̃ ipsi ĩ regno suo ædificari fecerũt, vel p capellas: vel p q̃ voluerunt monasteria, sedib. duntaxat epalibus exceptis, distribuere illis liceat, & monasteriũ ditiõi subdere, vt ex illorũ bullis auctẽ.ĩ archi. Barchinone recõditis, exq.b. vt dixi, habeo bullã auth. clarius q̃ dixi loquentẽ. Et q̃uis aliq. curiosi discepãtes de his q̃ nõ multũ expediũt, & plus sapere q̃ oportet ꝯtra doctri. apostoli, temere attẽtãtes, dicãt illa priuil. nõ esse cõcessa regib. Aragonum. de quo sunt digni magna rephẽsione. Quis.n. dubitat regnũ Aragonũ, cõphẽso ẽt regno Valẽtię & principatui Cathaloniæ esse partẽ Hispaniæ. vt in l. penu. ff. de censib. Et q̃uis in Hispania hodie sint plura regna diuersa, tñ est verũ dicere, qđ hodie sereniss. noster rex est successor in parte His. & qđ iur. est de tota, est de parte, vt l. q̃. de tota. de rei vend. ff. Et q.a ex quo in põtate regis reperiunt dictæ cõcessiones bullæ siue priuile-
5 gia, seu ĩ eius archiuo publice. Et iõ fides† indubia adhibẽda: vt in c. 1. de prob. et de psc. c. ad audientiã, cũ similib. iuris psumptione psumit dicta priuilegia sibi & suis pdecessorib. esse cõcessa, & tãquã legitimè succedẽtib. in parte Hisp. arg. gl. in l. fi. C. de pact. conuen. & qđ not. Inn. in c. corã de offi. del. & Bar. ĩ l. vulgo. de admi. tut. & in l. 3. §. causa. ff. de Carb. edi. Et sic est verũ dicere, qđ princeps & rex nr̃ Aragonũ sup his priuilegiatus est, q̃ priuilegia data sunt, quo ad Vrbanũ, sub annis domini, incarna. 1095. quo ad Greg. sub ann. 73. & sic decretalis. cũ ex eo. q̃. cl. cupiẽtes, sunt iura posteriora, ex post pdicta priuileg. cõcessione facta, vt patet in datis 6. lib. ¶ Or isto facto fundamento est sciendũ, qđ tã c. cũ ex eo. quã cle. cupientes, sunt iura noua correctoria penalia & exorbitãtia, nã ante p c. 1. de religiosis domib. li. 6. minores & pdicatores noua loca acq̃rere poterant, ex post venit dicta de
6 cre. cũ ex eo, & hoc phibet, et actũ† anullat, q̃ an
a nullatio[a] actus dicit pœna, cũ anuullatio actus fiat rõne phibitionis, merito dicit pæna. l. Senatus. ff. de contrahen. emp. & l. nõ dubiũ. C. de legib. & ibi hoc tenet Iac. But. & Bal. & sic limitat no. p. Io. An. in c. fi. de elect. li. 6. & qđ not. in l. nemo martyres. C. de sac. san. ec. & ex post ẽt venit cle. cupientes, q̃ ẽt pænalis est, ut patet ex ea, ibi in text. ex aggrauatione pœnarũ. Merito ergo
7 ista iur. † correctoria & pœnalia sunt restringenda ad casum expresse dispositũ. de elec. c. statutũ. li. 6. de pę. di. 1. §. pœnæ. quinimo ĩ iurib. cor
8 rectorijs non fit extensio, ẽt p †identitatẽ rõnis ut uoluit Bar. in l. si cõstã. in nona q. soluto mat. & no. in c. j. de temp. ord. li. 6. Casus aũt dispositus ab ipsis iurib. nouis est, vt dicti fratres nõ assumãt nouas domos, ẽt obtẽtu eorũ priuilegiorũ, ergo priuilegia aliis cõcessa, puta regib. His. 
9 et Ara. nõ sunt reuocata: q̃m cõcessa, †priuilegia
b non reuocant[b] ẽt p cõtraria concessa priuilegia vel iur. dispõnũ. nisi in reuocatione de illis fiat mentio. de præs. c. veniens. & ibi not. & in c. 1. & c. cum ordinẽ. de rescr. q.a priuilegia q̃ non sunt
10 † in corpore iuris clausa, cum sint facti, & in fa-
c cto cõsistant, præsumit ignorantia [c] a principe legẽ condente. & sic nisi de illis fecerit mentionẽ non fit reuocatio. Arg. not. in c. 1. de const. li. 6. et not. in c. veniens. de præsc. & in c. cum non deceat. de elect. li. 6. Ideo aũt dixi, qđ priuil. non clausa corpore iuris, non reuocant p sequentẽ dispositionẽ iuris vel priuilegiorũ, propter præsumptam principis ignorãtiã, vt in dictis iurib. q.a in priuil. clauso in iure cõiq.a non psumit de illo ignorantia, vt in d. c. 1. tollit, p sequentem contrariã dispositionem, ut not. gl. in c. vt circa de elec. li. 6. & nota. in c. ignorãtia. 38. dist. Cum ergo dictum priuileg. & priuilegia aposto. non sunt corpore iur. clausa, merito p d. ca. cũ ex eo. neq; per c. cupientes, q̃ iura sunt posteriora, vt patet ex data 6. li. & data dictorum priuil. principi. concess. non sunt reuocata, imo stant in uiridi obseruantia. C. de hæret. l. Arriani. Et qui diceret talia priuil. in acquisitione bellica, concessa per papam, esse irreuocabilia, non esset ponere os ad cœlũ. Salua sp determinatione sanctæ mr̃is eccle. vt uere catholicus, qđ pro nunc prosequere non curo, q.a non est necessarium: dicã forte alibi, maxime q.a prĩceps est vsus priuilegijs expost plures fundando et erigendo ecclesias et monasteria, uirtute dictorum priuilegiorum, vt sic dici neq̃at, qđ p non vsum sint abrogata. ut not. de nundinis. l. vnica. & c. accedentibus. de priuilegijs. Nam ea q̃ sunt in iuris facul
d tate[d] † non præscribunt. ff. de uia publica. l. viã
11 publicam, et modicis actib. sustinentur, vt no. in l. 2. C. q̃ sit longa consuetudo, et in c. fi. de cõsuetudine. Quãuis ergo sint reuocata priuilegia religiosorũ p dicta iura, expost edita, q.a de illis est facta mentio: nõ tñ priuilegia principũ Hispaniæ, quia de illis non est facta mentio. Et quia ius correctoriũ & pænale nõ extendit ad reuocationẽ priuilegiorũ, de quib. nõ est facta mẽtio, p iura iã allegata. & qđ not. in. auct. quas actiones. C. de Sacrosan. eccle. Maxime quia vt vides dicta priuilegia Apostolica sunt bina cõfirmatione confirmata, & reprehensi episcopi illa impugnantes, vt ex illorum tenore est uide-

12 re,& decet priuilegiū† principis esse mansurū, in aucten. consti.quæ de dic.col.6. Ex quo ergo non mutatur quare stare nō prohibet. C. de appella.l.præcipimus.in fi.cū similib. Merito ergo dicendū est dicta priuilegia non reuocata, per dictā iuris noui dispositionē,& sic religiosi mēdicantes,a domino Arragonū rege,sup hoc priuilegiato,domos,& noua monasteria acquirere possunt,alias si illi capere nō possent,per indire
13 ctū reuocaret priuilegiū,& illi† fieret fraus contra iura,de priuileg.c.quanto.& in l.fraus. et q ibi notat de legib.ff.& sic uidetur indubie dici posse dicta regia priuilegia minime reuocata, & religiosos illorū uirtute , salua conscientia a principe super hoc potestatē habente,posse dicta monasteria,& loca habere , & principis iussu ædificare,imo impugnatores ex Gregorij priuilegio,debent formidare sententiā excōmunicationis, & princeps talia cōcedendo non grauat alias domos antiquas habentes ædificatas in noīe Iesu,qm̄ salua cōscientia,hoc facere possunt,& monasterium sic ædificatum , posset di-
14 ci locus † sacer non dico consecratus,qm̄ hoc
c fit per Pontificē,certa forma seruata,vt in titu. de consec.ecclesiæ vel altaris,p totū. & signāter ī c.aqua.Sed dico sacer, Nō obstat c.ad hoc.de religio.domib.vbi Pontificis auctoritas est nenessaria,intantū vt si quid ædificetur ꝓpria auctoritate,nō habita pontificis licentia, etiā si esset monasteriū non diceretur sacrū,& posset ꝓpria auctoritate destrui, vt notatur in clementina,qa contingit,de relig.domibus.18.q. 2. qdā & quod ibi notat in c.sacra . insti. de rerū diui. & in l.non totū.§.sacra.ff.de rerū diuisio.vt videtur tex. sing.in auctentica, de ecclesiasticis titulis.§.si qs aūt.Qm̄ hic princeps qđ cōcedit , facit vice Apostolici,vt dicit glo.in simili,in l.adigere.§.quāuis.ff.de iure patrona. et adde quod not.Io.in c.licet.de pbend.li.6.¶Aliud etiā non omitto ꝓ dictorū fratrū quiete,qđ si aliquod esset dubiū circa reuocationē dictorū priuilegiorū,tn̄ ex quo princeps ab antiquo vtitur talib. priuilegijs,et diœcesani sciunt et tollerant quinimo et summus Pontifex,nullum est periculū religiosis,quasi maiorum secuti errorē , in c.inter corporalia.de transla.episcopi uel electi.Ad hoc adduco tibi glo.ordinariam singularē c.1. de postu.prela.li.6.quę non est alibi melior,fuit tamen originale dictum eiusdē Io.An.glosat.in c.tuas,dudū.despon.duorū , licet pro isto bene facit glo.in c.venerabilis,de cōsue.et tex.in c. aqua in fi.de cæleb.missa. qui est tex. singularis factum ab eo qui ea quæ sunt or. non poterat exercere propter antiquum errorē.et nota ista, quia ab alio nunquam melius audisti, et tenementi,quoniam seruiet tibi ad multa.

CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶ANNVLLATIO.] Actus annullatio videtur q nō sit pęn,aper tex.in c.si qui presbyterorū.de reb.eccle.nō alien.c.pen.de postul.prælat.l.eius qui delator.ff. de iure fisci. cum alijs quæ inducit Petr. Rauenna in Alphabet. Aur.in verb.annullatio in princip. ¶Contrarium tamen verius esse inquit Bald.in l.non dubium.C.de leg. quem refert,ac sequitur Rauenna vbi supra.per.l.siquis maior C.de transact.vltra iura hic allegata,& voluit idem Bal. in l.Turpia.ff.de leg. 1. Alexand.in consi.36.nu.13.vol.4. & in consi.90.nu.3.vol.7.Cor.Perusi.in consi. 86. vol.1. Hierony.Gratus in consi.46.nu.15.in consi.47.num. 14. vol.primo.& contraria procedunt,quando actus annullatio procedit ratione omissionis formæ, secus quando ratione prohibitionis legis, ut hic, & volūt supradicti.

b PRIVILEGIA non reuocantur.] Dixi aliqua in rub. 9.in verb.contractus irreuocabilis, quodque indiuidua derogatio requiratur in sequenti priuilegio tenuerunt Alexand.in cons.11.vol.6.Philipp.Deci.in consi. 293.& in cons.580.requiritur specifica,indiuiduaq; derogatio quando de maximo,grauique præiudicio agitur.Angel. in consi.365.col.3.vers.credo autem.Alexand. in consil. 134.vol.1.& in cons.187.vol.2.Ludouic.Bologni.in cōl. 6.requiritur etiam in priuilegio remunerationis seruitiorum.Paris de puteo in trac.de reinteg.feud.c.& quia multa diximus.fol.84.

c ¶PRAESVMITVR ignorantia.] Vide Bal.in l. fin. vers.dicas.etiam.C.quæ sent.rescind.non poss.Bart.Soc. in cōs.260.col.2.vers.& ad pbationes respōdēdo.vol.2.

d ¶IVRIS facultate.] Quod facultati præscribatur,videnē cōcludere Alberi.de Rosa.Raph.Comens.& Bal.in l.licet.C.de iur.deliber.Panor.in c.vt priuilegia.extr.de priuileg.Iasō in l.fi.ff.de consti.princ.in l.2.ff. de acquir. hæred.¶Tamen cōmunis omnium conclusio est cū sententia ista quā & Belluga hic tenuit. q meræ facultati p scribi nullo tempore valeat. Cyn. eam tenuit in l. cum notissimi.C.de præscrip.30.ann. Salyce. in dicta l.licet. Paul.de Castr.in l.Creditores.C.de pignor.acti. Anton. de But.in dicto.c.vt priuilegia.Felin.in c. cum accessissent.de consti.Ludouic.Gozadi.in consi.100.& Paris.de Reintegr. feud.c.videndū est itaq; fol.135. ¶ Per actus enim etiā per mille annos continuatos, nunquā aliqua consuetudo,aut seruitus introducitur, nec per actus qs intelligitur sibi præiudicasse.Inn. in c. cū in ecclesia. de caus.poss.& ꝓpriet.Abb.Pan.in c.Sancti Siluani.de ver. signific.& in c.ad nostræ.de cōfirmati.vtil.uel inutil.nu. 11.& in c.quoad trāslationē.n.4.de offic.leg.& utrobiq; infert Abb.ad hoc,q si qs p mille annos iuisset ad molēdū in molēdino alicuius,nō p hoc inducit cōsuetudo q semp ibidē ire teneat ꝓ moltiōe.qđ et sequit Bar.Cęp. in tract.de seruit.vrb.pręd.in c.de Furno. latissime prosequitur Iason in l. Quominus.in 3.q. princip.ff.de fluminib.Felin in capitulo cum M.Ferrariensis. num. 18.de const. & hoc aliās dicebam in facto pro communitate nr̄a,ɔ eius dn̄m, qui pretendebat in sacro Concilio prohibere vasallos ne alibi irent ad molenda frumenta,præterquam in suis Molendinis , nec ad molendas oliuas , preterquam in tappetos,& torcularibus suis ex eo quod semper merārat ad molēdina, & tappeta sua, quia dicebā nunquam per tales actus inductum fuisse consuetudinē , cum sint facultatis,quę sunt præscriptibilia. l. viam.vbi Bart.ff.de via publ.Abb.Panor.in cap.inter cætera.extra. de rescript.in cap. cum Ioannes. ante finem. de cleric. coniug.Andr.Tiraquellus in tract.de retract.§. 2.gloss.2 num.22.in fin. quia quæ sunt facultatis continent infinitatem,& vti infinita,& quæ fine terminari nequeunt impræscriptibilia. Ioannes Andreas in capitu. Non est. de cōsuetud.in 6.Felin.in repet.Rub.extr.de prescri.in vltima charta col.2.in fin.& in ca. cum accessissent. col. 13.nu. 44.vers.secundo declaratur. de constit.& in ca. causam-

que

que col. 15. de rescrip.& Hippolyt. de Marsi. in rep. Rub. ff. de fideius. num. 101. in fin. & voluit Ioann. Franciscus Balbus in tract. præscrip. 4. parte. 5. partis. q. 5. Ioannes Baptista Villalob. in tract. opin. Cōmun. §. prescriptio. n. 254. quibus concinunt quę alias dicebat D. & præceptor meus Ioannes Berengucius Senensis in l. 1. C. quand. non petent. part. quod iuri immiscendi nunquam præscribitur, cū cōsistat in voluntare, & sit quoddā ius voluntariū. in qua aliās nōnulla scripsi pro dicta vniuersate, ut patet in cōsiliis meis. ¶ Limita primo, secus esse in facultate, q̄ non deducit ius in iudicium deducibile. ita Roman. Angel. & Imol. in l. si finita. §. postea autem. ff. de damn. infect. & Philipp. Cor. in consilio. 305. volu. 3. ¶ Limita secundo secus esse in facultate, quæ competeret ex contractu secundum Felin. in dicto capitulo, cum accessissent colum. 13.

e ¶ LOCVS sacer.] Vide supra in rubrica. 14. §. veniamus vbi dixi in verb. An sine iussu.

## De materia executionum vltimarum voluntatum. Rubr. 17.

1 FINALITER, Vt demus cōclusionem factis & negocijs ecclesiasticis & altercationibus quotidianis, videamus de executionibus vltimarū † voluntatum, quatenus concernunt iurisdictionalia, & habet duplices dispositiones vltimarum uoluntatum. vna est legatorum prophanorum, Alia piorum legatorum. & quandoque fiunt executores ad restitutionem omnium male ablatorum interquorum quæ tamen probari legitime poterūt foro animæ benigniter obseruato, vel etiā certorum, vel quod per manumissores, vel exe-

a cutores [a] soluantur omnia disposita & ordinata in testamento dando illis plenam facultatē propria auctoritate capiendi tanta bona hæreditaria quæ sufficiant, & illa vendendi & alienādi sine curia. quæ clausula multum operatur, videlicet quòd in tali alienatione non est necessa

b rium curiæ decretum secundum glo. in l. 3. [b]. C. quando decreto opus non est. Et quod no. in l.

2 alijs hæred. ff. de ali. & ciba. leg. † Sed quomodo executor vendendo uirtute dictæ clausule pote

c rit transferre dominium & possessionem [c] & vi-

3 detur quod sic per dicta iura. & quia † hæres nō potest impedire officium execu. nec rescindere pium propositum testatoris. Ad hoc. ff. de iure do. l. & si ego. §. 1. de lega. 2. cum peri. §. moneo. ¶ Sed in contrarium videtur dicendum, quòd nisi hæres discedat a possessione non perdit dominium neque possessionem. Arg. ad hoc. ff. de contrahenda emptio. l. fistulas. §. fundum. Et si tu dicis quod sufficit quod emptor immittatur in possessionem, licet non constituatur verus possessor, vt. ff. de fundo dotali. l. si fundum. Sed respondetur illud esse verū q̄n dn̄s vēdebat: hic nō vendebat dn̄s, sed eius minister. Ad hoc facit. ff. de public. l. si quis prohibuerit, & licet executor habuerit potestatē testatoris, tn̄ non

4 pōt † facerę testator q̄ dn̄iū sine possessione trāseat, & ita est uerū, quo ergo remedio succurret emptori, dicit q̄ aget emptor ex contractu ꝯtra hęredē & ꝯsequat possessionē & dn̄ium iudice mediante. ff. de acqui. pos. l. qui vniuersas. §. Itē cum emptor. nō. n. pt executor p uim expellere

5 hæredē † de possessione. ff. de re. iuris. l. nō est singulis. sc̄dm Bal. ī l. id qd̄ pauperib. C. de epis. & cl. Caue ergo ne erres, sis cautus, & a tali. manumis

d sorib. nō emas, sine eo q̄ hæres firmet. [d] in uēdutiōe vel saltim iudicis offō in possessionē inducaris, nā iudex debet te immitere, & te petente cogere hęredē ad consentiēdū venditioni. Nam quod factū est ex mandato vel auctoritate. l. necesse est ratificari per tex. in auct. si captiui, de epis & cle. C. p quē tex. dicit Bal. qd̄ licet executor pleno iure habendo mādatū a testatore possit vēdere, tamē ille q. emit ne unquā posit pati controuersiā ab hærede pōt petere qd̄ hæres cogat expresse ratificare simile no. secundū eū in l. Itē apud Iulianū. ff. ad trebel. §. Idē Iulianus, facit licet ipse nō alleget, qd̄ not. Bar. ī l. stichus ff. de peculio leg. ¶ Item scias q̄ illa verba (foro

6 † aīę benigniter obseruato) nō venit q̄ hēt credi sacro petētis, q̄a forus aīæ ēt vult plenā ꝓbatio

e nē duorū [e] † testiū, vt ī c. in oī negotio, de testib.

7 Sed gn̄aliter est dicēdū q̄ illa ꝓbatio q̄ reqret ꝯtra defunctū, reqrit cōtra manumissorē vel executorē, & nō semp plena, q̄a etiā ꝯtra defunctū satis fuisset cōiecturalis sc̄dm Bal. in l. id qd̄ pauperib. C. de episcopis & clericis, allegat. C. de periculo tutorum. l. tutor. & de cond. & demonstratio. l. Lucius, & de lega. 1. l. licet Imperator.

Facit capitulũ.1. et capitul. quia verisimile. Et
8 quod ibi per iuramentum, de præsump. † Addas etiam, quia illa clausula executorum super solutionibus debitorum foro animæ benigniter obseruato &c. operatur vt executor posit & debeat soluere debita per testatorem præscripta, vt tenet Iacobus Butri. in quadam sua disputatione, vt refert Bald. in l. si inutiliter. C. de fideicommiss. & est ratio secundum Bald. quoniam salua conscientia hoc non poterat testator retinere. Et licet ipse non alleget, allego tibi tex. singularem, in auct. vt ecclesia Romana gaudeat pręscrip. c. annorum. ibi, iniquissimum pręsidiũ pręscriptionis. Secus dicit si mandatũ esset factum inter viuos. ff. de solutionibus. l. si is cui. §. Flauius. & est ratio differentiæ secundum Bald. quia moriens magis videtur cogitare de salute animæ, quam uiuens. Alibi tamen Baldus in q̃stione per eum disputata, incipiente, statuto cauetur, si fœnerator. distinguit quòd aut testator præscripsit cum bona fide, & tunc quia talis pręscriptio tollit ommnem obligationem, & elidit naturalem, ut no. in l. fi. ff. rem ratam haberi, & in l. si quis postquam. ff. de fideiussoribus. Tunc q̃a
f tale debitum non est naturaliter [f] neque ciuiliter debitum, executor non soluit. si autem est præscriptum cum mala fide. et tunc quia iure canonico improbatur, vt in ca. fin. de præscrip. in regula, possessor. de regu. iur. tunc tenetur executor illa debita soluere. Ad hoc facit secũdum Bald. not. ff. de neg. gest. l. atqui natura, & de admini. tutorum. l. si pupillus, & l. fi. rem ratam haberi, & idem dicit in omni præscriptione quando testator alia debita non habebat, nisi præscripta, quia tunc illa clausula esset inutilis, nisi de illis intelligeretur: intelligatur ergo de illis, arg. leg. fundus qui locatus, ff. de fundo instructo. ¶ Sed quomodo poterit sustineri opinio Baldi, vel distinctio, quæ facit differentiam inter præscriptionem cum bona fide, & cum mala, quia ex quo loquimur de personalibus obligationibus, in quarum præscriptionibus nõ curatur de bona fide, quia id a debitore non possidetur cum facto & negligentia creditoris currat, et sic currat etiam præscriptio cũ mala fide, vt no. Bar. in l. sequitur. §. si viã. ff. de vsuc. & Innocen. in cap. cura. de iure patrona. & bene facit quod ipse no. in cap. quia plærique, de immuni. ecclesiarum. Et quod not. Ioannes Andr. in cap. 2. de præscrip. lib. 6. ¶ Sed quia dicta ista ut iacent, non sunt uera, & est larga materia, sufficit remisisse. Et uide domi. Anton. de Butrio. in capitulo finali. de præscrip. & ibi Domi. Ioan
g nes de Imo. in repetitione [g] & quæ ipse dicit in propria materia sentiens dicta contraria in l. quibus diebus. §. dominus seruo. ff. de condi. et demon. sufficiat generaliter dicere, quòd in omni casu in quo mala fide non currit præscriptio,
9 executori non tenetur soluere, quia exceptio † p̃scriptionis cum mala fide non seruaretur in foro ciuili, cum in his canon præualeat, vt not.
h in dicto capitulo finali, [h] de præscripti. & in regula, possessor. multominus in canonico nec iure politico, et sic tene Bal. distinctionẽ. ¶ Alia multa circa hanc materiam executorũ, et istarum clausularũ in testamentis adiectarũ ꝑ executione vltimarum voluntatem, vide Baldum. in lege, id quod pauperibus, & in l. nulli, & in l. si quis ad declinãdam. C. de episcopis & clericis. ad quorum dicta sufficiat remisisse. non faciam, quæ fecit in hac materia, Spe. in tit. de instrumẽtorum diuisione. §. nũc uero aliqua. alias est ver. cum. §. componit, qui refert quendam tractatũ Iaco. de Aret. quẽ fecit in materia executorum. Solùm ergo tractemus de eo de quo est nostra principalis intentio. ¶ Et primo uideamus in ijs executoribus datis ad soluenda debita vel legata prophana, cuius sit iurisdictio compellendi, exequendi, & subrogandi. Et uidetur primo, quod hæc differentia prophanorum, & piorum non sit facienda, quoniam omnis ultima uoluntas testatoris, p̃t dici pia et seruari debere, ar. l. 1. C. de Sacrosanctis eccle. & sic omnem execu-
10 tionem † ultimę uoluntatis, dicam ad episcopũ pertinere, ad hoc, cap. tua nobis, de testa. ibi, ut secundum defuncti voluntatem uniuersa procedant: sic non facta differentia, inter pia & prophana, ut omnia episcopus exequatur, ad hoc in aucten. de ecclesiasticis titulis, in. §. si quis autem. Ad hoc etiam facit cap. Ioannes, ibi, satisfieri creditoribus per eosdem, & loquitur manumissoribus, qui per episcopum compelluntur. Et sic videtur quod uniuersorum sit episcopus executor, ad hoc, cap. si hæredes, ibi iussa testatoris, de testa. & ibi, ut uota defuncti implentur.
11 Et hanc partẽ quod episcopus † sit uniuersalis executor, tam piorum quàm prophanorum, sequitur Innocen. & Hostien. in cap. nos quidem, de testamentis, & Host. in cap. tua, & Archidiaconus, in cap. Siluester. 11. q. prima. glo. tamen ordinariæ cnmmuniter se inclinãt in aliam partem, videlicet quòd solum piorum legatorum sit executor, & hoc uidetur tenere glo. in dicto c. tua nos. dicens, quòd ad casum pium restringitur executio vltimarum uoluntatum episcopo pertinen. Ioann. And. & Dominus Anton. de Butrio, in cap. Ioannes, de test. pro concordia opinionum dicunt, quod opinio eorum, qui dicũt quod episcopus solum de piis se intromittat sit uera, quando inter laicos agitur via ordinaria pro executione legatorum. Alia quæ habet q̃d de omnibus se potest intromittere est uera, quãdo eps ex suo officio intendit, ut piam causam executioni mandare vltimam uoluntatem. & hanc dicunt esse conclusionem ueram. Sed saluo honore tantorum patrum, hanc distinctionem non credo ueram, imo est vera opinio glo-
i satoris [i] quod in prophanis in testamentis laicorum, & datis laicis executoribus, episcopus nil facere habet. & hoc sic probatur, quoniã in legatis

legatis prophanis iam sunt proditæ actiones à iure, quibus legatarij experiuntur, vt in. l. 2. C.communia, de legatis. illis tacentibus, officium iudicis non mouetur, inquirendo in causa ciuili, ut notatur in capitulo, ad nostram, de iureiur. Et vbi haberet moueri moueretur officium iudicis laici, quod habet personam subiectam, scilicet laicos executores, quoniam of-
12 ficium † iudicis mouetur & incitatur coram il-
k lo iudice.[k] coram quo principalis actio esset intentanda, ut in l. 2. & quod ibi notatur. C. ubi & apud quos, & sic personalis actio, & hipothecaria esset intentanda coram iudice laico, sic inquisitorum officium ubi sic posset procedi, maxime stante regula quod laicus reus est conueniendus coram forensi iudice, in capitulo, si clericus laicum, de foro competenti. Et quia
13 quamdiu locus est remedio † ordinario intentādæ actionis non est locus extraordinario officio iudicis, & in l. & prouintiali, & quod ibi notatur. ff. de noui operis nunci. Et eadem est ratio, quod ad solutionem debitorum. Nam creditores hipothecarij & etiam chirographarii, suas habent actiones, quas habent deducere vel contra hæredem uniuersalem, uel non dato hære-
14 de, contra fideicommissarios † qui loca hæredum habent, ut in l. alio, & quod ibi no. ff. de alimen. & ciba. legatis, etiam si probationes sumant creditores ex ipso testamento, ut notatur in. l. rationes, & auctentica. quod obtinet. C. de probationib. Merito si nil aliud esset facturus in his episcopus sibi imputent legatarii, vel creditores si non agant, & sic opinio prędictorum Ioann. And. & domini Antonij, non uidetur esse vera, maxime quia non fundatur iuribus pro eorum parte. Et primo non probat, capitul. Ioannes, de testamentis, quoniam illa hæreditas erat clerici, & sic subie-
15 cta episcopo de iure, quia bona † gaudent[l] eo-
l dem priuilegio, quo personæ. 12. quæst. secunda, capitulo, ecclesiarum seruos. Et quia debet hæres uel is qui eius locum tenet conueniri, vbi defunctus, nullo priuilegio obstante, de iudic. l. hæres absens. Neque obstat pari forma, capitulū, Siluester. vndecimo, quæst. prima, quoniā
16 illi executores erant clerici, qui habebant † conueniri, ut patet ibi, in nostro iudicio, quis ille est, qui clericos lacesserit. minus illorū opinionem confortat capitulū, tua nobis de testamentis. quoniam ibi loquitur, quando bona ex testamento descendentia debent in usus pios expendi, & sic patet illā dicere & loqui in legatis, pijs. neque obstat uerbum, vniuersa procedant, quoniam in præcedentibus limitatur ibi: cum igitur in omnib. pijs voluntatibus sit per locorum episcopos prouidendum. ad hoc. l. qui non militabat. ff. de hæred. instit. Neque obstat. §. si quis autem, de ecclesiasticis titulis, quoniam, ut uides omnes illi. §. loquuntur in legatis pijs. Nec obstat capitulum, si hæredes, quoniam illud capitulū, intelligitur, de iussis pijs, ut in dicto capitulo, tua, & ita videtur tenere glo. ibi, & latius firmat in dicto capitulo, tua. Nec officit, capitulū, nos, quidem. quoniam ut ibi uides loquitur in legato pio constructionis monasterii. Neque est uera illa generalis ratio, quoniam omnia legata sint pia; quoniam non est uerum, nam ut infra uidebis alia priuilegia
17 habent legata pia, † Alia prophana, & sic credo quòd etiam de iure non est uera opinio Ioā. And. neque aliorum dicentium, quod prophanorum legatorum sit episcopus executor. & minus est vera de foro regni, quoniam executio testamentorum & relictorum fit per curiam secularem. in foro, la tort, de exe. rei iudi. Et quia laicus, si ad alium iudicem trahatur, non tenetur respondere, & trahens perdit causam, ut in foro. secundo. & quarto, de iur. om. iudi. Et quia certi sunt casus, de quibus laicus habet respondere coram ecclesiastico, ut in foro, tot hom. de iuri. om. iudi. Neque obstat quòd posset per illos allegari, quod manumissores uel hęred. tenentur ad exonerandam animam defuncti, ut in capitulo, parrochianos, de sepulturis & capitulo, in literis, de rapto. & peccat non faciendo, & ideo videntur esse de foro ecclesię,
18 quoniam ratione † peccati laicus efficitur de foro ecclesiæ, de iudic. capitulo, nouit, & quoniam capitul. parrochianos, & capitul. in literis, de raptoribus. loquuntur, quando laici defuncti erant, pro manifesta offensa ecclesiæ facta excommunicati, uel pro crimine ad ecclesiasticum forum pertinen. aliàs pro crimine seculari non possent excommunicari, & fuerunt absoluti, præstita cautione, de satis factione pro qua hæredes conueniuntur quemadmodū defunctus, ad animam illius exonerandam. ad hoc capitul. ex parte, de uerborum signi. ad id quod dicitur ratione peccati est de foro ecclesiæ: non est uerum, quando est uia per quam posset laicus coram iudice laico conueniri, aliàs ecclesia in omni casu locū uendicaret, ꝑ indirectā sibi iurisdictionem, ut not. Bartho. in extraua. ad reprimendum, & qu od not. in dicto capitulo, nouit. Et sic tene, quod in dispositionibus
19 † prophanis, non est executor episcopus. Et cōsequenter, neque posset subrogare, quoniam non est iudex competens in illis, neque habet bona in sua iurisditione, merito nil super illis potest autorizare, arg. l. si prædium, & quod ibi notatur. C. de prædiis minorum, & quod not. in l. iurisperitos. §. cum oriundus, de execu. tutor. & in. l. magis puto. §. illud. ff. de rebus eorum. & in capitulo, pastoralis, de priuilegiis. Et sic cōcludo quo ad prophana legata uel dispōnes, nil ad episcopum pertinere, sed hæc pertinent de iure & de foro ad dispositionē iudicis secularis.

CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶ EXECVTORES.] Dicuntur executores vltimarū voluntatum

voluntatum.vt in cap.Ioannes.de testam.capitulo, religiosus.capitulo,sane.eo. tit.in 6. quibus assentit Speculat.in titul. de Instrum. edit. §. nunc vero aliqua. & per Angel. de Aretio in Tract. de testam in glos. executores autem reliquit, per totum.Appellatur etiam plerunque aliis pluribus, diuersisque nominibus puta diuisores. l. pecuniæ.ff.de alim.& cib. leg. Item distributores. glossa rogerii in dicta.l.pecuniæ.habetur Ioan.capitulo. 6. ibi. destribuit discubentibus.distribuere .n. est in plures diuidere capitulo,fin. §. sui aũt.de concess.præb.in 6. capitulo,cum accesissent.de const.l.Diuus Pius. ff. si cui plusquam per leg.Falcid.Item dispensatores in authentica.vt liceat matr.& aui.§ 1.capitulo,dispensatio.43.distinctio. Item ministri, ratione ministerij illis commissi. l. siquis titio decem.ff.de leg.3.capitulo,primo.33.distinct.capitulo,ministrum.23.distinctio. Item gardiatores. Specul. in dicto.§.nunc vero aliqua.Item etiam negotiorum gestores.De quo uide Specul.vbi supra. Item aliquãdo procuratores.Item Vicelegatarij.Item Vicehæredes, Item Fideicommissarij, Item commissarij. de quibus omnib. latissime per D.Ioannẽ Iacobum à Canibus.in tract.de executor.vltim.uolunt.parte.1.num.6.vsq; ad nu. 21. & tractatum eiusdem tituli inuulgatum edidit Ioan. Oldẽdorpi. quem ego ꝓpter prohibitionẽ Ecclesiæ proieci.

b ¶GLOSSA in.l.3.] Quod vbi est data executoribus alienandi potestas poterit alienatio sine curiæ decreto fieri.tenuit Specu.in titul.de Instru.edit. §.nunc vero aliqua.Bald.in.l.illud.C.quand.decret.opus nõ est. Bald. in l.1.ff.de rebus eorum. & voluit Matth.de Afflict.in Decisio.Neapo.285.Balij.nu. 10. ¶Et poterunt occasione facultatis prædictæ non solum uendere, sed etiam insolutum dare.secũdum Bartol.in.l.alio.ff.de alim. & cib.leg. & in l.id quod pauperibus. C. de episcop. & Cleric. Angel.de Aretio.in Tract.de testam.§. executores autem reliquit. col. 4.vers. quero an executor qui habet potestatem.nec solum præsenti pecunia, sed etiam habita fide de prætio.vt uoluit Bartol.in dicta.l.alio.

c ¶DOMINIVM, & possess.] Quod transferant possessionem,uoluit Bartol.in dicta.l.alio.

d ¶QVOD hæres firmet.] Vide Bartol. in dicta. l. alio. & in.l.nulli. C.de episcop.& cleric.& Petr.de Anch.in c. tua nobis.de testament.

e ¶DVORVM.] tam canonico, quam ciuili iure etiam foro animæ, & in pijs causis requirũtur duo testes.Bal. Ioan.Fab.Salic.Fulgos.Paul.de Castr.Aretin.&alij.in.l.1. C.de sacros.Eccle.Corne.Perusin.in consilio 259.litera. e.uol.4 cum alijs propemodum multis traditis per Andr.Tirraquell.in tract.de priuileg.piç causæ.priuileg.1.

f ¶NATVRALITER.] Et hoc est quod executor potest naturaliter tantum debita soluere.ut dixit Bald.in.l. id quod pauperibus.q 9.C.de episcop.& cler. quia ecclesiastica curia non curat ea quæ sunt iuris ciuilis.ut in capitulo,1.de pact. & Bald.ubi supra asserit executorem posse soluere debita, de quibus per iniquam sententiam apparebat Absolutus.Tiraquell. in tract. de priuileg. piæ causæ.in præfat.in fin.

g ¶REPETITIONE.] Col.18. vers.& per prædicta etiam patere potest.vbi uidendum est.

h ¶CAP. finali.] Vide Doctor.in capitu.1.de oper.nou. nũtia.Bart.& Bal.in.l.Priuilegia.C.de sacros.ecclef. glo. & Philipp.Franc.in cap.1.de pręscrip.in.6.Ange.de Aretio in.§.furtiuæ.instit.de Vsucapio.Abb.Panor.in capitulo, fin.de constit.Alexand.in.l.cum aliquis.C. de Iure delib.Dominic.Gemin.in capitulo,sacrosancti.22.distinct. Felin.in capitulo,cum nobis.De præscript.Matth.de Afflict.in decisio.Neap.366.In causa nobilis.& Anton. Capic.in Decis.Neap.4.

i ¶GLOSSATORIS.] Hanc opinionẽ quòd piorũ legatorum tantummodo sit episcopus executor,uidetur tenuisse Angel.de Aretio.in tract.de testament.§. Executores autem reliquit.col.1.uers.secundo aduertendũ est. ibi.Elapso anno executio relictorum in piam causam deuoluitur ad episcopum.arg.l. nulli. & notatorum ibidẽ per Doct. C.de episcop. & cleric.& quare episcopus teneatur obseruare ea,ad quæ tenebatur executor. Iaso. in l. si eum.§.Qui iniuriarum.num.21.22.24. ff. siquis caution.et an episcopus posit alteri committere vices suas. Deci.in consilio.72.num.2.Refert sequendo Bernardin. Alphan.in Collect.Iuris.501.legatum.poterit tamen executor testamentarius quando legata pia ad certas constituta sunt personas alium sibi pro illorum distributione substituere.cum aliis quos allegat,tenuit Do. Francis. Bursatus in consilio.55.nobilis.nu.29.vol.primo.

k ¶ILLO iudice.] Scilicet originis ipsius testatoris, quando locus originis certus est, sin autem locus in quo natus est certus nonsit,tunc in dubio locus in quo testator testatus mortuus est,& ille Iudex,ut voluit Angel.de Aretio.in tract.de testament.§.executores autem col. 1. & benè per Ioannem Iacob.à Canibus. in Tract.de executor.vlti.volum.Parte.3.num.7.&.8.vbi videas.

l ¶BONA gaudent.] contra facit text.in capitulo, causam il secondo.extra,Qui fil. sint legit.ibi.Ad Regem pertinet, non ad ecclesiam de possessionibus iudicare.tex. in capitulo, si quæ causæ.§.his itaque.11.q.1. ibi, clerici ex officio sunt episcopo suppositi:ex possessionibus autem prędiorum sunt Imperatori obnoxij.& in capitulo, si demorte.23.q.8.ibi.temporalia penitus abijciunt, ne eorum occasione legibus Imperatorum obnoxij teneantur.& text.in capitulo,si episcopus.18. distinct. & in capitulo de rebus.12.q.2.

In versiculo Videamus.

*SVMMARIVM.*

1 *Legatum pium quid sit.*
2 *Legatum pro incertis, & male ablatis,dicitur pium.*
3 *Relictum pro carceratis, etiam ex maleficio dicitur pium.*
4 *Misericordia seu affectus quando præsumantur.*
5 *Executio vltimarum voluntatum est mixti fori.*
6 *Iudex quando sit in arbitrio rei.*
7 *Episcopus malitiam, & absentiam executorum supplet.*
8 *Stilus curiæ est lex.*
9 *Electa industria non unius, quæ in subrogatum non transeant.*
10 *Actio subrogata sapit naturam principalis.*
11 *Dominium sine possessione transfertur.*
12 *Ecclesiastici vsurpantes iurisdictionem regiam*
13 *Executor bonus quid facere habeat.*
14 *In quibus executoris iuramento stetur.*
15 *Episcopus procurator pauperum cum libera.*
16 *Codex rationum utrum sit scriptura priuata.*
17 *In rationibus reddendis,non curatur de modico errore.*
18 *Si pecunia testatoris non sufficiat,quid executor facere habeat.*
19 *Conditio quæ non habetur pro adiecta.*
20 *Conditio impossibilis,habetur pro non adiecta.*
21 *Legata quædam substantiam ex modo capiunt.*

22 *Modus*

22 *Modus impossibilis cohærens legato viciat illud.*
23 *Solus Papa uoluntatem defuncti alterat.*
24 *Qui fidelium dispositiones alterare possint.*
25 *Papa res ecclesiæ ad nutum donat.*
26 *Rex qualiter rerum omnium intelligatur.*
27 *Princeps alterius iuri sine causa derogat.*
28 *Res publica habet proprium patrimonium.*
29 *Voluntas testatoris quando est impossibilis, & quando difficilis, qualiter agatur.*
30 *Commutatio sine causa fieri non debet.*
31 *Voluntas defuncti pro lege seruanda est.*
32 *Testator vtrum possit facere, ne executores rationem reddant.*
33 *Legata antequam soluentur, vtrum hæreditas adiri debeat*
34 *Passiua persona deficiente agens nihil facere potest*
35 *Hæreditas iacens vice testatoris & hæredis fungitur*
36 *Testatore mortuo antequam testamentum publicetur, quid iuris.*
37 *Testamentum imperfectum quando valeat.*
38 *Testamentum quando valeat, quo ad legata pia.*
39 *Captatoria voluntas, vtrum valeat ad pias causas.*
40 *Commitens voluntatem suam in alterius arbitrio, non dicitur intestatus.*
41 *Captatoria dispositio duplex.*
42 *Clausula, si tibi videtur, importat arbitriū boni viri*
43 *Maior fauor pijs legatis quam filijs non debetur.*
44 *Institutio nutu facta vtrum valeat.*
45 *Testator suos exhæredando non præsumitur compos mentis.*
46 *Testamentum scriptum per notarium adductum per affectantem hæreditatem non valeat*
47 *Mulieres vtrum possint esse testes in testamento.*
48 *Dilatio etiam data à testatore, non habet locum in legatis pijs.*

VIDEAMVS quid erit in legatis pijs. Et hic vidēdum est,
1 quæ sunt legata † pia, & certe omne legatum pro anima est pium, siue detur pro redem-
a ptione capituorum[a], vel in
b pauperum erogationem, [b] vt in l. si quis ad declinandam. C. de episcopis, & cleri. & ut dicit ibi Bald. siue certæ vel incertæ personæ relinquatur, ut pauperi vel miserabili
c pium dicitur, & pro anima relictum.[c] ¶ Item id
d quod pro sepultura, [d] vel capella vel monumē to faciendo, legatum pium dicitur. l. hæreditas, & quod ibi notatur. ff. de peti. hæredi. Et subdit idem Bal. quęrens, quomodo cognoscetur quando ad pium usum relinquitur, respondet quod illa verba denotant actum successiuum, & quæ non consumitur momento, puta ad perpetua
e alimenta, [e] de legatis primo. l. ciuitatibus, vel
f pro reparatione ecclesiæ [f] vel pro luminaribus in ecclesia, vt in capitulo vltimo, de testa. uel in anniuersariis, siue alijs ad perpetuum cultum diuinum legantur ecclesijs vel alijs pijs locis, vt ibi, & in capitulo, Ioannes, eo. tit. & sic idem iu-
g ris est in omni legato hospitali [g] vel alijs locis pijs facto, ut notatur in l. id quod pauperibus. C. de episcopis & cleri. in authēt. de ecclesiasticis titul. §. si quis ędificationem. vel pro cōstru-
h ctione alicuius monasterij, [h] quod etiam pium dicitur, vt in capitulo, nos quidem, de testamē
2 tis. ¶ Item omne id quod relinquitur pro † in-
i certis & male [i] ablatis dicitur pium, ut notatur in capitulo primo, de priuilegijs. in clementi. & quod not. Bal. in l. hæreditas. ff. de pe. hæredi.
k ¶ Item legatum libertatis [k] dicitur pium, vt notatur in. l. in testamento. ff. de fideicomis. liber. & in l. qui filio impuberi. §. seruus testamento, de hære. insti. Et scias quod id quod relinquitur pro redemptione eorum, qui sunt in carcere
l pro [l] † maleficio dicitur pium, facit quod nota
3 tur in. l. si quis Titio, de lega. secundo. & quod nota. Bald. in l. illud. C. de sacrosanct. ecclesi. & idem Bald. in. l. prima. allegata per gloss. in dicta. l. si quis Titio. dicit quòd omne relictum pro anima dicitur relictum ad pias causas. Itē
m illud quod relinquitur cōsanguineo pauperi, [m] secundum glo. in capitulo, 2. de sepulturis, & vide quod not. Bal. in aucten. similiter. C. ad l. fal. vbi ponit multa exempla priuilegiorum. Item
n etiam dicitur pium legatum dotis [n] vel dotis nomine factum, maxime si fiat pauperi, ut est tex. vnicus in iure, in. l. cum is. §. mulier. ff. de cō di. indebi. Et ideo quia pium habet priuilegiū,
o vt morte mandatarij [o] non finiatur tale mandatum, de dote danda vel consignāda, ut est tex. in. l. si ego, de iure dotium, per quem tex. hoc dicit Bal. in l. mandatum. C. mandati. Et ex illis iurib. iuncto tex. singulari. l. assiduis. C. q. potio. in pig. ubi no. de dote muliebri, quam ad suos victus suasque alimonias mulier possidet. potest dici quod legatum alimentorū dicitur pium. Et iste uidetur tex. singular. in. l. Mela. de ali. & ciba. lega. ibi tamen pietatis, & dicitur lucratiuum lega. & potius ad pompam factū. l. ex duobus. ff. de nego. gest. si testator dicat quòd ex cā pietatis relinquit, quia de facili committeretur fraus si staretur illi assertioni secundum glos. & Bald. in l. & illud. C. de sacrosanc. eccle. ad hoc. ff. de proba. l. qui testamentum. C. de colla. si donatione. de castrēsi peculo, l. si forte. C. de dona. l. datam. Iampridem vbi dicitur expressim qđ intelligit verū, nisi coniuncta persona esset posita in necessitate, puta quia uirgo & pauper & donaī sibi pro ipsa maritanda, vel est in carcere constituta, quia quando coniuncta persona est in necessitate magis ad eam pręsumitur
4 † misericordia quam affectus. C. de captiuis, l. liber captus, quam dicit. l. notabil. ad hoc concluden. quod aut causa pietatis congruit personę, & intelligitur ad pias causas, aut non congruit personæ, & non intelligitur ad pias causas quod not. pro deductione falcidiæ. Hoc viso restat videre utrum piorum legatorum sit executor episcopus solus, quando est laici hæreditas,

tas,& laici sunt executores, & videtur quod sic, per capitulũ, Ioannes, & capitul. tua, & capitulum, hæredes, & capitul. nos quidem, de testamentis, & in capitul. siluester. 16.q. prima, licet ibi manumissores vel hæredes essent clerici. In
p contrarium [p] tamen est quod non solide ad iudicem ecclesiasticum pertineat iurisdictio, sed sit mixta inter iudicem secularem, & ecclesiasticum inter laicos, probat tex. in. l. hæreditas. §. si defuncto. ff. de peti. hæred. Et quod ibi not. Bal. dicens, nota quòd relictum ad pias causas mandatur executioni, non solum per iudicem ecclesiasticum, sed etiam per iudicem secularem, & vterque habet temporalem iurisdictionem in laicos, ad id facit secundum eum, quod not. Innoc. in capitulo, nos quidem, de testamentis, & Archi. in capitulo, siluester. 11. q. prima. in Spe. de officio iudicis. §. primo, versiculo, item imploratur contra heredem. ¶Item quod hæc iurisdictio sit mixta, probat tex. in authe. de ecclesiasticis titul. in. §. si quis autem uoluerit fabricare. ibi, à beatissimo locorum epo, & yconomis eius, & ciuilis iudicis eã expellere, & in. §. si quis ædificationem, ibi, oratorum, quod infra quinque annos compleri iubemus prouidentia locorum episcopi, & ciuilis iudicis. Et sic videtur quod de iure executio piorum legatorum sit mixti fori, etiam inter laicos. Sed qualiter dicis mixti fori, quod ambo simul habeant cognoscere, ut duo iudices ordinarij vnius causæ iuxta materiam. l. inter pares. ff. de re iudi. quod videtur per tex. in auth. de ecclesiasticis titulis, in §. si quis autem, & in. §. si quis, ædificationem. vbi loquitur per copulam, ibi & ciuilis iudicis. Et ille est tex. nouus, & sic videretur qđ vnus sine alio aliquid facere non posset, ut in authen. vt iudices non expertas sacras iussiones. §. primo. Et quod notatur in l. sicuti. de arbitris, & in l. magistratus. ff. ad municipales. Sed in contrariũ videtur veritas, & quod quilibet habet suã iurisdictionem, per. l. hæreditas. ff. de pe. hæredita. ibi principali, uel pontificali. Et sic iurisdictio uidetur atributa per disiunctionem, & cuilibet in solid. Et hoc etiã probat tex. in. l. nulli. C. de episcopis, & cleri. ibi quicquid pro huiusmodi causa à testatore relictũ fuerit vniuersi q' id quocunque modo cognouerit, vel uiri clarissimi rectores prouinciæ uel urbis episcopi, &c. Et sic uidetur vtrique data facultas cognoscendi, & sic quilibet habet solidã iurisdictionẽ, & potest ius dicere exequẽdo piam uoluntatem. Ad hoc l. prima, & quod ibi notatur. ff. de officio proconsul. ita quod occupantis melior sit conditio, ut ibi. uel quod partes posint gratificare coram quo velint subire iudicium, vt in authen. habita. C. ne filius pro patre, breuiter
5 videtur dicendũ de iure hanc excutionem † ultimarum voluntatum in causis pijs esse mixti fori, ut vterque iudex de illa posit cognoscere ciuilis, & ecclesiasticus solid. & regulę habeant locum forum accumulantes, ut si aliter non est determinatũ à lege sit electio actoris, ut in dicta authen. habita. Et plenè per Ioan. And. post dispositionem Iacobi de Beluiso, in capitulo, primo, de priuilegijs, lib. sexto. in. 5. priuilegio in nouella, ad hoc. l. final. C. vbi in rem actio, ad hoc in prohemio. fforum. §. penul. Et sic videtur esse in facultate actoris, coram quo iudice uelit eum trahere, & hoc cum ad partis postulationem procederet. Et tenet dominus Anto. de Butrio, in capitulo, cum sit generale, de foro compe. Sed an proceditur ex officio inquirẽdo, uti potest fieri in casu præiacenti, pro executione ultimarum uoluntatum in causis pijs. nam cũ proceditur iudicis officio, ut in nostro casu pro
q ceditur summarie [q] pro tali executione, per. l. hæreditas, de peti. hære. ita notatur in Spec. in titu. de instruct. ædi. §. nunc uero aliqua, ubi quęstio authen. aliter imò etiam nemine petente potest episcopus inquirere, ut not. in Spe. in ti. de testa. §. i primis. §. pone nullus, & recitat Bal. in l. hæreditas, de peti. hæredi. ff. Tunc quilibet iudex secularis, & ecclesiasticus posunt procedere inquirendo, sed poterit unus alium pręue
r nire, [r] ut sit locus præoccupationi, ad hoc glo. aurea, in capitulo finali, de arbitris, lib. 6. ad hoc quod notatur per Bald. in l. 2. C. ubi de crimi. agi oportet, & in l. iurisperitos. §. cum oriundus. ff. de excusa. tuto. per Nicolaum de Neapo. & per Dy. in. l. pupillus. §. territorium, de uerbo.
6 signi. †Si autem non apparet quis primo inquirere incępit, tunc tractus per inquisitionem habet eligere & gratificare, ut notatur in l. 2. si qs cautionibus. ff. per Petrum, & dicit Bal. in l. prima. ff. de officio consulis debet quòd reus tenetur eligere coram quo compareat, aliàs vterq; eum reputaret contumacem, arg. ff. de adul. l. 2. in princip. Et sic uides quid iuris sit, de iure in executionibus ultimarum uoluntatum in causis pijs, quæ sunt mixti fori. Et sic uterque iudex potest inquirirere, ut defuncti pia uoluntas compeleretur, & compelletur quilibet per iurisditionem quam habet, & sic quilibet poterit subrogare manumissores per iurisdictionem suam, quando est locus subrogationi per
s mortem inhabilitatem, & longam absentiam, [s] & quilibet ex causa poterit terminum executoribus prorogare, ut dicit Bald. in episcopo in. l.
t nulli. C. de episcopis, & cleri. licet Bald. [t] in dicta l. nulli ter, dicat quòd per mortem unius, uel absentiam executorum, non debet fieri subroga-
7 tio, quia episcopus † negligentiam & malitiã executorum supplere potest, ut notatur in capitulo, ultimo, de testamentis, lib. sexto, in nouella. & uide ibi glo. ordinariam, licet contrarium sit in practica curiarum. Et minime sint mutanda, quæ longam consuetudinem habuerunt
u l. minime. ff. de legibus. Et stilus [u] † curiarum
8 sit pro lege seruandus: imò iudex de per se debet de illo quærere, uide. l. 3. §. lex Iulia. & quod ibi

ibi Barth.ff.de testibus,not.in.l.prima.ff.de extraordi. cognit. Et sic uterque iudex in dictis causis pijs, faciet dictos actus subrogationum prorogationum, & auditionem computorum.
9 † Scias tamen quod vbi à testatore est data facultas vendendi propria auctoritate iuxta not. in l.tertia.C. quando de cap. opus non est.executor subrogatus habebit illam potestatem datam primo defuncto,vel impedito,quoniam electa erat illius industria,arg. de officio delega.
10 capitulo,is cui,nec obstat quod actio † subro-
x gata [x] sapit naturam principalis.l.si eum.§.qui iniuriam,si quis cautionibus. ff.quoniam id fit cum ab eodem fonte fit subrogatio ut ibi. ¶Itē scias,quod quæ diximus, vendicant sibi locum de iure communi,de foro autem regni Valentiæ standum est,concordiæ factæ inter principē & ecclesiam.arg. capituli primi, de proba. ibi pacta:quæ gotzefilacon. ¶Item quid de foro,si agatur ex testamento actione propria contra aliquem ad habendum legatum per hipothecariam,vel personalem, iuxta.l.2. C. communia de lega. quæ executiua uia,& de foro etiam erit agendum tali casu coram iudice seculari. Et ab illo mandatum executorium esset impetrandum per forum,la cort.de exe.rei iudi. Etiam fortius si rei vendicatione pro re de Ralen-
11 co legata,cuius† dominium esset translatum in legatarium, per.l.à titio.ff. de furtis, quoniam res de Realenco nequit peti coram alio iudice quam laico, de foro,in foro,si lec o clerg. de iuri.omnium iudi.Et sic,& quæ dicta sunt & regis concordia vendicant sibi locum in causis tantum pijs. Et cum agitur ex officio ad implendā voluntatem defuncti, & ad habendas rationes. Sed quomodo præcticabimus istud, cum supra dixerimus, quod quo ad executores legatorum prophanorum nil habet facere episcopus, sed sic in pijs cum quotidie videamus, quod istæ executoriæ,uel manumissoriæ sint mixtæ ꝓ phanorum,& piorum? dicas quòd solum episcopus se intromittet de pijs,& audiet computa de pijs legatis, & non curabit de prophanis, ne mittat falcem in messem alienam,cōtra iura, de elec.venerabilem, neque debeat iurisdictionem regiam perturbare,iuxta cap.nouit, in princi.de iudi. Sed executionem prophanorum,& auditionem computorum illis iudicib. secularibus relinquere, sed ecclesiastici non curant,sed passim in omnia tam prophana quā
12 legata pia† iurisdictionem regiam vsurpando, vt dicit glo.in simili,in capitulo, si clericus laicum, de foro competen. suam iurisdictionem exercent nulliter,& male.Quo remedio succurretur, quando est danda ratio de executoria, vel manumissoria mixta: ubi sunt prophana, & pia, dic quod reddatur ratio coram seculari, qui est competēs ad omnia tam prophana quā pia, & suo casu habeatur ab illo prorogatio,vel subrogatio. fatendum tamen est, quòd si iudex ecclesiasticus de piis legatis habuit rationem,vlterius non est querendum à seculari, ar. l.licet.ff.nauta caupo.stabu.secus,si pro prophanis, quia illa pertinent ad iudicem secularem, vt uidisti:ex quo sequitur,quòd subrogatus executor de episcopo nil de prophanis poterit administrare. Cautela est ergo, ut uterque iudex faciat subrogationem. Et scias quod reddenda
y est ratio suis casibus,cuicunque iudici, [y] prout
13 ad eos pertinent,isto modo:quoniam boni† executores,ut quilibet bonꝰ administrator tenetur facere codicem rationum & suæ administrationis.Ad hoc notatur,in.l.tutor,qui repertorium. ff.de admini.tutorum,& in l.prima.ff.de tutelis & ratio.distr.in.l.Nesennius. ff. de nego. gest. & tunc illo exhibito,iuxta.l.cum seruus.ff.de condi.& demonstra.cum sacramentum executorū
14 † sufficiat in minutis expensis, [z] de quibus non
z potest fieri commode instrumentum, puta, si det quinque solidos pro quolibet paupere, secus autem in his datis, quæ continent aliquā quantitatem maiorem, de qua consueuerunt fieri instrumenta.nam codex rationum est priuata scriptura, vnde non creditur ei pro scribēte. ¶Item non sufficit solum sacramentum ad plenam probationem:facit quod notatur.C.de iure delibe.l.finali.§.in computatione,secundū Bal.in dicta.l.id quod pauperibus.C. de episcopis, & clericis.Subdit tamen quod ex qualita-
a te personæ [a] si uidetur epo,deferendum iuramētum, quod esset tali iuramento standum, cum
15 episcopus non sit iudex solum,sed etiam †procurator pauperum, cum libera administratione.Et ideo potest deferri iuramentum,quia reputatur ipsa pars, sic potest intelligi.C. de dona.l.si quis pro redemptione, secundum Bald. & ad prædictā distinctionem de minutis ad magnas expensas, adde quod not.glo.ordi. in ca. qualiter, & quando.de accusat. ¶Item adde prædictis verbis Bal. & limita in eo quòd dici-
16 tur quod codex † rationum est priuata scriptura, & quòd non creditur ei pro scribent. quòd est verū, nisi ex alijs capitulis libri rationum fundaretur intentio cōtra manumissorem,quia tunc in alijs habet stari, etiam pro se,arg.l.quędam.§.nummularios. ff.de edendo, ubi hoc tenet Bar.arg.l.publica.§.fi.ff.de edendo. Ad hoc vide Bal. secundum Nicolaum de Materell. in Rub.C.de fide instru.ī 20.col.& in l.rationes,C. de proba.& latius de hoc dixi in meis notabilib. Et isti iudices in hac ratione reddenda se debent bene habere, considerata conditione
17 personæ,& non curare de modico † errore,quoniam de illo non curatur in rationibus reddendis,dum abesset dolus.ff.de condi.& demonstra l.quamuis.& accepto computo, debent facere suas diffinitiones, iuxta consuetudinem curiarum. Ad hoc.l.quod si nolit.§.qui assidua.ff. de ędili.edicto, & l.fina.C.de fideiussoribus. Sed pone,testator mandauit aliquid fieri per suos executores

18 executores, sed † pecunia relicta, non sufficit, vel pone qđ nequit obtineri locus, uel aliqua difficultas ingeritur, quod impleri nequit, quid facturus est executor, ut possit obtinere suā diffinitionē ex quo est sine culpa. Et quia in hac materia iam aliás pensaui, licet ad alium finē: Aduerte quoniā clarius loquar, quā ab alio audiueris. Nam quandoq; testator apponit aliquā cōditionē in legato, uel hæreditate, quæ conditio est impossibilis đ iure, uel de facto vel ēt difficilis, & tūc viciat̃ cōditio, & non viciat. Nā reiecta cōditione valet legatū, & non cogit̃ eā implere legatarius, uel hæres: habita tñ distinctione in conditione impossibli de iure quam ponit Bartho. in l. prima. ff. de conditio. institutionum, ꝓxime dicta probantur per dictam. l. primam, cum ibi notatis, & ff. de conditio. & demonstra. l. obtinuit, & not. institu. de hæredi. institu. §. impossibilis, de difficili cōditione, quod notat Bartho. in. l. continuus. §. illud, de uerbor. obligatio. Bald. in. l. cum alienam. C. de legatis. Sed quod dictum est quod impotentia implendi cōditionem, quia est impossibil. vel difficil. de iure, uel de facto, facit eam haberi pro impleta,
19 ex quo non stat per eum & habetur † pro non adiecta: Est uerum in conditione potestatiua, secus in mixta, ut l. in testa. & quod ibi notatur ff. de conditio. & demonstratio. & notatur in. l. quæ sub conditione. §. quotiens. ff. de conditio. instit. nam tunc potentia eam implendi, impedit legatum capi, ut ibi, non sicut in modo. nā si modus impossibilis apponatur, sed impleri non potest, quòd per eum stat, habetur pro non adiecto, ut. l. si fundum per fideicomissum. §. Iulianus. ff. de lega. primo. qui nō est alibi secundum Dy. tu allega & alium, ut in. l. Lucius. §. quisquis, el primo. ff. de lega. primo. Et quod dicitur de mixta conditione, est idem in legato factó, de re principis non solita distrahi, quia neque quid capitur ex legato, vt in tex. l. apud Iulianum, in fin. de lega. primo. Ea tamen quæ supradicta sunt, intellige cum grano salis. Nam
20 uendicant sibi locum, si conditio † impossibilis totaliter apponatur, ut puta si cœlum digito tangerem, nam tunc est uerum quòd supradictum est, quòd talis conditio impossibilis habetur pro non adiecta, ut in iuribus supra alleg. Idem si dicat si partem bonorum in mari proiiciat, uel similia, ut. l. quidam, in suo. de condi. insti. Nam tunc laudandus est potius, qui eam non implet, ut ibi. Sed si testator quid impossibile disponit ad aliquem finem honestum, qui impleri non potest, tunc non prorsus uiciatur conditio, sed commitatur aliquam in ſtam causam: & est casus, in l. legatum. ff. de administ. rerum ad ciui. pertinentium. & ibi Barth. & in l. legatum. ff. de usufr. legato, & ibi etiam Bartho. & notant canonistæ, in clemen. quia cōtingit, de religi. domi. hoc habito moderamine, quia si impossibilis est quod hoc relinquit, fiat, vt puta, quia pecunia nō sufficiat, tunc partes de per se hoc committant in aliam uoluntatem. Si aūt esset multum difficile, quod reputaretur impossibile, tunc est necessaria licentia principis, vt in dicta l. legatum. ff. de admi. rerū ad ciuitat. pertinentium, vel summi pontificis in spiritualibus, vt in cle. qa contingit, de religio, domib. Et ista sumuntur ex dictis Bar. in l. legatū. ff. de usufruct. & in. l. legatū, de admini. rerum ad ciuita. pertinen. Bart. tñ alibi dicit se consuluisse in Ancona, de facto, quidam testator reliquit fratribus mendicantibus aliquod podere cum isto onere, quod ibi debeant construere locum ubi morentur certi fratres, alias perdant legatum, quod istud onus adiectum non ualeat, qa impossibile est, id est nimis difficile, cum non possint noua loca assumere sine speciali licentia apostolicæ sedis, quod non est uerisimile contra sacrum consiliū eos obtenturos, ut in c. primo de exceff. prælat. lib. 6. & in clemen. cupiētes, de pœnis. Et ita se dicit pluries consuluisse, credo quòd non fuerit recordatus de supradictis. Et ideo Bald. in dicta. l. cum alienam. C. de legatis, dicit, caue tibi ne erres, quia dum ipse dicit, quod istud onus adiectum non valet, intelligas, quod tamen transferri debeat ad alium pium usum arbitrio superiorum vt in cle. qa contingit, de religio. domib. & dicta l. legatum, & per easdem leges, id uidetur sequi Bart. in authen. ingressi. C. de sacrosanct. eccless. Quamuis Bald. in fratribus minoribus teneat contrarium per clemen. 13. §, ad hæc, de verbor. significa. in cle. dicens, considera. n. quod quæ-
21 dam legata substantiam † capiunt ex modo, sicut sunt ea, quæ relinquuntur istis fratrib. qui non sunt capaces, neque propter se neque propter monasterium. Modo in istis dicit, quod nū quam fit conuersio in alium usum, sed modus impossibilis cohęrens legato vitiat legatum, ut in dicto cap. ad hæc. quæda m sunt legata, quæ non capiunt substantiam ex modo qa possunt simpliciter fieri, isto casu duo sunt præcepta, vn
22 de si † modus non tenet, debet procedi de similibus ad similia, ut dicta. l. legatum, & in clemē. quia contingit. arg. de condi. & demonstrati. l. in testamento. Sed circa iam dicta oritur maximum dubium canonistis, qui hoc habent pro euangelio, quod citra Romanum Pontificem nequeat defuncti uolūtas alterari, dicētes hūc casum debere sedi apostolicæ reseruari, ut notatur in capitul. quod translatione, de offi. legati, imò dicunt quidam quod alterare uo-
23 luntatem defuncti, non decet † Papam, ut notatur. 12. quæst. 2. capit. non licet Papæ. pro quibus facit dicta. l. legatū, de admini. rerum ad ciuita. pertinentium. Circa quod dubium[b] colle-
b ctis dictis doctorum, dicas quod in dispositis per fideles, q̃ sunt possibilia, clarum est, quod soli principi ecclesiæ, & summo Pontifici pertineat alteratio, & non decet Papam dictam uoluntatem

24 luntatem alterare † sine iusta causa, ut notatur in dicto capitu. non liceant, & in capitu. non est, extra de uoto. Est tamen uerum, quòd si uellet posset de plenitudine potestatis commutare uoluntatem defuncti, quia siquid est, quod ecclesiæ sit relictum, tanquam dominus rerum ecclesiasticarun remittere potest, ac do-
25 nare res ecclesiæ ad † nutum uoluntatis, ut in capitu. oportebat.9. di.& ibi Archid. in capit. primo, de præb. lib.6. imò etiam res ecclesiæ laicis potest donare, ut in text. notabili, in §. his ita.35.q.1. Si in remissionem peccatorum relictum sit uel in aliam causam piam, etiam potest per eum remitti, cum solum id proficiat ad purgatorij pęnas, ut notatur in capit. quod in te, de pę.& remis. quarum est Papa dispositor ex clauium potestate, ut notatur in d.c. quod in te, in cle.1. de pen.& rem.& in c.1. de pe.di.6.& late p Pet.de Anc.in regula, peccati, de reg.iur. li.6. Istud tñ princeps non posset facere, de lega
26 tis prophanis, qm̃ dñium† rerũ regni est illius, quo ad tuitionem & protectionem, ut in l.bene à Zenone, quod ibi notatur. C.de quadriennij
27 p̃scri. ideo iuri † alterius non derogat sine causa. l. Lucius, de euict. Et qđ not. in l. quotiens. C. de p̃cib. imp. off.& in l.fi. si contra ius. Si autem legatum esset factum reipub. possit illud remittere cum sit dñs uel alterare, ut d.l. legatũ. Sed hodie non posset cum respubl. habeat propriũ
28 † patrimonium, ut eis possit legari, ut l. ciuitatib. de leg.1.& sic acquirunt dñia, & actiones à quib. à principe non formant, sine causa. Si aũt
29 uoluntas † defuncti est impossibilis, prorsus imperator non potest, in secularib. hr̃ pro non adiecta: si difficilis, partes, quorum interest interesse, p̃nt remittere uel committere, ut d.l. legatum. ff. de usufr. legato, in spiritualibus opus est superioris auctoritate, ut in c. nos quidem, de testam.& superior hoc casu intelligitur diœcesanus non solus Papa, ut nota. Lapus in d.cle. quia contingit, de relig. domib. Et ideo dicit d. Ant.de But.in c. significatum, de p̃b. secundũ Inn. quod si pacta, uel conditiones, respiciunt tp̃alitatem, non possit illam remittere inferior à Papa, si spiritualitatẽ inferior à Papa commutat, ut d.c. significatum. scd̃m eos: hoc tñ intellige uerum, cum iusta causa suadet, aliàs non debet
30 fieri † commutatio, iuxta notata in dicto cap. non est, extra de uoto, nam uoluntas defuncti,
31 † seruanda est pro lege.12. questio, secunda. ultima uoluntas, in authenti. de nup.§. disponat, vnde Abacuch. secundo, capitulo. benedictus sit à domino, qui eandem fidem quam seruauit uiuus, seruauit, & mortuus. & secundum prædictam distinctionem, se regendo executores, aliquando commutata uoluntate, uel in alium vsum conuersa superiore author. pro ut in singulis desuper est prouisum: nõ est dubiũ, quin audiens rationes illas definiet, & absoluet. Sed
32 an testator † poterit onus reddendæ rationis remittere manumissoribus: & certe tex. uidetur quod non, in capitulo, tua, & ibi dominus Anton.de Butrio, de testamen. Henricus ibi uidetur tenere contra per. l. cum necessitatis. C. de fideicom. dicens ibi esse casum. Sed saluo honore, non facit ad rẽ, quoniã loquitur de præterita administratione, ut ibi patet in glo. prima. Et quia si dolose gessit, etiam de præterita est habenda ratio. ff. de administra. tuto. l. quidam decendens. & quia in ultima uoluntate non potest remitti futurus dolus, ut. ff. de leg. primo. l. si seruus vetitus. Et ideo uidetur opinio Henrici non procedere iure, sed obligatos fore manumissores, ad rationes reddendas, non obstãte testatoris remissione. ubi autem testator tantum uellet eos releuare onere reddendæ rationis, dicat vti iam fieri fecit, quod expresse eis omnem dolum futurum remittit, & quod si quid penes eos de bonis suis restauerit ex dicta administratione, etiam in locis, & personis designatis, uel per eos eligend. quod illud eis legat. Et tunc bene posset procedere opinio Henrici, & per hoc tu habes tex. in l. si quis rationes. ff. de liber. legata. [c] Sed nunquid ad hoc vt
33 ista pia legata † possint solui per manumissores est necessarium, quod hæreditas adeatur per hęredem, & videtur quod sic, quoniam ad hoc, vt legata debeanttur ex testamento, requiritur quod adeatur hæreditas ex testamento, vt. l. eã quam. C. de fidecommissis. l. si nemo. ff de testalmentaria tutela. sic etiam in legatis debitis, uc repetitis ab intestato requiritur, quod adeatur hæreditas ab intestato, ut est tex. singularis, in l. secunda. ff. de fideicommissa. liberta. & tenet gloss. singul. in l. qui filio impuberi. §. seruus testamento. ff. de hæredi. instituen. Et istud videtur tenere Bald. in l. eam quam. C. de fideicommis. dicens, quod si hæreditas ex testamento non aditur, omne ius testamenti soluitur, quia ubi non est hæres, non est persona quæ obligatur.

34 ¶ Item quia vbi non est passiua † persona, agens esse non potest. ff. de iudic. l. in tribus, unde in iudicio oportet fundari reum sicut actorem, ut in, l. prima C. de aliena. mu. iudi. causa facta. Et ideo hæreditas iacens, non dicitur o-
35 bligata quia fungitur † vice testatoris, non uice hæredis. Constat enim testatoren proprijs legatis non obligari. ff. de lega. primo. l. legatum. §. alumnus. ff. de hæredi. institutione. l. non minus. §. finali, dicens, quod si fisco succedit in bonis vacantibus, quia nullus est qui velit hæreditatem adire, fiscus tenebitur ad legatorum præstationem, quia lex facit eum hæredem, vt ff. ad Trebell. l. Marcellus. §. finali. & est expressum in lege, recusare. §. fisco. ff. eo. Idem tamen Bal. in l. hæreditas. ff. de petitione hæreditatis, videtur tenere quod non requiratur aditio, quia in talibus proceditur per officium iudicis, unde nõ requiritur aditio, næque obligatio, aliàs

requireretur additio, vt notatur in.l. si nemo.ff. de regulis iuris licet se remittat ad notata in di cta lege, eam quam, & ad notata in Specul. in titulo de teste, in.§.Restat, post principiũ, & qđ etiam notatur in cle.dispendiosam.de iudiciis. Idem Bal.in l.qui filio impuberi. §. seruus, dicit idẽ quod non est necessaria aditio qm̃ ista legata non subiugantur legibus ꝓphanis, iuxta notata in l.prima.C.de sacrosanct.eccle. Sed Ang. in dicto.§. seruus testamento, tenet contra Bal. repræhendens illum, dicit tamen quòd cautela est, nã sicut ĩ libertate ꝓuisum est ne pereat, nõ ꝑ aditionẽ qđ bona addicunt cã libertatis con seruãdæ, ut institut. đ eo cui cã liber.bona addi cunt. circa mediũ, ita cã conseruandorũ legatorum ad pias causas. Et dicit hoc tenere expresse Io.And.in additio. ad Specul.de instrum.edi.§. nunc vero aliqua, in addi.quæ incipit, hic com muniter actor, & hoc tenet idem Bar.in.l.prima C.de summa Trinita.& in.l prima. C. de bonis vacantib.lib.10. Quid dices, dic quod si legata-
d tij pij velint agere suis actionib.[d] tunc est bona cautela Angeli, quod bona addicãt legatarijs, ex quo non est persona contra quã possint suas actiones experiri, neque illas habent formatas, quousq; sit hæreditas addita per illos præstita cautione, de soluendis creditorib. ut in dicto tex. insti.de eo cui liber causa bona addicũtur. Si autem episcopus uelit ex officio sequi piam voluntatem, compellendo executores, id poterit, & executores poterunt exequi citra aditionẽ, ad hoc tex.qui est melior, qui sit in iure, in cle.exiui.§.ad hoc.vers. ad quæ legata, de verb. sig.quod no. qm̃ hanc distinctionem à nullo audisti, licet illum tex.alleget Bal.in authen.si qua mulier.C.de sacrosan.eccle. & prædicta quæstio de foro regni non est multum dubia, quia sine
35 hæred.institutione valet testamentũ. † Sed pone casum mihi de facto contingentem, mulier quædam suum ordinauit testamẽtum in pñtia notarii, ubi erant multa pia legata annua hæred.relicta, & aliqua prophana, antequam testamentum publicaretur moritur, probatur tamẽ illam fuisse suam voluntatem, quærebatur an ualeret, saltim quo ad pia legata. Et uidebatur qđ non, per tex. in l. fideicommissa.§.quotiens, & quod ibi gloss.¶Item quia tunc valet inter libe
36 ros testamentum † imperfectum ratione solennitatis, cum est scriptum propria manu testatoris, per authen.quod sine.C. testamentis, ergo si est scriptum manu Tabellionis, etiam ratiõe liberorum, & piæ causæ, non ualet. Et hoc uidetur tenere ibi Bal.Bar.tñ vbique tenet contrariũ videlicet quod valet rõe piæ causæ testamentũ
e imperfectũ rõe solennitatis, [e] postquã est perfectum rõe uoluntatis, & hoc per.l.in testa.ff.de fideicõ.liber.ubi hoc tenet Bart.& in.l. fideicõmissa.§.quotiẽs.ff.de leg.3.qa ĩ dispositione inter liberos vel ĩ pijs causis, sufficit qualitercũq; constet de voluntate, iuxta not.in l.fi.C.fami-

liæ ercis. & sic indistinctè, ẽt sine eo quod nõ sit scriptura manu testatoris, postquã constet illã
37 mandasse scribi, valet † in piis causis, nõ tñ quo ad prophana legata. Ad hoc facit c.iudicant.de testa.ubi nudis verbis, & qđ ibi notatur in gl.1. & c.cum tibi, eo.tit. Sed quomõ hoc, nonne testam. censetur, quid indiuiduum, ut.l.furioso. C.q testa.facere poss.qa illud verũ est, ex dispositione iuris ciuilis. Sed contrariũ uidet, ex æquitate iurisgentium, & ẽt aliàs ex mẽte iuris ciuilis in talibus actibus, quia ex quo dispositio fit super similibus rebus separatis, uidetur, quod tot censeantur esse dispositiones quot sunt ipsæ res, arg.l.scire debemus.ff.de verbo.obliga. Et sic æquitas indubitantet suadet talem uoluntatem debere seruari, ex quo de illa constat, quæ satis de se, & ex se est ꝑfecta, quo ad id de quo quæritur secundum dominum meum, domi.Io. de Imola, in.l.si is qui testamentum.ff. de testamentis. pro, quo tu allega dictum Innocen. in cap.cum tibi.de testamen.& quod not.Bartho. in l. prima, de testamen. Et ita me aduocante fuit obtentum, & executor scriptus, mandauit executioni vltimã voluntatẽ, quo ad pia omissis prophanis legatis. ¶Item etiam dicit multũ singulariter do. Io.ibi in d.l.si is qui.quod in dictis pijs causis testam̃. imperfectũ rõe volun-
f tatis [f] valet, si non est verisimile testatorẽ dictã dispositionem uoluisse mutare, ut si mandauit fieri capellã, in certo loco, certa consignata pecunia, tunc dicit, quia videtur qđ ualeat, *quia il*la uoluntas de se est perfecta, quo ad actum illum de quo querimus. Nam non est verisimile, testatorem talem mutasse piam uoluntatẽ.arg. l.nam ad ea, de condi.& demon, Ergo non debet viciari, ut alio actu omisso seu separato,
38 arg.capit.vtile, de regulis iuris.†Sed nunquid[g]
g captatoria uoluntas ualet ad pias causas, Bart. semper dicit, quod sic, in.l.prima.de sacrosanctis eccle.& in.l.illa institutio, de hæred.insti.& allegat capit. cum tibi, de testamẽ. vbi dicitur,
39 quod qui committit† ultimam uoluntatem in alterius dispositione, non uidetur decedere intestatus. Et dicit ibi Innocen. quod videtur relinquere ad pias causas. Sed Dy.& Cy. tenent contrariũ, in.l. captatorias, de test. militis. Bal.
40 ĩ l.1.de sacros. eccl.dicit, qđ est duplex† dispositio captatoria, & põt itelligi dupliciter, vno mõ rõe incertitudinis, & dubietatis. Et hoc casu ualet ad pias cãs, ut dicit de legato incerto, cũ saltim pauperib.debeat erogari, ut in c.cum sit. de iudæis. Secundo modo dicit captatoria, qa est posita in potestate obligandi, an uelit vel nolit, uerbi grã. Dicit testator, dabis bona mea ꝓ aĩa mea si uolueris: illo casu dicit qđ ñ ualet qa non obligat, & ita intelligit dictum Dyni & Cy, secus si diceret forte, si tibi uidetur, quia
41 tunc importat † arbitrium boni uiri, argumen, l.fideicommissaria, de fideicom. liber. secundũ Bald. in dicta. l. prima, & idem Bald. in l. &

in epistola de fideicommiſsis, dicit quod dictum Barth. quod diſpoſitio captatoria habet locum in pijs cauſis debet intelligi de distributoria, quod non poſsit facere aliquem hæredē, ad faciendum eum vniuerſalem hæredem teſtatori ſecundum eum. Et quatenus ſupra tactum eſt de intellectu. c. cum tibi, de teſtamentis, inquantum ibi dicitur in gloſ. quod nutu ualet teſtamentum ad pias cauſas, & hoc uidetur ibi firmare Innoc. Bal. uero, in l. & in epiſtola. C. de fideicommiſsis. dicit quod Innoc. non intellexit dictum cap. cum tibi, quia ibi teſtm̄ non fuit factum nutu, ſed verbis expreſsis, qm̄
42 non maior † fauor [h] debetur piæ cauſæ quam
h filijs, qui nutu non poſſunt inſtitui, ut in auth. de teſtamen. imperfectis, Et recitat aliquas opiniones Innoc. quas vide per te. Dicit etiā quod Io. Andreæ tenet quod tali caſu, teſtator uidetur reliquiſſe omnia bona ad pias cauſas expendenda per ſuos manumiſſores, & dicit, videlicet ſi non haberet hæredes legitimos. Aduerte ſi loquamur [i] de pijs legatis nutu factis, ad interrogationem notarij uel alterius, & tūc nulla eſt dubitatio fauore piæ cauſæ, quoniam hoc iam in fideicommiſſo vēdicat ſibi locum, in dicta l. & in epiſtola. C. de fideicommiſ. & in l. nutu. ff. de lega. 3. Et ita loquitur gloſ. in d. c. cum tibi, de teſtamen. & hanc opinionem videtur tenere Ioan. And. in additio. ad Specul. in titulo, de teſtamē. §. in primis, ſed ſi loquamur de hæredis inſtitutione, iſta nequit fieri, etiam in pijs cauſis nutu, quia ſcribi uel nuncupari habet hæres. C. de teſtamen. l. iubemus, &. ff. eodem. l. hæredes palam. Et quia hoc priuilegiū non habent liberi, ut in dicta authen. de teſtamen. imperfectis, quod nutu poſsint hæredes facere, vt in l. Lucius. ff. de teſtamento militis, & ita intelligit gloſſ. ordinaria illum textum, in l. in fraudem. §. primo. ff. de teſtamento militis, quæ eſt gloſſ. ſingularis. Et ideo dicebat Albertus Papienſis, vt refert Ioan. Andr. in titulo. de teſtamentis. §. primo, in primis, quòd iſte modus teſtandi non eſt inuentus neque approbatus, imò reprobatus. Sed poſſet dici quod licet talis inſtitutio non ualeat iure inſtitutionis pp deficientē ſolennitatem, reputabitur, tn̄ fideicommiſſum relictū ab inteſtato, ut res ualeat, & non pereat, ut eleganter no. C. familiæ erciſ. l. quotiēs, & ponit Bal. in d. l. & in epiſtola. C. de fideicō. loquēs gn̄aliter, tam rōe pię cauſę q̄ alias, qa ponit caſum in vxore ſic nutu inſti-
43 tuta. Et in quantū ipſe gn̄aliter loquitur, qđ † inſtitutio nutu facta ualeat quo ad omnes, ut fideicommiſ. non bene loquitur, & Ange. in l. in fraudem. §. primo. per glo. ibi poſitam, decidit contrarium in quæſtione facti, quidam loquela amiſſa fuit interrogat' ab amico, ſi uolebat eū hæredē inſtituere, data manu aſtringeret illā ſibi. Et ſic fecit coram teſtib. dicit qđ nihil ualet ſecundū eū, & bene, qm̄ niſi fauore pię cauſæ talis nō tolleraē inſtitutio, neq; vt fideicommiſſum: ne qđ vna via ꝓhibetur, alia admittaē, neque crederet ſtātib. liberis teſtatoris, gratis tamen, & obedieñ. quod inſti. nutu facta etiā in pias cauſas ualeret, ut fideicomiſſum, neq; ut inſtitu. Primo quia eſt contra conſilium Auguſtini. 17. q. vlt. cap. ultimo. ¶ Item quia non præſumitur quis extraneos hæredes ſuis anteponere. C. de fideicommiſsis. l. cum acutiſsimi. Et qa lex nō tollerat tales inductiones contra ſanguinem proprium, in l. non eſt. ff. de inofficio. teſta. & qa teſtator nō preſumitur compos mentis filios ſine cauſa exhæredando, ſed quod turbatus mentis cogitatione fecerit, ut in l. hac conſultiſsima. §. at cum humana. C. q teſta. facere poſſunt, & quia filij præteriti de foro, & iure, rumpunt teſtamentum. l. prima, cum ſequentib. de iniuſto rup. Et hoc uoluit ſentire Bald. in dicta. l. & in epiſtola. allegando dictum Ioan. And. in cap. cum tibi, ibi, dum dicit, quod intellige niſi teſtator haberet liberos. Hoc tamen ego credo verū, niſi teſtator nutu diſpoſuiſſet omnia bona ſua ꝓ male ablatis incertis debere reſtitui, qa tunc ſciretur magn', & famoſus latro, & qđ oīa de rapina acquiſiuiſſet, dixit ſacerdos coram teſtibus, ſi volebat quod omnia bona ſua diſtribueret pro male ablatis incertè, & ut præteritio tollatur, relictis cētum filijs & nutu annuit. Certe diceremus talem diſpoſitionem ualere, ſaltim, ut fideicommiſſum (vt eſt dictum) quia ceſſant rationes ſupradictæ, quia magis præſumitur eū animam ſuam velle lucri facere, quam filios diuites relinquere, iuxta illud: quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, anima vero eius detrimentum patiatur. de ſimonia capitulo, Matthæus. & quia moriens non præſumitur habere mentē ſuā corruptam, ſed de ſalute animæ, penſare: facit quod notatur in l. rationes C. de proba. Scias tamen quod iſto modo inſtitutio, etiam nutu facta, valet etiam ad nō pias cauſas, ſaltim vt fideicommiſſum in vno caſu, videlicet, quando teſtator ordinauit, vel tabellioni ordinari fecit teſtamentum. Et antequam publicaretur obmutuit, & tabellio legit ſibi teſtamentū, & illum interrogauit an vellet, quod illud eſſet ſuum ultimum teſtamentū, ille nutu annuit, certe valet talis diſpoſitio, arg. notatorum per glo. & Bald. in l. iubemus. C. de teſta. nā ſi dixiſſet ad interrogationē not. ſi uolebat ſic teſtari, pro vt ipſe de mādato ſuo ſcripſerat. Et ipſe dixit, uolo, ualet, vt teſtamentum in ſcriptis ſecundum Nicolaum de Materell. & Martinum Salomini, ut refert Bald. in dicta. l. iubem'. allegat. l. Pamphilo. §. propoſitum. ff. de lega. tertio. ¶ Si tamen notarius adhibitus nō per teſtatorem, ſed per hæreditatem affectantem, interroget infirmum, & ille nutu reſpondeat, & dicat (ſic) talis inſtitutio nihil valet, p dictā legē, iubemus. C. de teſtamen. ſecundū Iacobum de arena, & clarius hoc tenet Ioan. And. in addi. ad

Spec.tit.de testa.§.in primis, & est ratio secũdum eũ, quia sic daretur materia falsum fabricandi. Nam mens infirmi turbata mortis cogitatione, omnibus applaudet, & ad suggestionẽ notarij faciliter inclinatur, & sic nõ valet quod agitur: & nota ista, quoniam quotidiana sunt. ¶Sed pone, dicit decretalis, quod testamẽtum factum p præsbyterum parrochianum cũ duo bus, vel tribus idoneis, vel legitimis testibus, valet in causis pijs, vt in c.cum esses, & c.relatum, de testamentis, ecce quod sacerdos deficit, sed est factum, vt probatur per duos testes, certe ad
K piam causam [k] valet. Sed ad non piam dicit Speculator quod non valet, nisi sint quatuor testes, ut ipse dicit in Spe.de instru.edi.§.compẽdiose, uers. item per ius canonicum, licet dominus Anton.de Butr.dicto cap.cum esses, dicebat quod ẽt, quod ẽtsi non sit præsbyter ualet, ex quo probatur per duos testes, etiam ad non piam causam, ut in utroque foro, licet dicat, quod opinio Speculato. seruaretur in practica, uide ibi late per eum.

¶Item scias quod in pijs causis, non sunt ne-
l cessarij testes rogati [l] in testamentis, quicquid dixerit Franciscus de Aretino, consulẽdo, quoniam in his pijs ius canonicum considerauit meram æquitatem iurisgentium, uide quod not. La pus sua allegatione 31. Et ideo dicit dominus Antonius de Butr. in capit. Relatum, de testamentis, quod si statutum dicat quod nõ ualeat testamentum, nisi sit positum in memorialibus, quod si sit factum testamentũ, ad pias cãs & non sit positũ in memoralib. valet, non ob
m stante statuto, q̃a in istis ad pias cãs, nõ habet [m] potestatẽ statutũ statuendi ad p̃iudiciũ ecclesiarum, vltra statuta à iure naturali primæuo: & ita iã de facto consultus r̃ndet domi Anton.de But. & pro eius dicto, uide Bartho. in l.prima, C.de sacrosanc.ecclesi. & Ioann. Andr.in c.quanquã. de vsur.li.6. Idẽ dicit d.Ant.de But. in c.cum lai cis.de reb.eccle.non alie.& in c.eccle. de consti. Et plus dicit d.Ant. de But.in ca. quod cleri.de foro compe.qđ si ecclesia uel cã pia est instituta hæres in testamento, minus solemni cũ duob.te stib.& sine insinuatione: & sunt ibi legata prophana, quod quo ad illa ẽt valet testamentũ, de quo uide ibi per eum: qđ an sit uerũ dubito, ꝓ
n pter iam desup tacta. Sed nunquid mulieres, [n]
46 † possunt esse testes in testamento ad pias causas. Bal.in.l.1.C.de sacrosanc. eccle.tenet, qđ sic dum tñ sint fide dignæ.arg.not.C.de testa.l.hac consultissima.§.ex imperfecto.& in l.fi.C.de co
o dicillis. Sed Feder. [o] de senis in suis cõsiliis, cõs. 33. secundum ordinem aliquorũ consiliorũ tenet cõtrariũ, per tex.in dicto c.cum esses, & c.relatum, q̃ dicunt testes requiriri idoneos, & legitimos. Sed mulier in cã criminali non est testis idonea, neq; legitima in testam.p.l.in testamento.§.mulier.ff.de testib. ergo neq; in testamento ad cãm piã sed posset dici satis esse testes idoneos & legitimos, scđm legitimitatem iurisgentium: postquã aliás fuit boni testimonij, & ius canonicum, aliud non considerauit, & q̃a in codicillis possunt esse testes, ut no.glo.in l.fi.C. de codicillis.& sic ex quo ꝓbant uoluntatẽ, sufficere uidentur in causis pijs. cogita pp auctoritatẽ D.Frederici. Sed quæritur, an executor testamẽti cui est datum à testatore onus de restituẽdis male abla.certis, debeat facere distributionem in loco domicilij testatoris, uel ubi negociatus est defunctus, uide D.Fede.de senis, suo cõs.ordine meorũ, in cõs.33.& ibi remissiones. Sed not.
p qđ de leg. pijs nõ ẽ detrahẽda falcidia, [p] in aut. similiter.C.ad.l.Falc.& dicit tex.ĩ corpore vnde sumit, qđ in oĩ falcidia cessante, debeat fieri solutio legatorum. Sed solet dubitari, quid de Tre
q bellianica, [q] & canonistæ in ca. si pater, de testa. tenent quartam Trebellianicã deducendã.ar.dicti c.cum ibi, non detrahatur, q̃a directa substitutio. Iacob.But.distinguit, q̃a aut relinquit piȩ personæ, puta alicui fratri pauperi: & tũc detrahitur, aut in aliam piã cãm, & tunc cessat falcidia, & Trebellianica: & ita dicit cõiter seruari in l.si quis ad declinandam.C.de epis, & cleri.Bal. ibi dicit, quod siue relinquatur personæ, siue casæ, dum tñ piȩ, & pro aĩa cessat Falci. & Trebel. secundum ueram opinionem. Et hãc dicit probari, per illum text. in §. finautem. Et hanc etiam opi.sequitur Barth.in.l.Marcellus. §. quod autem.ff.ad Trebel. & idem Bald. prolixius loquitur eãdem sequens opi.in.l.id quod pauperibus. C. de episco. & cleri. pluribus rõ. Primo quia non est fauorabilior Trebel. quam Falcid. C.ad l. Falcid.authen. similiter. Et quia tex.in corpore illius authen.dicit, omni Falcidia cessante. Et qui omne dicit, nihil excludit: tamen dicit quod hoc vocabulum non comprehendit debitum bonorũ subsidiũ. arg.l. si qñ.§. fi.C.de inof. testamen. Et hęc est ipsa ueritas, ꝙ legitima est deducenda de legatis piis, & ita tenet Ioan.And.in dicto cap.si pater. Tertio dicit Bal. quia si id fideicommissum vniuersale, si hæres esset in mora adeundi, uel decessisset sine hærede ualeret: vnde cessat ratio Trebel. deducendæ, quæ est, quod beneficio hæredis adeuntis, fideicommissarius cõsequitur fideicõmiss. nam in hoc casu, ẽt sine aliquo facto hærede, & sine aliquo eius adminiculo consequitur immediate per beneficium legis, unde non detrahit Trebellia. argumen.C.ad Trebel.l.penult.§. finautem. Vnde secundum eum ad repellendum Trebel. possunt pauperes allegare, & dicere hæredi, quod eorum beneficio non eius additionẽ beneficium consequitur, & fideicommis. Praterea tex.in authen. de hære & fal.§. si uero, dicit quod hæres debet estimare lucra in benefaciendo, non enim aliquid retinendo. ¶Item hoc probatur per regulam.ff.ad Trebell.l.Marcellus §. quod autem: nam ubi cessat falcidia fauore testatoris, cessat Trebell. sed hic est fauor testatoris

toris, quia pro anima ſua, ergo &c. Et etiam iſtā dicit eſſe ueritatem iure. & eam tenere Iaco. de Beluiſo, & Bartho. Et reſpondet ad capitulū ſi patet, quod ibi ſumitur argumentum à cōtrario ſenſu, quod eſt tacitum. l. inter ſocerum. §. cum inter. ff. de pactis dota. unde ceſſat in eo quod eſt expreſſum, quia expreſſum concludit tacitum, & eſt potentius illo. C. de impu. & aliis ſubſti. l. precibus. & ita concludit ibi. idem ſequitur in authen. ſimiliter. C. ad. l. falci. Sed nunquid de relictis pauperibus certe uel incer-
r te ſit ſoluenda quarta ſpecialis, uide nota. in capitulo ſecundo, de ſepul. & in dicta authen. ſimiliter. per Bald. & hæc ſufficiant, reliqua uide per te in locis deſuper allegatis. Vnum tamen nolo omittere, quia neſcio ſi aliquando audiueris: neque ſi aliquis te docebit, quod in legatis piis eſt unum ſpeciale, quod ſi à lege uel teſtatore detur annualis dilatio in ipſis pijs legatis, non habent locum: ſed ſtatim debentur. Iſte eſt caſus in l. ſi ita fuerit libertas, de manu miſſ. teſtat. & non reperies alibi. Et ſi alium mihi oſtendis, dabo tibi unum par caponum.

## CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶REDEMPTIONE captiuorum.] quòd legatum relictum pro captiuorum redemptione dicatur pium. habetur in l. ſi quis pro redemptione. C. de donatio. & in §. ſi unum de prædictis. authen. ut cum de appell. cog. etiam ſi eſſent captiui ex delicto. Bald. & Paul. de Caſtr. in. l. illud. C. de ſacroſ. eccleſ. idem Bald. in authen. ſimiliter. C. ad leg. Falcid. latiſſimè Andr. Tirraquell. in tract. de priuil. piç cauſæ. in præfatio. col. 10. in paruis. uerſ. itē relictum.

b ¶PAVPERVM erogationem.] idem Tenuit Specula. in tit. de inſtr. edit. §. nūc uero aliqua. uerſ. & ſcias. Bal. & Caſtrenſ. in dicta l. illud. & in dicta authen. ſimiliter. etiam ſi talis pauper amicus fuerit, uel conſanguineus. glo. in capitulo ſecundo, extra de ſepult. quam allegat Bald. in l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. & Alexand. in conſi. 158. vol. 7. dicitur autem quis pauper, & diues habita loci, & perſonæ, qualitatis, & conditionis conſideratione Barthol. in rep. l. 1. q. ſecunda, ſecundæ. q. princ. C. de ſacroſ. eccleſ. Benedict. Capra in conſilio. 54. col. 4. quinimo etiam ſi diuiti relinquatur à credente eum eſſe pauperē relictum dicitur pium, ut voluit Barthol. in dicta l. 1. q. 2. C. de ſacroſ. eccleſ. quis autem dicatur diues, uel pauper, iudicis Arbitrio relinquitur, ut uoluit d. Iacob. Menochius. in tract. de Arbitrar. Iudicum quæſtio. lib. 2. centuria. caſu. 65. num. 7. Cornelius Benincas. in tract. de priuileg. paupertat. q. 9. ſpecial. 6. num. 16. & ſequ. & nouiſsimè D. Borgninus Caualcan. in tract. de uſufruct. mulier. relict. num. 216.

c ¶PRO anima.] ut in. §. vnum de prædictis. authen. ut cum de appell. cognoſ. Petrus de Anchar. in conſilio. 144 præfatis nominibus. Florian. de ſancto Petro in l. cum q dam. §. ſi dies. ff. de viſur. Philipp. Corn. in conſilio. 38. pro deciſione. col. 3. in fin. uol. 3. Andr. Barb. in conſilio. 71. il lud col. 6. vol. 3. Ludouic. Rom. in conſilio. 69. viſo.

d ¶SEPVLTVRA.] relictum pro ſepultura, & monumento conſtruendo pium dicitur. Angel. & Fulgoſ. in l. 1. §. fin. ff. ad leg. Falcid. & Bald. & Ang. in l. hæreditas. §. ſi defuncto. ff. de Petit. hæred. quod tamen limitant ibidē Ioan. & Alexand. ab Imol. cum allegatis per Andr. Tiraquell. in tract. de priuileg. piæ cauſæ. in pręfat. col. 19. in paruis. uerſ. Itē legatū factū ad conſtructionem. ¶Sepulchrorum diuerſorum genera, & ſepelliendi uſus varios olim in uſu habitos perfectè declarauit D. Ioan. Baptiſt. Aſinius. in titulo ff. de Religioſ. & ſumpt. funer. quem magna dote ornauit. ¶Monumentum dicitur locus antequā ibidem condatur cadauer, quia poſt modum dicitur ſepulchrum. l. monumentū. ff. de Religioſ. & ſumpt. funer. quibus faciunt notata in euangelio paſsionis Dominicæ ibi, fuit poſitus in monumento nouo, in quo nondū quiſquam poſitus fuerat. quid autem ſit monumentū, & quare ita dicatur, pluribus refert modis ex Varrone, & alijs. D. Ioan. Baptiſta Aſinius in l. 2. §. monumentum eſt. per totum. ff. eo. tit. ¶Idem etiam ſi legatum ſit pro capella, uel imagine depingenda dicitur pium. l. lineam margaritarum. ff. ad leg. Falcid. Ludouic. in repet. authe. ſimiliter. col. 2. ff. eo. tit. Florian. in. l. cum quidam. §. ſi dies. ff. de vſur. Angel. in conſilio 234. Caſus eſt Iacob. in fin. Bernard. Landrian. in Apoſtill. Barthol. in conſilio. 26. teſtator in teſtamento.

e ¶AD PERPETVA alimenta.] Quibus concinunt dicta per Bald. in dicta authen. ſimiliter. vbi aſſerit, quòd alimentorum pia cauſa dicitur, cum per eam releuetur corpus animatum, quod quidem fit per alimoniam. & habetur in l. Mela ff. de alim. & cib. leg. l. ſancimus. C. de ſacroſ. eccleſi. Raphael Comenſ. in conſilio. 30. ſtatuto cauetur. col. 2. Philipp. Deci. in conſilio 72. viſo puncto. col. 3. ¶Quod intelligas dum tamen pauperibus relinquantur, ut in dicta. l. Sancimus. C. de ſacroſ. eccleſ. Bart. in l. alio. col. 2. ff. de alim. & cib. leg. qđ uide rectius apud Andr. Tiraquell. in tract. de priuileg. piæ cauſæ. in præfatio. col. 10. uerſ. item legatum alimentorum. quod nouiſſimè approbauit Do. Martinus Azpilcueta in tract. de reddit. Benefic. eccleſ. q. 1. num. 62.

f ¶REPARATIONE eccleſiæ.] procedit etiam in reparatione, & conſtructione, & refectione pontium, & & uiar. glo. Nicol. de Neap. Angelus. & Alexand. in l. 1. §. ad municipium ff. ad leg. Falcid. Ioan. And. in capitulo, tua nobis. in uerſ. alios. de decim. Florian. de ſanct. Petro in. l. cum de in rem verſo. col. 2. uerſ. ſed adde. ff. de uſur. Philipp. Deci. in dicto conſilio 72. uiſo puncto. col. 3. faciunt notata per Barthol. Bald. Angel. Fulgoſ. Alexand. & Iaſon. in l. ſi certis annis. C. de pact.

g ¶HOSPITALIS.] relictum hoſpitali factum pium eſt. tex. in. l. orphanotrophos C. de epiſcop. & cleric. ubi Bald. Paul. de Caſt. in conſi. 4. dicendum eſt. uol. 2. Benedi. Capra in conſi. 18. viſo, & conſiderato. col. pen. & in cōſ. 54. hoc caput. Cardinal. Florent. in conſi. 121. ad primū. in princip. Alex. in conſi. 210. ſtatutis accuraſſe. uol. 2. & in conſi. 190. plura narrata. col. 4. vol. 6. Philipp. Corn. in conſi. 140. circa hanc conſultationē. col. 2. uol. 1. Ang. in conſi. 117. in canonica portione. col. 2. Petr. de Anch. in conſil. 129. ſuper primo. col. 1. Ludouic. Roma. in cōſ. 457. In caſu. col. pen. Abb. Panor. in cōſ. 32. circa duo nu. 4. vol. 2. Stephan. Bertrand. in cōſi. 244. viſo proceſſu. nu. 3. uol. 1. Cur. Iuni. in conſ. 20. Petr. Peru. in tract. de quarta Can. epiſcop. c. 10. cū alijs propemodū infinitis quos allegat. D. And. Tiraquell. in tract. de priuileg. piæ cauſæ. in præfat. & faciunt ēt notata p Ang. de Aretio. in tract. de teſtam. §. Item iuſsit, & mandauit poſt mortē, per totum. ¶Quando aūt hoſpitalis dicatur locus pius, & quæ requirantur remiſsiue Doct. vbi ſupra. & nouiſsimè D. Thobias Nonius in cōſi. 61. duo ſunt. nu. 5. & d. Ioſephus. Ludouicus in Deciſio. Peru. 30. agentes. nu. 7. uol. 1.

h ¶MONASTERII.] piū eſt legatū monaſterio factū D. Fer. vaſqu. de ſucceſſ. li. 2. §. 11. nu. 54. d. Horatius Mandoſ. ad Roman. in conſi. 59. nu. 10. cū his quæ refert, & ſequit d. Franciſ. Buriat. in conſi. 47. teſtata eſt. nu. 12. uol. 1.

i ¶INCERTIS, & male.] legata incertorũ,& male ablatorum nulli; dubium quòd pium est. Bald. & Angel. in l. hæreditas. §. si defuncto. ff. de petit. hæred. Florian. de sanct. Petr. in l. cum quidam. §. si dies. ff. de usur. & And. Tiraquell. in tract. de priuileg. piç causæ. in præfatio. col. 19 in paruis. vers. Item relictum pro incertis. & Angel. in tract. de testament. in. §. Item reliquit pro incertis. col. 1.

x ¶LIBERTATIS.] Tex. in l. 1. §. fin. vbi Bald. C. de cõmu. seru. manumiss. & in l. contra uoluntatem. C. de manu. testa. Bartho. in l. si cui annuum. ff. de Ann. leg. Alexandr. in l. Captatorias. C. de testam. milit. & idem Alexandr. in consilio 109. vo. secundo. Quinetiam legatũ libertatis fauorabilius est, quam pia causa. ut voluit Raph. Fulg. in l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffi. testam. & non nulla congerit D. Tiraquell. vbi supra in præfation. & eundem videas And. Tiraquell. in Rep. l. si vnquam in verb. Donatione largitus. num. 319. cũ. plurib. seq. C. de reuoc. don.

l ¶IN CARCERE.] Ita post Bal. inquit Paul. de Castro. in dicta l. Illud C. de sacrosanct. eccles. per glo. in capi. sacrorum. 12. q. 2.

m ¶CONSANGVINEO pauperi.] & dicetur eo casu pium tale legatum. Ioan. And. in addit. Specul. in titul. de instru. edi. §. nunc vero aliqua. in addit. incipi. ad istũ finem. Alex. in consilio 158. Viso in fin. vol. 7. ¶Fallit, si cõsanguineo diuiti: tunc enim potius consanguinitatis, quã pietatis causa relictum dicetur fieri. glo. Bald. & Paul. de Castr. in. l. illud. C. de sacrosanct. ecclesijs. Bald. & Ludo. Rom. in authen. similiter C. ad leg. Falc. Lapus allegat. q. 92. in nomine domini. casus. vbi D. Quintilian. Mandosi. in verb. in nomine pietatis. Petr. de Ancha. in consil. 25. uidetur prima facie. col. 2. And. Barbat. in consilio 58. clemētissimi Dei col. antepen. uol. 1. Stephan. Bertrand. in consilio 82. quoniam reperio. col. 1. vol. 3. Marti. Azpilcueta. in tract. de Redd. Benefi. ecclesiast. q. 1. num. 62.

n ¶DOTIS.] Nulli dubium dotis legatum, etiam si filiæ relictum sit pium esse Ioann. And. in capitulo, tua nobis extra de Decim. Bartol. in. l. si ego. §. 1. ff. de Iur. dot. Albericus de Rosat. in prin. per testatorum q. 3. Bald. in. l. mandatum. col. 3. vbi Salycet. col. 6. C. mand. Alexand. in l. si certis annis. col. 3. C. de pac. & in consi. 90. plura uo. 6. Ioan. de Anan. in consil. 57. Visis, & consideratis in prin. Laurentius Calcan. in consilio 13. pro parte. col. 2. Barto. Socin. in consilio 82. in causa vertente. col. pen. vol. 4. & Ioan de Firmo. in tract. de episcop. parte. 4. li. 4 q. 31. uer. Congruenter hic dicendum est approbat Martinus Azpilcueta in tranct. de Redd. Benef. eccl. q. 1. nu. 62.

o ¶MORTE mandatarij.] Bartol. in l. 2. §. sed si quis. ff. de Donat. Bald. in authen. si qua mulier. C. de sacrosanct. eccl. Iason. in. l. eius qui in prouincia col. 1. ff. si cert. peta. & Ludouic. Roma. in consilio 119. in prima conclusione.

p ¶IN contrarium.] Quòd sit mixti fori sentiunt Doct. in l. 1. C. de episcop. aud. & in capitulo 1. de empt. & uend. Innoc. & Ioan. And. in capitulo significantib. de offic. de leg. Francis. Areti. in l. 1. C. de sacrosanct. ecclesi. Ang. in consilio 119 Andr. Barba in consilio 42. clementissimum Deũ col. 4. uers. Capio nunc secundam. vol. 4. Alexandr. in consilio 170. circa primum dubium vol. 2. & dixi supra eadem Rubric. §. finaliter. in verb. illo iudice. Quibus adde quis cognoscat quando testator decesserit in mari? vide glo. in capitulo ubi periculum de elect. in 6. & Ioan. Andr. in dicta addition. Specul. versi. quid si episcopus. Tiraquel. de Priuil. piæ causæ. Priuil. 149.

q ¶SVMMARIE.] notatur in cap. cum tibi. de testa. piarum enim causarum fauor Iuris subtilitates rescindit. ut uoluit ex alijs And. Tiraquell. in tract. de priuileg. piæ causæ. priuileg. 31. in fin Bald. in l. 1. C. de sacrosanct. ecclesi. Ro. in authen. similiter. C. ad leg. Falc. cum aliis cumulatis per D. And. Tiraquell. in tract. supradicto priuileg. 157.

r ¶PRAEVENIRE.] Quomodo dicatur iudicem præuenisse? vide Marian. Socin. in capitulo, proposuisti. col. 5. vers. primo. igitur quero extra. de foro compet.

s ¶LONGAM absentiam.] exequutorum potestas annalis est, & anno terminatur, post annum autem cessat. Innoc. in ca. nos quidam. de testam. Doct. in authen. Hoc amplius, & in l. nulli. C. de episcop. & cler. ¶Fallit si episcopus terminum ultra anni curriculum prorogauerit. ut uoluit Bald. in dicta. l. nulli. ¶Fallit etiam in Relictis sub conditione. l. quidam testamento. §. si scriptus ff. de leg. 1. ¶Fallit si opera, & negotia ob eorum grauitatem, & magnitudinem non possunt intra annum exequi, Federicus de Sen. in consilio 124. refert Bald. in dicta. l. id quod pauperibus. C. de episcop. & cler.

t ¶LICET Bald.] Hanc Bald. opinionem antea tenuerat Cyn. in dicta. l. Id quod pauperibus. q. 13. C. de episco. & cler. Bald. in l. Magistratus. C. quand. prouoc. non est necess. Angel. in. l. cum debitorem. ff. rem. ratam haber. Archidiacono. Dominic. & alij in capitulo fin. §. fin. de testamen. in 6. etiam si subrogandi potestas esset executori concessa. Ioan. Andr. in capitulo 1. de procuratoribus in 6. Benedict. Capra in consilio 54. punctus. Bald. in l. Captatorias. C. de testa. & in l. 1. C. de sacrosanct. eccle.

¶ In legatis tamen pijs prædicta nequaquam vera erunt, quia cum in eis Iuris subtilitates locum non habeant, executores subrogare poterunt, concludit Bald. in capitulo, in causis. de electio. Ludo. Roman. & Philipp. Corn. in dicta. l. Captatorias. & poterit etiam de alio executore testator prouidere, casu quo primus negligens fuisset, & ita episcopum excludere, concludit Bald. in l. si fundum. §. stichum. ff. de leg. 1. & in authen. licet. C. de episcop. & cleric.

u ¶STILVS.] quòd stilus pro lege seruari debeat dixi supra in Rub. 11. § his igitur in uerb. stilus. ubi uideas.

x ¶SVBROGATA.] subrogatum sapit eius naturam in cuius locum subrogatur, concordantias tradit d. Ioannes Piccardus inter consilia d. Menochij in consilio. 52. dubia semper. num. 68. vol. 1. quæ regula quoad commoda, & incommoda procedit. ut uoluit Ludouic. Gozadin consilio 65. nume. 12. & Socin. Iunior. in consilio 74. nu. 4. vol. 3. vti eos refert, & sequitur idem D. Iacob. Menoch. in consilio 70. Sine controuersia num. 10. & & 11. vol. 1. & in consilio 75. nec iamdiu. num. 18. & in consilio 95. & si docte. nu. 50. in consilio 97. habet nume. 157. 158. vol. 1. Iacobus Mandellus in consilio 26. tritissima. nu. 6. 7. & in consilio 62. quamuis dubia. num. 28. d. Ioannes Cephal. in consilio 20. Vsufructus. num. 2. 3. & in consilio 58. proponitur num. 31. & in consilio 62. illustris. num. 51. & in consilio 67. circa castellaniam. nu. 9. vol. 1 & in consilio 281. magnifici. num. 1. vol. 2.

y ¶CVICVNQVE iudici.] & hoc in foro defuncti (vt supra dictum est) reddenda est ratio hæredibus, & legatarijs. secundum Specu. in dicto. §. nun vero aliqua. executor tamen cõexecutori rationem reddere non debet. l. actus. ff. de admin. tuto. & in l. 2. C. eo. tit. licet extra iudicialiter sic. dicta. l. actus. et. l. 3. ff. eo. tit. Adeo quod poterit ut suspectus recusari Ioann. Andr. in dicto. §. nunc uero aliqua. uers. sed an simplex. de hac tamen relatissimè Ioan. Iacob. à Canibus. in tract. de executor. ult. volunta. parte. 2. §. nouissimum. per totum.

z ¶MINVTIS expensis.] In reddenda ratione in modicis expensis sufficit probatio per iuramentum. ut per Speculat. in titul. de instrum. edit. § nunc uero aliqua. uers. 20. Barthol. in l. diuus. ff. si cui pluSquã per leg. Falcid. Nicol. de Neap. in. l. j. §. offi. ff. de tuttel. & ration. distrah. Philipp. Franc. in c. vnico. §. fin. de cleric. ægrot. Bart. Soc. in consilio 40. circa primum. num. 1. uol. 4. Bal. in l. id quod paupeRib. & in l. nulli. C. de epis. & clerici istis namque

libris

libris creditur quando verosimilia continent cum scribentis iuramento. l.edita,vbi doct.C.de edé. præsertim Guil.de Cuneo.Bald.in l.1.col.fi.C.eo. tit. arg. l. si quis pro redemptione.§.pe.C.de donat.in l.per hanc.§. pen. C.de erog.militar.annon.lib.10. & dixi plenè in consilio meo.22.exaudi domine.num.28.vbi se subscripserũt solemnes Doct.Do.Ioannes Antonius de Nigris, & Do. Præceptor meus Ioannes Berengucius Senensis.¶Quod non procedit si liber continet magnos sumptus, & maximas expensas,& summas,ut voluit Paul.de Ca. in con sil.301.Ad bene examinandum. volum.1.Alex.in consi. vltim.versicu.consideratur etiam aliud.volum.7.Philip. Deci.in dicta.l.edita.in 2.not.C.de eden.¶ Contrarium ꝙ magnæ etiam summæ quando verosimiles sunt probentur per libros,videtur asseuerasse Bald.in rubr. C.de fid.instrum.col.10.versi.sequitur uidere de scripturis quorundam officialium. ibi, propter operis euidentiam ut in ædificijs. sed dic, ꝙ ædificia minutis expensis fieri, vel ꝙ ex operis euidentia non verosimilis resultat probatio,sed vera,cum per expertos expensarum valor extimari possit.quod Baldi notandum est pro fallẽtia. ¶Secundo fallit in expensis litis, quas iudex etiam magnas ex causæ qualitate taxare poterit.Bar.in l.fi.§. in computatione. C. de iure deliberandi. ¶Tertio fallit si ab alijs contrarium fuerit obseruatum, qui enim non egit, quod fieri non consueuerat,culpa notandus non est,sed satis erit, quòd alios administratores, & exequutores imitãdo,omnia in libris annotauerit, & in rationes reddiderit,descripseritque.l.si pignore.§.fi.& ibi Bartol. ff. de pignorat.actio.& in terminis Philipp. Corn.in consil.8.volum.4.& Abb.Panor.in consil.16.volum.2.quod dicti libri probant in his summis, de quibus instrumenta fieri non consueuerant.

a ¶QVALITATE personæ.] Et rectè, quia in minimis etiam rationum liber non probat cum iuramento, si scribens non sit persona fide digna. Bald.in l. unica.colum.3 C.de confess.Barthol.Socy.in consil. 161. volum. 2.¶Secundo requiritur quòd contineat causam.l. Nuda. ff.de donat.ubi Bartol.& Doct.Alex.in consil.182. volu. 6.glo.fi.in fi.in l.1.ff.de interrog.actio.gloss.Cy. Barto. Bald.& alij.in l.generaliter. C.de non num. pec. in l. instrumenta.C.de prob.Lud.Rom.in consil.292.pro habẽda.num.3.& in consil.373.in casu proposito. num.4. Alexand in l.à Titio.num.6.vbi Vdalrich.Zasi. num. 10. 11. ff.de verbo.obliga.Hippolyt.de Marsil.singul.249. obligatio.& in repet.rubr.ff.de fideiuss.nu.318.Aymo.Crauetta.in tracta.de antiq.temp.par.1.sectione, Vidimus, & abunde.nu.23.Matth.de Afflic.in decis.Neap.389. super dubio.num.1.Ioan.de Amicis in consil.129.oritur. col.1.& Bernardin.Pand.in tract.de exeq.instru. part.3. declarat.4.nu.39.quod procedit in similibus scripturis priuatis vbi non interuenit iuramentum.Barto.in l.scripturas in fin.C.qui pot.in pig.hab.& est de mente supra notatorum.¶Tertio requiritur quòd contineat data, & accepta,distinctè nominando à quo receptum sit,& cui datum,& ex qua causa.vt voluit Bart.in l. comperimus. C.de nauicul.lib.11.Bal.in l.rationes.C.de prob. Alexã. in d.l.admonendi.fol.pen.ff. de iureiur. Item dies receptionis,& solutionis Bart.in consi.150.Alexand.in consil.vlt.vol.7.Corneus Perusin.in consil. 196 vol.3. Soci. in consil.46.& in consil.73.uol.1. ¶Quarto requiritur, quòd partitæ sint verosimiles.ut supra dictum est,& voluit Iason in l.admonendi.col.17.uers.quarto fallit.ff.de iureiur.Francisc.Aretin.in consi.159.longa.Soc.in consil.82.vol.4.Philipp.Dec.in consil. 510. col. 1. ¶Quinto requiritur iuramentum scribentis,nisi ille mortuus sit, quia tunc eius mors vim iuramenti obtinebit. Ita Paul. de Castro.in consi.301.Ad bene examinandum.vol.1.& Decius in d.l.2.C.de edend.& in c.2.de iudi. ¶ Sexto requiritur quòd non contineat alia administrationis bonorum executoris negotia, sed tantummodo bonorum hæreditariorum.Ioann. de Imol. in c. cum in officijs.de testa.Bartholom.Socin. in consil. 159. versicul.secundò probatur, volum.2.

b ¶CIRCA quod dubium.] Quæro an Papa voluntatem defuncti ex causa alterando, vt princeps secularis debeat nomini,ac famæ ipsius testatoris, inscriptione, vel alio simili modo consulere. Iuxta tex.in l.legatum. ff.de adm.rei.ad ciuit. pertin. Dicendum est quòd non, canones enim leuia hæc,& mundi pompas ac vanitates non attendunt,sed animarum saluti consulunt.

c ¶SED NVNQVID.] An legata pia debeantur hæreditate nondum adita? remissiue vide nõnullos, quos refert D. Andr.Tiraquel.in tract.de priuileg.piæ causæ. priuil.33.& post eum videas etiam D. Ioan.Baptist.Asinium.in l.at si quis impediat.§.sed si adita.nu.3.ff.de religios.& sumpt.fun.

d ¶SVIS actionibus.] Quę actio competat hæreditate non adita? vide Bal.in l.1.col.fin.versicul.subsequenter quæro.C.de sacrosanc.eccl.Ludo.Rom.in auct.similiter. in 9.speciali.C.ad leg.Falc.Imo.& Alex.in l.qui filio.§.j. ff.de hæred.instit.

e ¶RATIONE solemnitatis.] Testamentum valet ad pias causas vbi est imperfectum ratione solemnitatis.c relatum.ubi doct.de testa.Ludoui.Roman. in d. auth. similiter.in 13.speciali.C.ad leg.Falcid.Philip.Dec. in cõsil.159.& in consil.610.& uoluit Tiraque.in tract.de priuileg.piæ causæ.priuil.6.& iterum priuileg. 7.

f ¶RATIONE voluntatis.]Fulgos.in consil. 117.Ioãnes quondam.Alexand.in consil.61. viso tenore. colu.3. versicu.Aduerte tamen.volum.1.Panorm.in consi. 105. casus in facto.uol.2.latissimè Andr. Tiraquel. in tracta. de priuileg.piæ causæ.priuileg. 7.

g ¶SED NVNQVID.] Cõmunis est doctorum cõclusio,& opinio quòd captatoria uoluntas sustineatur fauore piæ causæ.tex.in c. cum tibi. de testam.late Docto.in l. 1.C.de sacros.eccle.& in l.captatorias. C. de militar.testa.l.captatoriæ.ff.de leg.1.l.hæreditas.§. si defuncto.ff.de petit.hæred.Angel.in consi.97.Viuianus.Imol. in l.captatorias.ff.de hæred.insti.Soc.in consi.53. in præcedenti.volum. 1.& in consil.49.uiso instrumento.volu. 4.& ad pias causas captatoriam uoluntatem valere uoluit esse magis communem opinionem Alexand. in cõsil. 14.num.9. uolumi. 1. refert, & sequitur Io. Baptista Villalobos in tractat.opin.commun. litera c. nume. 22. ¶ Ampliant hoc idem Angel. & Imol. etiam in legatis prophanis, modo statutum id permittat, cum prohibitio fit de iure ciuili,ut in dicta. le.Captatorias. ff.de hæred.insti.ibi(Senatus improbauit)potuit etiam, & contrario iure perrimi, & etiam consuetudine contraria, quæ tollit inducta de iure positiuo. secundum doc. in cap.clerici.de uita, & honesta.clericor. ¶ Contrarium tamen concludas cum Areti. & Iasone in l.2.ff. de vulg. & pupilla.quia de testamenti essentia est testantis ipsius uoluntas,& statutum contra substantialia actus nihil operatur.cap.non putamus.ubi gloss. de consuetud. in 6. Et de iure uoluntas captatoria reprobatur,vti repugnãs bonis moribus, & continens fallaciam, ac dolum sub se,ut uoluit Abb.in dicto.cap.cum tibi. Ita quòd contraria consuetudo, & statutum non tenet. Bartol. in l.omnes populi.ff.de iusti. & iu. Ob quod semper malam iudicaui semper opinionem Matth.de Afflict.in decis.Neapo.260.Nunquid.ubi asserit quòd in statutis requirentibus consensum consanguineorum incontractibus mulierum,requiratur etiam in testamento. Quia semper iudicaui contrariam opinionem ueriorem, ne forte voluntas

lūtas eo casu captatoria esset, & depēdens ab alieno arbitrio. pro quo faciunt notata per Alexand. in consil. 55. consideratis, verbis. in fi. volum. 1. & in consi. 215. num. 5. vol. 6. & in terminis tenuerunt Ioan. de Arnono epit. 16. & in specie contra Matth. de Afflict. Vicent. Maxill. in com. consuetud. Bari. §. mulieri. nu. 14. & seq. sub rubric. qualit. muli. alien. permiss. sit. Quibus facit iuncta ratio, quòd sicuti non valet directè statutum quòd mulier nō possit testari sine consensu viri, vt rectè admonet Vdalrich. Zasius. in l. stipulatio hoc modo concepta. nu. 1. ff. de verborum obligationibus. eodem etiam modo indirectè ipso statuto de testamento nihil loquente debet facilius procedere opinio, ut sustineri nequeat. et quia aliàs ad longum scripsi super ista difficultate, pro nunc sufficiat breuiter tetigisse.

h ¶ MAIOR fauor.] (Legitima excepta) magis piæ causæ, quam liberis faueri. argum. Auth. si qua mulier. C. de sacrosl. ecclesijs, & vide Petr. de Anch. in consil. 46. prima facie videtur, apud quem me remitto.

i ¶ ADVERTE si loquamur.] Quòd valeat ad pias causas testamentum nutu factum. Angel. Alexand. Iason, & Corn. in l. iubemus. C. de testam. Cilderin. consil. 3. in titul. de testam. Iason in auth. si qua mulier. C. de sacros. eccles. Ludo. Bologni. in consil. 53. Venerabilis Dominus & Stepha. Bertrand. in consil. 101. licet testamentum. volum. 1. licèt nonnulli teneant contrarium tamen hanc dicit esse communem opi. Andr. Tiraquel. in tract. de priuileg. piæ causæ. priuileg. 8. quam ibidem limitat duobus modis, ut ibi per eum. ¶ Et isto casu debent probari signa efficacia. Panorm. in dicto cap. cum tibi. ¶ Si tamen testator prius articulatè loquebatur, & demum testamētum fuerit nutu factum, non ualeret, mortuo enim simi lis præsumeretur ex vocis amissione, vt dicit Salycet. in l. in epistola. C. de fideicom. & voluit Paul. de Cast. in l. heredes palam. colum. 1. de testam. & dixit Cy. in dicta l. iubemus, quòd glossa quæ uult ualere testamentum ab eo factum, qui interrogatus an uelit talem hæredem; responderit, quòd sic, ita demum procedat si nimis grauatus infirmitate non erat. Cogita tamen quia in contrarium uidetur text. in l. quoniam indignum. C. de testam. ibi. (nec necessaria sunt momenta uerborum, quæ forte seminecis, & balbutiētis lingua protudit.) ¶ Item limitatur conclusio prædicta in testamento cæci. secundum Angel. & Corne. in dicta l. iubemus. ¶ Item limitatur non valere etiam ad pias causas testamentum factū ab hæretico, uel excommunicato. concludunt Bald. in dicta l. iubemus. Bartol. in dicta l. 1. q. 6. C. de sacros. eccles. lapus allegatio. 87. & hoc est uerissimum, licet contrarium teneat Bald. in l. 1. C. de sacros. eccles. Quia ecclesia à talibus eleemosinas nō recipit, nisi in casu necessitatis, & occultè, non publicè, ut concludunt Doc. in c. cum uoluntate. de sen. excommu. & inde Augus. de verbis Domini, de iustis laboribus facite eleemosinā. Hoc Augustinus in lib. de verbo. Domini secundum Lucam. Serm. 35. & iterum idem Augustinus ad Iulianum Comitem. Epistola. III. Melius est (inquit) ut ex paupertate pusillum tribuat, quàm multa ex iniusta acquisitione.

K ¶ AD PIAM causam.] Adde Andr. Tiraquel. in tracta. de priuileg. piæ causæ, priuileg. 1. & ea quæ dixi in Rubr. 17. §. finaliter. in uerb. duorum. per transitum Marcus Mantua in auth. nouissima. col. 40. in paruis. versic. & hęc pro ueritate rei. C. de inofficio. testam. Villalobos. in §. testamentum. nu. 33.

l ¶ TESTES rogati.] Quod testes etiam non rogati admittantur in testamentis ad pias causas. Vltra omnes tractat Andr. Tiraquel. in tracta. de priuileg. piæ causæ. priuileg. 4. & communiter ita tenent omnes, & est communis opinio, ut per D. Quintilianum Mandos. in Apostill. ad lap. alleg. 30. in uerb. Rogati.

m ¶ NON habent.] Quinimmo dixerunt non posse priuilegia à laicis concessa reuocari. Bartolus. in lege, priuilegia. C. de sacros. eccle. & Pa. de Castro. in l. si quis curialis. C. de epis. & cler. & vide Alex. in consil. 210. statutis accurate perspectis. volum. 2. & Ias. l. non amplius. §. 1. ff. de lega. 1.

n ¶ MVLIERES.] fauore piæ causæ possunt mulieres esse testes in testamentis ad pias causas. doc. post gloss. in auth. quod sine. C. de testam. Imol. in l. qui testamento. §. mulier. ff. de testam. Ang. in consil. 233. in causa prædicta. cum aliis allegatis per Andr. Tiraq. in priuileg. piæ causæ. priuileg. 5. Adde Carol. Rui. in consil. 71. uolumi. 3. Socy. iunior in consil. 88. num. 4. uolum. 3. & Dom. Iul. Clarus in lib. sen. 3. §. testamentum. q. 6. Dom. Bernard. Alphan. collect. 739. Nicolaus Bellonus in consil. 14. nu. 8. sequitur communem dicens Ioan. Baptist. Villalobos. in tract. opin. commu. § mulier. num. 144. ¶ Secundo poterit esse testis mulier in testamento principis, vt in l. omnium. C. de testam. ¶ Tertio poterit esse testis in testamento coram principe facto, ut in d. l. omniū. ¶ Quarto in testamento facto tempore pestis mulier testis esse poterit. l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautionib. l. casus. C. de testam. & vide Ioan. Francis. Rip. in tracta. de pe. par. 2. nu. 12. 13. & 14. vbi videtur contrarium attentare. ¶ Quinto in testamēto inter liberos. ut in l. Hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. vbi doct. & voluit Corn. in d. consil. 261 in hac consultatione. vol. 1. ¶ Sexto poterit esse testis si esset consuetudine id permissum. uulga. l. de quibus. ff. de legib. ¶ Septimo, & vltimo ex principis permissu. & dispensatione testis erit, Princeps. n. tali solemnitati de iure positiuo inductæ poterit dispensare. Bartol. & doct. in l. fi. C. si contra ius, vel vtilita. publi.

o ¶ SED Federicus.] Consilium incipit. Factum tale est: quidam nomine p. quam Federici opinionem sequitur Ludouic. Roma. in dicta auth. similiter. in 16. speciali C. ad leg. Falcid. & Andr. Barba. in consi. 108. clementissimi Domini. volum. 4. in contrarium tamen videtur opinio communis.

p ¶ FALCIDIA.] Vide doct. in l. Marcellus. ff. ad trebel. & in l. cum dotem. ff. ad leg. Falcid. Alex. in l. 1. §. ad municipium. ff. eo. tit. Iaso in l. 1. C. de sacros. eccl. Aret. in consil 67. diligenter. Benedic. Capra. in consilio. 78. Punctus.

q ¶ TREBELLIANICA.] Quòd detrahatur Trebellianica tenuit Io. And. in dicto cap. si pater. de testa. in 6. Inno. in c. si tibi. de test. & idem Io. Andr. in addi. Spec. in tit. de Instrum. edit. §. compendiose. verficu. sed deductio. Albe. in l. si quis ad declinandā. C. ad leg. Falc. Salycet. in dicta authentica, similiter. ubi Ludouicus Romanus in quadrag. speciali. ubi Corneus Perusinus. qui dicit hanc opinionem esse substantialem. quam tenuit Paul. de Castro. in consil. 29. circa primum. uolum. 1. & Iason in l. Marcellus. ff. ad trebel. Andr. Tiraquel. in tracta. de priuileg. piæ causæ, priuileg. 27. & post eum Iac. Philipp. Port. lib. 5. conclusio. 6. & iterum conclusio. 9. & post eum Anto. Gabriel. Titul. de pia causa. conclusio. 2. quos refert, & sequitur nouissimè. Domi. Iosephus Ludouicus in decis. Perusi. 30. Agentes. nume. 8. ubi dicit hanc opinionem esse magis communem. ¶ Contraria tamen quòd non deducatur trebellianica de legatis piis videtur communior, docuit Bald. in consil. 325. Franciscina. volum. 3. Panor. in c. Raynaldus. de testam. Ludouicus Roma. in consil. 239. in hac re. & Benedict. Capra in consi. 18. cum uiso. Phili. Dec. in consi. 299. in cā mihi commissa. Petr. Philipp. Corn in consi. 93. licet. volum. 1. quam dicit in practica tenendam Saly. in dicta authentica, si-

ca, similiter. C. ad legem Falcidiam, & secundum eam fuisse iudicatum asseruit Specu. in dicto. §. compendiose. versicu. sed cum deductio, & ita ait seruari in practica idem Specu. in d. l. si quis ad declinandam. C. de episc. & cler. & ueram, & approbatam esse hanc opin. voluit Ang. in consil. 41. punctus. & eam ab omnibus communiter approbari voluit in consi. 59. quidam paterfamil. & in consulendo, & iudicando ab ista opinione non esse recedendum voluit Ludouic. Roman. in consil. 139. supra allegato, & secundum istam opinionem vidisse solemnia doctorum consilia refert Abb. Panormita. in consil. 32. circa duo. volum. 2. quam in legendo tenuit Bartol. in auth. sed etiam. C. ad legem Falcid. & in consulendo vt in consil. 6. viso testamento, & in consil. 34. factum tale est Masiius Martini, & in consil. 68. proponit quòd Ioannellus. Alexand. de nouo in consil. 28. nume. 11. Cornel. Benincas. in tracta. de priuile. paupert. q. 9. special. 6. num. 23. Anto. Gabrielius in titul. de trebellia. conclusio. 11. num. 24. quos refert Iureconsultissimus. D. Francisc. Bursat. in consil. 48. dominus Ludouicus. nume. 16. & iterum in consi. 55. nobilis. num. 32. volumi. 1. & hanc opinionem ego teneo uti fauorabiliorem pro ecclesia. ¶ Amplia eam etiam in legatis confraternitati, ut de eis quarta non detrahatur. Ludouic. Romanus in dicta auth. similiter & Bartol. Socin. in consil. 82. volum. 4. Pau. de Castr. in consil. 167. præsupposita. volum. 2. & Laurentius Calca. in consil. 21. colum. 2. & alios allegans voluit etiam Iacob. Philipp. Port. lib. 5. conclusi. 6. versi. Contrarium quod ego. ¶ Amplia etiam secundo idem procedere in hospitali priuato. Fely. in c. de quarta. extra de præscrip. Barba. in capitu. nulli. colum. 1. de reb. ecclesi. non alienand. Portius ubi supra conclusi. 9. in principio.

1 QVARTA episcopalis.] Vide Doctor. in capitu. 2. de sepultu. & Abb. Panormita. in capitu. officij. de testa. Io. Andr. in c. dudum. de conuer. coniug. Bald. in l. si quis ad declinandam. C. de episcop. & cleric. & in dicta authen. similiter. C. ad legem Falcid. Benedict. Capra in cōsil. 25. cum de pluribus quæratur. & Barthol. Socin. in l. quidam relegatus. ff. de rebus dub. Ludouic. Roma. in consil. 477. in casu propositæ consultationis. colū. 3. vbi Dom. Horatius Mandos. & latissimè Andr. Tiraquel. in tractatu. de priuileg. piæ causæ. priuilegi. 28. ubi uidendum est.

## De occupatione temporalitatum. Rubr. 18.

### In §. Denuo.

*SVMMARIVM.*

1 *Ecclesiastici iudices a secularibus impediri non debent.*
2 *Omnino prohibitum est, ne iudices seculares usurpēt iurisdictionem eccles.*
3 *Iudex ecclesiasticus supplet negligentiam secularis, & non econtrario.*
4 *Conditio nullius fit deterior, ubi res reuertitur ad suam naturam.*
5 *Maior quod minoris negligentiam suppleat, erit naturale.*
6 *Bona ecclesiarum, eodem gaudent priuilegio, quo person. c.*
7 *Ecclesiasticæ personæ, in quibus subsint laicis, et quo modo eos secularis potest punire.*
8 *Iudex secularis ob negligentiam ecclesiastici, utrum cognoscat de clericis.*
9 *Clerici, pro quibus sunt principi subditi.*
10 *Francia qualiter se habeat erga bona clericorum.*
11 *Occupatio a rege, quid prodest.*

DENVO conquæritur ecclesia & iudices ecclesiastici de principe & alijs iudicibus secularibus: quia cum ipsi suā iurisdictionem exercendo, ecclesiam interdicto supponūt uel alias in communibus ad suam iurisdictionem pertinentibus, procedūt prīcipes uel alij iudices seculares, eorum occupant tēporalitates: & sic eos grauant, cōtra ius & iustitiam, cum iudices ecclesiastici non de-
1 beant † impediri iudicibus secularibus, quominus libere sua utantur iurisdictione. extra de iudi. cap. nouit, quoniam si sic esset, esset ponere falcem in messem alienam, quod esse nō debet. extra de elect. capitu. uenerabilem. Itē
2 quia omnino prohibitum est laicis se† intromittēdi de iurisdictione clericorum, etiam per
a uiam negligētiæ,[a] uel aliàs. extra de iudi. capit. qualiter, nam quamuis secundum canones, iudex ecclesiasticus possit negligentiam secularium supplere, de fo. comp. c. licet ex suscepto,
3 † non tamen econtrario, secularis supplet negligentiam uel malitiam ecclesia. ut not. in d. ca. qualiter, & est ratio diuersitatis secundum D. Anto. de But. in d. c. qualiter, de iudi. quia olim omnes causæ clericorum & laicorū deferebantur ad ecclesiam. qui filij sint legi. per venerabilem. 11. q. 1. c. relatum. 2. q. 5. c. si quis presbyter. Et ideo si redeat laicus ad suum primeuum forum, non uidetur eius cōditio deterior, sicut neque dotis conditio fit deterior, quādo redit
4 † ad suam naturā. ff. de pactis. l. si unus. §. quod si non. 35. di. c. ab exordio. Item dicit quod est
5 naturale, qđ maior † supplet minoris negligētiā 9. q. 3. cum simus. Et notatur. 11. q. j. in summa. ¶ Item laicis, de clericis, uel rebus ecclesiæ disponēdi, nulla cēsetur attributa potestas, quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi. 96. distin. cap. bene quidem. 16. q. ulti. cap. laicis, & c. non placuit, de rebus ecclesiæ non alienand. cap. laici. ubi est tex. quod clerici, laicorum iurisdictionem non possunt impugnare, seu usurpare, & in cap. ecclesia sanctę Mariæ, de consti. Et quia bona ecclesiarum eo-
6 dem gaudent priuilegio, † quo personæ, de uita & honc. clericorum. c. fin 11. quæ. 2. ecclesiarum. ¶ Item si episcopus in aliquo est negligēs uel aliquid male facit, iam sunt prodita a iure remedia, quibus est utendum, coram superiore, id est archiepiscopo, in cap. Romana. de supplenda neglig. prelat. lib. 6. & in c. Romana. de appella. lib. 6. ¶ Videtur ergo quod isti processus

cessus qui quotidie fiunt per principem, uel regni gubernatorem, sint processus tediales, & de facto, & aliqui uolunt dicere, quod sicut ecclesia de facto aliquid facit excommunicãdo, uel manum apponendo, in ijs quæ non pertinent ad suam iurisdictionem, sic etiã de facto princeps eis auferat temporalitates: aduerte cum iudices ecclesiastici aliquid usurpant de iurisdictione, uel regalia principis, de facto, & contra iustitiam, princeps habet hanc prærogatiuam, quod potest de hoc cognoscere † & puni
7 b re etiam clericos[b] non dico in persona potest, sed bonis patrimonialibus, super quibus subsunt iudici seculari. 11. q. 1. c. si quæ causæ, & notatur in l. munerum. §. patrimoniorũ. ff. de muner. & hono. Et hoc quod supra dixi quod hoc casu princeps cognoscit & punit tali casu in patrimonio. Habes tex. & glo. singulares, quo nescio meliorem, in l. additos. C. de episcopa. audientia. in glo. super uerbo, uindicetur. Maxime quia princeps primo monet, ut suam reintegrent iurisdictionem, quibus id facere non curantibus, plectitur, id est occupat bona q̃ sunt sub sua iurisdictione, & sibi subiecta, cum non possit personas, arg. cap. Dominus Deus nr̃. 23. q. 2. quia quasi ulciscitur pulsatus ultione permissa, ut ibi, capiendo in suo districtu & territorio bona iniustitiam facientium, & regiam iurisdictionem opprimentium, sicut facit ecclesiasticus, quod per iurisdictionem quam habet procedit contra secularem iudicem quando facit contra iustitiam, & contra eum procedit, ut est optimus casus, in capi. dilecto, de sẽtentia excõmmu. & sic ut non ut ad imperia iudicentur iurisdictiones punitur dicta occupatio, et iusta sumitur ultio: Est et alius casus, in quo princeps potest procedere contra clericos quo ad illorum bona, non ad incorporationẽ sed ad tuitionem bonorum de Realẽco per ecclesię utilitatem: quæ bona per episcopum, uel patronos laicos sunt ecclesiæ donata, et per ipsos clericos deuastantur, tunc demum cum illorum iudex est negligens. Et hoc per tex. & gl. in capitu. filiis & nepotibus. 16. q. 7. licet illam glo. ibi non teneat Archid. dicens quod in illa decretali ideo loquitur regi, ut rex admoneat uel instet coram superiore, uel ut adiuuet, non ut ipse diiudicet, sed sic debet ibi intelligi secundum eum, dicens illam gloss. esse falsam, & quod capitu. ex transmissa, quod allegat glossa, hoc non probat, & idem sequitur Antho. de Butr. in capitulo. qualiter, de iudic. ¶ Aduerte si loquamur an iudex secularis ex negligentia iudicis ecclesiastici † cognoscat de causa
8 cleri. bene dicunt Archidiaco. & Antho. de Bu. ubi supra, quod secularis non supplet negligẽtiam iudicis ecclesiastici, imo Papa expresse id prohibet, in dicto capitu. qualiter. Si uero loquamur, an princeps possit cognoscere de bonis in dotem datis ecclesiæ, quorum conseruatio ut patrono ad eum & ad laicos patronos pertinet, pro rebus conseruandis, pro quibus
9 clerici † sunt principi subiecti, ut not. Guillermus in authentica, clericus, de episcopis & clericis, dicens quod sic utitur in † Francia, & in
10 regno Valentiæ est lex, & ista l. sunt bona affecta, ut supra uidisti, rubrica 17. §. finaliter. Nõ est dubium quin princeps hoc possit, quoniã tunc nõ recognoscit de forisfacto personæ, sed de bonis suæ diœcesi subiectis, & sic intelligendo restat tex. & glos. plani. & repræhensio Archidiaconi non procedit. In alijs uero casibus in quibus iudices seculares, temporalitates usurpant, eo quia clerici aliquid nolunt facere, quod ab eorum dependet arbitrio, ut conferre beneficium alicui, cum princeps mandat sine titulo, vel cum utens sua iurisdictione repetit clericos in casu permisso, tunc talis occupatio facti est. Ideo dixi in casu permisso, quia si prohibitio, iam essemus in casu primo, de quo supra diximus, quoniam regiam turbant iurisdictionem clerici, & ideo stante dubio solent iurisdictiones conuenire, & sic se cõcordare, & uel ubi non concordant, saltim est in mora ecclesia, a qua erat probabiliter excusata, dũ de iuris dubio altercabatur. ff. de his quibus ut indig. l. penultima, & tunc in eorum contumacia fit occupatio. Et aliquotiens tam euidens potest esse præiudicium, quod ne princeps prę iudicatus intret litem statim nec fiat reintegra
11 tio fit† occupatio, & denuo iurisdictiones conueniunt, ut communiter faciunt regij officiales quod princeps sit reus, non actor, iuxta theoricam Innocen. in capit. ex parte, de uerb. significatio. quam ponit Oldrad. suis consilijs, consilio 83. Hoc totum stat in arbitrio uel discretione bonorum officialium qui bene sciãt iura, & regalias regias.

## CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶ NEGLIGENTIAE.] Vide tex. in ca. filiis, uel nepotibus. 16. q. 7. & in c. principes. 23. q. 5. & Maria. Soci. in capitulo primo, col. 5. versicu. 4. fallit. extra de foro competenti.

b ¶ ETIAM clericos.] Facit ad hoc, laicum posse clericum qui est paratus aliquem offendere, de persona ligare, & capere vt voluit Innoc. in cap. Si uero. de senté. excommunic. laici demum possunt clericis violentiam inferre, absque metu excommunicationis, se & sua iuste defendendo. capitu. olim. il primo, dé restitu. spoliatorum. ad quæ vide omnino D. Iulium Clarum lib. sent. 5. §. fi. q. 28. num. 6. Hinc est quòd si reperiantur eorum animalia dare damnum agris laicorum, capi poterunt pro damni emenda, ut uoluit Lucas de Penn. in l. iubemus nullam nauem. C. de nauibus non excusa. lib. 10. Possunt etiam pro tributis, & terrarum censu capi. Guil. de Cun. in l. de his. C. de episcop. & cleri. Saly. in auth. sed & periculum. C. sine cens. uel reliq. in contrarium tamen uide Bald. in dicta. l. de his, & Rapha. Comens. in leg. iubemus nullam. C. de sacros. eccle. Potest etiam si penes clericum depositum factum fuerit, per laicum iudicem cogi ad depositi exhibitionem. Bald. in l. si fideiussor,

deiussor. ff. qui satisd. cog. Salycet. in l. Acceptam. C. de vsur. Matth. de Afflict. in decisio. Neapo. 24. quidam clericus. num. 3. laico demum succedens clericus litem inceptam coram seculari iudice cogitur prosequi. Paul. de Castro, & Angel. in l. hæres absens, & in l. si quis Romę. ff. de iudic. Ioann. de Imol. in leg. si cum hominem. ff. de fideiuss. Alexand. in apostill. ad Bart. in l. 1. ff. de iudic. Io. Andr. Cardin. & Anch. in cap. 1. extra. de obligat. ad ratiocin. Francisc. Aret. & Andr. Barbat. in ca. 1. de iudic. Bald. in consi. 207. Tria sunt. volum. 1. Barbatiam. in consil. 1. volum. 3. & et si contrarium sentiāt Abb. & Felyn. in dicto c. quia. de iud. Alia vide per Marian. Soci. in c. 1. de foro compe. ubi ad clericorum forum multas adducit ampliationes, & limitationes, & nouissimè Stepha. Aufrer. in Repe. clem. primæ. de offi. ordina. & uide Bellugam supra in rubr. 15. ubi dixi.

## De officiali laico, qui de forefacto fuit excommunicatus, denuo ab solutus, promittens stare mandatis ecclesiæ. Rubrica 19.

### In §. Vltimo uideamus.

SVMMARIVM.

1 *Iudex secularis, suspendens clericum.*
2 *Satisfactio, quando absolutionem præcedere debeat?*
3 *Laicus quando non possit absolui nisi a Papa, aut a Legato de latere.*
4 *Officium quando excuset.*
5 *Absoluendus, antequam absoluatur, quid facere habeat?*
6 *Actiones suas remittentibus, non est amplius ad eas dandus regressus.*
7 *Solutio ex causa famosa, non infamat.*
8 *Confessio, quando non infamet?*
9 *Offensa multiplex, quando ex vno facto oriatur?*
10 *Crimine non solum vni personæ fit iniuria, sed vniuersis.*
11 *Publicæ vindictæ renunciari non potest.*
12 *Clericus quando possit suspendi à iudice seculari?*
13 *Transgressio legum, quando sit impunibilis.*

a VLTIMO uideamus [a] de eo de quo sæpe dubitaui. Officialis regni aliquid fecit contra ecclesiasticam libertatē, clericum suspendendo, bona clericorum, contra iustitiam inuadendo, uel similia faciendo, propter quæ nimirum iudex ecclesiasticus eum excommunicauit, & excommunicatum publice nunciauit, & ciuitatem interdicto sup
1 posuit. † Ex post iudex secularis ueniens ad obedientiam ecclesiæ promittit stare mandatis ecclesiæ, & episcopus relaxat interdictum vel suspendit, & dat tempus congruens illi ad habendam absolutionem a summo pontifice, illo promittente iniunctam pœnitentiam, ac satisfactionem facturo, quam summus pontifex ordinabit. Et ita fecit. Ex post in curia opponitur in uiam grauaminis, quæritur an possit? Et primo est uidendum, an isti facere possint, & ad cōmunionem admittere talem officialem ante satisfactionem & absolutionē a summo pontifice habitam, cum sit excommunicatus pro
2 manifesta offensa? Merito † satisfactio [b] debet
b præcedere absolutionem, de uerborum significatio. capitu. ex parte, & capitu. olim, & capit. uenerabilibus, capitu. sequenti, de senten. excommunicationis. lib. 6. ¶ Item quia is officialis laicus, qui pro uiolenta manuum iniectione fuit excommunicatus, nequit absolui,
3 † preterquam in mortis articulo ab alio, quàm a summo pontifice, uel eius legato a latere, de senten. excommunicationis. non dubium. & capitu. parrochianos, & capitu. ad audientiā. 17. q. 4. capitu. si quis suadente. Merito episcopus nequit illum absoluere, neque interdictū suspendere, etiam cum reincidentia. Breuiter quo ad istud dic quod episcopus potest eum absoluere, eo quia iudices seculares, semper aliquam causam prætendunt, & si aliquando minus iustam, & illa non minus faciat offensam notoriam, ut nota. per Innocen. in cap. uerbal. de cens. gloss. ordina. in capitu. statuimus. de officio delegati. Tamen quia corpus & cadauer restituuntur, iuxta notata in capitu. ex parte, de uerborum significatio. illa confessa notoria uidentur cessare. Et quia uenit ad ecclesiæ obedientiam, & iurat implere mandatum apostolicum, ut in capitu. de cætero. de sententia excommunicationis, & capitu. cum desideres.
c Et quia ratione officij [c] † excusatur, & est tem-
4 poraliter impeditus de accessu personali ad sedem apostolicam, ut in cap. de cætero, & in ca. cum desideres, & in c. quamuis. de sent. excommun. lib. 6. Merito episcopus eum absoluit, dato termino congruenti, ad habendam absolutionem: aliàs cum reincidentia, ut in cap. alle-
5 gato eos, & in clemen. cupientes. † Ex quibus iuribus isti domini ecclesiastici sumunt practicam istius absolutionis. sed posito quòd ista absolutio ualeat, uti est præsupponendum, & sic satisfactū est de iniuria parti & ecclesiæ illata, cum aliàs nequiret absolui, ut in cap. desideres. de sen. excommun. quomodo ergo in uiam grauaminis, talis iniuria potuit refricari. Nā remittentibus actiones suas non est amplius
6 † regressus ad eas dandus. l. quæritur. §. si uenditor. ff. de ædilicio edicto. ¶ Item solutione eius quod debetur, omnis tollitur obligatio, instit. quibus modis tollit̄ obligatio, in princi. ¶ Itē quia omnia iudicia sunt absolutoria, ut in §. fi. insti. de perpetuis & tempo. actio. & in l. si reus paratus, de procuratoribus. ff. iuncta. l. si debitor. de solutionibus, & notatur in c. 2. de officio iudicis. Et hæc regula habet locum tam in ciuili, quam in criminali, tam ad euitandam pœnam,

nam, quàm infamiam, & hoc est de mente Bar. in dicta.l.si reus paratus. Optime facit.l. hoc edicto. in prin. de publicanis, unde dicit Bald. in l.si reus paratus. ff. de procurat. Nota quòd
7 solutio quæ fit ex causa † famosa, non infamat, immo est cautela, quod soluatur ante sententiam, quia tunc non potest sequi condemnatio, ergo non uenit infamandus. Et inde dicit singulariter Salycet. in l.iusiurandum, & ad pecunias ff. de iureiuran. in §. finali, per illam glo. iunctam textui. Ex hoc recipe cautelam pro eo qui ueniret condemnandus aliqua actione famosa, ut condemnatoriam non expectet, sed prius soluat, ut sequatur absolutoria ab obseruatione iudicij secundum eum. ¶Item quia licet qui paciscitur intelligatur confiteri, in leg. quoniam. ff. de his qui notant infamia, tñ ta-
8 lis confessio † nõ infamat. Et hoc dicit ibi Bal. & alii, & ad hoc uide gloss. quam ipsi non allegant in l.sed & si possessori, de iureiurand. Aduerte: nam ista quæ dicta sunt, loquuntur in priuatis delictis, in quibus est licita concordia inter partes, & nullum uertitur iudicis interesse secundum lecturam Butrigarij, in lege
d transigere. [d] C. de transactio. ¶Sed in publicis in quib. est prohibita transactio, uel ẽt qđ sit p missa, quo ad partes, restat iudicis & Reipublicę interesse: ut in l. secunda, C. de abolitionib. tunc non habet locum illa, quod omnia iudicia sunt absolutoria, saltim quo ad fiscum, cũ ipse ex eadem instantia procedat, ut in dicta.l. secunda, C. de aboli. & quod not. Bar. & Bald. in l.transigere. C. de transa. Et hoc est quod uoluit sentire Cy. in addi. in dicta. l.si reus paratus. Et allegat optime tex. ut in l.locum. §.si quis. ff. de tabulis exhi. Ad hoc.l.fina. ff. ui bonor. raptor. & quod no. Bartol. in l. qui ea mente. ff. de furtis. In nostro autem casu officialis in personas, uel res ecclesiæ, delinquendo, binam contrahit
9 † offensam, & uel trinam. unam personæ, cui fit aliam ecclesiæ, ut in dicto capitu. cum desideres, de senten. excommunicationis. Et tertia fit Reipublicæ, in l.licitatio. §.quod illicite. de publicanis, & in capitu. ut famæ, de senten. excõ municationis. Nam ut dicit Iacobus Butriga. in sua disputatione, in criminibus publicis, nõ tantum fit iniuria uni priuatæ personæ, sed etiam in uniuerso. Allegat. C. de hæreticis. l. ma-
10 nicheos. Atrocitas enim criminis facit † uniuersis inferre iniuriam, a quo iure publico & uindicta publica, non est liberatus officialis p satisfactionem ecclesiæ uel personæ factam, sed restat publica uindicta, cui ecclesia nunquam
11 renunciauit, neque potest † renunciare. Ad hoc allego tibi casum notabilem, & ibi expresse hoc firmat Bald. in l. si quis in hoc genus. C. de episcopis & clericis, in propria materia, & sic non est dubium, quin officialis inquisitus in curia uel tabula possit puniri. Et hoc dico, cũ in casu prohibito hoc facit, uel non sibi saltim tollerari, quia ubi in casu permisso vel tolerabili, ut puta quia magna sequeretur in populo strages, iuxta.l. si quis filio. de iniusto rupto. l.additos. de episcop. audientia. C. nisi talis cle-
12 ricus † demeritus & seditiosus executaretur, tunc non potest puniri talis officialis, quoniã licite in casu necessitatis canones transgreditur ac leges, ut ibi, & no. Innoc. in c. 1. de constitu. Vnde dicit singulariter Bald. quod potestas ta-
13 li casu leges † transgrediens non dẽt sindicari dicens quod absurdum foret statuta facta, pro publica utilitate, contra publicam utilitatem interpretari. argum. ff. de transact. le. cum hi. §. eam. Et hæc sufficiant pro grauaminibus ecclesiæ particulariter dinumeratis. Alia autem ex uniuersaliter dictis comprehendi & decidi poterunt intelligentibus. Et benedicatur Deus quod eximus eorum contentiones, quæ sunt infinitæ. Quibus si uelim consulere, de iure, non est qui exequatur, & sic parum prodest. de re iudi. capitu. cum aliquibus: pro quo accedat, qđ no. Hostien. in capitu. fina. de rebus eccle. non alienand. dicens, quod rectores & pontifices sunt muti de iure suo male tuti: cum sicut cornuti non audent cornibus uti, contra quos 43. di. c. sic rector, & 16. q. 1. in canonibus.

## CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶VIDEAMVS.] Vide Syluestrum de Prierio in summa sua in verbo. absolutio. §. 4.

b ¶SATISFACTIO.] An & quando satisfactio præcedere debeat absolutionem ab excommunicatione, & an possit quis absolui, sub iuratoria, uel fideiussoria cautione de satisfaciendo, & alia pulchrè tradidit Hostien. in summa de senten. excommu. §. & qualiter hæc absolutio. versicu. secundum, & Angel. Clauasius in summa. in uersi. absolutio. 3. nu. 2.

c ¶OFFICII.] An, & quando quis excusetur a delicto, uel præsumpta calumnia. Bald. in capitu. quoniam contra. colum. 9. uersicu. extra quæro. extra de proba. & in consil. 119, statuto cauetur. uolum. 2. & latius Andr. Tiraquel in tract. de pœnis. caus. 58. per totum, & præsertim nume. 9.

d ¶TRANSIGERE.] Vide Ferrantem Gargiaresi in consi. 123. & si deducta. nume. 28. uolum. caus. crimi. primo refert eum etiam Dom. Bernard. Alpha. iuris collectatio. 490.

### De militaribus grauaminibus. Rubrica 20.

In §. Quia post ecclesiam.

*SVMMARIVM.*

1 *Milites qui sint, & qui militari priuilegio gaudeãt.*
2 *Milites qualiter olim eligebantur.*
3 *Solus princeps militiam donat.*
4 *Princeps solus nobilitat.*
5 *Nobiles de iure, uocantur ad militiam.*
6 *Paterna dignitas, in filio continuatur.*

7 Miles

7 *Mi es antequam quis possit esse quid requiratur.*
8 *Miles ociosus non gaudet priuilegio.*
9 *Rusticus vbi suspenditur, miles decapitatur.*
10 *Expeditio armorum, causa priuilegiorum militum.*
11 *Testamentum militum, nouem priuilegijs donatum.*
12 *Priuilegia circa personam militum tria.*
13 *Dispensatio unius alterius ius non tollit.*
14 *Miles vtrum meretrici possit relinquere.*
15 *Sacerdos concubinæ donare non potest.*
16 *Miles pro parte testatus, pro parte intestatus decedit.*
17 *Militibus quibus priuilegia non competant.*
28 *Miles non conuenitur, nisi inquantum facere potest.*
19 *Milites hodie, qui non gaudeant priuilegio.*
20 *Miles quando gaudeat priuililegio restitutionis in integrum.*
21 *Mulieres & uiduæ militum, gaudent priuilegio maritorum.*
2 *Crimen notorium quando dicatur.*
23 *In delictis secretis, strictior probatio admittitur.*
24 *Condemnatio ex præsumptionibus, non potest esse corporalis.*
25 *Dos quomodo restitui debeat.*
26 *Dos constante matrimonio, viro ad inopiam vergente, petitur.*
27 *Priuilegium impetratum ante litem incboatam, prodest impetranti.*
28 *Ius superueniens prodest, etiam ad litis decisionem.*
29 *In obligationibus rerum donatarum, a quo tempore fiat æstimatio.*
30 *Priuilegium superueniens prodest, quo ad forum.*

VIA post ecclesiam in curijs sedent viri militares, & sua grauamina proponunt, vti vidisti supra in rubrica de ordine standi vel sedendi in curia, de illorum particulari bus grauaminibus videamus. ¶ Sed quia de grauaminibus militum loquimur pri-
1 mo videamus q† sunt milites[a] & q sunt gau-
a dẽtes priuilegio militari:& de aliqb.eorũ pri uilegijs. Et scias quod milites antiquitus eli gebantur a commilitibus, expost mandabãtur scribi in matricula a principe, & tunc cõ
2 sequebãtur† dignitatem militarem, quæ dignitas est, vt in l.vnica.& ibi gl.C. de Eque.di gni.& in l.fi.C.qui milita.non poss. eo.lib. ad
3 princip.l.ex eo.ff.de testamẽ.milita.† Et ideo alius quam princeps non potest illam digni tatem donare, ut in tex.sing.l.neminem.C.de re mili.& dicta.l.fi.qui mili.non pos.ibi, a no stra manu donationes accipiunt, & ibi Bart.
4 in l.1. C.de dignit.li.12. † & ideo solus princ. aliquẽ nobilitat, & facit generosum. Sed qũo quotidie videmus quod vnus mile facit aliũ militem, nunquid talis gaudebit priuilegio militari, & certe si isti sint iã generosi q descẽdant ex genere militari, uel sint a principe ge nerosi facti, bene dat illis insigniũ militare ab alio milite, cũ iã aliàs gaudebãt mil. priuil. vt ĩ l.priuil.C.de decurionib. li.10.& l.medicos C.de ꝓfessor.& medi. & qđ not. in l. imperia
5 lis.C.de nupt. Et quia iã de iure †ad parentũ militiam vocantur.C.de filijs offi.& milita.li. 12.merito solũ a milite recipit insignia priui
6 legia & dignitatẽ a iure, cũ paterna†dignitas in filio cõtinueẽ.ff.de sena.l.filiã senatorũ. Se d non retrotrahiẽ ad natos ante adeptã dignitatẽ, vt ibi not.& in dicta.l.imperialis. & in l. q ad tp̃s.§.in filijs.ff.de decurionib. & in l.senator.C.de dig.li.12.& qđ ibi p Bart.ubi not. quod filij nati antequã pater militaret, non gaudent priuilegio militari, & dixi supra de habit.curiæ. Sed hodie prouisum est foro regni Valentię, quod etiam ante nati gaudent, merito ẽt possent insignia militię habere ab alio milite. Alij autem qui non sunt generosi nõ possunt militare nisi a manu regia dñatione acceperint, & literas ꝓbatorias regias habent, imo contraria cõsuetudo est reprobata, vt in l.neminẽ.C.de re mili. Sed milites p̃tendunt, qđ in bello possunt aliũ donare priuilegio militari, & princeps scit & tollerat & illos vt alios milites tractat, merito illos uidetur habilitare, facit ꝙ no.in l.qdã cõsulebãt. de re iudi.& sic merito de cõsuetudine id toleratur. Dicit Ioan. Fabri.insti. de testa. mili.
7 in prin.†Et scias quod ad hoc vt sit miles, reqriẽ primo quod sit de genere, & nõ non sit negociator.C.negociatores ne militent.l. vnica li.12.¶Itẽ quod examineẽ, vt in l.1.C. q militare nõ possunt. ¶Itẽ quod p̃stet iuramentũ p geniũ principis, & Deũ oĩpotẽtẽ, q đ reipublica causa mortẽ nõ euitabit, Veget. ĩ li.20. de re mili.¶Itẽ qđ ei ensis cingatur. ar.ff. de testa mili.l.filiusfami.¶Itẽ insignia.i.not. publico debet eius brachiũ scribi uel imprimi. C.de fabricẽ.l.3.li.11.¶Itẽ ĩ nu. aliorũ debet poni & scribi, vt ff.de testa.mili.l. ex eo.& isti milites tales habent priuilegia q dicũt leges cõcedi militãtib.scđm glos.ordi.in l. milites. ff. ex quibus causis maiores, & in §.fi.in auc. de manda.principũ.col.3.¶Itẽ & videẽ septimũ addi debere, qđ vacet armis, nã aliàs si vacet ocijs, & stat tota die ad cineres, non gau
8 det † priuilegio militari scđm Petrũ & Cynũ in l.prima.C.de iuris & facti ignorãtia, tñ dicit ibi Bal. quod si nõ vacẽt armis milites no
b stri tẽporis[b] sunt tamen milites ueri, licet in causis eorũ nõ sint seruãdę formæ antiq militiæ scđm eũ. Et gl.ordina.in l.filiusfa.§.veterani, dicit qđ milites sine actu vel exercitio belli æqparãẽ veteranis, cũ sint in actu milites.& ibi ẽt hoc tenet Bal. idẽ tñ Bal.ĩ l.milites.ff.ex qb.cau.maio. dicit ꝙ ex quo milites nr̃i tp̃is habent

habent superiorem auctoritatem, & faciunt militarem perfectionem, sunt veri milites, tamen eorum militia non est priuilegiata, & debent vti iure communi in eorum actibus, & ideo dicebat Bald. in dicta.l.filiusfam.§.veterani.ff.de procura.quòd milites nostri temporis qui non vacant militiæ, possunt esse procuratores, tam ad iudicia, quã ad negocia, de quo in Spe.de procura.§.1. versi. item quod est miles. Sed ista dicta doctorum ita crude & indigeste prolata non habent quid saporis, quoniam sequeretur quòd milites nostri temporis possent furcis affici, & pœnis ignominiosis supponi, cõtra not.per Bar.in l.1.ff.de re mili. vbi not. per illam.l.quod in casu in quo paganus vel vilis

c † suspẽditur, miles decapitatur. Et similiter sequeretur, quod milites nostri possent torque-

9 ri, contra.l.milites.ff.& C. de quæst. & sic ẽt ex superiori doctrina, sequeretur quod etiam possent conueniri vltra quam facere possint, contra.l.miles, de re iudi. Ideo iam aliàs dubitans super hoc passu cogitaui de iure posse dici, q̃d quædam sunt priuilegia quę militibus sunt cõ

10 cessa, quorum est causa armorum † expeditio, vt puta in testamento, videlicet quòd sanguine rutilanti scribãt in vagina vel clipeo, quòd testes non rogati sufficiant, vt l.milites.ff.de testa.mili.& quod testentur qualiter velint, & secundum modum iur.gentium, vt in l.1.ff.de testa.mili. Propter quæ verba videtur dispensatũ in nouem priuilegijs, in testando militibus cõcessis: de quibus per Bart.in l. neque.§. deportati.ff.de testa. milit. & per Barto. in l. milites. C.de testam. mili. dicentem quòd in testamẽ

11 to † militis sunt consideranda quatuor. ¶Primo forma & solemnitas testamenti. ¶Secundo persona testantis. ¶Tertio persona hæredis instituti seu rogatoria. ¶Quarto ipsa substantia dispositionis. Circa primum scilicet circa formam & solemnitatem testamenti uidetur a iure dispẽsatum esse cum milite in nouem. ¶Primo in numero testium. ¶Secundo quòd nõ requiritur ꝙ sint rogati, cum ista sunt introducta de solemnitate per iur.ciuil.dispositionem vt not.in l.1.ff.de testamen. mili.& in l. milites. C.de testa.milit. ¶Tertio quòd non requiritur quod teneantur filium instituere vel exhæredare, dum tamen faciant scienter, vt l.sicut, & l.sequẽ.C.de testa.mil.& l.q iur.ff.eo.tit. ¶Quarto quia agnatione sui quæ fit per. l.Velleiani non rumpitur testamentum, ut l. idem.ff. de testament.milit.l.milit.codicil. in princip. ¶Sexto quia eius testamentum facilius confirmatur, vt l.in fraudem.& l.militis.§.veteranus.ff.de testã. mili. ¶Septimo in substitutione pupillari, qa non requiritur quòd sibi fiat testamẽtum, vt l. miles ita, in fin.ff.de tes.mil. ¶Nono & vltimo, quia potest decedere duobus conditis testamẽtis.l.qrebatur.ff.de test.mili. Et in istis nouẽ uidetur cum milite dispensatum, per illa uerba. l.1.ff.eod.testentur quomodo velint, & quomodo possint, & hoc circa solemnitatem testamẽti. Scias tamen quòd licet miles possit testari quomodo vult, ut est dictum ex iuribus vulgatis, hoc est intelligendum de bonis proprijs, nõ autem circa bona aliena. iste est casus singularis in l.impuberi filio centurio.ff. de admini. tuto. Et ideo in datione tutoris & curatoris ijsdem regulis regulantur milites & pagani, uide quod ibi notatur in glos.& per Barto. Secundo est consideranda persona testantis secundum prædictos doctores. Nam dicunt circa personã

12 testantis, uidetur dispensatum † in trib. ¶Primo in condẽnato in crimine capitali.ff. de testa.mi.ex militari. ¶Secundo indubitanter de statu suo, ut.d.l.ex militari.§.si miles.in eo uero qui est pupillus uel seruus hostium non uidetur dispensatum, vt.C.de testam.mili.l.fi. & ff. ea.l. Et est ratio, quia talia impedimenta non uidẽtur sublata, cum sint de iure gentium propter animi imbecillitatem, & uel propter hostiles impedimentum, quod est de iure gentium in quo ius ciuile non dispensat. ¶Tertio est cõsideranda persona hæredis instituti scripti seu legatarij. Et hic est aduertendum quandoque quis est impeditus de iure communi propter defectum iuris gentium, quia seruus, & tunc in hoc non uidetur dispensatum cum milite, ut ff.de testamento militis.l.si seruum, & supra est dictũ: aut propter impedimentum iuris ciuilis

13 & tunc aut si esset dispensatum, tolleretur† ius alterius, & non intelligeret dispensatũ, ut.ff.de testamento militis.l.in fraudẽ, in princ.& l.dotalẽ, quod dicit ibi Bar.notandũ ad eã q̃ ibi dixit. Aut non tolleretur ius alterius, & tunc intelligitur dispensatum in tribus. ¶Primo quia potest institui ille q. aliàs nõ posset, vt in dicto. §.si deportati. ¶Secundo quia sufficit quòd sit capax tẽpore mortis, ut in dicto.§.si deportati ¶Tertio quia fauore militis est cõstitutum, q̃d

d nõ possit relinquere mulieri in qua est turpis[d]

14 † suspitio, vt l.miles ita.§.mulier.ff.de testa.militis. Sed secundum Bar.hoc non est uirtute dictorũ verborũ positorũ.ff.de testa.mili.l.1. Sed ex rescripto diui Adriani, vt in dicto.§.mulier, ex quo sumunt glo.argumentum idem esse in milite cœlestis militiæ, qui nõ põt concubinæ

15 † donare, ꝑ æquiparationẽ quã facit gl. in l. miles, de re iudi. de mili.arma. & cœlestis militiæ, per quã firmat Bar. in l.mulierẽ. ff.de his quib.vt indig.& in l.miles. §. mulier, de testa. mili.& fuit originaliter dictum Ioan. Andr. in capit. de his, de sepulturis, in nouella. Et ex paritate rationis, dicit idem esse in aduocato & doctore, quia non possunt suis concubinis donare nec legare, quod idem est, vt lege, legatum. digestis de lega. secundo. Et hoc fuit dictum Hosti. in summa, in titul. de don.§.& cui in summa hoc dicentis ex æquiparatione militis ad aduocatum. 23. q. 1. capit. militare

militare, extra de ser. non ordi. ca. eo libentius, ad quod l. aduocati. C. de aduo. diuer. iudi. ¶ Quartum quod debemus cōsiderare ipsam dispositionis substantiam secūdum prædictos doct. An qs est prohibitus disponere vt auferat ius alterius, & tunc hæc prohibitio durat etiā in milite, vt ff. de tes. mili. l. cū filius, & dicta. l. miles. Ita autē ius alterius non aufertur, & tunc aut ideo est prohibita dispositio, quia contra edicta prætor. vel contra bonos mores, & non videtur dispensatum in milite, vt l. si a milite. §. edictum. ff. de tes. milit. aut alia ratione est prohibita dispositio in priuato, & tunc videtur dispensatum in sex secundum eos, & ego addo septimum. ¶ Primo quia miles potest instituere ex re certa ex alijs non, & sic pro parte potest
16 † decedere testatus pro parte non. ff. de testa. milit. l. & miles ita, in prin. ¶ Secundo quia pōt extraneo substituere directo, vt. ff. de testa. mili. l. milites. §. hi qui, & de vulga. & pupilla. l. centurio. ¶ Tertio quia obliqua trahuntur ad directam, vt. ff. de testa. mili. l. milites. §. fin. cum sequen. ¶ Quarto quia verba enunciatiua ꝓpter aliud emissa, inducunt dispositionem. C. de testa. milit. l. ex his. ¶ Quinto quia emācipato substituit directo. ff. de testa. milit. l. miles. §. exhæredato. ¶ Sexto quia potest hæredem grauare vltra dodrantem, vt l. si certa. cum l. sequenti, de testa. mili. C. ad l. falcid. l. in testamento. ¶ Septimū, quod ego addo, est quod miles potest substituere extraneo, etiam post aditam hæreditatem, matre etiam existente in medio. Iste est singularis casus in l. in testamento. C. de testamē. milit. & vide quod ibi not. Et hęc sunt priuilegia militibus competentia in testando, & istorum priuilegiorum in magna parte, & nonnullorum quę recitantur per Azonem in summa. C. de test. mili. & per Dy. ff. eo super rub. quorū
17 expeditio belli est causa † priuilegij, & talia priuilegia, non competunt militibus non degentibus in expeditione armorum. l. ne vt quidam C. de testa. mili. vbi est casus, & sic cessante qualitate expeditionis armorum, ob quam dicta donantur priuilegia, cessare debet dispositio. Ad hoc. l. semper. §. negociatores. ff. de iure immuni. ad hoc optime not. per Bart. in l. ex facto ff. de vulg. & pupil. Si autē loquamur de priuilegijs militaribus concessis militibus ob prærogatiuam militaris dignitatem, ut puta ne con
18 ueniantur, nisi inquantum † facere possit, vt in l. miles. ff. de re iudi. Et est causa ne cogantur in militum opprobriū, mendicare, tali priuilegio gaudebunt milites, etiā nō degentes, qa si p eqparationem militar. dignitat, fit extēsio ad clericū & ad aduocatum, vt supra vidisti, qui non sunt in armis, a fortiori intelligitur qđ militib. etiā nō degētib. ī armorū expedition eq. quid dicat ibi gl. & aliq. doctores qđ priuilegio illius l. non gaudēt his. s. milites in armorum expeditione nō degētes, qđ verū nō credo p pdicta & quia tex. loquitur solū de milite, q. aliquo tēpore sub armata militia stipēdia meruit. Et idē est dicendū in priuilegio minoris punitionis, vel non uilis, & ne torqueātur, vt in l. milites. C. de quæstio. & similium ob prærogatiuam militarem concess. quod milites etiam non degentes in expeditione armorum, gaudent illis priuilegiis. Et pro hoc uidetur tex. recte intuenti in l. pdicta, milites, ibi, & si non emeritis stipendijs suis uidentur esse dimissi, allego etiam ad hoc casum formatū, quē multū not. in l. eā legē. C. de excusa. mune. lib. 10. vbi est casus, & sic his similibus causis, quamuis ꝓpter expeditionē militarē dent̄ priuilegia militib. qn̄ alia causa est, q̄ pōt reformare priuilegiū, vt puta honor & prærogatiua militaris, licet prima causa cesset, non cessat priuilegiū, ad hoc, l. j. §. sexū. ff. postu. & est ratio, quia in talib. ll. unum nascit̄ priuilegiū, potius in eis habetur ppetuitas, ex parte principis ppetuo concedentis & statuentis, quā ex parte causæ, & est ideo, quia licet causa cesset, auctoritas tn̄ principis remanet, quę omnia facit durare C. de legib. l. de quibus. de offi. deleg. c. fi. cum ibi not. Ad hoc faciunt nota. p Guiller. in clemen. 1. de rescrip. & elegantius p D. Anto. de Butr. in clemen. & si principalis, eo. titu. hanc etiā distinctionē ego comprobo per tex. expressum insti. de mili. testamen. in princ. vbi est tex. quod miles q. occupatus est in expeditione militari, gaudet priuilegijs concessis militibus in testando: illis autē temporibus, in quibus citra belli expeditionē vagant in alijs locis, uel suis ædibus, minime talia priuilegia possunt sibi vendicare, sed bene restat eis priuilegiū, q. etiā qui sint filij famil. possunt testari, quod ut pagani nō possint, vt ibi in tex. & glo. merito vides quod milites nostri temporis etiā
19 gaudēt † priuileg. militarib. dēptis illis, quorū finalis & sola rō armorum expeditionis īsignit Hoc etiā ego fundo per rationem tex. in l. 1. ff. de bono. possess. ex test. mil. vt illa priuilegia q̄ dāt̄ in testādo ī loco hostili, nōdāt̄ solis militib. sed oībus degentib. in loco belli, & ibi morientibus. Et sic illud priuilegium in testando non est militare, sed continue degentibus in expeditione belli, & sic ex illa sola causa est concessum. Sic uidemus in priuilegio, quod conceditur militibus q. sunt in bellica expeditione, quod
20 habeant beneficium restitutionis in † integrū, quia illud conceditur ex causa iustæ absentiæ, & oībus causa reipublicæ absentib. ut in l. 2. C. de resti. militum, tali priuilegio non vtitur miles in domo stando, vt. l. fi. C. de resti. militum. Sed si degat in castris, sic ēt extenditur ad illius uxorem, & familiares cum eo degentes, ut in l. 1. & 2. C. de uxori. militum. Sed si restant domi, non habent illud priuilegium, sed eis priuilegiis, quæ ob militarem dignitatem donan-
21 tur, gaudent † mulieres, etiam cum uiris non degentes, quia viduæ & relictæ, talibus

 gaudent

gaudent priuilegijs, vt in l. quotiens. C. de priuilegijs scholarium, li. 12. & in l. filij. §. vidua ff. de muñe. & quod ibi notat in glo. & cum hac distinctione tu potes intelligere hanc materiã, & limitare dicta doctorum, de quibus miror quod hanc distinctionem iur fundatam non viderunt, sed pro mea distinctione bene facit vnum verbum Iacob. de are. de quo per Ioann. Fabri. insti. de milita. testamen. in princ. qui dicit, quòd milites nostri temporis, gaudent priuilegijs militaribus, quibus antiqui, quando ad hoc eadem ratio se extendit. & sic omnibus priuilegijs in prærogatiuam militaris dignitatis concessis. Et ita vides quod milites habent multa priuilegia de iure quæ cessant, si non
e sint in expeditione [e] ut puta, quòd conueniantur corã suo iudice, vt l. magist. C. de iuris. om. iudi. si tamen negocietur, pro illa negociatione non vtitur fori præscriptione neque cõuenitur, vt miles coram magistro militum, sed vt alius negociator coram iudice cõtrac. vt C. in q. casi. mili. fori præsc. vti non poss. l. vnica. ¶ Item & re
f stant sibi priuilegia ne torqueantur [f] iuxta l. milites. C. de quæstionibus. Et in casu occurrẽti, cum contra militem ageretur de vulneribus quæ dicebantur per eum perpetrari, contra eum probabatur quod visus fuerat cum facie sanguine respersa prope locũ vulneris, & quod id extraiudicialiter confessus fuerat, & quod fama erat, quod ipse vulnera perpetrauerat, & fuga a loco delicti, vbi antea erat videbatur ex his indicijs & iuris præsumptio. qd condemnari deberet miles, quia iuris præsumptiones sunt liquidæ probationes. ff. de lega. 1. l. licet imperator. ff. de manumissis vindicta. l. si quis locuplex. C. de peri. tuto. l. tutor si petitus. & sic ex quo talia & tanta iudicia monstrabantur probata, posset dici plene probatum contra militem. l. iudicia. C. de rei vendi. ad hoc quod not. Dy. in l. 2. ff. de excusa. tuto. & quod iudicia iã dicta essent sufficientia, & quodlibet iudicium de per se probatur, de primo quod not. in l. fin. ff. eod. per Bal. in l. additos. C. de episco. audiẽ. qui allegat dictum Inno. in cap. statuimus. de
22 offic. deleg. dicens, crimen† notorium [g] esse qñ
g est probatum per vehemens iudicium, quia p hoc efficitur notorium ipsum maleficiũ, & qa interfector visus est fugere gladio sanguinolento &c. de extra iudiciali confessione, quod not. in l. capite. 5. ff. de adul. Bald. in l. unica. C. de cõfess. Innoc. de elect. ca. per inquisitionem. & Anto. de But. in cap. at si clerici. de iudi. ¶ Ad tertium de fama, quod not. in l. de minorib. 9. tormenta. ff. de quæstionibus, per Bar. & Innoc. de verb. signi. cap. ueniens, & cap. quid nouale, de fuga in l. lex cornelia. ff. ad Sylla. per Bar. & quod iam dicta indicia maioris ueritatis lumine fulgerent, adijciebatur qualitas, quod delictum de nocte commissum fuerat, & quod in secretis
23 † delictis propter probationis difficultatem peruenitur ex indicijs solis ad torturam, quandoque absolutionem vel condemnationem, vt no. Bal. in l. quicunque. de seruis fugit. in 8. not. Et licet quodlibet dictorum indiciorum vt melius poteram attenuarem, dicendo quod licet de per se non erat plene probatum, quia non
h cum duobus testibus [h] iuxta theoricam glo. in l. quotiens. familiæ hercis. C. attamen, quod & si probata forent contra militem priuilegio militari non poterat sequi cõdemnatio, saltim quo ad pœnam corpori inflictiuam, quia quamuis indicia prædicta si probata essent, facerent indicium ad torturam contra paganum, vel vilem personam, q torqueri posset, sed ex quo miles priuilegio militari neqat torqri, p dictas leges nõ poterat sequi sententia condẽnatoria in corpus afflictiua, ad hoc allegabam dictum Bal. in l. fi. C. de proba. ¶ Item quia quotiens iudex pro-
24 nunciat ex præsumptionibus non potest† condemnare, in pœna corporis inflictiua, vt est casus in cap. afferte. de præsum. & ibi domi. Anto. de Butr. & eo. titu. cap. quanto. & ponit Inno. eo. titu. cap. quia verisimile. de præsump. & ita
i obtinui [i] & fuit lata sententia ex præmissis, in alia maiori causa obtinui, quam omitto ex militari priuilegio nota. Sed istis priuilegijs militarib. quib. gaudent milites, ẽt nõ degentes in militia, gaudebit, is qui lite pẽdente factus est miles, vt puta, est in facto. Quidam ciuis pauper habebat vxorem diuitem, qui vniuersam substantiam suam sibi in dotẽ portauerat: mulier veniens ad mortem, non fecit hæredem maritum, sed alium: maritus timens ne dos sibi auferatur, de foro compet. quoniam non habet priuilegium ne conueniat vltra quam facere possit, nisi sit miles. ante mortem vxoris se fecit generosum vel militem, illa stante in infirmitate de qua decessit, vel post mortem mulieris, cum dos ab eo repetitur, allegat priuilegium militis quod habet ne conueniatur, nisi inquantum facere potest, per l. miles. de re iudicata. & beneficium iuris. l. maritum, & l. facere posse. ff. soluto matrimonio. quod retinẽt militares qui noluerũt suo priuilegio renunciare, nec tali foro consentire in contrarium edito. Quæritur, an tali priuilegio se possit iuuare miles nouus olim ciuis & dotem retinere de vita? Et videtur
25 dicendum quod non, quoniam † dos fuit constituta tempore quo ille erat ciuis. Et sic secundũ legem suam & loci cõtractus, quæ est ut dos accepta habeat restitui sine aliqua dilatione, non obstante illa exceptione, ne conueniatur vltra quam facere possit. ad hoc. ff. de euictionibus, l. vt fundus. & l. semper in stipulationibus. ff. de regulis iuris, iuncta l. exigere dotem. ff. de iudic. & q ibi per Angel. vbi dicit ex prædictis etiam potest dici, quòd si contractus est factus in domicilio viri attendatur consuetudo domicilij viri, quo ad lucrum dotis, & dicit esse valde vtile in partibus Tusciæ, in qua diuersa

diuersa sunt statuta secundum Ang. & pro hac parte tu habes casum secundum lecturam glo. & Ange. in l. si uxor. ff. de iudi. nam ibi est casus quod uxor quæ acceperit uirum, & sibi cauit de dote restituenda, & matrimonium fuit Romæ solutũ: etiam quòd ille esset legatus in priuilegio legationis, nõ tenetur Romę responde re. l. 2. ff. de iudi. tamen si matrimonium Romę diuertit, tenetur nullo priuilegio obstante Romæ respondere: & est speciale in dote secundum Ange. Et sic secundum hanc lecturam est casus, quod superueniens priuilegium non impedit dotis restitutionem, etiam in loco distractus, quod bene nota. ¶ Item iste nouus miles qui promisit dotem restituere in omni casu dotis & augmenti restitutione non uidetur attingere promissum, nouo priuilegio utendo, & sic merito ex primæua obligatione potest cõueniri. ff. si quis cautionibus. l. qui autem nouo priuilegio, facit. l. penul. ff. si ex noxali iudicio agatur. ¶ Item quia actionẽ hypothecariam iã uxor habebat natam a tempore dotis constitutæ per legem primam, C. de rei uxorię actio. iuncta. l. assiduis. C. qui potiores, licet constan-
26 te † matrimonio non sit in exercitio, nisi in certis casibus, ut no. in l. si constante. ff. soluto matrimo. & in l. ubi. C. de iure dot. ergo illa nõ mutabitur ex superuenienti priuilegio, neque in aliqua eius qualitate, faciunt not. in leg. 1. ff. de pœnis. Sed in contrarium posse dici uidetur,
27 nam priuilegium impetratum ante † litispendentiam prodest impetranti, ut in capitu. dilectus, ut lite pendente, & quod ibi per Innocen. & quod not. in l. penul. ff. si ex noxali causa agatur. maxime quia ut omnis tollatur dubitatio, etiam istud priuilegium fuit impetratum, tã ante litem contesta. quam actionem propositam, ut tollatur contentio, de qua per Innocen. in dicto capitu. dilectus, ut lite pendente. in clemen. secunda, ut lit. pendente, in clementinis.
28 ¶ Item quia ex iure † superuenięti quis se potest iuuare ad litis decisionem. ff. de rei uendi. l. si quis post acceptum. quinimmo, priuilegiũ impetratum lite pendente, lite finita proficit ad futuram litem. ut no. Innocen. & Anthon. de Butr. in dicto capitu. dilectus, ut lite pendente. ¶ Item ex isto nouo priuilegio militari, nil habet impetrans nisi moratoriam quandam quã non est dubium principem posse concedere, ut in l. quotiens, & l. uniuersa. C. de precibus imperat. offe. ¶ Item quia in stipulationibus rem reddi in dubio fit ęstimatio eius tempore, quo
29 res † reddi habet, ut in l. uinum. ff. si certum petatur. sed eo tempore res est priuilegiata, igiť priuilegij habenda ratio. ad hoc. leg. prætor. in prin. ibi uel si qua sacerdotum nacti sint, ff. de ua. mu. in §. si post causam. ¶ Item prout mutatur causa uel qualitas, mutatur & priuilegiũ. ff. de uaca. mun. l. his honoribus. §. auctis: & faciunt not. per Dy. in l. Vulpianus. ff. de exec. tut.

¶ Item pro isto uidetur casus in l. si quis postea. ff. de iudic. a contrario sensu, nam militia superueniens lite cæpta, nõ facit mutare forũ, a contrario, si lis non est cæpta, neque conuẽtus sit præuentus, prodest militare priuilegium
30 † superueniens, ad hoc. l. cum quædam puella, ff. de iurisd. omn. iudicum, de foro compe. cap. proposuisti. Aduerte si ciuis ab euentu post dotem constitutam factus est miles, non data opera ad priuilegium obtinendum in fraudem dotis non restituendæ, tunc loquerentur ista iura nouissime allegata, quia ex quo non est præuẽta iurisdictio, potest nouum priuilegium militare acquirere, sicut nouam militiam ecclesiasticam, ut clericatum, non obstante primæua obligatione: ad hoc de obligationi. ad ratiocinia, capitu. unico, & quod ibi notatur in gloss. etiam quo ad forum, quàm quo ad dilatoriam conueniretur coram iudice militari, & de moratoria solutionis ex priuilegio militari rationem haberet, quoniam illa potest opponi per militem, etiam in executione, ut notat. in l. Nesennius. ff. de re iudica. per Bartol. sed si in fraudem futurę litis, & data opera habet priuilegiũ militare morandæ solutionis gratia, non prodest, quominus non obstante priuilegio, in cã procedatur, per tex. in l. non distinguemus. §. item si quis Romæ. ff. de arbi. qui textus intelligitur secundum gl. in l. qui autem nouo. ff. si qs cautionibus. quando nouum priuilegium legationis impetratur, non data opera per debitorem qui contraxit, quia tunc a causis etiam primo incæptis excusatur, ut ibi. Pro hoc etiam facit quod not. gl. in dicto cap. unico, de obli. ad ratiocinia, nam quotiens dolo stat teneri per motum episcopus eum eiicit, quemadmodum infamẽ, ut finaliter ꝓ hac distinctione, do tibi casum singularem, in le. prima. C. qui militare non possunt. lib. 12. ubi est casus, quod nullus causa litis uitandæ potest militare, immo princeps aduersarium postulantem, debet soluere sacramento quo ut miles tenetur, de quo supra diximus. Et no. illum casum, quia qui istas fraudes filiis suis consulunt, ut teneant alienum non consulerent, si illum tex. bene intuerentur. Sed quia nil est tam facile quin aliquam recipiat dubitationem, & quia sunt iustitię administratores credunt quod per phas uel nephas obtinebunt, & si hoc mundo obtinent, in alio pœnas debitas luent. Et princeps prouidebit, quoniam maliciis hominum non est indulgendum, hoc ergo militare priuilegium habent uere milites, non illi qui in fraudem se faciunt militare, quia isti militant, ut catulus in siluis, & alibi dicit glo. in l. unica. ff. de bo. po. ex testam. milit. Et hæc sufficiant pro introitu huius materiæ militaris, & militum priuilegijs in genere. Restat uidere de aliquibus specialiter, de qbus solent militãtes se grauatos, in curia in uiã grauaminum allegare.

CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶MILITES.] Quæ sunt militum insignia. sex ponit Accursius in l.penu.ff.ex quib.caus.maior.& ibi dicit primo quòd ponantur in albo ac militum numero, & matricula, item quod non sit negociator, item debet ei poni stigma in brachijs, item examinetur, item præstat sacramentum de repub.defendenda. item ei cingitur ensis.sequitur simpliciter Angel.de Aretio. in tract. de testam.in §.miles.in princip.& D.Paul. Leonius in tracta. substitu.in materia compediosæ.num.113.& seq. de diuersis ipsorum sectis, & insignibus latisime habetur in tractatu de militum origine, authore domino Francisco Sansouino, & dicit Belluga infra nu. 7.

b ¶TEMPORIS.] An milites nostri temporis gaudeant priuilegiis militum? Vide Angel. in dicto tracta. de testamen.in §. miles.& Paulum Leonium in tractatu substitut.in materia compendiosæ.nu.112.usque ad numerũ 123. ubi cum quodam moderamine tenet quòd sic.dum tamen sint in armis periti, voluit domin.Io.Cephalus in consilio 110.milites detenti. numero vigesimo, volum.1.

c ¶DECAPITATVR.] Vide Iason.in lege miles.in princip.ff.de re iudica.& remissiuè Domi. Bernardi.Alphon.Collecta. iuris.481.& quòd decapitetur miles, & non suspendatur, voluit Bald.in c.2.§.si rusticus.de pace tenen.in usib.feudo.Alexand.ad Barbat.in l.desertorem. §.pœna militum. ff.de re milit.Bartholo.Cæpoll.criminal.consil. 40.Lucius.column.2. in primo dubio & etiam latisumè vltra omnes tradidit D. Andr. Tiraquel. in tractatu.de pœnis. causa. 31. numero quinto, vbi uidendum est.

d ¶TVRPIS.] An mulieri turpi, & concubinæ relinqui posit, & an per alios? vide Bartol. in l.donationes in concubinam. in l.affectionis.ff.de donat.& in l. miles ita hæredem.§.mulier.ff.de milita. testa.Abb. Panor. in c.1.de cleric.ægrot.Ludouicus Romanus in dicta.l.affectionis, & Fely.in c.cum ex officij.colum. 1.de præscrip.& latè Ang.in consilio. 171. & etiam Capella Tholosana, in decisio.141.vbi Aufrer.in apostill. & nouissimè tractauit hanc quæstionem, & eam perfecte digessit subtilissimus iureconsultus Dominus Thobias Norius in consilio quinquagesimotertio, cum a pagano. per totum, ad quem me remitto, quia solus sufficiet in casu necessitatis.

e ¶EXPEDITIONE.] quam opinionem tenuit etiam Cyrillus Fulgeonius in summula crimin. sub rubr. de his qui accusari, uel accusare non poss.§. 18. milites. nume.1.uersicu.sciendum tamen est, ubi hanc opinionẽ aliqualiter temperat.non procedere hanc opinionem quando miles tempore modico extra expeditionem degeret, ut ibi est uidere satis clarè.

f ¶TORQVEANTVR.] Vide Paul.Grilland.in tracta.de quæstion.& tortur.q.6.per totum.Aegid. Boss.in tit.de indicijs.nu.104.& post eos Iul.Clarus in practi. crim.q.64.nume. 20.quicquid tamen dicant, hodie videmus quòd de consuetudine seruatur contrarium, vt voluit Matth.de Affli.in c.si voluerit.num.14.sub rubric.de capit.qui cur.vendid.in vsibus feudo. post eum videndus est Cyrillus Fulgeon. in dicta criminum summula. titul.de quæstionib.§.2.per totum.

g ¶NOTORIVM.] Quando dicatur delictum esse notorium & quæ raquirantur, & quot testes. vide Dominum Iulium Clarum in practic.crim.q.9.per totum.Fulgeonium in summula criminali. titul. de officio præsidis.§.8.per totum Ludouic. Gomez.in regula de annal. possess.q.4.uersicu.non obstant modo. Andr. Tiraquell. in tracta.de pœnis.in præfatio.num.57.58.D.Rolandus à Valle in consil.99.pro fundamento.nu.15.volum.1.& in consil.48.Magnificus.nume.15.volum.2.Iacob.Mandellus in consil.72.constat.num.5.Dom.Ioann.Cephal. in consil.57.videbatur.num.33.volum.1.& Do. Franciscus Bursat.in consi.9.quoniam.num.27.volum. 1.& iterum in consil.111.potuit.num.21.eo.volu. 1.& Petrus Calæfatus in consil.104.indiuiduæ. num.14. caus. crim. volum.1.Ioannes Rouchegallus in consil.127. numinis. num.1.eo.volum.1.plenè Barthol.Ghirius in consi.159. perspexi.per totum.eo.vol.aliqua nouissime tradidit D. Iosephus Ludoui.in decisio.Perusi.17.Antonius Michaelis.num.20.parte.1.ante eos Francis. Marcus in decisio. Delphi.51.nu.2.& in decis.514.nu.23. vol.1.

h ¶QVIA non cum duob. testibus.] Illud dictum quòd in cuiuslibet inditij probatione requiruntur duo testes procedit in probatione inditiorum remotorum, secus in inditiis delicto proximis, in quibus admittuntur & testes non omni exceptione maiores.latè uoluit Lancellot.Conrad.de offi.prætor.in caus.crimina. §.3. Claud. Battiander in regul.crimi.26.Hyppol.Bonacosse.in qq. crimi.§.indicia.

i ¶ET ITA obtinui.] Miror quo iure obtinuit, cũ per narrata ab ipso non debuisset obtinere, sed credo quòd habuit iudicem aliquo sibi ex capite beneuolum.

## De guidatico uocato, ad curias. Rubrica 21.

### In §.Et primo videamus.

### SVMMARIVM.

1 *Vocati ad curiam per principem, vtrum conueniri possint.*
2 *Vocatus pro vtilitate publica, habet ius reuocandi domum.*
3 *Legati in quibus conueniantur, durante legatione.*
4 *Ad sinodum uocatus, ibi cogitur se defendere.*
5 *Priuilegiatus concurrens cum priuilegiato, priuilegium confundit.*
6 *Priuilegiati pari priuilegio, ubi concurrunt, fauetur reo.*
7 *Legatus quando de crimine conueniatur.*
8 *Militantes extra regnum, utrum gaudeant priuilegio.*
9 *Contra absentes qualiter proceditur.*
10 *Absentes causa reipublicæ, quo priuilegio gaudeant.*

ET primo uideamus de illo curiali dubio, de quo frequẽtissime milites conqueruntur. Nam cum sint uocati a principe particulariter & specifice singuli ad curias celebrandas, iuxta late scripta in rubrica, de uocatione ad curiam, & ueniant cum suis familiaribus prætendentes se guidatos & securatos, ueniendo, stando, & redeundo, tam de iure quod de foro illorum guidatica infringuntur, quoniam tam ciuiliter quam criminaliter contra eos proceditur, cum ad partis instantiam

stantiam quam ex officio. Quæritur de duobus:
1 Primo, si vocati† à prícipe ad curias cœlebrãdas sunt guidati & conueniri non possunt, & in qui bus causis, & ad quos dictum guidaticum extendatur, deinde videbitur si infringatur si est grauamen. Quia ad primi dubij decisionẽ restat vltimum decisum. Videamus igitur de iure, & regni Valentiæ foro, si uocati à principe ad curias cęlebrandas sint guidati, ut in eorũ causis ciuilibus, uel criminalibus prouinciale. non tenetur suis insidiatoribus respondere. 6. q. 2. capit. vocatio, & cap. finali, in authen. de sancti. episcopis. §. si vero episcopi, col. 9. facit. l. 2. §.
2 legatur. ff. de iudi. ¶Item quia uocatus pro† publica vtilitate habet ius reuocandi domum, ut in capit. exposuit, de dilationibus. & sic ibi nequit conueniri. ¶Item hoc uidetur probari per l. non alias. ff. de iudi. Nam uocatus à principe, ibi conuenitur nisi ibi contraxerit, Et sic uidetur quod isti milites & etiam alij conuocati ne-
3 queant† conueniri, neque ipsi neque familiares eius, qui quo ad hoc eodem gaudent priuilegio, ut in dicta. l. non aliàs. §. legatis. ff. de iudic. nisi ibi contraxerint, uel delinquant. ¶Item quia hoc vult forus in Valentina prouincia quod milites & alij homines, qui principis mandato vadunt ad eum, sunt salui, & securi, eundo, stando, & redeundo, cum eorum hominibus, & omnibus rebus suis, vt in foro, tots los cauallers, in titulo, de guidatico, & trega. Et sic uidetur quod benedicant milites, & etiã alij conuocati quòd sunt guidati, & in eorum causis est supersedendum etiam de foro, & non solum ipsi, sed eorum homines, & etiam serui, ut in dicto foro, & in dicta. l. non alias. Sed videtur in cõtrarium dici posse, quia cum princeps curias conuocat, & milites & alios appellat cõmuniter, dicit quòd ꝓ iustitia, & bono statu regni illam congregat, & hac causa illam debet cõgregare, vt de prohibita feudi alie. capitulo, imperialem, & sic uocatio est facta, pro iustitia administranda, non autem quod sit in illa supersedendum, & sic forus nec ius commune non loquitur de vocatione curiæ, quæ pro iustitia componẽda, & administranda cõgregatur, sed de alia vocatione, quæ fit à principe pro publica vtilitate, uel necessitate, ut in dicto cap. exposuit. Et hoc uidetur iure fundatum. Nam
4 uocatus ad † sinodum cogitur ibi se defendere in capitulo, primo, de libelli obla. Aduerte quoniam de iure glo. decreti, in capitulo, uocatio. 5. q. 2. tenet, quod de causis criminalibus uocati ad consilium, vel sinodum non tenentur respondere, secus in ciuilibus. hanc practicam communiter principes in curijs amplectuntur custodiendo conuocatos, & suos familiares sine fraude, iuxta. l. nõ alias, de iudic. ff. Et sic me ad uocante pro militibus, liberaui homines multum à carceribus pro commissis, in ciuilibus, vero dicunt, non esse seruandum, & allegant dictam glo. licet ita practicetur de rigore iuris, etiam in ciuili procedit guidaticum. nam in ciuili loquitur. l. non alias. ff. de iudic. & capitulo, exposuit, de dila. & tamen habent guidaticum. Sed credo quod hoc fiat potissima ratione, q͂a si in ciuilibus guidaticũ seruaretur, aliqui sunt tam inuoluti in litigijs, quod nunquam darent conclusionem factis curiarum, ut nunquam posit aliquid ab eis exigi, & ideo priuilegium tenderet ad noxam rei publicæ, merito reuocandum, de decimis, capitulo, suggestum. ¶Item quia tale guidaticum ius dat pro publica utilitate, & sic non debet contra illam interpretari de transf. l. cum hi eam. quòd esset si curiarum negotia pertraherentur. Et quia sic diutius usus est princeps, & minime sunt mutanda, quæ longam interpretationem habuerunt, vbi autẽ cessaret quod dictum est de iuris rigore crederem guidaticum esse seruandum. Sed pone q͂d est litigiũ criminale, in quo sine dubio est miles guidaticus, eo q͂d ad curiã cõuocat⁹ inter duos milites ad conuocatos, quorũ uterq; simili gaudet priuilegio, & guidatico, dubitatᷣ an vtatur reus priuilegio, & guidatico, & uidetᷣ q͂d nõ: q͂a
a cũ priuilegiatus[a] cũ priuilegiato concurrit† pri-
5 uilegium confunditur, & restant in iuris communis dispositione. l. sed & milites. §. primo. ff. de excu. tutorum. Sed in contrarium est ueritas, & quòd utetur priuilegio, quia cum par est priuilegium actoris, & rei, reus utitur priuilegio contra actorem, ut in l. verum. §. item quæriturᷣ, & facit. §. final. eiusdem l., ff. de minorib. ¶Item quia priuilegiatus contra pri uilegiatũ
6 vtitur † priuilegio, quando qui vult uti aliquod damnum sentit, uel sentire sperat, ut facit reus in lit. l. final. ff. ex quibus causis maiores. ¶Item quia ecclesia priuilegiata si præscribat contra ecclesiam, ecclesia contra quam præscribitur, vtitur suo priuilegio, ut notatur in authen. quas actiones, ubi de materia. de sacros. eccle. & sunt bonæ rationes Bald. ibi, nam licet ambæ ecclesię sint priuilegiatæ, in genere, tamen respectu causæ de qua tractant non sunt priuilegiatæ, sed illa quæ læditur per pręscriptionem. Sed vides in casu occurrenti quòd reus qui impetitur & vtitur priuilegio respectu huius causæ est priuilegiatus, quia non actor qui uult in causa procedi, merito reus certans de damno uitando vtetur priuilegio, maxime quia iura & fori generaliter uolunt quod uocati à principe sint guidati, & assegurati in personis & bonis, & sic generaliter quo ad omnes est intelligendũ. 19. di capitulo, si romanorum, maxime, quia fori sunt ad literam intelligendi, & non recipiunt glossas legum, ut in clementina, Exiui, de verbo. significa. Et hanc credo iuris indubitatam ueritatem quod miles conuentus contra alium etiam militem vocatum utetur priuilegio guidatici

datici, de contractibus, uel delictis antea commissis, quia in comittendo durante uocatione,
7 non est dubium quod de ijs potest † conueniri. l.secunda.& l.non alias.ff. de iudic. Præfectus tamen maris quem Admiraldum uocant, inter accordatos, & habentes etiam per guidaticum solet cognoscere, standum est suæ consuetudini, quia non est per omnia scripta, stat in capite eorũ.ff.ad.l. Rodiam, de iac.l.deprecatio. Et quod dictum est, uendicat sibi locum in uocatis à principe. sed quid de his qui ad suum seruitium accesserunt in regno Neapolitano sine uocatione, & sunt in eius seruitio continuo, nunquid habent guidaticum, uel supersedeatur in causis eorum? communiter deciditur, & ita determinari vidi & consului in regia audiẽtia, quod si princeps concedat generale guida
8 ticum omnibus, qui in suo † seruitio ibunt, quod facit frequenter fauore armatur. quod seruandum, quod principi placuit.l.habet uigorem, maxime quia sola est moratoria quam princeps potest concedere, in. l. quotiens, & in l. vniuersas.C. de precibus Impe.offe. Sed tali cessante guidatico non habent à iure tale priuilegium, imo de iure patiuntur primum decretum, ut in l. Ignorare, de resti. mili-
9 tum, & dicunt doctores quod si tales † absentes non sperant in breui reuersuros, debet dari curator bonis, contra quem proceditur lit. ordina.& ad diffinitiuam, & bonorum distractionem, ut in l.idem.ff.de priuilegiot.creditorum & in l. ab hostibus, in princip.ff. ex quibus causis maiores, secundum Bartho. in dicta.l.ignorare, & sequitur eum Bald.& addit notata per Innocen.de uerbo.signifi.capitulo, dilecto, & qđ notatur ĩ l.cũ & minores.C.si aduersus rem iud, & in l.postquam. §. nuper, ut lega. nomine caueatur. Est tamen verum quòd si in aliquo læderentur haberent beneficium restitutionis, tan-
10 quā† absentes cā reipublicæ ff. ex quib.causis maio.l.milites,&.l.is qui,& l.fin. imò istud beneficium transmittunt ad eorum hæred. læsione consummata in eorum uita, ut.l.Valerianus. C. de resti.militum, & non consummata læsione in eorum persona executa. datur hæredi restitutio secundum vnam opinionem transmissam, secũdum aliam ex persona hæredis ex ęquitate, ut. l.paulominus.ff.de acqui.& quod ibi notatur.

CAMILLI BORELLI ADDITIO.

a ¶PRIVILEGIATVS.] Videtur esse regulare qđ priuilegiatus non utitur priuilegio contra priuilegiatũ Nicolaus de Neap.in l.sed & milites.in princ.ff.de excus. tutor.in lectura Bartol. & idem Bartol. in authen. Quas actiones.nu.3.C. de sacros.eccles.Alexand.in l.siue apud. ff.de Minorib. Felin.in cap.In pręsentia.col. 15. de probat. Videndi autem sunt Ludouic.Rom.in authen. similiter.col.101.C.ad leg.Falcid. Corn.in consil. 140. litera. p. & q.vol.1.& in consilio. 236.litra d. vol.3. & in consil.21.litera.a.& k. uol.4. Barth. Socin. in l.1.nu. 15. ff. solut.matr.Hippolyt.de Marsil.in singul.99.priuilegatus Ioan.de Arnon.cautel.32. quamuis. ¶Notari debet tamen singulariter quòd in re induidua non priuilegiatus concurrens cum priuilegiato gaudebit priuilegio ipsius priuilegiati.Innoc.in capitulo, ad audientiam. de pręscript.Panor.in capitulo 1.eo.tit.Iason.in l.mater.nu. 10.C.de Inoffic.testa.& Nicola. Boeri. in Decisio Burdeg. 300.uol. 2. & post omnes D. Borgni. Caualcan. in tract.de viufruct.mulier. relict.nu.165.¶An vero priuilegiatus succedens non priuilegiato utatur iure suo, ac suo priuilegio? Vide Cyn.Bald.& Fulgos.in dicta auth. quas actiones. Bart.in in.l.Fiscus.ff.de iure fisci.& in l.cum filius.§.in hac.col.1.ff.de verb.obligat.text.& glo.ubi etiã Dominic.in capitulo primo, de iur.patron.in.6. ¶Quomodo formet libellum priuilegiatus contra priuilegiatum, uide Specul. in titul.de priuileg.

De iurisdictione & vtroque Imperio, Rubrica 22.

In §.Et quia quotidiana.

*SVMMARIVM.*

1 *Omnis iurisdictio manat à principe.*
2 *Iurisdictio quare vendi non debeat.*
3 *Consuetudo habet potestatem, etiam in sanguine hominis.*
4 *Consuetudo vincit legem.*
5 *Exercitium iurisdictionis, id est officium, vendi non debet.*
6 *Iurisdictiones qualiter acquirantur.*
7 *Concessio principis, sine alterius damno semper intelligitur.*
8 *In donatione principis, quando sine traditione transeat dominium.*
9 *In contractibus principis, seruatur ius commune.*
10 *Iurisdictio, et merum imperium, vtrum acquirantur consuetudine, & præscriptione.*
11 *Consuetudo, & priuilegium æquiparantur.*
12 *Dominium præscriptio. acquiritur, & qualiter.*
13 *Dominium quæsitum per præscriptionem principis*
14 *Consuetudo quibus actibus censetur.*
15 *Gerens se pro magistratu cum non sit, incidit in crimen lesæ maiestatis.*
16 *Iura fisci à priuato præscribi non possunt.*
17 *Iurisdictionis diffinitio, & quæ præscribantur, quæ sequantur.*
18 *Gerens se pro magistratu, quibus sit obnoxius.*
19 *Præscriptio sine possessione non procedit.*
20 *Iurisdictio sine quibus possideri non potest.*
21 *In iurisdictionalibus iustus error non cadit.*
22 *Forma creandi officiales omissa reddit eos priuatos.*
23 *In prohibitis tacens, videtur dissimulare.*
24 *In præscriptionibus initium spectatur, et ad præscriptionem ius & factum requiruntur.*
25 *Superioritas utrum præscribatur.*
26 *Ab omni præscrptione princeps videtur exemptus.*
27 *Donationem vtrum princeps reuocare possit.*
28 *Vtens mero imperio, principe prohibẽte, potest impune occidi.*
29 *Regaliæ solum principi applicantur.*

30 *Con-*

ET qa quotidiana materia melius & subtilius intuenda. l. legaui. de libe. legata. nam quotidie de his quæ scribere intẽdo, in præsenti. §. est cõtentio in regno, merito, & subtilius, & difficilius pertractandum.

1 Scias ergo quòd licet antiquitus† omnes iuris-
a dictiones essent penes principem, & deriuatur in suos regios officiales, & penes illos quibus illarum administrationem committebat. l. prima. C. de officio præfecti urbis, & l. prima. §. cũ vrbem ff. de officio præfe. vr. & sic tantum erat proxima principis, quod nõ erat í commercio neq; alienari vendi, neq; ius pignorũ in eo cõsistere poterat. Et hoc ea ratione, quia publici iuris est iurisdictio, ut not. glo. in l. prima. ff. de iuri. omni. iudi. cum aliqui habent super Rubrica ad hoc. l. apud Iulianum, in h. ff. de lega. primo, Hostien. & Innocen. in cap. primo, ne prælati vices suas, dicunt, quod ideo prohibitum est, ne
2 iurisdictiones† vendantur, ne subditi grauentur per illarum emptores illicitis extortionibus, in authen. ut iudices sine quoquo suffragio, per totum, & in authen. de mandatis principum. §. illud, & ideo dicebat Bartho. in l. si is cui. §. iura prædiorum. ff. de pigno. quod ius iurisdictionis vt iurisdictio quã habet dominus in vassallum obligari non potest, neque ius pignoris in ea consistere. Et ideo antiquitus, neque iurisdictio
b [b] neque merum imperium uendi, neque obligari poterat, licet de consuetudine sit usurpatum vt notat singulariter Bald. in feud. de l. Corradi.
3 §. eadem. l. quæ consuetudo habet† potestatem etiam in sanguine hominis. ff. de extraordi. criminib. l. sacculari. §. est quedam, & hæc ratio est mea, & propria, quo ad merum imperium, Bald. ibi dicit quòd ratio est, quia consuetudo
4 † vicit legem: allegat de feud. cogni. & quod notatur. ff. de fideicommis. liberta. l. inuitis. verba sunt Bald. vbi supra. propter hoc, capitul. cum contingat, de foro compe. & quod ibi notatur, & in l. prima C. de emancip. liberorum. Nam si consuetudo sufficit ad dictam dandam iurisdictionem, in ciuili, & criminali. Ad hoc ꝙ notatur, in l. prima. §. finali, de aqua plu. arcenda: á fortiori ad dandum titulum, ad illam iurisdictionem, vel merum imperium quærendum, vt dixit Bald. Et sic vides, quòd iurisdictiones sunt hodie in cõmercio, & ueniunt in contractibus emptionis, & uenditionis & alijs, & ita trãsferunt, & retinentur, quemadmodũ rerum dominia. ff. de sta. hominum. l. qui furere, per Bal. & Angel. Et per certos actus quæritur illius possessio, uel quasi, de quo per Innocen. & Anto. de Butrio, de capellis monachorum, dilectus. per Angel. in l. sed si hac lege. §. qui manumititur. ff. de in ius uo. per Bartho. in l. 2. C. de serui. & aqua, & tangit etiam Innocen. in capitulo, licet causam, de proba. in glos. quid ad rem, & domi.

Anto.

Anto. de Butrio, in capitulo, in literis, de rescri. spo. ad quæ loca sufficiat remisisse. Et tradidi in l. de foro, regni Valenciæ. Nā de foro antiquo merum imperium non poterat exerceri per aliquem de regno, imo contrarium priuilegiū erat annullatum, ut in foro, algun hom, de rerū diuis. Et in priuilegio regis Iacobi anni 1250. §. item cum iustitiæ corporales, expost cōcessiō principis. de mero imperio cum charta regia est permissa, de foro regis Alphonsi, in Rubrica de iurisdictione concessa non habentibus meri imperium, ex quo foro est concessa iurisdictio, & aliquid de basso imperio non habentib. merum & approbatum in regno, haberet merum imperium, ex titulis habilibus, de quibus infra dicetur. Et scias quod nedum est vsurpatum consuetudine, quod iurisdictiones, & merum imperium transferatur in milites, sed etiam in ipsos rusticos, vt dixit Bald. vbi supra. Non tamē credas quod id quod supra dictum est, per Innocen. & Hostien. in dicto capitulo primo, ne prelati vices suas. sit immutatum per consuetudinem, quia ipsi non loquuntur quando iurisdictio venditur, vt dominiū, expropriando priorem dominium, sed cum ipsum exercere † iu-
5 risdictionem & fructus venduntur ex quibus in dubie subditi aggrauantur, & depauperantur illicitis extorsionibus, ut in dicto tex. ut iudices sine quoquo suffragio, quoniam illud est
c res mala & reprobata, & de tali alienatione non loquitur Bald. quod illud approbet consuetudo, imò vt dicunt Innoc. & Hostien. quod res mali, & committitur peccatum, imò si est spiritualis committitur simonia, ut notatur per glo. in c. 2. eod. titu. Et hoc est contra principes qui vendunt officia iurisdictionem exercentia, quia emptores pro precijs recuperandis indebitas faciunt exactiones. Et sic tanquā de male facto, & improbato subditi, tanquam de his alienationibus aggrauati possent conqueri, & in uiam grauaminis deducere. ¶ Postquam diximus qualiter iurisdictiones, & meri imperium sunt in commercio, & potest super ipsis per principem & alios, contractus iniri, & disponi, est uidere de modo acqui. qualiter acquiratur. Et certe à principe, & vendi, & donari in priuilegium, concedi, & permutari, & alij
6 contractus de illius iurisdictione † & mero imperio potest celebrari cum priuatis, maxime in hoc regno in quo expresse cauetur, quod valet concessio cum charta per principem facta in foro. sots pœna de feud. Hoc tamen tu intellige, iuxta notata supra in Rubrica de iuramento, per principem in curia faciendo, vbi posuimus materiam, de non alienando p principem. Et saluo honore alteri quæsito, ex concessionibus, vel foris prioribus, quam prin-
7 cipis † concessio semper fieri, intelligitur, sine præiudicio iuris alieni. l. 2. §. nequid à principe. ff. ne quid in loco publico. In actis autem istis cō tractibus donationibus, uel concessionib. per principem illi habent uim legis. l. donationes. C. de dona. inter uirum & vxorem, & l. Cesar, de publicanis. ff. & quod not. in l. digna uox. C. de legibus, per Gv. & Bal. habita tamen differentia, an in uiam nudi priuilegii, & non data pecunia, vel data pecunia, vel in uim contractus transferatur, ut plene diximus, limitando dicta Bal. in l. qui se patris. C. vnde liberi, in Rub. de iuramento per principem faciendo, uide ibi circa finem, & nota illa dicta, quoniam singularia sunt, & nunc sufficiat remisisse ad ibi notata. Vnam tamen distinctionem, quam sentit Andræas de Yseruia, & recitat Bald. in feud. in. §. inuestitura, de noua forma fidelitatis, non posui ita clare in dicta Rub. & ideo nolo omittere hæc. quod si princeps donat, uel in uim
8 priuilegij concedit, statim, & sine † traditione transfertur dominium, per capitulo, si tibi absenti, de præb. lib. 6. Si autem princeps aliter cō trahat per venditionem, uel alium cōtractum, est necessaria traditio ad dominij acquisitionē iuxta. l. traditionibus. C. de pac. & ideo dicit
9 Bald. vbi supra, quòd in talibus † contractibus principis seruandum est ius cōmune. C. de pactis. l. traditionibus. C. de contrahenda. empti. l. stipulatione. C. de rei vendi. l. quotiens, dicens quod. l. omnes, & l. bene à Zenone. C. de quadriēnij præscrip. habent locum interueniente traditione, de quo etiam vide per eum, in princip. feud. hoc tamen tu limita nisi interuenisset ficta traditio, pro constitutione præcarij, ut assolet instrumentis apponi, de quo in. l. quædam mulier. ff. de rei uendi. & l. quod meo. ff. de acqui. posses. & quod notatur, in capitulo, cum nostris, de concessione præbendæ, ubi not. per Innocenti. quod tractatus institutionis precarij habet locum in corporalibus. Et adde quod etiam habet aliud specialitas principis concessio, quoniam ea facta is cui facta, est tanquam inuestitus principis beneficio, potest propria auctoritate accipere possessionem, ut not. Innocent. in capitulo, ex parte, de consuetudine. Et illam possessionem accipiet per actus applicabiles iurisditioni concessę, de quo in dicto capitulo dilectus, & in alijs locis desuper allegatis, & ij sunt modi quærendi iurisdictionem vel merum imperium.

a SED nunquid consuetudine, vel præscriptio
10 ne[a] poterit quæri iurisdictio, & † merum imperium per subditos regis. Et scias quòd licet tam consuetudo quàm præscriptio sint modi quærendi iurisdictiones, & dominia, uel quasi:
11 nam consuetudo † & priuilegium æquiparantur. 9. q. 3. capitulo, conquestus, & 63. di. quia, & & de iudic. nouit, & dat iurisdictionem. de arbitris dilecti. C. de emancipatione libero. l. prima & vlti. & capitulo, cum contingat, de foro com-
12 pe. ¶ Item p præscriptionē quæritur † dominiū in

in authen.nisi tricena.C.de bonis maternis. vti le secundum aliquos, vel directum secundum diuersas opiniones, de quibus ibi per Bald. in capitulo, finali, de præscript. per do.Ioann. de Imola, qui si contra scienté,& patienté, quærit directú scdm eos.est tñ differétia inter hos modos quærendi,qa quæsitú ex cósuetudine pôt p
13 principem † tolli,qui potest reprobare, & supprimere consuetudinem. C.de testa. l. finali. C. de furtis.aut. nauigia, de consti. capitulo primo,lib.6.& eo.titul.capit.quia sæpe.de elect.cú similibus. Sed ius quæsitum per præscriptioné non potest tolli per principem, ut in authent. ut ecclesia Romana gaudet priuilegio centum annorum.in princip. Et non mirandum, quia cum ex ea quæratur directum dominium,ut in iuribus supra allegatis, non potest tolli p principem,ad hoc l.quæris,de nataliabus resti ff. & in l.finali.C.si contra ius,uel utili.publicam,cú similibus, & est bona ratio quare facilius tollitur ius consuetudinis,quam præscriptionis, qa
14 consuetudo causatur ex duobus,uel tribus† actibus, ut notatur in l.3.C. de episcopali audi. & in capitulo,cum de beneficio de præbendis, lib.6.& l. Mela.ff. de alimentis & ciba. lega. sed præscriptio ex continuata possessione plurium actuum.ff. de serui l.seruitutes.cum similib. Et primam differentiam inter ius quæsitum in materia iurisdictionali,ex cósuetudine,& præscriptione sentit Bald.in l.imperium.ff. de iuri. om. iu.quod ego soleo limitare, nisi in casu imprescriptibili,quia princeps tali casu etiam reprobat præscriptionem, & eius est iudicare an præscribi posit.iste est tex.singularis,in.l.agros. C. de fundis limitrophis,lib.11.Ius ergo magis radicatum est præscriptum, quam consuetudinarium. Et ideo quotiens iura loquuntur de consuetudine in genere stat pro præscripta, ut est casus singulariter secundum Ioann. And. in capitulo, Cumana de ele. Or videamus ergo si subditi regis posint ex cósuetudine prescripta quærere iurisdictionem, & merum imperiú in suis hæreditatibus. Et uidetur quod non. Ná maxime merum imperium ipsa lege datur, uel ab ipso principe.C.de fundis patrimonialibus l. iure emphiteotici.& l.longe.de mortuo inferendo,iunctis notatis in.l.& quia.de iuri.omni. iudi. ¶Item quia isti vassalli regij sunt obligati sacramento fidelitatis principi, merito, non possunt prorogare aliorum iurisdictionem, qui se pro magistratu gerant, imo actus est nullus vt in glo.notab.de prohibita feudi alie. per Frede.& sic ex actis nullis nequit introduci consuetudo vel præscriptio,quia ex nullo nó fit aliqd.
¶Item iste subditus qui se gerit pro magratu
15 cum non sit incidit in crimen.l.iuliç† maiestatis. Ad hoc l.quisquis.C.ad.l.iul.maiest. &.l.3.§. qui se. ff.eod.merito ex tali tyrannia & vsurpatione,non pôt quærere iurisdictioné neq; cósuetudiné neq; præscriptioné introducere, imo ex dicto crimine pdit bona,& maxime iurisdictionalia vt dicta.l.q;quis. ¶Ité iura fisci p priuatú
16 † pscribi nó possunt, vt.l.comperit,C.de pscrip ti.30.ann.ergo neque iurisdictionem neque merum imperium quorum fruct⁹ sunt fisci qualia sunt banna,mulctę,& pœnę que fructus sunt iurisdictionis,vt í feudis,quę sunt regalię.& ponit Bar.in.l.in ijs.soluto matrimo.& Bal.in.l.Barbarius.ff.de offi.pretorum & Inno. in cap. dilectus de capellis monacho. ¶Item id videtur probari, quód merum imperium non posit consuetudine, uel præscriptione acquiri,per tex.in l.1. C. de curiosis & stationarijs, lib.12. vbi Imperator reprobat & annullat consuetudine danté aliquibus potestatem incarcerandi,& tamé car
e cer^e meri imperij est, ut patet ex notatis,in l.imperium.de iuris.om.iudi.& in capitulo, qualiter,& quando,in magno.de accusa. per Innocé. ¶Item pro hoc videtur facere tex. in l.2. C. de executoribus,& exactoribus.vbi usurpatio offi-
17 ciorum videtur prohibita† Item & istud fundatur ratione,quia cum iurisdictio sit potestas de publico introducta, ut notatur in.l.1.ff.de iuris di.om.iudi.nemo nisi de publico per concessionem,uel confirmationem á superiore eá habere potest,in authen.de defen.ciuitatum.§.interim.de mandatis principum.l.prima. C. de diuersis offic.l.probatorias. cum.l.sequenti,li.12. Et confirmatur ratione iuris,quia iure quis non posset dictum merum imperium exercere, nisi iuraret in manu superioris, ut in authen. iusiur. quod præstatur ab his. ¶Item si merum imperium posset præscribi, esset verum dicere,quód clerici possunt præscribere iurisdictionem Cæsaris á laicis, quod est omnino prohibitum. C.de testa.l.consulta,& de episcopis,& clericis.l.repetita. ¶Item istud etiam probatur ratione uitandæ abusionis. Nam si merum imperium,& altú posset præscribi,quod in capitalibus causis consistit,pari ratione ius creandi tabelliones posset præscribi.¶Item & legitimandi spurios, creandi magistratus,concedendi ueniam ætatis possent præscribi,cum ista sint imperij simpliciter quod videtur falsum cum ista sint de reseruatis vt notatur per Inno.in capitulo, cum P. Tabellio.facit in authen.quibus modis naturales efficiantur sui.§.finali,col.6.tenet conclusio,nam si potest præscribi iurisdictio,ergo iudicis dandi licentia, & sic creandi alium iudicem. ff. de iuri.omni.iudi.l.imperium.§. finali. ¶Item delinquendi authoritas non præscribitur. ff. de pęnis.l.diutinæ. Sed priuatus pro magistro se ge-
18 rens,† semper delicta multiplicat, & quotiens hominem necat semper incidit in.l. Cornel. de sicarijs,& quotiens ligat,incidit in crimen priuati carceris,ut.ff.ad. l. iul. de vi.l. legis. ff. ad l. iul.repetundarum.l.lex iulia.C. de priuatis carceribus.l.vna. ¶Item & quod merum imperiú sit impræscriptibile probatur ratione inconuin
19 cibili,quia sine possessione præscriptio† nó procedit

re aliorum. Et non solum singularum personarum, sed & etiam ciuitatum, vt notatur, in l.omnes populi, per doct. secundum Bald. in l.qui se patris. C. vnde liberi, de quo dicto faciunt magnum festum consiliarij regij qui sciunt de pa trimonialibus principis. Et hæc sufficiant pro parte negatiua, quòd merum imperium non sit præscriptibile. Sed quòd præscribi posfit,
32 probatur. quia consuetudo & priuilegiũ † æqui parantur de iudi.c.nouit. 11.quæst.3.cap. conquestus. Sed priuilegio potest quæri, ergo & consuetudine. ¶Item consuetudo dat priuilegium, de verborum signification.cap.super quibusdam, & cap.in ijs, & quòd not. Innocen. in ca.cum in apostolica, de simonia, sed per priuilegium transfertur iurisdictio, vti vidisti desuper fundatum, igitur per consuetudinem. Et quia consuetudo merum effectum.l.habet, de consue.c.fi. Et sic dicam datam consuetudinẽ & iurisdict.a lege datam, maxime præscriptam vt in c.cum autea.de elect. ¶Item castrũ potest quæri præscriptione, ergo merum imperium. C.de diuers.offic.& apparitoribus.l.2.libr.12. ¶Item videtur id probari ratione, nam omnia
33 possunt quæri † præscriptione.ff.de publi.l. cũ qui, & l.quæcunque.ff.de contra.empt.l.clauib. nec mirũ, quia vna est vtriusq; alienatiõis nota. ff.de verb.sig.l.alienationis. Tps.n. (vt sic dixerim) uicem personę alienando gerit.C.de omni agro deser.l.qui agros.omnia.n.vt a suo terminantur primordio.s.nouissimo iure gentium, quo omnes gentes vtuntur introductũ est, & iurisdictiones transmitti posse, ut uides, nam ducatus & marchionatus, quæ sunt per diuersa mundi climata, nõ fuerunt ab origine gentiũ, sed usu inueteratissimo data & instituta sunt. Nam omnia licita facit uetustas, sicut natura cum causa quædam est.ff.de aqua pluu.arc.l.fi. ff.de aqua quo.& ęsti.l.hoc iure.§.ductus aquę, ubi Bart.tangit. Quia qui petit originem, quæ haberi non potest in his quæ hominum parentes & ætates accesserunt, non iusta petit.ff.de proba.l.si arbiter, memoria enim hominum & oritur & moritur, sicut homo, quia in homine est.ff.de fur.l.quidam.ff.de aq.plu.arc.l.j.§.pen. & in auth.hæc constitutio innouat, ergo si ista sint transmissibilia, ergo & præscriptibilia, & si omnis iurisdictio est præscriptibilis, ergo & imperium, quod est species iurisdictio. potest præ
34 scribi, quia cum genus † permittitur quælibet eius species, uĩ permissa, nisi inueniatur esse ꝓhibita.ff.ex quib.cau.ma.l.nec non.ff.de testi.l. l.ab ea parte, positio.n.generis ponit eius spẽs ac si dinumeraret.ff.de lega.3. in l.si chorus, & notatur in cap.in literis, de iure patron. Quòd autem iurisdictio sit pręscriptibilis, patet, quia potest consuetudine quæri, ut in l.j.& fina.C.de emancipat. libero.& in cap.cum contingat, de foro competen.ergo præscriptio dat iurisdictionem.ff.de iurisdi.omnium iudic.l.more. ¶Item dicit Bal.ubi supra, possessio defendit possessorem, donec cõtrarium probetur.C.de seru. expor.l.moueor, quod enim uniuersi negant, singuli negare non possunt.ff.de reg. iuris.l. aliud. §.refertur. ¶Item dicit probari si longa patientia habetur pro priuilegio & electione, argu.ff. de usur.l.cum de in rem uerso, de elect. querela, patientia seu tollerantia superioris, cum obedientia inferioris, seu præstatione, habetur pro facto, non solum quo ad præstãtem, sed quo ad patientem quòd poterat prohiberi præstanti uitium ne præstaretur. ¶Item qui patitur con-
35 tra se præscribi iuri suo uidetur † renunciare.l. sicut.ff. quibus mod.pign.uel hypo.sol. ¶Item ex longa obedientia inferioris, & patientia superioris præsumitur causa.C.de acq.hæredi.l.si filius, & l.qui in aliena.§.final.ff.eo. sufficit ergo allegare concessionem, quę presumitur, ex quo superior præsumitur scire, & tollerat, & eius subditus obedit & donat. Et maxime, q̃a in incorporalibus nõ requiritur titulus expressus.ff.de serui.uendi.l.si quis diuturno, nisi in spiritualibus, in cap.ad decimas, de restitu.spol. lib.6. ¶Item probatur, quia uniuersitas præscribit potestatem statuendi ex consuetudine de mero imperio & de pœnis capitalib.ff. de extraor. crimi.l.saccularij.§.sunt quædam, ergo præscribit merum imperium, quod de iure communi non est apud uniuersitatem, neque apud rectorem prouinciæ.ff. de officio præsidis.l.illicitas. §.qui uniuersas, de constit. cum omnes, & ideo de iure communi uniuersitas nõ potest aliquẽ relegare cum sit meri imperij.C.de sententijs.l. nulli.ff.de iudi.l.2.§.fi. ¶Item probatur, ubi ter
36 ritorium ibi iacet iurisdictio, quæ cuilibet † territorio est annexa.C.ubi & apud quos.l.fin. Et hoc patet ex ipso nomine, quia unusquisq; in suo territorio habet ius utendi, de uer.sig.l.pupillus.§.territorium. Et quilibet in suo territorio est maior.ff.de manu.l.apud eum.in gl. Sed castra & oppida habent territoria propria & distincta ubicunq; habent tribunalia & magistratus, de ref.sp.c.cũ ad sedẽ. per Inn. Ergo ratione territorij concessi uel præscripti, etiam merum imperium continetur. ¶Itẽ etiã probatur alia
37 ratione, quæcunq; † cõpetunt alicui per modũ signati, cõpetunt per modũ signati.ff.de ser.ur. præd.l.hæc autem iura, ubi qui retinet fenestrã retinet seruitutem, sic qui longo tẽpore tenuit furcas erectas habet imperium, & uiam signi. Quinimo locus in quo sunt furcæ erectæ, est factus publicus, & dominus patiens sibi præiudicat secundum Andr.de Pisis, & ponit Bar.in l.si prius.§.si proprius, de mortuo inferendo. ¶Itẽ probatur merum imp.posse præscribi, nã talis ꝑscriptio potest considerari duob. mod. prout ad uniuersitatem procedit inspiciẽtẽ personã cui ꝑstatur obedientia, & hoc modo ista cõsuetudo ẽ uniuersorũ, & territorii.l.uẽditor.§.si cõstat.ff.cõia ꝑdi. ¶Itẽ prout ã possidẽte ꝓcedit

in præiudicium superiorum cuius ius vsurpatur. Et hoc modo est præscriptio non consuetudo, quia Titius possidēs, & Seius patiēs sunt duæ personæ, quæ non possunt facere consuetudinem, modo ista duo simul iuncta, scilicet consuetudo & præscriptio sunt iuncta & annexa. Si consuetudo dat merum imperium sic & præscriptio ei annexa. Et ualet talis consuetudo, vt tueatur possidentem contra subditos, & præscriptio tueatur eundem contra superiorem, arg. C. de his qui à non domino manumi. l. fin.
38 ¶Item probatur sic, ius gentium † hr̄ ꝑ titulo, vt patet in his, q̄ in nullius bonis sunt. Et ideo occupantibus conceduntur, dn̄ia namq; rerum oīm & iurisdictionum à possessione cœperunt. ff. de acq. pos. l. 1. in prin. Et ideo dicit Bal. in d. l. 1. C. de emanci. lib. quòd hodie ubicunque iurisdictiones uacant, ut in regnis infideliū, apud quos non est vera dignitas, neque uera iurisdictio occupanti conceduntur catholico, ut fuit de regno Hispaniæ, ut not. gl. decreti quam ipse non allegat, credo quod dicat de glo. in ca. Adrianus. 62. distin. & idem si aliquis rex esset Christianus, & fieret hæreticus, nam cum perdat veram iurisdictionem, & vacat, conceditur catholico occupanti, quia hoc ex iure gētium nascitur quod est immutabile. ff. de iusti. & iur. l. ex hoc. Et istas rationes ipsarum rerū veritas introduxit, quia impossibile est viuere sine magistratibus & sine iustitia, iuxta illud: Facite iustitiam coram domino, &c. Tob. 13. ff. de iust. & iur. l. 2. §. & post originem, & in auth. ut oēs obediant iudicibus prouinci. in principio. Multo fortius sunt ualidæ iurisdictiones, quæ procedunt à consensu obedientium sponte, ar. C. de trans. l. fin. & de agri. & censi. l. si coloni. & l. militibus. Qui enim prohibet alicui ne submittere possit in sui præiudicium ... certe nihil. C. de trāsl. l. fi. Et superior negligendo puta spacio xl. annorum videtur ius suum habuisse pro derelicto, uel saltim alteri concessisse. ff. de damno infecto. l. si prætori, in princip. de prob. l. procula, ergo præscriptum est imperium. ¶Item probatur, nam præsides prouinciarū & cæteri officia-
39 les debent conseruare† consuetudines locorū. ff. de officio proconsulis. l. obseruare. §. penulti. qui fil. sint legiti. habemus ideo iurisdictionem ex consuetudine introductam. ¶Item id uidetur melius probari posse quòd iudices teneantur seruare consuetudinem per l. missi opinatores, de exac. tributorum, lib. 10. & per l. 2. C. quēadmodum test. aper. ff. de test. l. 3. §. fi. imo dicit Bar. quod iudex de per se debet illam quærere, merito debeat seruare consuetudinem maxime præscriptam, per quam merum imperium est translatum in militem uel alium præscribentē. ¶Item hoc probatur, nam in terra & mari præscribitur castrum. C. de fundis limitrophis. l. quicunque castellorum, lib. 11. ¶Item præscribitur ius piscandi solum in aliqua maris particula, de diuersis & tempor. præscri. l. si quisque. ¶Item præscribitur ius corrigendi, de off. ord. c. irrefragabili. §. excessus, quod est meri impe. ergo præscribitur merum imperium. ¶Item & præscribitur ius imponendi ne alius adeatur, ipso postposito in delictis, de off. archi. ¶Item officium dandi tutores & curatores, & auctoritates imponendi. C. de emanc. lib. l. 1. & fi. ¶Itē ius eligendi imperatorem, ut notatur, in ca. ad apostolicæ, de re iudi. lib. 6. in ultima glo. Et cōmuniter dicetur, quòd consuetudo est omniū
40 origo† forma & principium, iuxta illud Aristotelis. Consuetudo, est altera natura. & ideo merito seruanda. C. de petit. bonorum subla. l. 1. li. 10. Et de exact. tribu. l. missi opinatores. ff. de orig. iur. l. 2. in princi. ¶Item certum est, quòd aliqui possunt esse domini temporales principales alios dominos sub se habentes. C. de hæreti. auth. si non dominus. Et hoc esse non pōt, nisi ab ipsa vniuersali consuetudine, aut principali concessione. ¶Item uī etiam expressum in feudali iurisdictione quòd præscribatur, iuxta col. si de feudo fuerit cont. in c. si qui per 30. de feudo dato, in uicem. l. commiss. §. fina. ¶ Item hoc probatur auctoritate gl. in l. fi. de præsc. longi tempo. quæ dicit quòd potestates terrarum habent iurisdictionem ex consuetudine, ꝑ qua faciunt gl. in c. quanto, de off. ordin. & in c. conquestus. 9. q. 3. & in l. uiros. C. de diuersis offic. lib. 12. & facit. l. magistratui. ff. ad municipa. Et hæc sunt rationes doc. hinc & inde tactis aliquibus per me additis. Quid ergo dicendū in hoc quotidiano, licet vulgato dubio, & scias quòd hanc quæstionem publice disputauit Francisc. Aretij, & alleg. pro & contra, & nihil concludit. Iacob. de Arena tenuit quòd merum imperiū non possit præscribi, ēt per tantum tp̄s, cuius non stat memoria in contrarium, quoniam merum solum datur per uiam legis, alle. C. de fundis patrimonialib. l. iure emphyteutici. cum si. Iacob. de Beluiso etiam publice disputauit, ut ponit Cyn. in l. 1. C. de emancipa. liberorum, & concludit quòd si allegetur priuilegium obtentum, super mero imperio habentis potestatem id concedendi, quamuis non producatur, sed ad illius probationem adducatur uel allegetur tempus, quòd sufficit. ff. de usuris. l. cum de in rem uerso, de censibus. ca. peruenit, & quod ibi not. Petrus & Cyn. in dicta l. 1. C. de emanc. lib. qui tenet indistincte merum imperium præscriptibile, quoniā potest per priuilegium concedi, ergo & consuetudine cū illa parificentur, de iudi. nouit. 9. q. 3. §. conquestus. ¶Item quia præscriptio uel consuetudo præscripta dat priuilegium, de uerb. sign. cap. super quibusdam, & cap. in his, Bart. ubique tam in l. prima. ff. de damno infecto, quàm in l. prima. §. denique, de aqua pluuia arcend. tenent, tam ex priuilegio, quàm ex præscripta consuetudine quæri posse. Et idem post multa tenet Bal. in l. prima, de emancip.

emanci.libe.& in l.imperium,de iuri.omn.iud. Hostien.dicit quod consuetudo bene potest dare iurisdictionem non habenti,vt in c.cum cōtingat,de foro compe. non merum imperium. dominus Ant. quem videtur sequi dom. meus Ludouicus Romanus,de urbe, in c.cum cōtingat,& dictus domi.Ludoui. in l.prima §. denique,de aqua plu.arcen.distinguunt, quòd quædam sunt meri imperij seruata in priuilegium principis,de quibus notatur,in c.quod translationem, de officio legati, & in ca.sicut unire,de exc.prælato. & in l.fina.C.si contra ius vel utili. publi. Et hęc sunt impræscriptibilia,quia sunt reseruata in signum supremę potestatis,ad hoc communiter allegatur,quod not.Innocen. in c. bonę de postul.prælat. & l.comperit.C.de præ-
41 scrip.30. annorum † Quædam sunt meri imperij,quæ solùm competunt principi,non tamen in signum supremæ potestatis, vt creare notarios,legitimare, concedere uectigalia uel pedagia aut studiorum priuilegia, & ista sunt quæsibilia consuetudine, ut dicunt doct.de verbo. sig.in iis,& quod no.Innocen.in c.cum P.tabellio,de fide instrumen.Quædam sunt meri imperij ordinē concernentia specialem, & ista quæri nō possunt consuetudine,de exc.præla. accedētibus,& c.quanto.de cōsuetudine.Quædā sunt meri imperij, quæ priuilegio uel lege concedūtur capiti prouinciæ, q̄ nobili officio expediuntur,& pp finem publicę vtilitatis principaliter ut cognitio criminaliū, & hæc a priuato cōsuetudine non queruntur. Sed si habet territorium uel alios subiectos uel aliquā preeminentiā in seruientes,ut Cap.pōt quæri, qđ est meri imperij per inferiorem prælatū, sicut per inferiores magistratus,ut dicunt tenere Bar.in d.l.prima, de aqua plu.arcen. & in l.1.de summa trini. Et hanc quæstionem tenent domini de rota sua q. 310.allegāt. de præscr.aud.& c.cū olim. 16.q.3. quicunq; de offi.ord.c.dilecto, cum similibus. Aduerte quoniam ista sic ruditer dicta modicum saporis habēt. Sed diuidamus iurisdictionem ecclesiasticam a seculari,propter diuersas earum iurisdictiones & diuersos effectus. Et uideamus primo de ecclesiastica, si ecclesiastica iurisdictio uel imperium est acquisibile præscriptione. Et certe multa sunt, quæ pertinent
42 ad supremum † imperiū,& in signum uniuersalis dominij & priuilegij singulari apostolico, id est summo pontifici, quia dicitur dominus omnium rerum ecclesiæ.in c.oportebat.60.distin.& potest dare & auferre rem unius ecclesię & dare alteri, ut ibi notatur, & 16.q.1.ecclesiæ. & hoc non est quæsibile p̄scriptione uel consuetudine, cū prælati ecclesiarū prætextu cōsuetudinis modicum solum possunt donare,de dōn. c.cæterum. ¶Item in iis quæ sunt sibi in plenitudinem potestatis reseruata, ut sunt fere omnia, quæ non sunt cōtra articulos fidei,ut nota tur in c.de illo.32.di. uel quæ nō sint cōtra apostolum.25.q.1.sunt quidam,in c.non est,de uoto,& in c.cū ad monasteriū. de statu monacho. illa non sunt quæsibilia præscriptione per inferiorē, sed dr̄ potius corruptela contraria consuetudo,& multa exēpla possunt poni ex notatis in c.qđ translationē,de officio legati, & in l. fi.de præscriptionibus C.per Bal.Idē est dicendū de aliquibus reseruatis pontificibus ex ordinis prærogatiua, illa non sunt quæsibilia præscriptione uel consuetudine, per non habentē illum ordinem parem, per quem possunt tales ordines exerceri sicut not.in cap.quanto,de consuetudine,& in ca.aquam.de conse.ecclesiæ uel altaris,& est mirabile, quia licet possent priuilegia concedi per summum pontificem in minoribus constitutis,ut no.in dicto c.quanto de consuetudine, non tamen ipsa cōsuetudine uel præsciptione, ut ibi. Et est ratio, quia plus potest priuilegium quo princeps utitur ex potestate suprema,quam cōsuetudo. Nam Papa
43 potest mere laico committere causam † spiritualem,ut 37.distin. uerum 96. bene quidem, & notatur in c.decernimus,de iudiciis,& tamē ex consuetudine laicus id quærere non posset, 11.q.3.c.inolita. Et non mirum, quia maior est
f auctoritas papæ,quam sanctorum[f] auctoritas. 20 d.de libellis ergo maior quam populi intro ducentis consuetudinem. ¶Item quia eam reprobat,de elect.c.quia sæpè,de consuetud.quāto, cum similibus. Nam nemo attentare potest sedi apostolicæ reseruata.17. distin.huic sedi,&
44 3.distin. cap. porro.† Or uideamus de iurisdictione & mero imperio, quod habent episcopi in suis episcopatibus, quæ sunt sibi reseruata, ut quasi præsidi illius prouinciæ & habenti territorium in illa prouincia, secundum opi.gl.in c.quod translationē,de officio legati. quod episcopus habet territorium, & an sit uerum dicemus statim,& an sua iurisdictio & suum merum imperium sit præscriptibile? Et certe de
45 eorum iurisdictione † bassa, non est dubium, quia præscriptibilis est etiam per non habentem aliqualem iurisdictionem,iste est casus, & alibi melius non probatur in c. cum contingat de foro competen. & ita loquitur etiam opinio Hostien. dicentis,iurisdictionem ex consuetudine posse quæri.Sed nō merum imperiū, qa a lege datur l.1.ff.de officio eius cui mādata est iurisdictio,ergo nō quæritur cōsuetudine,ut in l.iure emphiteotici .C. de fundis patri. sc̄dm
g Iacab.de Arena.¶Aduerte,episcopus[g] in tota
46 sua diœcesi iurisdictionem habet † ordinariā, de offi.ordi. ca. cum episcopus lib.6. Attamen episcopus non habet proprie territorium neq;
47 sua iurisdictio uel imperium coheret † territorio proprie sicut aliorum ordinariorum, ut in l. fina. C. ubi & apud quos, quamuis tex. iuris canonici uideantur sentire contra in capitulo ut animarum,de constitu.libr. 6.& in dicto capi.cum episcopus,& melius in cap.omnes basilicæ.

silicæ.16.q.7.vbi tex.dicit quòd.ecclesię episco
48 patus sunt iuxta † suum territorrium constitu
Et Ioan.And.& alij in dicto cap.cum animarū, tenent quòd episcopi habēt territorium, & du bitant de inferioribus. Sed illorum dictum tu intelligas respectiue, scilicet respectu finiū diocesum, de quibus in cap.cū causam, de proba. non autem quod eorum iurisdictio cohæreat territorio, quia adhęret solo alieno, & sic omnis iurisdictio episcopi esset regis, & sic expone territoriū, id est diœcesim. Et ita videtur quod Bar. velit istud limitare in l.1.ff. de officio præfecti vrbis, quamuis primo videatur tenere cōtrarium, & sic caue ne erres. ¶ Sed elegantius loquitur & planius Oldra. in suis consiliis, consilio. 17. dicens expresse quòd episcopus non habet territorium, & dicit quod id lex expresse disponit. Nam si quis episcopus pronunciauit inter clericos, iudex secularis executioni tradere debet, & hoc ideo quia episcopus nō habet
49 potestatem, † realiter executandi, in auten.de sanct. episcopis. §. si quis vero litigantium. Et etiam demum subdit, quòd episcopus non est ordinarius ratione territorij, quia si sic esset, similiter haberet iurisdictionem & potestatem in laicos sicut in clericos. Et ideo dicit Bald. in dicta l.1.ff. de officio præfec.vrbis, quòd transsumptiue, quilibet ordinarius habet territorium, hoc est dicere, quòd infra certos limites locales, potest vti sua iurisdictione. Et isto modo archidiaconus infra limites archidiacona-
50 tus habet ordinariam, & suum territorium † & sic de cęteris prelatis, puta abbatibus, in suis monasteriis, & monachis plebanis, & aliis qui sunt ordinarii, & possunt excommunicare, vt not.in dicto cap.ab ecclesiarum, de exces.prælа.ad hæc.16.q.1.alia est. Et inter hos nō est dubium, quin ea quæ sunt iurisdictionis, possunt pręscribi & cūsuetudine quæri, imo ea quæ sunt meri imperij, quia in habentibus simbolum,
51 † facilior est transitus, quia ex quo sunt iā ordinati, & aliàs habent iurisdictionem facilis est acquisitio consuetudine vel præscriptione. Et hoc tenēt domini de Rota. sua cōclusione. 309. allegant de præscript. audit. & cap. cum olim. 16.q.3.quicūque, de officio ordi. dilecto, de exces. pręla. accedentib. Et idem esset de Cap. propter præeminentiam, quam aliàs de iure habēt Ad hoc licet non allegent, est casus in c.irrefragabili.§.excessus, de offi.ordi. per quæ pōt concludi, qđ tales possunt præscribere potestatem excommunicandi, incarcerandi, & alia agendi, quæ sunt de mero imperio, iuxta notata, in ca. qualiter & qñ. il 2.de accusa. Ad hoc de appella. dilectis, & c.significauit, & c.dilecto, de sentētia excommunica. Et sic pōt esse conclusio, qđ isti possunt omnia quæ sunt episcopalis pote
52 statis † præscribere, siue sit de lege diœcesāna, siue de lege iurisdictionis, postquā non sunt de his quæ sunt ordinis pōtificalis, vel ab eisdē dependen. vt supra vidisti. & vt intelligas, Inno. & Host. loquuntur iuridice, vt intelligas modicā iurisdictionē, oēm illam quæ non concludit ea quæ sunt ordinis, & bene videntur ipsi innuere, cum dicunt, qđ non possunt clericum deponere, & est verum, qm̄ id ordinis est pontificalis, & nequit dari consuetudine secundū eos, & idē sequitur Ioan. And. in ca. irrefragabili.§.excessus. de offi.ordi. ¶ Sed dubitatur an priuatæ personæ non habenti aliàs iurisdictionem, possit consuetudo dare iurisdictionem, id est potestatem cognoscendi de leuibus criminibus, vel excōmunicandi? Et Ioan. An. videtur tenere qđ nō per no. de offi. archi. ca. cum satis. cum sequen. licet secus dicat. c. prælatus de ele. c. dudum, & c.cum ab ecclesiarū, de offi. ord. c. conquerentis in glos. sicut ordo, vbi dicit Ioan. An. priuatum cōsuetudine quærere non posse potestatem audiendi confessiones, vel audiendi ea quæ sunt curæ, in c. olim. de præscr. tenet simplicem clericū dūmodo præsit alicui posse quærere consuetudine potestatē excommunicandi. Nā si episcopus pōt expresse illa committere & delegare, sic & pōt tacita patientia transferre. Et hanc opinionem tenent domini de Rota, sua q.409. Et idem tenent Inno. in c. quæsiuit, de his quæ fiunt a maiori parte capituli, dū tamen iste qui quærit cōsuetudine aliàs præscriptione, habeat aliquam præeminentiam, per quā in subiectos habeat prælationem, istā potestatē pōt quærere. Et ista fundantur per dictum c. cum contingat, de foro competen. & per c.irrefragabili.§.excessus. de offi.ordi. Et sic expeditus est punctus iste quo ad iurisdōnem ecclesiasticam. ¶ Nunc videamus quid iuris in iurisdictione seculari, & mero imperio, an ista sint quæsibilia consuetudine præscripta
53 † Hic aduerte, a priscipio iurisdictio, & omnis potestas fuit regia, nam iure regio gentes uiuebant, ut in l.2. in principio. ff. de origine iuris, expost per usurpationem fuit populi, ut ibi quia expulsis Regibus, & eorum dominiis, ut in §. exactis, demum populus omnem iurisdictionem in imperatorem transtulit, instituta, de iure naturali. §. sed quod principi C. de ueteri iure enuclean. l.2.§. cum enim. Et sic fuit ipsa monarchia per tyranniam cœpta, & principes regebant omnem iurisdictionem. De quo uide late quæ scripsi in isto titulo, in §. ueniamus, super materia amortizationum, cumque princeps non posset de per se iurisdictionem & imperium regere, creauit suos officiales, & cui committebat prouinciam, illi committebat merum imperium, & nō poterat per alium exercere citra crimen l. iuliæ maiestatis. l.3.§. qui se ff. ad l. iuliā maiesta. Denuo creatæ sunt a principibus aliquæ dignitates, & ali-
54 quæ ipsa consuetudine † introductæ, ducatus[h]
h Marchionatus, & comitatus, ut uides in feu. qđ sit Dux, Marchio & c. Et isti habebāt iurisdōnē & me-

& merum imperium: quia fuit iam consuetudine vsurpatum, quod esset in commercio, & princeps illis concedebat expresse. Et hoc est quod uoluit Bald. in §. eadem, de l. Corradi. in feud. Ideo autem dixi, quòd princeps illis concedebat, quoniam aliàs de iure merum imperium nõ veniebat, nec transferebatur, nisi princeps specialiter cõcederet, vt dixit Bal. in l. j. ff. de off. præfect. vrbis. alleg. l. 1. de off. eius cui mãdata est iurisdictio. ¶Item fuerunt aliquæ baroniæ creatæ, quæ habent iurisdictionem & imperium, etiam ab antiqua consuetudine, vt in c. dilec. de off. ordi. ¶Et sic vides quod merũ imperium fuit etiam intra prouincias generales diuisum, & alij exercebant illum inter suos, quã hi qui prouincias regebant. ¶Item aliquæ ciuitates Lombardię, hoc habuerunt in priuilegiũ, à Frederico Imperatore, vt in 10. col. de pace cõstantiæ. c. 1. Et sic merum imperiũ fuit prophanatum, & in commercio, tam ex priuilegio, q̃
55 aliàs. † Nunc ad propositum redeundo, an iurisdictio & merum imperium sint de iure præscriptibilia, & consuetudine quæsibilia? Et tũc si tu loquaris de illo supremo imperio, qđ princeps vel rex habet in suo regno, vt dominus & protector, de quo in. l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscript. & in l. deprecatio. ff. ad l. Rhodiam, de iact. super quo fundatur obedientia vassalli, & quòd non fuerint eius imperio & ditioni subditi, & istud est, clarum ꝙ nullus in regno potest acquirere consuetudine vel præscriptione, quia ut acefali id quærere non possunt nam non decet a capite membra discedere, in cap. cum non deceat, de præscrip. Et quod no. Ioan. de Leguidiano. in cap. cum ex officij, de præscrip. Ad hoc illa notat singulariter Inno. in c. bonæ. de post. præla. & l. comperit. de præscri. xxx. ann. C. 90. distin. c. nulla. Et hoc etiam dicit Ant. de But. in dicto c. cum contingat. de foro competent. Et ita potest intelligi, quod scribit Bart. in l. hostes, de captiuis. saluo quia non bene cõsiderant super exemptione regum Hispaniæ, quia habent iustum titulum vt diximus supra, de isto titulo tractando materiam amortizarionum, & sic ipsi non curant de præscriptio-
56 ne, quia illa non indigent. † Sed ex hoc potest
i dici, quod inquantum Ianuenses [i] Florentini [k]
k Senenses, [l] & Veneti [m] & alij uolunt se dicere
l exemptos ab imperio, nisi habeant priuilegiũ
m Imperatoris, ut dicit Bar. in d. l. hostes, quod dicunt Veneti se habere, quod consuetudine uel præscriptione dictam exemptionem non possunt quærere, sed talis exemptio est tyrannica. Ad hoc. l. decernimus. C. de sacros. eccl. Et quod ibi Bald. dicens, dico in primis quod prouinciæ, quæ consueuerunt regi per principes & reges, debent esse sub eorum naturali dominio natura, id est de iure gentium. ff. de iustitia &
57 iure. l. ex hoc iure. † Et si aliquis accipit ibi dominium cõtra uoluntatem regis uel principis, ille est tyrannus, vt dicit ibi esse text. Et sic quo ad quærendum illam exemptionem non sufficit consuetudo uel pręscriptio. ¶Non curo pro nunc, si ualet electio eius dic. uel exercitiũ meri imperij, quia dicemus infra, solum est improbanda exemptio si illam prætẽdant, & pro hoc dictum Petri & Cyn. quod refert Bald. ibi in l. 2. C. de cond. ob causam. dicentiũ, quòd nobiles Barones qui habẽt baronias allodiales, nõ possunt prætendere, quòd non sint sub principis imperio dicendo, quòd si hoc prætendunt, de
58 facto hoc faciunt. † Nam nemo est qui non sit sub uniuersali imperio principis, uel quod nõ debeat subire secundum eos, & ideo nequeũt prætendere, quòd pactum eorum habeat uim legis. & sic. l. Cæsar, de publica. & l. 1. de don. inter uirum & uxorem, non habent locum in eis, quoniam ista sunt in uim singularis prærogati-
59 uæ principibus reseruatę. † Item ex hac prærogatiua principis, semper penes principem aliq̃d habet restare de iurisdictione in regno, ẽtsi in alium merum imperium transferatur, quia nulla iurisdictio baronum, posset sustinere commissores criminis lęsę maiestatis, falsatores monetæ, plagiarios uel hæreticos, etiam sub prætextu antiquæ & præscriptæ consuetudinis, quo-
60 niam illa sunt principi † reseruata, merito impręscriptibilia, quod no. Inn. in c. bonę. de post. pręlatorum. Ad hoc. l. comperit. de pręscript. 30. ann. C. & quod no. gl. in c. uoluimus. 16. q. 4. Et dominus Ant. de But. in c. cum contingat. de foro compet. Et sic etiam quòd forus regni non prouidisset principi cessarent salui dicti casus ob prærogatiuam principalis dominij
61 † reseruati. Et ab ista singulari prerogatiua nunquam per quamcunque concessionem se uidetur princeps expropriare. Et sic intelligas dictum Bald. in feud. titulo quid sit inuestitura dicentis, quòd princeps non potest alienare expropriando à se territorium, dignitatem uel iurisdictionem, pro quo facit, licet ipse non alleget, l. legatus. ff. de officio præsidis. Et quod not. gl. singularis in c. super questionum, de officio delega. & dicit Bald. in l. 1. ff. de officio prefecti urbis, allegando Bar. in l. prohibere. §. plane, quod ui aut clam. quod princeps nõ potest concedere priuato suam supremam potestatem, quoniam ista loquũtur quo ad. ea quæ tangũt superioritatem & supremitatem dominij & principi peculiaria. ¶Sed quo ad aliam iurisdictionem quæ est in commercio, & potest in contractu transire, consuetudine & priuilegio totaliter transit totum illius dominium, in eum cui est facta translatio, ex quo hoc agitur vt transferatur. Ad hoc de off. ord. c. pasto. in gl. & c. irrefragabili. c. excessus. de off. ordi. Et uide quod no. D. Anto. de Butr. in c. cum contingat,
62 de foro compet. in notab. † Nunc ad propositum redeundo, illa quæ sunt in singularem prærogatiuam, & supremi imperij, clarum est ꝙ non

non sunt quæsibilia consuetudine, vel præscriptione. ¶ Alia sunt quæ sunt etiam de principis imperio, & maximo, non tamen in signum supremæ potestatis, vt creare notarios, legitimare, concedere vectigalia, vel pedagia, aut studiorum priuilegia, & alia, de quibus vide Bald. in l. imperium. ff. de iurisd. om. iud. Et ista bene possunt quæri cõsuetudine. Et intellige de præscripta, vt not. in c. Cumana. de elec. Nam aliàs, vt supra in principio diximus, posset per principem reuocari. Et quod ista sint quæsibilia cõsuetudine, probatur per ca. super quibusdam. de verborum significatione. Ad hoc quod not. Innoc. in c. cum P. tabellio. de fid. instru. ¶ Scias tamen quod hęc cõsuetudo habet esse pręscripta, & tanti temporis, cuius cõtrarium memoria non existat secundũ Inno. in d. c. super quibusdam. de verborum sig. Et est ratio secũdum glo. auream ibi. & secundum Inno. in c. cum in apostolica. de simonia, quia illa consuetudo cuius in contrarium memoria non existit, ius siue priuilegium inducit. ff. de aqu. quotid. & æsti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua plu. arcen. l. 1. §. fin. 3. q. 6. c. hoc quippe. 9. q. 3. cap. conquestus. 70. dis. mos antiquus. c... de testa. Et sic quo ad prædicta acquirenda, non sufficeret præscriptio, quia illa non est habilis ad id quærendũ vt sentit Bal. in d. l. 1. C. de emanci. lib. dum dicit quod tabellionum creatio nõ potest quæri præscriptione. Allegat dictum Inno. in c. cum P. tabellio. Sed vt dicit Inno. bene potest quæri consuetudine. Et est ratio differentiæ, quia in consuetudine concurrunt duo, consensus populi, qui sunt plures, seu vniuersitatis, qui populus potest iurisdictionem dare. de offi. ordi. c. cũ ab ecclesiarum. In præscriptione autem non sic: quia solum agitur de facto præscribentis, & patientia eius, contra quem præscribitur. ¶ Item quia in hac longissima consuetudine præscripta, non est necessarius titulus præscribentis, vt in text. singulari, in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æstiua. quod est forte necessariũ in præscriptione talium rerum, vbi possent præscribi, & si incorporales sint. Et sic non obstaret. l. si quis diuturno. ff. si seruitus vendicetur. Ad hoc quod no. gl. in l. cum de in rem verso. ff. de usuris. & quod not. Andræas de Barulo, in l. cum scimus. C. de agricol. & censi. libr. 10. ¶ Ad primum quod no. Ioan. Andr. in nouella, in c. dilecto. de of. ord. addo etiam aliam rationem. Nam cum ius commune faciat contra istos, talia volentes præscribere, necessario habent quærere tam longa consuetudine, argum. ca. ad decimas. de resti. spoliato. & c. PP. de præscrip. libr. 6. haberet allegare titulum. ¶ Et scias quod in præscriptionibus talium iurium, in casu in quo possunt præscribi, vtpotè cum titulo,
63 est necessaria scientia, † & patientia principis, vel illius, contra quem præscribitur, sicut in cæteris iurib. incorporeis, in l. 2. C. de ser. & aqua. Et hoc tenet Bar. in l. si publicanus, de publica. ¶ Hoc tamen fallit in præscriptione, vel consuetudine tanti temporis, cuius initij memoria in contrarium non existat. vt l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana & æstiua. in gloss. quamuis Barto. in d. l. si publicanus, & in l. 1. de aqua pluuiali arcend. videatur dicere contrarium. intelligatur ergo de præscriptione, vel cõsuetudine minori tempore introducta. Et de illa dicit gl. in ca. frustra. 8. dist. quod illa requirit scientiam & patiẽtiam principis, de quo dicit vt not. in c. fi. de consue. Et sic quotiens de talium consuetudine agitur uel dubitatur, tu aduocatus, non te fundes super pręscriptione, sed super antiqua consuetudine, & tanti temporis, cuius initij non sit memoria, aliàs non obtineres. Hoc verum credo, nisi haberet priuilegium de quo esset dubium, an principis concessio in præiudicium successoris, uel aliàs ualeret, quia
64 tunc si super illo allegatur † quadragenaria præscriptio, tutus est etiam contra principem, iste est casus iuncta gl. in l. fi. C. de fun. patrimo. lib. 11. Quem casum nota, quia singularis est. Et quamuis doctores exemplificent in dictis regalijs, idem iuris est in portubus maris, & alijs regalijs, de quibus in feud. quæ sint regaliæ. ¶ Ad hoc allego tibi duo iura singularia. l. sanè. si mare. ff. de iureiur. & l. si priusquam, de diuersis & tempo. præscri. iunctis glos. ¶ Restat uidere de mero imperio & iurisdictione, prouti est ius animaduertẽdi in facinorosos homines, de quo in l. imperium. Et tunc aut consideramus eum prout iusta iurisdictio, uel imperium est communicatũ priuatis, & etiam pertinet ad priuatam utilitatẽ, & alius priuatus quærit illud præscribere, tunc iurisdictiones & imperia pręscribuntur, ut cætera rerum dominia, cum æquiparenẽ dominiũ & iurisdictio. l. qui furere. ff. de sta. hominum, & sic præscribuntur, ut etiam cæteræ seruitutes, ut in l. fin. C. de præscript. longi temporis. habita differentia, de qua in l. si quis emptiones. de longi temporis pręscrip. C. Maxime si præscribit iurisdictionẽ, uel imperium cohærẽtẽ territorio. ut in l. fi. C. ubi & apud quos, quoniam eo casu eodem tempore pręscribitur iurisdictio tanquam plantata & annexa territorio q̃ ab eo nõ diuiditur, imo transfertẽ cum eo. ff. de contrahenda emptione. l. in modicis, & de iure patrona. ex literis, de re iud. cap. cum Bertholdus, argum. l. 1. §. cum urbem. ff. de offi. præfect. urbis. ¶ Si autem loquamur de iurisdictione, uel imperio, quærendo cõsuetudine, uel præscriptione a principe, & tunc aut adest titulus præscribenti, licet minus iustus, sed dubitabilis, & tunc 40. annis præscribitur etiam contra fiscum, ut in l. final. de fundis patrimonialibus, C. libr. 11. Aut non adest titulus, & tunc est necessarium tantum tempus, cuius initij nõ sit memoria. Et hæc est opinio Guillermi de Cugno, in l. imperium. ff. de iurisdictione om. iudicum,

dicum, dicentis quòd ad nouiter quærendum imperium per eum qui aliàs nullam habet iu-
65 risdictionem, † tunc requiritur tempus cuius contrarij memoria non existat, quia causam habet discontinuam. Allegat. l. hoc iure. §. ductus aquæ. de aqua quotidiana & æstiua. Bald. dicit quòd non est uerum quòd iurisdictio, uel imperium in præscriptione habeat causam discontinuam, nam ut ipse dicit in præscriptione iurisdictionis, uel imperij tria considerantur. Primo actum superioris scientis & patientis: superiorem appellat eum, ad quem pertinet ille locus ex natura loci, id est exitus. ff. de iudicijs. l. insulæ. Nam sine eius scientia præscriptio non procedit. de postulat. prælatorum. bonæ. per Innocen. ff. de aqua pluuiali arcenda. l. 1. §. pe. per Bar. & in l. si publicanus. ff. de publicanis. Et secundum eum in l. 1. C. de emancip. liberorum. ista scientia & patientia habet causam continuam. Allegat de contrah. stipul. l. magnam. C. ¶ Secundo actum præscribentis, & iste in genere suo est continuus, quia cum tribunal habet eius statuta vigent. C. de hæretic. l. Arriani. Sed in singularibus actionibus non est continuus, non enim semper dijudicat. de ferijs. l. finali. ¶ Tertio factum inferioris obedientis, quam obedientiã pati, & silentij, non est dubium quod est continua. argum. l. dedi, in prin. de cond. ob causam, dicens, non esse sic in seruitute aquæ ductus. quia prędia non dñr obedire, vnde passiua possessio, non firmatur in animo, sed cõstat ex facto, & ideo naturalis quasi possessio ibi attenditur, non quasi ciuilis, ut no. per Butrig. insti. de actio. §. ea quæ. secundum Bal. ubi supra, nihil aliud in hoc pũcto boni dicentẽ, nisi q̃ nititur reprehendere Guiller. qui bene loquitur in dicto §. & si non in causa. Nam cum contra præscribentes faciat ius commune cum
66 princeps fundet suam intentionem † in regno, de iure communi, & sic merito autem in præscriptione est necessaria allegato tituli, & tunc præscribitur quadragita annis, uti est dictum, aut non habet titulum, & tunc tanti temporis est necessaria præscriptio, cuius initij nõ sit memoria. ¶ Iste est casus in c. 1. de præscrip. lib. 6. & necessario de iure sic habemus dicere. ¶ Tum
67 quia sic iure introductum est. † Tum quia is q̃ sine titulo & modico tempore se diceret merum imperium præscripsisse, diceret se criminosum, & usurpatorem regiæ iurisdictionis & præeminentię, & sic capite puniendum. l. sacri affatus. & ibi Bald. C. de diuersis rescriptis. ¶ Item quia incidet in crimen. l. Iuliæ maiestatis se gerendo pro magistratu. l. 3. §. qui se. ff. ad l. Iuliã maie. Et sic merito talis non præscribit præscriptione, sed cum titulo 40. ann. sine eo per tantum tempus, cuius contrarij memoria non existat. Et secundum hanc distinctionem intellige glossas iur. ciuilis, & tex. & dicta doctorum dicentium, merum imperium posse quæri præscriptione, vel præscripta consuetudine, ut gloss. in authen. de defen. ciuita. §. nullam. & in l. uiros. C. de diuersis officijs. li. 12. & in l. more, de iurisdictio. omnium iud. Et sic intellige. l. 1. cum ibi nota. de emanci. lib. & c. cum contingat, de foro compe. Et quod ibi scribit dominus Ant. de But. & Bar. in l. 1. §. denique. de aqua pluuia. arcenda. & Guiller. & Bald. in l. imperium. Et hoc potest dici qđ ciuitates Italiæ, quæ habent priuilegium eligendi & exercendi merum imperium, ut dicunt Veneti, ut refert Bar. in l. hostes. de captiuis. ff. si tale habent priuilegium etiã quod aliàs possent impugnari, tuti sunt. 40. annorum præscriptione, & iam fortius tanti temporis, illi autem qui non habent priuilegium ex illa præscr. tanti tpis, cuius in p̃rium non sit memoria, tuti sunt. Et sic intellige quæ sentit Bartol. in l. hostes, de captiuis. Pro quo facit dictum Bal. in l. decernimus. C. de sacrosan. eccle. qui approbat electionem ducis Venetorum, ex suo bono regimine & longa cõsuetudine. ¶ Alibi tamen idem Bal. in Rubrica de rerum diuisione, in 2. charta. dicit unum uerbum notabile pro ipsis, qđ ex quo Veneti in mari p̃nt preten dere libertatem, quia non ædificauerũt in solo alieno, & qđ ædificat̃ in mari, est ædificantis. Alleg. l. in tantum, de rerum diuisione. Sed saluo honore, nõ credo eum bene dicere, quia ex hoc non quęsiuissent iurisdictionem in territorio quod prætendunt, & eorum dux solum iurisdictionem haberet in ciuitate. ¶ Item quia non est uerum quòd non ædificauerint in solo alieno, quoniam iurisdictio & territorium in mari est illius domini cuius est terra adiacens, vt in textu singulari, in l. unica, de classicis. libro 10. quem no. gl. in c. ubi maius, de elect. li. 10. & Ange. in l. insulæ. ff. de iudicis, ergo sua intentio est fundata super priuilegio, vel longa consuetudine, uti est dictum. ¶ Scias tamen quod in quacunque præscriptione istarum quæ metam annorum habet, & si sit quadragenaria, requiritur scientia & patientia principis, ut no. Innoc. in ca. bonæ. de post. præl. & Bar. in l. 1. ff. de aqua pluu. arcen. & in l. si publicanus, de publicanis. etiã ipse idem uoluit idem esse in præscriptione tanti temporis, cuius initij nõ sit memoria, quia non uidetur procedere per dictam. l. hoc iure. §. ductus aquæ. de aqua pluuia. arcenda, & potest esse ratio, quia in præscriptione tanti temporis præsumitur scientia principis, cum
68 aliquid † in regno nequeat fieri tanto tempore quod principes præsumantur ignorare. Faciunt notata in l. si tutor. C. de periculo tutorum, & in ca. 1. de postula. præla. In feudali autem iurisdictione acquirenda, dicit esse necessaria. 30. annorum præscriptio. De qua uide late per Bal. in l. 1. C. de emanci. libe. limitatem. §. quod si per 30. In tantum autem ex talibus præscriptionibus, fundata est intentio posidentium istas iurisdictiones ab antiquo, vt etiam

de iure

69 de iure non cogantur† ostendere titulũ, vt not. Ioan. And. In nouella, post Hostien. in c. dilecto, de off. ordi. Quod hoc facit contra principes, qui castra, & iurisdictiones occupant, nisi osten datur titulus, qui requiritur, contra iura. C. de rei vendi. l. fina. C. de peti. hæred. l. cogi. vt eccle siastica beneficia. c. 1. Nam sufficit quod sic ab antiquo fuerit obseruatum, licet secus dicât in ecclesiastico iudice, de quo remittit ad Host. in summa, de præscrip. rerum immobilium. §. quæ exigantur, sub §. quantum. ¶ Ad hoc facit quod not. Bart. in l. 2. C. de priuileg. domus Augustalis. lib. 11. vbi milites, & barones aliquid ab antiquo possidentes, non coguntur ostendere titulum: vide ibi Bar. & scias quod in casibus, in quibus ea quæ sunt supremi imperij, quæ præscriptibilia sunt, præscribuntur, & longa consuetudine quæruntur, de quibus supra diximus, vt puta in creâdis tabellionib. vel legitimationibus, tales actus non porrigunt effectum vltra

70 territorium facientis qui præscripsit, vnde† notarius creatus à barone, qui ex priuilegio, vel consuetudine, habet talem potestatem, non posset conficere extra locum instrumentum, etiam ex prorogata iurisdictione secundum Ioannem Andream, in additio. ad Specul. in Specu. titulo de fide iustrumento. §. restat, vers. quid si de iis, secundum Guil. de Cun. Alleg. l. consulta. C. de testa. & l. repetita. C. de episcop. & clericis, cum similibus. Bene tamen confecta in loco probant ubique locorum, vt tenent domini de Rota, sua quæstio. 289. aliàs 39. dicen-

71 tes, quod talia instrumenta† probabunt etiam in curia Romana. Ad quod vide Bart. in l. 1. C. de summa Trinitate. Et vide domin. Anton. de Butr. in c. per venerabilem, qui filij sint legiti. & in. c. cum P. Tabell. de fide instrumentorum.

¶ Simili modo legitimatus à barone, talis non succederet in bonis quæ sunt in Realenco, quià in loco rei, sicut vrget lex vel forus, qui prohibent, & talium successionem, quam nõ potuit tollere contra istam, in suo loco dispẽsans cum tali, nam licet in suo loco abstulerit ius, quod potest ex consuetudine, non extra territorium suum id facere potest. Maxime quia per hanc legitimationem fit præiudicium venientibus ab intestato, & ijs deficientibus fisco qui venit vt ad vacantia bona, non dato legitimo hærede, in istis bonis quę sunt extra territorium, merito iste comes, vt baro, ex sua legitimatione non poterit illis præiudicare, quia vocandi essent, tanquam in actu eis præiudiciali. de adoptio. l. nam ita diuus. ff Faciunt notata per Bar. in l. Gallus. §. quid si tantum. ff. de libe. & posth. vt notatur in regula, sine culpa. de regul. iuris, in mercuriali. Et ideo dicitur, quòd Papa in terris Imperij non legitimat, quia illis qui sunt in territorio Imperij, paratur præiudicium. De quo vide plene notata in ca. per venerabilem, qui filij sint legitimi. Quod est uerum sine du-

72 bio, si †legitimatio obtineretur, mortuo eo, de cuius hæreditate agitur, quoniã respectu iuris, saltim ad rem, & illi erant conuocandi, quod non poterat, quia non destrictuales, quia non valet talis legitimatio, quo ad eos, & bona extra districtum venientibus ab intestato pertinentia (ut est dictum.) Sed si legitimatio obtinetur in vita patris, & sic ante ius quæsitum agnatis, uel cognatis, uel fisco. Et tunc quia ipsis non paratur aliquod præiudicium, non sunt conuocâdi vt dixit Bar. ubi supra. Merito postquam habilis & capax sit in loco vbi hæreditas sibi deuenit, ad omnem hæreditatem ubicunque sitam porrigetur effectus. ¶ Faciunt notata in. l. 2. C. quemadmodum testamẽta aperiantur. & sic habebit hæreditatem vbicunque sitam. Et sic dicas de emancipatis, in loco habili, vt in l. prima. C. de emancipa. libe. licet cõtra hoc uideatur decidere Bald. in l. 1. C. de summa trinitate, in quæstione de statuto disponente, quòd filius spurius possit succedere, quòd non succedit in bonis in alio territorio, sicut uide ibi eos. ¶ Et extra prædicta potes sumere argumentũ, imo potest dici probari expresse, quòd quamuis de foro regni nullus possit gaudere uel assecurare in regno, nisi princeps, quòd eo quòd milites & barones à tanto tempore citra cuius non stat memoria in contrarium: sic usi sunt talem consuetudinem præscriptam, possunt in iudicio prætendere, & ex ipsa obtinere, quia talis cõsuetudo dat ius & priuilegium, de uerborum signific. cap. super quibusdam, in gl. & nota. de simonia, cum in apostolica. Et sic assignati in eorum baronijs, non possent abstrahi a regijs officialibus, maxime quia securitas

73 †data alicui, & si dari non posit, data est seruãda secundũ Bart. in l. is qui reus. ff. de publ iud. Faciunt nota. in c. hortamur. 1. q. 9. & quod notat Bal. in l. libertas. ff. de statu hominum. Et uide Barto. in l. 1. ff. ad l. Iuliam maiestatis. Neque obstat quod per forum regis Petri, est reprobata consuetudo contra forum, sed non præscriptio, quia ius quæsitum ex ea, nequit tolli per principem, quemadmodum alia rerum dominia. l. fi. si contra ius, cum similibus. Et quia ille forus non uidetur de tali cõsuetudine sentijsse tanti temporis, quæ habet priuilegii instan. ad hoc qđ no. Bal. in c. 1. de natura feudi. Et quia talis potest introduci consuetudo, etiam post iura consuetudinem repugnantia. Ad quod uide quod diximus isto generali titulo. §. ijs igitur, vers. idem dicas. ¶ Et hæc sufficiant de modis acquirendi iurisdiction. & imperia.

## CAMILLI BORRELLI ADDITIO.

2 ¶ PRINCIPEM.] pœnes quem fuit translata à populo. l. 1. post princip. ff. de offic. præfec. prætor. Aphric. l. j. C. de veter. iure enucleand. in auct. de defens. ciuitat. per

per totum. And. de Iser. in vers. potestas creandorum magistratuum. vbi præpositus. col. v. quæ sint regal. in feudis. & plenius ego alibi dixi.

b ¶IVRISDICTIO] Iam iurisdictio. quam etiã merum, & mixtum imperium, hodie in isto regno ex Regis priuilegio habent Barones, etiam ex venditionis titulo. vt in const. regni, eaquæ ad decus. vbi Isern. & Affl. Bald. in c. 1. §. ad hæc. de pace iura. firm. Lucas de Penna in l. 1. col. 3. C. de priuileg. scholar. lib. 11. in l. contra publicam. col. 7. C. de re milit. lib. 12. Matth. de Affl. in decisio. Neap. 122. si comes. per totum. & Marinus Freccia in tract. de subfeud. Baron. lib. 2. author. 13. nu. 9. & ego plenè dixi alibi, & videbitis si Deus voluerit.

c REPROBATA] Qui enim dat pecuniam pro officio habendo malum animum habere præsumitur. l. 2. C. de murilegul. lib. 10. & sequitur Martin. Laudens. in trac. de officialib. dominorum. §. 58. qui dat. officia tamen curiæ Romanæ vendi consueuerunt vt inquit Laudens. vbi supra. §. 17. officia. officia similia etiam in regno vendi consueuere, vt actuariæ. Et officia iurisdictionalia in regno vendi non possunt, nec ad alterius instantiam petitionem, vel fauorem concedi, maximè officia Regia. vt cauetur Pragmatica Reginæ Ioannæ. incip. decet nos. & tribus aliis inuictissimi olim Caroli Quinti Imperatoris, quarum vna incip. mandamus etiam. alia Incip. recolimus, & alia incip. Et quia sæpenumero sub rubr. de officialib. ad partis instan. vel per pecun. non creãda. vbi sunt nonnullæ penæ stabilitæ.

d ¶PRAESCRIPTIONE] Nũquid iurisdictio, merum, & mixtum imperium præscribi valeant? Vltra omnes vide Ioan. Franciscum Balbum. in tract. præscri. Parte 2. 5. partis principa. quæs. 3. per totum, vbi apostillæ, & latè, ac pulchrè D. Iacob. Menochius in consil. 2. maioris nu. 308. & seq. vol. 1. vbi cum alios nonnullos alleget ad eum me remitto.

e ¶CARCER] Carceratio quando est ad finem carceris, simplicis est iurisdictionis, secũdum Guliel. de Cun. Alber. Bal. Salycet. Alexand. & Iason in l. imperium. ff. de iurisd. omn. iud. aliàs si carcer est pro pœna iuxta canones est meri imperij, & voluit Bar. in arbore iurisdict. in fin. Ioann. de Firmio in tracta. de episco. in præiudiis colum. fina.

f ¶SANCTORVM] Ex quo Papa habet clauem potestatis. vt dicitur in c. 1. 20. distin. in cuius fine statuitur quod in scripturarum explanatione, & expositione, sanctorũ dicta doctorum præferuntur, in diffiniendis autem causis, quia eis deficit clauis authoritas Papa præfertur. Quod & gloss. ibi tenuit.

g ¶EPISCOPVS] Et ideo episcopus potest in qualibet suæ diocesis parte ius dicere. hostiens. in summa tit. de feudis. §. apud quem. versi. nam is. Aretin. in tract. maleficior. in verb. potestas sedens pro tribunali, & Felyn. in c. pastoralis. colu. 4. de offic. ordin. refert, & sequitur Matth. de Affli. in const. regni, iudices vbique locorum. nu. 11. sub rubri. de elect. official. & ita respondebam proximis diebus pro Reuerend. Compatre meo Episcopo Bisaciensi, coram Reuerendissimo D. Marcho Anto. Piscara iureconsulto subtiliss. & archiepiscopo Corsano, contra quosdam canonicos S. Angeli Lombardorum petẽtes quòd vicarius generalis, eorũ causas iudicaret sancti Angeli.

h ¶DVCATVS] de Baronum, comitum, Marchionũ, & Ducũ origine, & authoritatibus, dixit aliàs benè Marinus Freccia in tract. de subfeud. Baron. lib. 2. vbi facit plura capitula quis dicatur Baro, quis dicatur comes, & sic de singulis. ad quem me remitto.

i ¶IANVENSES] ex Andrea Barbaria, Decio, Restauro, Castaldo, & aliis refert D. Iacob. Menoch. in cõs. 2. magni ponderis nu. 52. & 53. volu. 1. vbi asserit quòd Genuenses ab omni seruitutis, ac subiectionis nexu sunt soluti, & in eodem prærogatiuæ gradu confirmatum extitisse à Diuo Carolo Quinto Inuictissimo olim Imperatore nostro.

k ¶FLORENTINI.] Florentia Hetruriæ totius ciuitas nobilissima, simul, & pulcherrima, olim fluentia dicta, eiusque populi fluentini appellati ob arni fluminis fluentiã (vt Marcus Cato in originum libris, & Angelus Politianus in epistola ad Bartholomeũ Scalam annotarunt) sed verè Florentia dicitur cum in ea omniũ rerum desiderabilium abundantia floreat, & omnium scientiarũ ibidem floreant studia, simul, & alantur, crescant, & floreant, respub. olim, sed postmodum, Dei iudicio, ac numine sub imperio est Mediceorum, nõ minus fœliciq; necessario: satius est. n. ac melius sub vnius ditione florere, quàm ciuilium perturbationum nexibus ancipitem titubare, maximèque floruit sub ditione serenissimi nuper vita functi COSMI MEDICI, & augustissima nunc est sub fœlicissimo Imperio FRANCISCI, nunc primogeniti eiusdem, ac magni Hetruriæ Ducis, de quorum laudibus Principum fortasis si mihi, & ansa, & tempus, & occasio exhibita fuerit longiore encomio, in nostrorum operum fronte videbitur, de qua etiam per D. Iaco. Menoch. in consil. 2. magni. num. 66. 67. volum. 1.

l ¶SENENSES] Sena vrbs Thusciæ nobilissima à Brenno Gallorũ Duci condita trecẽtis annis ante Christi aduentum, qui Brennus, & Veronam condidit, quam à suo nomine brennonã dicebat. de hoc Eutropius Rerum Romanarum lib. 1. c. 13. floret, & nunc, ac perpetuò florebit sub Augustissimo eiusdem Francisci Medicei tutamine, vnde non est amplius respublica, sed subdita.

m ¶VENETI] Venetiarum Vrbs Inclita, toto terrarũ orbe celeberrima, Troiana ortos stirpe (ex Catone retulit Plin. lib. 3. c. 18.) Venetos, quibus assentire non videtur Iacobus Philippus Bergomas supplementi chronicarum lib. 9. vbi asserit ex venientibus Nobilibus ex Patauio, Verona, Vicentia, & aliis, Venetos dictos, huius autem Augustissimæ vrbis Imperium: antiquum illud Romane Vrbis statum repræsentat, quo autem Regatur consilio quave prudentia, res ipsa ostendit indies, vt non immerito eam nouam Romam appellet Raphael. Fulgo. in consi. 62. stante statuto, & quòd Veneti superiorem non recognoscant voluit Bartol. in l. hostes. ff. de capti. & post lim. reuers. Bald. in l. 1. ff. de rerum diuision. Iason. in l. cunctos populos nu. 14. 15. in 1. lectu. C. de summa trinit. & fid. cathol. vbi causam reddidit cum aliis allegatis per D. Iacob. Menoch. in consi. 2. magni. num 63. vol. 1. vbi dicit Venetiarum ciuitatem dici communẽ patriam hinc dicitur eadem iura Venetos habere in sua iurisdictione, quæ habet Imperator in Imperio, vt voluit idem Do. Menochius in consi. 75. hæc iamdiu nume. 37. vol. 1. & cum superiorem non recognoscant statuta condere possunt inquit D. Ioann. Cephal. in consi. 32. regula nu. 5. vol. 1. omnia. n. in dominio suo exercet Veneti, quæ in toto orbe Cæsar agit. Iason in consil. 70. num. 1. vol. 3. cum aliis traditis per D. Nicol. Festas. in tract. de estimo. parte 4. cap. 7. num. 27. & seq. liberi dominij eam vrbem vocat, & potestatis illibatæ. D. Federicus Scotus iureconsultus iure merito literarum bonarum apprimè eruditus in consi. 1. si vnquam num. 118. lib. 1. tomo. 1. & in consi. 28. existimo num. 112. lib. 6. tomo. 1. & Sebastianus Medices. in trac. de legib. & statutis. parte 2. q. 5. sub nu. 3. Non omittantur tamen opiniones illorum qui asserunt Venetos dici ab Heneto Paphlagoniæ loco insigni à quo in Italiã transuecti Paphlagones, mox Veneti dicti vt voluit Cornelius Nepos authore Iulio Solino in Poly-

Polyhistor. cap. 45. & Curti. libr. histor. 3. & liberam a subiectione, & alicuius imperio asserit Carol. Sigon. Historiarium de reg. Ital. lib. 4. Camill. Borrell.

## De effectibus imperij & iurisdictionis. Rubrica. 23

In §. Dicamus.

*SVMMARIVM.*

1 *Iurisdictio merum imperium & mixtum sunt diuersa, & quomodo.*
2 *Solus princeps super lite pendente statuit.*
3 *Princeps, qualiter iuris ordine non seruato, procedat.*
4 *Citationis omissio, vicias sententiam principis.*
5 *Præsentia principis solemnitatem supplet.*
6 *Sententia, quod ipso iure transeat in rem iudicatam, appellatione deserta.*
7 *Meri imperij diffinitio.*
8 *Condemnatus ad perpetuos carceres, qualiter debet tractari.*
9 *Carcerati, non debent aere priuari.*
10 *Tortura, delegari non potest.*
11 *Imperialis excellentia est super omnes.*
12 *Fines episcopatuū, immobiles & imprescriptibiles.*
13 *Secularia dominia, qualiter mutantur.*

DICAMVS de effectibus & priuilegijs ex ipso imperio, & iurisdictione prouenienti bus. Et hic scias quòd ista
1 sunt diuersa, Merum † imperium, mixtum, & iurisdictio, quo ad eorum effectus & fines. Merum autem imperium est duplex. Vnum est supremum & absolutum in principe, & istud duplex est. Vnū in signum vniuersalis dominij, eminentiæ, & superioritatis, & istud non est acquisibile, etiam data potestate alienādi in principe, aliquo ē contractu, consuetudine, vel præscriptione, ut supra diximus. Aliud est etiam supremum, qđ in absoluta potestate cōsistit principis, & istud bene communicatur ex priuilegio vel antiqua consuetudine, vt supra diximus. Et ad hoc imperium principis pertinet ligitimare illegitimos, in authen. quibus modis naturales efficiantur legitimi. §. fi. §. restituere famę. ff. de postu. l. 1. §. de qua. ¶Item restituere in integrum per gratiam contra sententias criminales. l. relegati. ff. de penis. ¶Itē concedere ueniam ætatis, ut C. de his qui ueniam ætatis impetrauerunt. l. 2. ¶Item interponere decretum in emācipatione infantis, vel absentis. C. de emanci. liberorum l. iubemus. ¶Item conferre statum alteri. ff. de nata l. quæris, quod intellige cū cau
a sa. l. Lucius[a] ff. de euict. & lege, Item si uerberatum, de rei uendica. ¶ Item dispensare super natalibus. ff. de ritu nuptiarum. l. in prouincia. §. diuus. ¶Item creare tabelliones, de fide instrumen. cap. cum P. tabellio. per Innoce. ¶Itē
2 & milites creare. l. nemine C. de re mili. †¶Item quia solus princeps potest facere statutum super lite pendente, & non inferior, in authen. ut cum de appellat. cognoscitur, in principio. ¶Item quia solus princeps delegat merum & mixtum imperium. C. qui pro sua iurisdictione l. vnica, in fine, & qđ ibi notatur, Et per Bar. in l. pater §. quindecim de lega. 2. Ex quo princeps semel delegauit, efficitur delegabilis, principis priuilegio. ¶Item quia solus princeps, cōfert magnas dignitates. C. de diuersis offi. l. p-
b batorias. Item solus princeps assignat insulā[b] deportato a præside, ut not. in l. illicitas. §. qui vniuersas. de of. præsi. & in l. si quis filio. ff. de iniusto rupto. ¶Item quia solus princeps procedit, omisso ordine iudiciario, vt no. in c. in causis. de re iudi. Istud tamen non sic intelligas cru
3 de, † Nam quamuis princeps possit procedere, non seruato iuris ordine, non tamen potest
4 omittere citationē † quia alias non ualet prin-
c cipis sententia[c] & potest contra eam opponi de nullitate. tex. est cum glo. in l. fi. C. de legibus Et dicit ibi Bal. quod ideo pars est citanda, ut possit se defendere, quæ defensio est de iuregētium, seu naturali. Et ideo non potest auferri. ff. de re mili. l. 3. §. si ad diem, & cap. pastoralis, de re iudi. in clementinis. ff. de adop. l. adopti. nō iure facta, & in l. nam ita diuus, cum similibus. ¶Item coram principe requiritur examinatio, & reuelatio ueritatis, quia inquisitio veritatis est de iure gentium. Vnde licet solemnitates legales non teneatur princeps seruare, obseruantiam iurisgentium tñ non debet omittere, quia pertinet ad naturalem æquitatem. Et hoc est quod vult tex. in l. fi. C. de legibus, vbi cognitionaliter, secundum Bal. & hanc opi. quòd in sententia principis requiratur citatio, sequitur Gemin, in cle. pastoralis. de re iudi. Sed Saly. videtur tenere contrarium per l. ne causas. C. de appel. Et alle. glo. in ca. apostolicę. 35. q. 9. Sed ego in meo examine sic limitabam, cum fui examinatus Bononiæ, in iure canonico, & data esset mihi in punctis dicta decret. in causis, de re iud. quod cum quærimus an princeps possit sententiam dare sine citatione, & an sententia principis sit nulla sine citatione, quòd aut princeps cognitionaliter processit iam ad missis defensionibus, & plene cognito negotio, & tunc potest sine citatione sentētiare principis priuilegio, & ita loquatur Saly. opi. & d. l. ne causā, & bene probat ille text. & glos. in d. cap. apostolicæ. Si autem princeps incognitionaliter processit, non valet sententia sine citatione, ut in d. l. fi. assignabam rationem, quoniā defensio in lite, est de iure naturali l. defensionis facultas, de iure fisci. li. 10. C. & in c. cum inter, de excep. & in cle. pastoral. & quod no. Bal. in l. ut uim. ff. de iusti. & iure. Merito per principem tolli non potest, quominus quis in defensionibus

sionibus audiatur. argum.not.in cap. ex parte de offi.dele.nisi in notorijs, in quibus princeps potest procedere sine citatione, quod alij non possunt, vt no. de diuersis.c.porro. Iste est casus secundum lecturam dom.Anton.de Butr.in c. cum olim,de re iudi.quę limitatio multum placuit domino meo Ioann.de Imol.præsidenti in collegio,& alijs dominis de collegio. ¶ Itē est & aliud in illo supremo imperio,nam sententiā nullam validat princeps,vt est casus sing. in c. ad petitionem Galteri,de accusa. & ibi gloss. & quod not.in q.6.c.hoc quippe.& c.in primis.2.
5 quæst.1.¶Item quòd præsentia † solius principis, supplet defectum omnis solemnitatis. vt
d not.in.C.de testamentis.l.omnium d. ¶tē quia solus princeps imponit superindictum. C. de superindict.l. libr. 10. ¶ Item princeps potest rem iudicatam rescindere absque appellatione,nā coram principe magis habet locum veritas,quàm ritus iudiciorum.ff.de quæst.l.1.§. si quis vltro,secundum Bald.in l.fina.C.de precibus impera.offeren.Pro quo etiam facit,quia princeps non curat,nisi de veritate.l.1.de ędilicio. ¶Alibi tamen Bald.dicit.s. in l.2.C.vt lite pendente,quòd quando appellanti sunt lapsa
6 fatalia quod ipso iure sententia † transiuit in rem iudicatam, absque aliqua pronunciatione.vt no.C.de appel.l.eos.in gl.magna,& quod non licet supplicare,vt desertor admittatur vlterius ad litem peragendam,vel pandantur iura sua, vel suæ defensiones. Et si princeps hoc concederet, non valeret rescriptum, nisi diceret,non obstante desertione,etiam quòd ex sententia esset translatum dominium. de quo in l. Iulia.verum debitorem.ff.de cond.inde.¶Item princeps cōmittit causam,appellatione remota.de sent.& interloc.om.iud.l.fin.C.de off.del. super quæst.§.nos autem. de effectu cuius clausulæ dic vt plene not.in cap.pastoral.de appel. ¶Item quia princeps potest cognoscere de causa propria,ut in l.proxim.& in c.cum venissent, de iudiciis.¶Item solus princeps potest clausulam (nō obstantium) apponere, in his quæ sunt contra iura.l.ne quicquam.§.si.ff.de offi.procō. ¶Item de foro,thesauri inuenti sunt principis de iure.vide.C.de thesauris.l.vnica. li.10. & insti.de rerum diu.§.thesauros.¶Multa sunt alia, quæ princeps solus potest, quæ per te quæres. & vide bonum tex.1.Regum 8. Erit hoc ius regis &c.quem Bald.alleg.fisci priuilegia enumerando. in l.1.C.de hæredi.vel ac.uendi. Aliqua ex his ponit Bald.in l.imperium.ff.de iur.omn. iud.aliqua in l.fin.C.de precibus impera.offer. alia sunt addita,quæ occurrerunt. Et ista,ut supra diximus,quamuis sint de supremo principis imperio, attamen transeunt priuilegio, & contractu,& dicta longæua consuetudine,habita distinctione, de qua supra diximus. Vnum tamen scias,quòd quæsito vno de prædictis cōsuetudine,uel præscriptione,non quæritur reliquum,quamuis sint eiusdem generis imperij. Ad hoc.c.dilecto.& quod ibi not.per Innocent. de off.Arch.quoniam in quæsita consuetudine vel præscriptione, a iure exorbitantibus, non habet locum alluuio,ut ibi.& quod no.in c.audi.de præscrip. imo in eo solo in quo probatur obtentum,consuetudine,vel præscriptione, sequitur condemnatio.per tex.in d.c.dilecto.qui est singu.maxime quia ista quæri consuetudine vel præscriptione,est à iure exorbitans,& requirunt titulum secundum Hosti.ibi alleg.de præscrip.si diligenti,de quo dic,ut supra diximus, & uide plene materiam,ibi per do.Ant.de Bu. qui clarius loquitur quàm Inn.

ALIVD est Imperium ius animaduertendi in facinorosos homines,vt in l.imperium,quod
7 communiter diffinitur.Merum † imperium,est iurisdictio sæuioris vltionis inferendæ per accusationem,uel mero officio, principaliter introducta, ad publicam utilitatem, secundum Iacob.de Beluis.& Petr. de Bellaper.& sequitur eum Bald.in l.imperium.de iurisd.omn.iudic. neque pro nunc curandum de Bar. redargutione,quoniam hoc est relinquendum. Et hoc merum imperium habent isti barones ex principis concessione,uel consuetudine antiqua, ut est dictum,in suis baronijs,& ex isto possunt ius gladii exercere,& in metallum damnare, quoniam hæc sunt meri imperii.l.illicitas.§. qui vniuersas.ff.de off.præsid.deportare tamen in insulam non possunt,quoniam illæ sunt in principis dominio,& nullus illas assignat, nisi ipse princeps,ut ibi no.in glo. & uide.l.si quis filio. ff.de iniusto rupto. Et ideo isti milites & barones qui habent merum imperium,possunt condemnare ad perpetuum carcerem qui æquipatatur damnationi in metallum: nam quamuis de iure ciuili quis non debeat condemnari ad perpetuum carcerem,uel in perpetuis uinculis.l.aut damnum.§.solent.ff.de pœnis,tamen si fiat ualet, iux.c.quamuis carcer,de pęnis,lib.6. quod not.in authen.interdicimus.C. de sacros. eccle.per Bald.ista est pœna capitalis, & æquiparatur damnato in metallum secundum Inn. qui ita not.in c.qualiter & quando,de accu. Et sic merito de mero imperio, & de quadruplici genere carcer est. Et quando dicatur de mero imperio,& quando de iurisdictione, vide Bal. in.l.imperium.ff.de iuris.omn.iudi. ¶Aduerte tamen ad vnum bonum,quòd tibi dicam, qđ isti domini uel iudices, qui condemnāt aliquē
8 ad perpetuos † carceres, in casu ubi tales rei non mereantur mortem,& hoc quo ad iudices seculares,uel quo ad ecclesiasticos,in omni casu,si tales iudices locum carceris assignent cōdemnatis taliter quod sol,& aer nequeant ingredi,propter quod breuiter moriantur,ecclesiastici sunt irregulares,seculares homicidæ,nā ut dicit Bald.in l.de pecoribus.C.ad l.Aquiliā, quod

quod si episcopi aliqui aliquos condemnãt ad perpetuos carceres, in tam arcto loco, quòd nõ habeant aerem sufficientem, vel darent sic parum comedere, quòd faciliter morientur, quòd ipsi essent irregulares. alleg. l. necare. ff. de liber. agnoscend. Pro quo facit quod not. Ang. in l. 2. C. de custod. reorum. & alibi Bald. in l. si is qui. §. rerum. ff. de rer. diui. dicit quòd iudices non
e debent tales incarceratos sic aere [e] † priuare, ꝙ
9 moriantur, & dicit quòd sic dicunt canonistæ, licet ubi non alleget. tu vide eos in cle. 1. de pęniten. & remissio. ¶ Item uirtute meri imperij possunt reos suis membris mutilare, quoniam membri mutilatio, de mero imperio est, & hoc uidetur tenere glo. in d. l. imperium. & idem tenet in l. 1. §. & ideo. ff. de offic. procur. Cæsaris. & in l. si quis non dicam rapere. C. de episcop. & cler. in 9. quæstio. C. de transact. l. transigere. in 3. quæst. & dicit Bald. in l. imperium. ff. de iuris. omnium iud. quòd teneas menti, quòd omnis sententia corporalis, est meri imperij superioris. Aduerte quia Bartol. alibi in. l. iudiciorum, mouendo dubium, an abscisio membri sit pœna capitalis? dicit quòd uidetur, ꝙ non, quia illa dicũtur capitalia, ex quibus infertur mors naturalis & ciuilis, ut in d. l. iudiciorũ, sed per membri abscisionem infertur coertio ad corpus, & sic uidetur non esse crimen capitale.

¶ In contrarium tamẽ dicas quòd determinat Dynus, quia membri abscisio æquiparatur morti, in authen. de colla. §. ad hoc. Et not. in l. 2. C. de officio eius qui uicem alterius iudicis obtinet, dicens quòd aliqui dicunt in contrarium per dict. l. ex iudiciorum. Nec dicit obstare iura per Dynum alleg. quia loquitur quo ad iudicis competentiam, ille enim potest membrum abscindere, qui potest uitam auferre, uidelicet qui habet merum imperium, non tamen est capitalis pœna, & ita dicit quòd aliqui doctores pertranseunt. Sed sibi uidetur quod membri abscisio, non sit pœna capitalis propriè loquendo, quia per hoc caput de ciuitate non eximitur, ut dicit: quod dixit patere, quia ille cui amputatur manus uel pes, nõ perdit ciuilia, ergo non perdit ea quæ iuris ciuilis sunt, ergo pœna capitalis non est, sed dicit ꝙ largo modo potest dici quòd est pœna capitalis, quia licet non inferatur mors toti corpori, tamen moritur membrum quod abscinditur, hoc respectu potest dici capitalis impropriè. Et ideo tanta auctoritas requiritur & potestas sicut in iudicante super toto corpore: quia requiritur merum imperium. Et uide ibi qualiter membrum accipiatur. Sufficit quòd communis est opinio, ꝙ quo ad exercitium iurisdictionis ad merum imperium pertineat membri mutilatio, & habens mixtum illud non posset facere uel exercere. Et uide ibi late Bartol. quæ dicantur pœnæ capitales, & illæ omnes pertinent exercenti merum imperium, & habenti mixtum uel ciuilẽ iurisdictionem talia non pertinet. ¶ Item per-
10 tinent ad merum imperium tortura, † & patet,
f quia delegari [f] non potest in authen. de testi. §. si uero igno. unde de iure nõ hñtes mixtum imperium, neque bassam iurisdictionem, non possunt tormentare. Et ideo forus in regno Valentiæ regis Alphonsi reseruat tormentorum executionem superiori habenti merum imperiũ, quamuis causæ cognitio & crimen sint de mixto imperio, uel bassa iurisdictione, sicut alias. Facit. l. in simili in l. fina. ff. de officio præfec. uigilum. ¶ Et scias quòd isti nobiles & barones, & iam fortius duces, comites, & marchiones qui habent suos ducatus, comitatus, & marchionatus uel baronias ex regia concessione, cum suis territorijs mero & mixto imperio, & omnimoda iurisdictione fundãt intentionem suam de iure communi in dictis baroniis, ducatibus, & cæteris, & illorum territorijs, sicut princeps in regnis suis quo ad iurisdictionem in toto eorum territorio fundandam. Et hoc est quod singulariter scribit Ioann. And. & Ant. de Butr. post eum, in c. nimis. de iureiur. ubi dicunt quòd eo ꝙ aliquis est dominus ciuitatis uel prouinciæ fundat intentum super robur ipsius, quo ad iurisdictionem in ibi existentes & bona ibi sita uel possessa in aliquo loco uel castro prouinciæ. ff. de censibus. l. forma. §. uices. ff. de publica. l. imperatores. ff. ad municipal. l. incola. de offic. præfect. urbis. l. 1. §. cum urbem. Sed quo ad seruitutem non, nisi probetur imposita uel annexa. de censibus. c. licet. C. de seruit. l. altius. Sed contra hoc uidetur dicere Hostien. in c. dilecto. de offic. ordin. ubi dicit quòd domini temporales non fundant intentionem suam de iure communi in territorio eorum, ẽt si sint comites & duces, uel principes, excepto imperatore, & in ipso dicit quod hoc opera-
11 tur excellentia † dignitatis imperialis, quæ super omnes est in auth. quomodo oporteat episcopos. in prin. ff. ad l. Rhodiam, de iact. l. deprecatio. 12. quæst. 1. cap. in apibus. Et dicit quòd non obstat. 8. distinct. c. quo iure, ubi in plurali loquitur de imperatoribus, quia illud plurale loquitur de regibus Romanorum, & licet non sit nisi unus, habuit respectum ad futuros, uel non loquitur in plurali, uel ideo loquitur in plurali, quia quandoque fuerunt plures. C. de defen. ciuit. l. 2. & in l. fina. ff. de rerum diui. Assignant docto. rationem quare hoc non competat comitibus & baronibus, sicut episcopis qui in tota diœcesi fundant intentionem suam de iure communi. 16. quæst. 1. cap. omnes basilicę,
12 quia fines episcopatuum † stabiles sunt, nec immutãtur, nec præscribuntur, de parrochijs.
13 super eo. mundana uero dominia † per potentiam usurpantur & mutantur, de uoto. c. quod super his. & sic uides Hostiens. contrariari Inn. & Ioan. Andr. in dicto c. nimis. Sed dicit ꝙ hoc est dictum dom. Anton. de Butr. Licet non ita

clarè

clare loquatur, quod aut isti nobiles & barones, uel duces, habent baronias uel ducatus ex regiis concessionibus, & tūc in toto territorio dictæ baroniæ, quo ad iurisdictionalia, fundant intentum de iure communi, quoniam prædictam concessionem uel per approbatam consuetudinem præscriptam habent dictam baroniam, cum omni suo territorio, quę quędā prouincia est. Alleg. l. pupillus. §. territorium. ff. de uerb. sign. & melius probatur in l. fin. C. de præscrip. lōg. temp. & sic merito intra dictam prouinciam habet omne ius excluso superiore. & sic pari forma, si infra dictū ducatum, aliquis habet partem sibi datam, ex principis concessione uel consuetudine præscripta sup hac, nō semper fundabit intentum, monstrata consuetudine uel concessione, quia excluso eo intelligitur facta concessio. l. 2. §. merito, & §. si quis a principe. ff. ne quid ī loco publico. Et hoc colligitur ex nota. per dictum do. Antoniū de But. in c. dilecto. de officio archi. & in c. nimis, de iureiuran. Qui ergo contra istos in suis baroniis intendit præscribere pari forma haberet uel titulum, uel longissimam præscriptionē allegare, iuxta c. 1. de pręscrip. lib. 6. sicut contra principem, & potest esse ratio. Nā quamuis de iuris rigore, nulla ciuitas neque alius dominus habet fiscum, neque iura fiscalia. l. simile. ff. ad municipal. & ff. de uerbo. sign. l. eum qui uectigal. tamē omnes ciuitates & alij qui præscripserūt merū imperiū, uel aliàs, ex regia concessione, tales habent iura fiscalia, & dicūtur ꝓcuratores fisci ut ī rem suam, ut notat singulariter Bar. in l. cunctos. de summa trini. Et sequitur eū Bald. in l. 1. C. de actio. uel hære. uendi. Et dicit vnum uerbum in l. 2. C. de condi. ob causam. Et idem uidetur tenere Bar. in l. ex quibusdam, de iure fisci. ff. Facit quod notatur in l. Antiochensium. ff. de priuileg. creditorum. Merito gaudent fisci priuilegio, & possunt constituere fisci procuratorem, & uerius substituere. ¶ Itē & isti domini habēt & habere possunt furcas erectas, in signū sui imperij, ut no. in l. hæc autem iura, de seruitu. urbanorum. & in l. 1. de emancipatione libe. per Bald. sed nō debet eas facere in prædiis subditorum, ubi alibi commode facere potest, secundum Bar. quia ita no. in l. si quid. §. si proponis. ff. de mortuo inferendo. ¶ Sed dicit per illum textum, quod si domino apponente ibi furcas, subditus passus est aliquē suspendi, non potest amodo prohibere, quia locus est factus publicus per illū tex. Allegat etiam. l. sabinus. ff. communi diuidundo. Sed dicit quòd dominus tenetur soluere precium fundi subdito. Allegat notata. ff. quemadmodum serui. amit. l. si colonus. §. cum uia, secūdum eum. ¶ Scias etiā quòd isti domini habētes merum imperium, possunt omnia facere quæ sunt de mero imperio, & sic faciunt confiscationes bonorum, ut in textu singulari in l. vnica, ne sine iussu principis fiant confiscationes. Per quem tex. dicunt legistæ quòd illi qui habent merum imperiū possunt facere statuta quæ sunt de mero imperio, & adhibere pœnas mero imperio pertinētes, ut mortis, mutilationis, uel confiscationis, vel similes: alij inferiores habentes mixtum, vel minimam iurisdictionem non possunt statuere sup his quæ sunt meri imperij, vel tales pœnas adiicere. Sed vnusquisque secundum metas suæ iurisdictionis statuit, & pœnas imponit. Et ita tenent Bar. & Bal. in l. cunctos populos, de summa trinit. & Bartol. in le. omnes populi, de iustitia & iure. Et idem tenet Bald. per illum tex. in repeti. cap. ipso iure. de rescrip. Et Ioan. And. in cap. fina. de immunitate ecclesi. libro 6. in nouella. ¶ Hoc tamen ego limito fore uerū, nisi consuetudo aliud haberet quod inferior, & qui merum imperium non habet, qđ statuat pœnas meri imperij, quia tunc de more tolleratur. Iste est textus singularis, & non est alibi in l. saccularij. §. sunt quædam. ff. de extraordina. criminibus, quia in prouincia solus habet imperium. l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de officio præsidis. Sed ut ibi uides ex more prouinciales statuunt pœnas in aliquibus criminibus quæ sunt meri imperii, & not. istud, quoniam nescio si vnquam audiuisti.

## CAMILLI BORRELLI ADDITIO.

a ¶ LVCIVS ] Vide Aimon. Crauet. in consil. 95. visis, quæ copiosè. Vdalrich. zas. in consi. 10. num. 8, uolu. 2 & remissiuè Bernardin. Alphan. in collectan. iuris. 321.

b ¶ INSVLAM ] Et ideo in regno in officialibus Baronalibus inoleuit mos, ut faciant relegationes, & deportationes in insulā declarandam. per regem, uel eius proregem, quia insulæ sunt in principis dominio. gl. in dicto. §. qui vniuersas. Bellug. infra num. 7.

c ¶ SENTENTIA ] Bal. in d. l. fin. dicit quòd etiam coram principe causæ cognitio non est omittenda, per examinationem, & uentilationem, quæ est de iure gentium Felin. in c. quæ in ecclesiarum. colum. 22. uers. limita sexto. de const. & latè in cap. cum olim. col. 9. uersicu. processus Papæ. de sent. & re iudi. Nec præsumitur pro sententia principis quòd sit iusta, quando ibidem non apparet partis citatio. Abb. Panor. in c. 1. col. 1. de caus. possess. & proprieta. & Hierony. Gigas in tract. de pension. eccles. q. 37. num. 8. & per totum Tho. Gram. in decisio. Neapo. 105. num. 4. & infinita propemodum allegans Iacobus Philippus Portius in trac. conclus. libr. 1. cōclus. 43. ampliatiōe. 2. ubi uide de ueritate quæstionis.

d ¶ OMNIVM ] Vide Riminaldum. in §. 1. instit. de donation. num. 139. 138. Marian. Soci. iunior. in consi. 138. num. 5. uolum. 1. Francisc. Viuius lib. 1. commun. opin. in uer. testis uers. à Pari. remissiuè. do. Bernardin. Alphan. collectan. iuris 876.

e ¶ AERE ] Carcer sine aere, ideo grauis est, ex quo, respirari potest. ex aere. enim flatum generari asserit Aristotel. in section. 5. problemate. 17. Nec. n. debet lumine carere, & subterrareus esse, ut uoluit Corn. Perrusin. in consilio 326. numerò 24. uolumine 4. & ex Follerio, & aliis tradidit domin. Iacobus Menochius in trac.

de arbitr. iud. quæstion. lib. 2. centur. 4. casu. 305. nu. 45. & ideo carolus quintus imperator edixit in hoc regno non licere baronibus, tenere carceratos in foueis subterraneis, & sine lumine. ut in prag. incip. Perche per quanto. sub titul. de baronibus, & eos officio. quæ est sanctissimi regis nostri Philippi de Austria.

f ¶ DELEGARI] Credo hodie non seruari, quia videmus in viridi obseruantia quòd omnes causæ criminales delegantur, etiam quoad pœnam vltimi supplicij. vt voluit Hieronym. Cragnol. in libello exercitator. c. 11. & in l. nemo potest gladij. ff. de re. iur. & post multos d. Iulius Clarus in pract. Crimina. 41. num. 1.

Camillus Borrellus.

In vers. Et scias.

*SVMMARIVM.*

1 *Inquisitio contra malefactorem, qualiter fiat?*
2 *Obligatio quæ ex delicto nascitur, delinquentem sequitur.*
3 *Vagabundus vbique conuenitur.*
4 *Contrectatione rei furtiuæ, vbique fit furtum.*
5 *Iudex commissorum, in confinijs territoriorum.*
6 *Reus, quando possit iudicem eligere in criminalibus.*
7 *Qualitas patientis, potius quàm agentis, quando inspici debeat.*
8 *Dubium iuris, parificatur ad dubium facti.*

T scias quòd isti comites & barones & milites, in suis baroniis exercent imperium & iurisdictionē tam inter suos quàm in alienos per omnes modos fororū sortiēdi notatos, de foro compe. cap. fina. ff. de iudic. l. hæres absens. l. finali. C. ubi in rem actio, & in l. prima & secunda. & in aucten. qua in ꝓuincia. C. ubi de criminibus agi oportet. & in cap. cum sit generale, de foro compe. & sic si aliquis extra districtum baronis cōqueritur de suo subdito de crimine uel contractu habet eum conuenire, quia actor forum rei sequi debet, & dictis iuribus, & de foro regni Valentiæ. Sed uidemus dubitari. Vasallus militis cōmisit delictum extra districtum baronis, nunquid baro cognoscet de suo delicto ratione originis uel domicilij, quamuis alibi delinquētis, postquàm est ratione subditus territorij. Aduerte, Odofredus, ut refert Bal. tam in l. 1. de summa trini. quàm in l. 1. ff. de offi. præfecti urbis, tenet quod non potest procedi contra malefactorē,
1 † inquirēdo ex delicto alibi cōmisso extra territorium, quia inquisitio pertinet ad rempublicam, quæ respublica offenditur. sed hic non offenditur ista respublica, sed alia: ergo non potest inquiri, quia nil ad nos, de iis quæ extra territorium fiunt. ff. de iurisdictio omnium iudi. l. extra territorium. Et idem uidetur tenere Dy. Ioan. And. ponit hanc quæstionem, in titulo, de competen. iudic. addit. & tenet quòd nō possit inquiri. Ad hoc facit ca. ut animarum. §. statuto, de consti. lib. 6. Sed ueritas est in contrarium, quòd potest inquiri. Et iam fortius p denuntiationem uel accusationem procedi. Et ita tenent Cyn. & Bar. rationes uide per te. Sed
2 hæc est potissima ratio, quia † obligatio quæ contrahitur ex delicto, insti. de obli. quæ ex delicto nascuntur. in princ. sequitur delinquentē cum noxa caput sequatur, merito potest per proprium iudicem puniri, etiam inquirendo, & non attenta qualitate personæ, ꝗ affecta est propter delictum, sicut enim in ciuilibus officium suū, ex omni causa impartitur, ita in criminibus cum redigantur ad instar ciuilium in procedendo, ar. ff. de pœnis. l. absentem. Et sic miles uel baro cognoscet de crimine alibi cōmisso, per suum uasallum. Sed nunquid poterit coguoscere de crimine commisso per non suum uasallum, extra suum territorium, quem cœpit in sua baronia. Et certè si iste criminosus est uagabundus, [a] † clarū est ꝙ ubique lo-
a
3 corum potest conueniri, quia habet totū mundum pro territorio, ut notatur in l. 1. C. ubi de criminibus agi oportet. Sed Thomas de Formaginis, ut dixit Bal. in d. l. 1. dixit quòd si uagabundus uellet cauere de stando iuri in proprio domicilio, quòd non potest alibi tanquā uagabundus conueniri siue puniri, & uix inuenitur aliquis, qui possit uerè dici uagabundus secundū eū, & id uidetur tenere gl. in l. 4. §. 1. ff. de damno infecto, ubi dicitur propriè uagabundus, qui propriam habitationē non habet, & ita describit Barto. uagabundum, per illam glo. Si autem non est uagabundus, & tunc si est fur, & contrectat rem furtiuam extra terri-
b torium, ex tali contrectatione [b] † cōmittit fur-
4 tum, merito poterit ibi cōueniri, sequēdo opinionem Bar. in l. si dominiū, de furtis. ff. de qua re per Bar. in l. si abducta. C. de furtis, per Ant. de But. in cap. fin. de foro compe. Si autem nō contrectat, sed aliquod delictū fecit in territorio, de quo ibi possit accusari, alia alibi facta faciunt eum famosum, vnde si fur fecisset plura furta alibi, pro primo furto, haberet locū pœna mortis, & non haberet locum, auctē. sed nouo iure. C. de seruis fugitiuis, quia alia faciunt eum famosum, & sic ut famosum puniendum, de pœnis. l. capitalium. §. famosos, & ibi Barto. & Bal. in l. extra territorium, de iur. omn. iud. Si autem aliquid horum non esset, non credo eū posse conueniri, si delinquens est extraneus, & ibi non delinquens neque uagabūdus, nisi uellet ī baronem iurisdictionem prorogare, nam postquam iste habet merum imperium habile ad recipiendum prorogationem potest eius iurisdictio prorogari, ut notatur in lege si qui ex consensu. C. de episcopali audi. & in lege, si se subiiciant. ff. de iudit. In hoc tamen aduertendum est, quia de hoc fuerunt opiniones, an in causa criminali habeat locum prorogatio,

rogatio, etiam in habente imperium, quia in non habente non est dubium quòd non ualet. Quia Spec. in titu. de competen. iudi. additione, dicit quod in criminibus non potest fieri prorogatio iurisdictionis, in non suum iudicem: pro ipso facit ratio, quia si sic posset fieri esset aperta via fraudibus. Nam statim reus faceret quod caperetur per baronem, & procederetur contra eum, & absolueretur, quòd esset absurdú: sed qd ualeat facit glo. in l. 1. C. vbi de crimine agi oporteat, & in l. 1. C. de sicariis. gl. tamen in l. 1. ff. de iudic. uidetur dicere quod potest fieri prorogatio in causa criminali in habentem imperiũ, & ista est ueritas. hoc tamen intellige sic, q per hanc prorogationẽ, neque processum nullum fiat preiudicium iudi. compe. & suæ reipublicæ cui debet pœna applicari. Nam ius publicum non potest immutari per consensum priuatorum. l. iurisgẽtium. §. si paciscar. de pactis, secundum Bald. qui ita tenet in l. si qui ex consensu. de episcopali audi. quod nota, quia etiam quòd si punitur per iudicẽ prorogatũ poterit puniri, & per proprium, quo ad pœnam pecuniariã sibi applicandam. Ad hoc facit. C. de sportul. l. 2. ¶ Item ubi plenè ille non punisset eum iudex competens potest reintegrare pœnam in eo in quo ille defecit, & debet plenè punire. ff. de officio præto. l. si quidem, alias incipit, quæsierat, & ff. de offi. præfec. uigilum. l. fina. Si autem punitus esset, & nulla esset pœna pecuniaria sibi uel suæ reipublicæ applicanda, non habet etiam iudex proprius amplius curare, quia de delicto huius non est sæpius quærendũ. ff. nautæ caupo. stabularij. l. licet. Scias tamen quòd ad hoc, ut ista ꝓrogatio sit ualida quando per inquisitionẽ, iste dominus vult procedere, est necessaria expressa prorogatio, quoniam tacita non prodesset in inquisitione. Nã in processu inquisitionis non habet locum prorogatio, quia non fit litis contestatio, per quam efficitur irreuocabilis prorogatio. ff. de iuri. om. iudi. l. si conuenerit. & quia in inquisitione non sunt propriæ partes qui possint prorogare iurisdictionem, & hoc tenet Innocen. in capi. ad petitionem, de accusa. & Bal. in l. prima. C. ubi de crimi. Faciat ergo Barto. uel habens imperium, ut iste forensis, in istum præsentem & acceptantem expresse proroget iurisdictionem, & tunc quia prorogatio est irreuocabilis, etiã ante litem contestatam secundum casum singularem, qui non est alibi in cap. primo, de iudi. & fuit dictum Guil. de Cugno, in l. prim. ff. de iudic. & ibi refert Angelus, Merito erit efficax prorogatio. Si autem est tacita ꝓrogatio non ualeret in inquisitione, sed bene ualeret si procederetur per accusationem, ut in l. prima C. ubi de crim. & ibi notatur. Et nota ista, quoniam bene indiges, tu qui quotidie habes cõsulere militibus. ¶ Item & cognoscunt domini habẽtes iurisdictiones de dictis commissis in confinio. Nam vterque [c] iudex est compe-
5 tẽs, scilicet iudex cuiuslibet territorij. ff. de excu. tutorum. l. iurisperitos. §. cum oriundus. Et ita tenet Guillermus de suzaria in auctentica, qua in prouincia. C. ubi de cri. & in l. siue contra. §. primo, de lib. agno. Bald. in l. secunda. C. ubi de cri. tenet quòd ambo possunt cognoscere, sed quod vno preueniente satisfactũ est iuri. Sed dicit quod istud non est ita expeditum, quia utrumque iudicium uidetur suę rei publicæ iniuriam prosequi. Et tamen iniuria fit pluribus, licet vnus exequatur propriã uindictã, aliter non repellitur ab exequendo suã, ut ff. de iniuriis. l. 1. §. fin. de procura. l. non solũ, §. si pater, & sic residet. videt ex suis dictis melius esse quòd vterque faciat pro eo ad quem pertineat, & ita practicatur. Sed ubi non possent concordari tunc est locus præoccupationi, ut notat Dyn. in l. si pupillus. §. territorium. ff. de uerb. sign. & doc. in dicto. §. cum oriũdus, & Ioann. And. in regula, in obscuro, de regulis iuris, lib. 6. in mercuriali. facit quod no. Barto. in l. si maritus. ff. de adulter. in princi. Sed ubi non constaret de præuentione, neque uellent concordare, ut sæpe euenit in militibus, tunc tanquam duo pares iudices æquæ iurisdictionis inuicem se impediunt, donec reus gratificetur, coram quo velit respondere, ut notatur in l. 2. §. penul. ff. si quis cau. per Petrum, & secundum Bal. in l. 1. ff. de officio consulum. te-
6 netur reus † eligere vnum coram quo velit expediri, alias uterque reputabit eum cõtumacem, arg. ff. de adulter. l. 3. in princip. secũdum Bald. hoc ego verũ credo quotiens ratione nudi delicti commissi in cõfinio, est de foro illorum. ubi autem esset penes vnũ ex illis aliquæ causæ forum accumulantes, domicilium & delictum, faciunt, nota. per domi. Anto. in capi. primo, de iudi. Et idem posset dici de sagittãte & vulnerante aliũ in alio territorio, qui stabãt in alio, quòd ab utroq; iudice posset puniri, ut notatur in c. 1. de priuil. li. 6. p Ioã. And. in regula, in obscu. in mercurial. & ita tenet d. Ant. de But. in c. si, de foro cõpet. dicens, qd si cõcurrant, debet preferri is iudex in cuius loco erat sagittarius, de quo remittit ad notata per Cyn. in l. 1. C. vbi de possei. agi oporter, Bal. ibi uidetur tenere, quòd preferat is in cuius territorio est vulnus sequutum, dicens, qd
7 magis debet inspici † qualitas patientis, quã agẽtis, allegat. l. palã, de ritu nuptiarũ, & quod tunc maleficium accipit formam & statum, quem non habebat secundum eum, puto qd esset facieda distinctio ꝓxime dicta in alia q-
8 stione, qa cũ sit † dubiũ iuris, parificat, ad dubiũ facti, qd est qñ in confinio factũ est, faciũt no. in c. cũ inter, de elec. Sed qd dicẽdũ de eo q mãdauit delictũ cõmitti in alio territorio, nũquid poterit puniri in territorio vbi factũ est

 malefi-

maleficium, & certe sic ut notat Bartho. in l. si ut proponitur. ff. de fideiusso. Et quid in contractibus, uide Ange. in l. hæres absens. ff. de iudi. §. apud Labeonem: ad utrunque uide notata per domi. Anton. de Butrio, in ca. finali, de foro compe. Et uide Petrum de Ancha. in clemen. prima, ut lite pendente. Sed ille bonus homo solum Bar. recitat sumpto argumento, a gloss. dictæ clementinæ, & adde quæ dixi in meis notabilibus.

## CAMILLI BORRELLI ADDITIO.

a ¶ VAGABVNDVS ] De vagabundis nonnulla dixi supra in Rub. 10. §. ex quo. in uerb. Remissione col. 2. ubi videndum est.

b ¶ CONTRECTATIONE ] Contrectatio. n. est de substantia ingredientium in furti diffinitione. vt in §. furtum. insti. de furt. ponit multa Do. Iodocus Damhouder. in Enchirid. crimi. ca. per totum. & do. Iulius Clarus in lib. sentent. 5. §. furtum. per totũ. Honofrius Bartolini. in consi. 26. visa quadam. num. 4. 17. volum. 1. consil. crim. diuers. Et in specie an ex contrectatione, & furto, quod quis facit sortiatur forum, ut hic voluit Belluga, vide in terminis Ioann. de Lignano in consili. 10. factũ tale est, quidam scholaris. per totum. eod. volu. vbi se subscripserunt Barth. de Salicet. Bauetus de Dionisijs, Baldassar de Calderin. & Raph. Fulg. gosius. & Rolandus de Curte in consil. 75. Relatis per totum. eodem volum. cui accesserunt Stephan. Fazardus & Iacobus de Puteo. d. Roland. a valle in consil. 45. visa. num. 30. & 34. volumin. 1.

c ¶ VTERQVE ] Quæ opinio verissima est quòd vterque iudex potest procedere. quam probat Aegid. Bossus in titu. de for. compet. num. 60. & d. Iulius clarus in pract. crimin. q. 28. nu. 11.

Camillus Borrellus.

### In vers. Sed pone.

#### SVMMARIVM.

1 *Iurisdictionem quis exercere debeat.*
2 *Vsufructuarius est procurator.*
3 *Iurisdictio est publici iuris.*
4 *Iurisdictio ecclesiastica, vendi non potest.*
5 *Possessio iurisdictionis, qualiter quæratur.*
6 *Euocatio cãrũ, & quãdo lite cõtestata nõ sit locus.*
7 *Forus proprij iudicis, quando declinetur.*
8 *Negligẽtia iudicis ordinarij, causat euocationem.*
9 *Personæ miserabiles, priuilegio renũciare ñ possũt.*
10 *Prorogatio quando locum habere non possit.*
11 *Iurisdictionem qualiter princeps concedat.*
12 *Princeps imperium quod habet in subditos, a se abdicare non potest.*
13 *Prorogatio iurisdictionis, quãdo nõ habeat locum.*
14 *Contra forum non potest consuetudo introduci.*
15 *Factũ ptextu iniquæ consuetudinis, tolleratur.*
16 *Baroniæ sunt prouinciæ.*
17 *Iudex ordinarius prouinciæ, de quibus causis debet facere remissionem ad iudices baronum, & aliorum.*
18 *Princeps crimen hæreseos, debet extirpare.*
19 *Princeps quo modo alienare non potest.*
20 *Promissum ĩ vno casu, in aliis censetur ꝓhibitum.*
21 *Mens loquentis, vbique attendanda.*
22 *Constitutio regia, qualiter intelligi debeat.*
23 *Causa quo modo intelligatur impulsiua.*
24 *Capi in flagranti delicto, quis dicatur.*
25 *Præses debet purgare prouinciã malis hominibus.*
26 *Sentẽtia in absentem, nullam litis contestationem præsupponit.*
27 *Ex contumacia, prorogatio iurisdictionis nõ oritur.*
28 *Sñia cõtumacialis lata ꝑ iudicẽ superiorẽ, si ordinarius ĩferior reclamet, qualiter executiõi mãdatur.*
29 *Ex verbis denunciationis, metitur ius competentiæ iudicis.*
30 *Conuictus, & per contumaciam cõdemnatus, qualiter mandetur executioni.*

SED pone, Baro quidam qui habebat merum imperiũ, decessit relicto fratre hærede, & vsusfructuaria vxore, vsusfructuaria prætendit quòd exercere imperium, & iurisdictionem pertineat ad usumfructum. Proprietarius
1 uero dicit quod ipsũ exercere † iurisdictionẽ uel imperium pertinet ad eum: emolumenta uerò, ut banna, pœnæ uel mulctæ pertinent ad usumfructum. pro usufructuaria facit quod dicit do. Antho. de Butrio, in c. 1. ne prælati vices suas, ubi vult dicere quòd ipsum exercere iurisdictionẽ est fructus iurisdictionis, merito ergo pertineat ad usumfructum, sicut dicimus in patronatu, q. a præsentatio est fructus patronatus, & ideo pertinent ad possessorem bonæ fidei, de iure patronatus, ex literis. ¶ Itẽ quia
2 † vsusfructuarius est domini procurator, & in ipso usufructu in rem suam. l. 1. §. finali. ff. usufructuarius, quemadmodum caueat, merito poterit illa quæ dominus posset exercere. ¶ Itẽ quia usufructuarius naturaliter possidet, ut l. naturaliter. ff. de acquir. poss. ex qua ipse facit fructus suos. ff. quibus modis ususfru. amit. l. si usufructuarius. Et sic uidetur quòd saltim naturaliter possideat ius iurisdictionis & eius exercitium, quinimo & illud ius, quasi possidet ciuiliter, in quo hẽt usufruc. ff. ex quibus caussis maio. l. ait prætor. ¶ Item, quid dicẽdum, dic & ita me aduocante fuit obtentum in casu occurrenti in loco, dels cauernes blanques, qđ ipsum exercere iurisdictionẽ uel imperiũ pertinet proprietario, commoditas, ut bãna mulctę pœnę, & alia emolumenta ex ipso exercitio prouenientia, pertinẽt usufructuario. Ad primum, de exercitio. l. locũ. §. ex eo. ff. de usufructu, ubi tex. dicit quòd proprietarius plenissimam habet coertionem, in seruo cuius ususfruc. alienus est. Ad secundum de emolumentis. l. usufructu legato, & l. itẽ si fundi. ff. de vsusfru. ubi hoc aliq tenent, & qđ ipsũ exercere iurisdictionẽ pertineat ꝓprietario, probat ꝑ l. si

statu

ſtatu liber.ff.ad l.falci.& per l.primam in principio.ff.ad Silleyanum. Nam verus dominus; dicitur proprietarius,non vſusfructuarius,vt in iuribus ſupra allegatis,& in l.recte.ff. de verbo. ſign. Et poteſt eſſe ratio,quia ipſam exercere iuriſdictionem non eſt fructus iuriſdictionis, ſed prouenta vel emolumenta inde prouenientia, vt mulctæ pœnæ,& banna,illa ſunt fructus iuriſdictionis.pro primo quod not.Innocen.in cap. cum dilectus,de capellis monachorum, & Bal. in l.Barbarius,de offic.prætor.dicẽs quòd præſentare eſt fructus iurepatronatus, non autem iudicare vel ſententiam dicere iuriſdictionis, quia imo eſt labor & onus. Pro ſecundo, quod banna,pœnæ & mulctæ, & cætera emolumenta ſint in fructu iuriſdictionis, probatur.10.col. q̃ ſunt regaliæ,in vſib.feudorum,& l.mulctarum, de modo mulcta.& quod no.Bart. in l.finali.ff. ſoluto matrimonio. Neque obſtat prædictum dictum domini Antonij, in dicto cap. primo, ne prælati vices ſuas, dicentis ipſum exercere iuriſdictionem eſſe fructus iuriſdictionis.Quoniam ſaluo honore, improprie loquitur, nam apertius loquitur Innocent.in cap.cum dilect. allegato,quia exercitium iuriſdictionis non eſt in vſufructu, imo eſt onus iudicandi. Nam ſi ipſum exercere eſſet in fructu, vendi poſſet, quemadmodum cæteri fructus,vt in cap. fina. ne prælati vices ſuas. Sed ideo vendi non poteſt,quia eſt proprietatis & dominij.ff.de ſtatu
3 hominum.l.qui furere. Et quia † publici iuris eſt iuriſdictio,ut not.gl.in l.prima.ff.de iuriſdi.
4 omn.iud.Et ideo uendi non poteſt † eccleſiaſtica iuriſdictio,vt not.in dict.c.1. Neque obſtat, qđ dicitur quod vſusfructuarius poſsidet naturaliter ex quo ipſe facit fructus ſuos,& quod ſic vr̃ quod ſaltim naturaliter poſsideat ius iuriſdictionis & eius exercitium &c. Nã talis poſſeſsio non cauſatur ſuper exercitio iuriſdictionis,ſed in iure percipiendi emolumenta, quæ proueniũt ex iuriſdictione,quæ ſunt fructus iuriſdictionis: & talia emolumenta recipiendo quaſi fructus à ſolo ſeparando facit ſuos.ꝓ quo facit q̃ no.Cy.in l.cæterũ.C.de rei vend. & Bar. in l.3.§.ex contrario.ff.de acq.poſſ.ita intelligẽdo.l.ſi vſufructuarius meſſem,& in l.itẽ ſi fur.ff. Poſſeſsio autem quam vſufructuarius habet,eſt in ſuo iure percipiendi fructus quos ciuiliter quaſi poſsidet,non exercitium iuriſdictionis, quod eſt ius dominij & proprietatis. Et ꝓ hac parte quod ipſum exercere iuriſdictionẽ ſit in proprietate,probatur:nam dñs proprietatis, ꝓ cuſtodia proprietatis dàt iudicẽ & ponit officialem,vt l.ſi ita legatus.§.dominus proprietatis,de vſu & habit.& ſic ille habet iuriſdictionem.ff.de officio eius cui mandata eſt iuriſdictio.l.prima.ff.de iuriſd.om.iud.l.1.& quod ibi notatur,& ſic intellige notata per Inn.in c.2.de in integr.reſtit. & in cap.cum eccleſia Sutrina, de cauſa poſſ.& proprie.& in cap. conſultationibus.de iure patro. dicendo, quòd ius dicendi iuriſdictione vtendi intellect. magis fundatur in poſſeſsione quàm in proprietate, ut refert Bald.in l.certum.C.de rei vend. Et ideo dicit Inn.ualere ſentẽtias latas per poſſeſſores iuriſdictionis,nam verum eſt,quòd fructus iuriſdictionis concernunt poſſeſſorem,illum intelligas, qui iure proprietatis poſsidet, quamuis poſſeſsio ſit penes alium,quia per actus iuriſdi
5 ctioni ꝓportionabiles quæritur† poſſeſsio iuriſdictionis,vt not.Innoc.in cap.dilectus, de capellis monachorum,& Ang.in l.ſi quis hac lege.ff. de in ius uoc.& Bald.in l.2.C.de ſerui. & aqua, & Ant.de But.in c.ex literis, de reſtit.ſpoli.Sed uſusfructuarius qui nihil poſsidet proprietatis,nec poſsidet,ut pro iure proprietatis, ut.l. acquiritur.§.fin.ff.de acq.rer.domi.non poterit exercere actus iuriſdictionis,neq; per eum geſta valebunt.ſufficit quòd commoda & emolumenta colligat (ut eſt dictum) & ita fuit obtentum & ſententia tranſiuit in rem iudicatam.

OCCVRRIT quotidianum dubium: Miles vel Baro cognoſcit de cauſa ſui uaſſalli rei ciuili uel criminali, quia non eſt vis ad inſtantiam actoris non uaſſalli,qui eſt alterius iuriſdictionis,uel pone, quòd antequam cognoſcere accipiat actor petit cauſam euocari ad regiam audientiam,forte prætextu miſerabilitatis, uiduitatis uel pupillaris ætatis uel poſt iam incœptam litẽ coram barone petitur euo
6 catio.† Ex dictis cauſis q̃ritur an princeps grauet uel gubernator regni tales cauſas euocando prætextu talis priuilegij miſerabilitatis,nõ dico ſi ſit cauſa inter uaſſallos,quoniam iã cautum eſt de hoc foro in regno Valẽtiæ,quod ad inſtãtiam uaſſallorum nequeat fieri euocatio; neque prætextu grauaminis per uiam miſerabilitatis uel aliàs, & ſic de hoc non eſt quæſtio. Reſtat dubium quando ad inſtantiam non uaſſalli petitur euocatio. Et primo eſt unus caſus, quando lis eſt cœpta coram barone & perpetuata iuriſdictio coram eo,& ceſſant priuilegia miſerabiliratis,uel pupillaritatis,& tunc eſt clarum,q̃ princeps illam nequit euocare, neque minus regni gubernator,qui ex priuilegio prætendit in principis abſentia, uti illius prerogatiua cauſam euocare, quia lis ubi cœpta eſt de-
a bet finiri.l. ubi cœptum [a] de iudi. quia inſtantia diuidi non poteſt.C.de iudi.l.nulli, & quia
7 a foro ſui iudicis† trahi non põt, niſi in caſum intelligẽtiæ uel deneg.iuſti.ſui iudicis,in auth. de quæſtore.§.ſuper hoc,& in l.2.C.ut lite pen. Et iſte uidetur unus caſus indubius. Eſt & alius caſus ante litem cœptam,& tunc etiã non procedit euocatio. Primo, quia iuriſdictio eſt militis uel baronis,tam de iute, quàm de foro regni Valentiæ,quia actor debet ſequi forum rei.l.2.C.de iuriſdictio.omni.iudicum.l.fina.C. ubi in rem ac.11.q.1.c.experientiæ,& in c.cũ ſit

generale, de foro competen. & in multis foris in regno Valentiæ cautum est. Si ergo miles paratus est facere iustitiam, & non est, ab eius mora examine causa non subtrahetur, ad hoc dictus. §. super hoc. Et quia de iure ita est introductum, ut à propria prouincia non recedatur C. ubi de crimi. agi oportet, & in corpore unde sumitur, & in authen. ut diffe. iudices. §. primo, merito ergo si contrarium faciat princeps male facit & grauat. Sed in hoc casu grauat princeps si utatur euocationibus, & Milites & Barones taceant, ergo, quoniam & tacebo, & princeps quærit ex consuetudine & possessione, maxime, quia facta contradictione obtinetur in contradictorio iudicio pro principe, & sic est modus ualidus consuetudinis introducentis, vt in cap. abbatis sancti Siluani, de uerbo. sign. & quod ibi notatur, & communiter pro hac parte allegatur forus. Sils cauallers de feudis, & quod ibi notatur per Guiller. Iaser. Est alius casus cum ad instantiam viduæ pupilli, vel miserabilis personæ petitur euocatio, ante litem cœptam uel post. An ista euocatio possit fieri, & scias quòd licet de iure etiam nouo causæ non poterant trahi ad curiam principis, nisi in
8 causam † negligentiæ iudicis ordinarij, in authent. ut different. iudices, in principio, & in authent. de quæstore §. super hoc & lite pendente, nisi abnegata audientia non licebat appellare uel supplicare, vt in l. 2. & quod ibi notatur. C. ut lite pendente. Et auditus per simplicem querelam est realiter prohibitus, nisi in casibus expresis in iure, ut not. Bald. post Guil. in l. nemo. C. de iurisd. omnium iudic. Tamen aliquæ personæ priuilegiatæ habent priuilegiũ, ut non possint trahi extra eorum prouinciam etiam negligente iudice prouinciæ secundum lecturam Bart. in l. prima. C. quomodo imper. inter pupillum & uiduam. Nam tunc demum alius esset dãdus iudex in prouinciam. ¶ Item ex illa lege habent aliud priuilegium, quia ad eorum postulationem, per uiam simplicis querelæ possunt aduersarij trahi de eorum prouincijs, ut ibi secundum ueram doctrinam illius legis. Quinimò dicit ibi glo. notabilis, quòd tali
9 priuilegio † non possunt renunciare, & sic hanc euocationem princeps facit in principis priuilegio, qui debet has personas tueri 23. q. 3. cap. ab Imperatoribus, & 23. quæstio. 5. cap. administratoribus, & in dicta rubr. in l. vna, quando imperator inter pupillum & uiduam. Nec obstat si dicas, quòd iudicium erat cœptum, & prorogata iudicis iurisdictio per illam viduam vel miserabilem, qua obstante, nequit fieri euocatio, quoniam ad tollendum principis priuilegium non prodest. nam dicit dominus Anton. de But. in cap. significasti, de foro compe. quòd in ijs quæ sunt supremi imperij, & reseruata
10 principibus, non habet † locum prorogatio, merito vidua vel pupillus, quibus ex regali officio princeps habet subuenire, maxime de foro regni, in foro finali, de curia ad tollẽdum aditum, ad superiorẽ: non possunt prorogare, quin princeps eorum causas posit euocare, & ita princeps practicat & bene. Sed est dubiũ quæ sint istæ personæ gaudentes isto priuilegio, & tex. in dicta l. vnica, loquitur de viduis & pupillis, & de diuturno morbo fatigatis, & debilibus quòd dicit Barto. relinquendum arbitrio iudicis, quod dicit facere ad statuta loquentia, de miserabilibus personis. De aliquibus dubitatur, uidelicet de orphano, an gaudeat simili priuilegio, & Odofredus in dicta rubrica, quomodo imperat. C. tenet illum gaudere, & dominus Anton. de Butr. in cap. significantibus, de offic. delegati, tenet illum gaudere, ex generalitate dictæ l. vnicæ, pro eis bene facit tex. in c. desolatis. 87. distinct. ubi text. dicit desolatis propriæ defensionis auxilio, qui suis actibus interesse propter infirmitatem ætatis non possunt, exoratum decet pontificem subuenire. Et ad hoc uide duos foros regni Valentiæ, in foro finali de curia, & in foro fem. fur. non quæ si negu de malefey tors. ¶ Item senex. 87. distinct. cap. liberti. ¶ Item expositi, ea. distinct. cap. fina. ¶ Item cæci, mutilati membris, captiui, leprosi, & debiles. Et alij ad quos miserandum natura mouetur, secundum Innoc. & Anton. de Butr. in dicto cap. significantibus, allegant dictam l. vnicam de censibus, cap. licet. C. de episcopali audientia. l. iudices. Qualiter autem probentur paupe-
b res,[b] neque qui pauperes dicantur, hoc stat in iudicis arbitrio attenta conditione personæ, vt notatur in. l. paupertas, de excusat. tuto. in. l. si constante. ff. soluto matrimon. habent etiam de iure canonico priuilegium, ut possint recurrere ad ecclesiam, tunc demum cum omnes iudices mediati & immediati sunt negligentes. & ita dicit Archidiaconus, in cap. non ita 2. q. 6. quòd nota. quia limitat ca. primum cum sequentibus. 83. distinct. & cap. ex tenore, & cap. ex parte, & quod ibi notatur, de for. comp.

NVNC dicamus de illo quotidiano dubio, de quo sæpisime in curijs milites proponunt grauamen, cum criminosi in terra de realenco delinquentes fugiunt ad baronias, & ibi per illarum dominos assecurantur, & per regios officiales abstrahuntur, qui prætendunt hoc iure posse facere. Et pro parte regia faciunt, quæ sequitur primo, quia dicunt quòd de foro regni Valentiæ nullus potest assecurari nisi solus princeps uel primogenitus. Et quia hoc de iure ad præsidem prouinciæ spectat, notatur in l. is qui reus, ff. de public. iudi. & in l. 1. ff. ad l. Iuliam maiestatis. ¶ Item quia etiam de foro princeps in mero imperio, fundat intentionem suam, ut in foro, rich hom. de rerum diuisione, & de feudis cap. sors pœna in priuilegijs regis Iacobi, datis Morellę, Anno dñi. 1250.

§. Item

§.Item ſtatuimus & ordinamus. Et ſic eſt de iure quòd iuriſdictiones omnes ſunt principis. vt in font.& nequibant alienari,licet conſuetudine ſit vſurpatum,vt inquit Bald.in §.eadem lege,in feudis,de lege Corradi, & in ca.primo, de noua forma fidelitatis,& in princip. feudorum,& diximus ſupra iſto titulo.§.& quia. Et præſuppoſito quòd princeps in aliquem baronem merum imperium tranſportaſſet & conceſsiſſet in baronia,non pro hoc ſe denudauit
11 ſua iuriſdictione & imperio,& ſic videatur† cõceſſa baroni, ſine præiudicio regiæ iuriſdictio-
c nis,[c] vt inferior gradus meritum ſuperioris cognoſcat, vt in text. ſingul.in l.prima.C.de officio præfecti vrbis.¶Item pro hoc facit illud dictum elegans Hoſtienſ.in cap.delicto,de officio Arch.dicentis,quòd comites & barones, dempto imperatore,non fundant intentum ſuum, de iure communi. Et quod in imperatore hoc operatur excellentia dignitatis imperialis,quę ſuper omnes eſt,in authentica quomodo oporteat epiſcopos, in princip.ff.ad.l.Rhodiam,de iact.l.deprecatio.7.queſt.prima.cap.in apibus. ¶Item quia princeps non poteſt abdicare à ſe
12 imperium† quod habet ſuper omnes baronias regni.l.legatus.ff.de officio præſid.& quod notatur in cap.ſuper quæſtionum.in glo.Bernardi. Et ideo dicit Bald. in l.prima.ff.de officio præfecti vrbis,quòd princeps priuato non poteſt concedere ſuam ſupremam poteſtatem.allegat dictũ Bar. in l.prohibere.§.plene.ff.quòd vi aut clam. Pro hoc etiam facit dictum Bald. multũ no.in feud.quid ſit inueſtitura,qui dicit quòd princeps non poteſt alienare expropriando à ſe territorium,dignitatem,vel iuriſdictionem,ſecundum eum. Et ſic videtur,quòd qualitercunque iſti milites & barones habeant iuriſdictionem & imperium,& illud poſsint exercere,non tamen intelligas, principe excluſo neque eius imperio. ¶ Item quia ſi talis reus eſt miles,cuius executio eſt principis & cognitio, inſti.de foro regis Alphonſi,de electio.nel ciuis Valentinus,qui ex priuilegio non de foro baroni,quomodo per eum poterit receptari, cum non habeat perſonam ſubiectam,neque haberi poſsit etiam ex prorogata iuriſdictione, quoniam in præiudicium regiæ iuriſdictionis in tales pertinen. nequit fieri prorogatio: ad hoc glo.in cap.imperialem de prohib. feudi alien. de qua facit Bald. magnum feſtum, in l.decernimus,de ſacroſanct.eccle.facit quod dicit do. Anton.de Butr.in c.ſignificaſti,de foro comp. qui dicit ꝙ in his,quę ſunt ſupremi imperij, &
13 reſeruata principi,quòd non procedit† prorogatio.Item dicit Bald. multum ſingulariter, in l.qui ſe patris.C.vnde liber.quòd in conceſsionibus iuriſdictionum,ſemper auctoritas ſuperioris ſeruatur illæſa, cũ citra eius auctoritatẽ nequeat exerceri, cum in eo reſideat ſuprema poteſtas inſeparabilis,vnde poteſt aliorum iuriſdictiones ſupprimere,& non ſolum ſingularium perſonarum,ſed etiam ciuitatum,allegat not.per doct.in l.1.C.de ſumma Trin. Quid dicetis domini militares,qui hoc habetis pro euãgelio, quòd malefactor ex in veſtris baroniis receptati nequeunt ab illis abſtrahi, eo quòd ſi princeps uel eius officiales hoc faciunt, grauant fact.ad contrarium reſponderi. Namque his contrarijs reſpondebit,bene meretur vnum bonum equum. Pro parte baronum & militũ, facit primo ꝙ ipſi regno contra ſuas baronias vſi ſunt aſſecurare, & receptare tales criminoſos: à tanto tempore cuius initij non eſt memoria.quæ conſuetudo ſic præſcripta prodeſt ad quærendum ea,quæ ſunt in viam ſuperioritatis principi reſeruata, de verborum ſignific. cap.ſuper quibuſdam,& quòd nota. in c.cum P.tabellio,de fide inſtrum.per Innocent. Nam talis conſuetudo præſcripta, habet vim tituli, & priuilegij.ff.de aqua quotidia.& æſtiua.l.hoc iure,quod notatur in cap. cum in apoſtolica, de ſimonia,per Innocen.& quod notatur in l.viros,de diuerſis offic. lib.12.9.q.3.cap.conque-
14 ſtus.Neque obſtat ſi replices,quòd contra† forum nequit conſuetudo introduci,quia poteſt dupliciter ſoluere; quia & ſi conſuetudo ſit reprobata,non præſcrip.ex qua ius quæſitum nequit tolli,ut in authen.niſi tricennalis, & quòd ibi nota.C.de bonis maternis. ¶Item quia ex quo habet titulum in iuriſdictionalibus, ſecuta præſcriptione,& ſi titulus eſſet minus ſufficiens,non poſſet reprobari præſcriptio vel conſuetudo,ad hoc.l.fin.C.de fund. patrimo.li.11. ¶Item quia non uidetur reprobata conſuetudo tanti temporis,faciunt notata per Bald.in feud.de noua forma fidelit. Aliter etiam potes reſpondere, ut notat,ſupra iſto titulo ſub.§.& quia,in verſ. Sed nunquid, in fine, vbi tracto materiam meri imperij quærendi ex conſuetudine: dic,ut ibi diximus. ¶Item princeps concedendo iſtis baronibus,omne merum & mixtum imperium,& omnimodam iuriſdictionẽ, vel ipſi illa quærendo ex conſuetudine ab antiquo,quod idem videtur in cap.dilecto, de officio Archi.omnia ibi poſſunt,quæ poſſet vnus præſes,argu.l.primæ.§.cum vrbem.ff.de officio præfect.urb.Et ſic merito exercere omnia quæ erant de maximo imperio.l.illicitas.§.qui vniuerſas.ff.de officio præſidis. Et ſic merito poſſunt aſſecurare & guidare. Ad hoc nota. in l.is qui reus.ff.de public.iudic. & in l. libertas, de ſtatu hominum.imo dicit Bart. in dict.l.is qui reus.ff.de publ.iudi. quòd & ſi non haberet poteſtatem dandi ſecuritatem,iudex deberet obſeruare ne illi qui eam acceperunt decipiantur ſub iudice fideli. Nam iam alias ius tollerat acta nulla propter publicam utilitatem, in l.caſsius.ff.de ſenatoribus.Et quòd factum
15 eſt prætextu† iniquæ conſuetudinis tolleratur; de cruce eccleſiæ uel altaris,cap.aqua,quaſi illi,qui

li, qui maiorum errorem sequuti sunt, sint excusati, de transla. episcopi vel electi. §. inter corporalia. ad hoc dictum Ioann. Andreæ, in cap. tuas dudum, de sponsa. duorum, de quo ipse fecit glo. in cap. primo, de postul. prælato. libr. 6.

¶ Merito ergo isti qui talem securitatem, ab ipsis baronibus & habentibus merum imperium assumpserunt, debent esse securi, & non debent abstrahi à principe uel officialibus principis, citra grauamen. Maxime quia isti barones, in suis baronijs fundant intentionem suam de iure communi, sicut princeps in regno quo ad iurisdictionalia, vt notat Ioann. Andr. & Anton. de Butr. in cap. nimis, de iureiurand. postquam habent de eis principis concessiones, vel sunt eorum ab antiquo. & ita limitatur dict. Hostié. in d. c. dilecto. Et ibi etiam hoc tenet D. Anto. de But. unde etiam barones, qui sic ab antiquo habent istud merum imperium, habent iura fiscalia. ut not. Bald. in l. 1, C. de hæred. uel actio. vendita. Et sic habent fisci priuilegium, & sic merito possunt assecurare & guidare etiam si fisci esset prorogatiua, & adde quæ diximus supra isto titulo in uers. aliud est imperium.

¶ Item quia hodie isti ducatus & comitatus & baroniæ, sunt quædam prouinciolæ ex quo habent sua regimina & iurisdictionem de per se, ut not. glo. magistra. ad quam semper recurremus. in l. fin. C. de præscr. long. tempo. in glo. super uerbo, prouincia. A prouincia ergo baronis. non abstrahitur inuitus criminosus, maxime assecuratus, argum. in authen. ut diffe. iudi. in principio. Ad hoc etiam adduco istud singulare uerbum Bald. de pace Constantiæ, in c. j. in glo. super uerbo criminibus, quod cum quælibet ciuitas hodie sit prouincia secundum gl. iam allegatam. C. de præscrip. longi temporis. Merito potestas ipsorum, merum & mixtū imperium exercent, quemadmodum præsides deputati, ad regimen prouinciæ exercebant. ff. de officio præsidis. l. . Merito ergo sic dicā de istis baronibus, qui in suis prouincijs imperium, & sic proprie firmat dominus Anton. quòd baro

16 niæ † sint prouinciæ [d] in cap. nimis, de iureiur.

d Bartol. tamen in lege, relegatorum, de interdictis & relegatis, dicit quod illæ sunt hodiè prouinciæ, quæ sunt sub eodem præside, sic intelligens. l. finaliter, de præscr. longi tempo. C.

¶ Item & istud est forte, nam cum ex priuilegio, vel consuetudine datur alicui subdito, etiā superior aliqua iurisdictio in aliquos, illa datur excluso superiore, ex quo hoc agitur, vt inferior sit iudex, ad hoc glo. ordina. de offic. ordin. cap. pastoralis, & in cap. cum ab ecclesiarum, & facit cap. ad hæc, de excess. prælatorum. Nam quamuis episcopus sit iudex ordinarius prouinciæ, in subditos archidiaconi nil attentat, vel exercet iurisdictionis. Sed debet illis suam iurisdictionem conseruare, aliàs ecclesiasticus ordo peruertitur, si sua vnicuique iurisdictio non seruatur. 9. quæst. prima, cap. peruenit, facit cap. irrefragabili. §. excessus, de offic. ordi. Nam quamuis archiepiscopus sit ordinarius prouinciæ, de subditis suffraganei nō se intromittit, ni

17 si in casibus expressis in iure: † sed princeps vel prouinciæ præses de causis vel iurisdictione baronum non se intromittet, nisi in casibus à foro reseruatis, læsæ maiestatis, falsæ monetæ, & plagij, in alijs autem signanter iurisdictionē baronum, quoniam hoc quærere intenderunt barones, & milites, ab antiquo principem excludere. Et hoc princeps videtur eis concessisse, dando omne imperium & iurisdictionem quam in illis habent, quoniam omne ius quod in eis habet uidetur transferre. l. si domus. §. fi. de leg. primo, dempto illo iure superioritatis, ex lege regni reseruato, in dictis tribus casib. & de iure additur crimen hæresis. quoniam illud crimen per catholicum nequit sustineri, de hæreticis cap. ad abolendam, & cap. excommuni-

18 camus. Et princeps illud † debet extirpare, vt ibi vides, & facit authen. si vero dominus temporalis. C. de hæret. Et sic demptis illis casibus, a foro & l. regni statutis liberè baroni, in suis baronijs, sua utantur iurisdictione, ad hoc quod not. Ioan. Andr. in cap. cum episcopus, de offic. ordin. quòd ex consuetudine antiqua, inferior episcopo, potest habere cognitionem omnium causarum in certo territorio, excluso episcopo. Vnde dicit dominus Anton. de Butr. in c. cum contingat, de foro competen. quòd ubi priuilegium uel consuetudo tribuunt iurisdictionem inferiori ordinariam, tribuere uidentur solidè, excluso superiore, ex quo hoc specifice actum est, quæ multum limitant. l. primam, de officio præfecti vrbis. C. nam illa intelligitur in iurisdictione subordinata inferiori, iuxta. l. si vt proponis. C. quomodo & quando iudex, nam tunc inferior iurisdictio meritum superioris debet recognoscere, & hoc sequitur Bald. in l. prima. ff. de offic. consulis, ubi extra quæritur, an si duo sint & c. Secus cum princeps concedendo se illa expropriat, uel consuetudo id agit, ut superior

19 concludatur. Non obstat quod princeps † non potest alienare expropriando, quia uerum est supremum imperium quòd est in recognoscendo se esse subditum, & fidel. & in casibus reseruatis à lege regni, in uim principalis præeminentiæ, s. læsæ maiestatis, falsæ monetæ, & hæresis, & plagij, quia in hoc non potest operare consuetudo, ut diximus supra isto titulo. §. & qnia, uers. sed nunquid. Et istud etiam melius probatur, nam cum aliquid, regij officiales sub colore criminis plagij, uel aliorum à lege regia reseruatorum intrabant iurisdictiones baronū, & trahebant criminosos & illos puniebant. Prouidet forus regis Mattini, ne sub colore criminis plagij ullus abstrahatur, de baronum iurisdictionibus, imo si contingat sub illo colore quem abstrahi debent officiales promittere illum

lum restituere, nisi illud crimen fuerit proba-
20 tum. † Merito ergo priceps in foro permittẽdo abstractionem, pro illis casibus, in cæteris videtur prohibuisse.ff. de iudic.l.prætor. Maximè quia forus iam prouidet, quod illud crimen plagij, si non ꝓbetur fiat restitutio barono, & sic i cæteris sub sua manet iurisdictione. Hoc ergo probatur a uerbis, quoniam literale significatum fori hoc habet satis.a quo non
21 est recedendum, de lega.3.l.non aliter. † Item & mens condentis secundum iuris dispositionem, intellecta, quæ attendi debet, solu.matrim. l.cum mulier.ff.de excu.tuto.l. scire oportet. Nam forus ille propter adiectionem nec eam limitat ex quo est generaliter.ff.de le.2.§.1.maximè quia dispositio fori uidetur fieri secundum interrogationem.ff.de interrog. ar.l. si defensor.§. qui interrogatur. ¶Itẽ forus debet recipere significatum secundum iuris dispositionem.C.de noxalibus. l. si serui uestri,
22 quæ est, ut ex quo milites, per regiam † concessionem uel consuetudinem præscripserunt & uel quæsierunt imperium & iurisdictionem in baroniis excluso superiore, nisi in casibus specialibus, illud idem uideatur princeps statuisse.¶Item quia prohibendo, quod in plus est, uidetur princeps concedere quod minus est, arg.auctentic. multo magis.C.de sacrosanct.ecclesijs. Sed sub colore criminis priuilegiati ꝓhibuit, ergo multo fortius sine colore.
23 † ¶Item quia illa causa, in l.est impulsiua, ex quo alia repetitur maior ex qua lex posset sustineri, scilicet, ne fiat ꝑiudiciũ iurisdictionibus, & vnicuique sua seruetur iurisdictio, merito illius defectus nõ curatur.l. prima.§. sexũ ff.de postulando. Et sic uidetur quod grauent regij officiales, intrando & abstrahẽdo criminosos pro aliis causis, quã a foro specificatis. Maximè quia iste infantionũ, id est priuilegia quod certo loco uel prouincia, quis abstrahi non posit, a iure fundatur & tolleratur, ut in tex, & glo.in l. quid sit fugitiuis. §. apud Labeonem.ff.de edilicio edicto, quę glo.dicit, qđ Ferraria habet tale priuilegium. Ideo cum de talibus est posita querela in curia, princeps cassat & annullat in cõtrarium facta, & sic merito tali facto. l. non assistit. ff. de fideiussoribus.l. cum lex, & C. de sacro sanct. ecclesijs. l. nemo. Sed dicitur pro parte regiæ iurisdictionis, quòd sine præiudicio alicuius iurisdictionis, & quod posit trahi ad usum neque consequentiam ab aliqua precium. Merito talis ꝓtestatio saluat ius utrique iurisdictioni, iuxta notata in c.cum M. ferrariensis, de constit. & in l. cum non solum.§. moritur. de noui oper. nũci. Quid ergo dices in tanto perplexo. Aduerte siquidem malefactor insequatur a iudice, & is intret baroniam uel territorium baronis ubi a præside crimine flagrãti capiatur, non læditur baronis iurisdictio: quia in territorio præsidis censetur captus ex quo maleficio flagranti exequendo capitur, per l. quod ait lex, & quod ibi notatur. ff. de adulter. & in §.sed neque, in auctentica, de manda, principum, Neque obstat. §. si uerò quis. in feud. de pace tenenda, uersicul. uidetur. quid si fugiat faciem iudicis, quòd ideo non posit capi in alio territorio, quia ibi solum dicit cum
24 aufugit, & sic factum narrat, † non uetat quin posit flagrãti crimine queri & capi uti dicũt communiter doctores per dictam.l. quod ait lex. & per l.si quis in seruitutem. ff. de furtis. Quinimo dicunt doctores in dicta lege, quòd ait, quod fragranti maleficio, dicitur post duos dies, quia ibi tex. loquitur post dies, & sic ad minus de duobus intelligitur. ff. de testi. l. ubi numerus. aut cessat criminis flagrantia, sed trahitur sub colore criminis plagij, & tunc forma fori est seruanda, quod præses habet facere foridicam promisionem, & ita practicatur, aut iste reus qui stat in baronia, non contentus in aliis per eum factis, etiam quotidie intrat ciuitatem uel uillam regalem, & subditos regios dãnificat & lædit, & credo qđ talis ꝑses posit abstrahere & punire sine grauamine, maximè monito barone. Et ad hoc a-
25 llego tibi primo, quia cõgruit bono & æquo præsidi † purgare prouinciam malis hominibus.¶Item quia per hoc multorum salus procuratur, merito legis transgresio, ut ꝑmissa, ad hoc.ff.de feriis.l.prouinciarum.ff. de iniusto rupto.leg.si quis filio. ¶Item hoc probatur per casum singularem quẽ nescio in mũdo meliorem, in §.finali, in auctentica, de mãda.principum, colum. 3. ubi est text. quod ij qui de ciuitate priuilegiata accedunt ad prouinciam, & populum in turbas solicitant, cõstito, per inquisitionem, debent pœnas sustinere, & sic merito tales puniendo, non posset baro conqueri de præside, sed cõqueratur de se, qui tales non castigat. ad hoc facit quod no. Bald.in feud. de clerico violatore pacis, ca. publici latrones. Si autem sumus in casu ubi malefactor quiete uiuit & stat in baronia, & hanc questionem princeps, in curia neq; circa eam uoluit determinare, imo restant ex ꝓtestationibus iura iurisdictionis salua, & sic non est nostrum determinare, nisi rex mihi mãdaret, & aliquãdo determinabitur in curia. Ex prædictis tamen floribus colligite granum, quia nũquam melius discussum audistis hoc quotidianum dubium, Et omnia quæ diximus de baronibus est dicẽdum de ciuitatibus posidẽtibus baronias, iure baronis, qa ut talis baro illam posidet & exercet imperium: per suos officiales, & sicut baro iudicatur, faciunt notata, de appella. Romana. §. debet. in cap. a collatione eod, titulo lib.6. & in capitu. si duobus, de appella. faciunt notata, in l. si pater.ff.de adop. Sed pone, reus est abstractus a baro-

a baronia, ponamus in casum permissum, si habet sententiam in absentia latam per ordinarium. præses uel gubernator nequit illã executioni deducere nisi in faticam, dicit ordinarius. remit. meum districtualem, quem habeo condemnatum ut executioni deducam sentẽtiam, per tex. in auc. ut nulli iudicum. §. si quis uerò comprehensorum, vnde sumitur auct. si uero criminis. C. de adulteriis. in contrarium dicit preses, quòd ex regia præeminentia ipse abstraxit hominem a baronia, quem ex dicta præeminẽtia habet castigare, hæc inferioribus non est communicanda, neque inferior manũ apponere debet. de officio lega. capitu. quod translationem. ¶ Item quia illi tex. auctenticorum, loquuntur inter pares iudices, nam superior non astringitur, maximè quia potest executioni deducere, ut patet ex ibi no. in clemen pastoralis, in glo. super uerbo, de morte. & quod ibi notatur. Et ideo ad omne dubitationis obstaculum tollendum, ambo tam præses quam ordinarius, solent conuenire: & ambo exequi sententiam pro illo ad quem pertineat, uel ambo faciunt pari forma sibi processum, si non est in absentia factus, alias, sine ꝓcessu nequit executari. vt dicetur infra, cum hec discutietur materia late. Sed quid dices in casu occurrenti, & habui in facto contra aliquem distritualem ordinarij iudicis, factus est processus absentiæ, & lata sententia, per Præsidem vel Gubernatorem, tacẽte iustitia iudicis ordinarij, & non facientis sibi processum: demum præses cœpit malefactorem, & uolebat exequi sententiam per eum, & curiam suam latam, iudex ordinarius dicebat ad eum pertinere, cũ esset suus districtualis & subditus, & sic ipse erat eius ordinarius, a lege regni, q̃ dat ordinariam, iuxta notata in l. & quia. ff. de iurisdi. omnium iudi. & in capi. cum ad ecclesiarum. ff. de officio ordin. & ipse ordinarius poterat prohibere prorogationem expressam sui subditi, ut ponit Barth. in l. prima. §. & post operis, de no. ope. nunti. quanto plus tacitam, vbi ex dicto processu & sentẽtia resultaret, maximè in hac causa criminali in qua nequit ꝓrogari iurisdictio iudicis incompetentis, ad prçiudicium generandũ iudici competenti & suç reipublicç. Et hoc tenet Bald. in l. si quis ex consensu. C. de episcopali audientia, & Spe. in titu. de cõpetentis iudicis additione. Quãto plus, quòd iste districtualis iustitiç, per contumaciam & fictam confessionem, non prorogabat neque poterat prorogare iurisdictionẽ,
26 saltim efficaciter. Cum nulla esset † facta litiscõtestatio, neq; aliquis actus, ꝙ çquipollet litiscontestationi, per notata in capi. primo, de elec. li. 6. & in cap. prçterea, de dilationibus, & quod notant legistæ in l. nihil. C. de procura. Et sic merito nulla est facta protogatio, vnde dicit Bal. in l. si qui ex consensu, de episcopali audientia. C. quod per contumaciam nunquam fit prorogatio ipso iure, in iudicem in-
27 competentem, † Si ergo nulla erat facta prorogatio, illa ficta confessio, quæ resultabit ex contumacia erat facta coram iudice incompetenti, & sic nulliter, & non poterat sequi sententia. C. si a non competenti iudice. l. 2. extra de iudi. c. at si clerici. Merito ergo dictus præses non poterat exequi sententiam nullam, neque per dictam fictam confessionem cõdemnare. Et sic iudex ordinarius poterat suũ subditum repetere, arg. notatorum, in l. prima. ff. de re. uendi. & in cap. si iudex laicus, de sentẽtia excommu. lib. 6. cum ergo in casu occurrẽti essem a præside requisitus, ut consulerem, cũ aliqui bestiales dicerent, quòd seruaretur practica supradicta, q̃d præses & iustitia exequerentur: dixi eis ne facerent, quoniam inferior iudex ordinarius occideret hominem sine ꝓcessu & sententia, & non erat sua executare superiorum sententiam, & sic ponebant ordinarium in magno periculo. Sed ex conuerso nullum est præsidi periculum, quoniam in multis casibus potest exequi sentẽtiam inferioris. Breuiter in casu occurrenti dixi, quòd præses vel gubernator solus poterat & debeat sentẽ-
28 tiam suam executioni † mandare. Primo quia in denuntiatione erant positæ aliquæ qualitates, quæ faciebant eum sortiri forum gubernatoris, ex quibus causis in libello deductis me-
29 timur iura quæ ad iudicis † cõpetentiam faciunt ꝑ notata, in ca. cum sit generale, de foro compe. & in l. cum quædam puella. ff. de iurisdi. omnium iudi. & in l. 2. ff. si quis in ius vocatus non ierit, maximè quia iste reus cõtumax, omnia in libello posita, videtur de foro confiteri, imo quia dicit Cald. multum singulariter in l. 2. §. penultimo. C. de iuramento calumn. quòd de omnibus qualitatibus videtur esse confessus, ut sic merito iuste lata est sentẽtia, & per iudicem competentẽ, & ulteriori non erat opus prorogatione. Tum quia præses uel gubernator regni ex negligentia, & sic quadam tacita fatica, quia delato non fecerat processum, inst. ex stilo gubernationis, & alias de iureiur. notata per Bal. in l. sed si prætorem. ff. ex quib. causis maio. facit. §. si tibi quoque. in auctentica, de manda. principum. pro quo facit quod diximus supra, isto titulo. §. Restat uidere. ubi late examinauimus materiã tarditatis uel negligentiæ iudicũ, & ꝙ potuit gubernator procedere. Et si fuit executum per gubernatorem, & ordinarius non curauit, bene requiescat eius anima in pace. Aduerte tamen tu aduocatus, qui quotidie cõsulis iudicibus in criminibus. Nam practica doctorum est, q̃d ex quo est quis condemnatus in absentia, & ex forma statutorum est habitus pro conuicto & confesso, quod interrogato eo, si est ille qui condemnatus est, & eo cõfitente esse talẽ, vel con

constito per informationem illum esse talem
30 statim, potest † mandari sententia executioni, sine alio processu. Et hoc sumitur ex dictis Barto. in l. diuus. ff. de custodia reorum. Nã illa practica multum est dura, sic pasim intellecta, quia aliquotiens pro modico crimine, ex quo reus est absens, opponũtur qualitates, quæ sunt falsæ, propter quas ad mortem est cõdemnatus, quia alias non condemnaretur, & sic talem suspendere durum est. Et sic tali casu ubi alias de hoc constaret, iudex posset admittere reum, ad se defendedum super illis, iuxta notata per Salyce. in l. secunda. C. de requi. reis. Dum tamen hoc posit iudex, ut præses prouinciæ, quia iustitia hoc non posset ex quo semel condemnauit. ff. de quæsti. l. prima. §. finali, & ibi Bartol. ex quo ciuitas ad cuius consilium fertur sententia, habet superiorẽ ad iurisdictionem, si autẽ non haberet, posset ciuitas remittere pœnam, & sic parcere processui. Et ideo nobiles & barones, qui in suis iurisdictionibus non habent superiores, ad quos recurrat, hoc possunt, hoc ponit Barto. in satis peregrino loco, in l. acta. §. de amplianda. ff. de re iudi. Remedium est tũc, ut inferior consulat principem. Et hoc sumitur ex dictis Bartoli, in dicta lege prim. §. fina. ff. de quæstio.

CAMILLI BORRELLI ADDITIO.

a ¶VBI CAEPTVM] Latè felin. in ca. ex tenore. extra de rescrip. Abb. Panorm. in capi. vt debitus. de appella. Anton. Coriet. in sing. in ver. iudicium. Bernard. Diaz in Reg. 332. Afflic. in decision. 354. in causa remisiuè dom. Bernardin. Alph. in collectaneo. iuris. 585. iudicium.

b ¶PAVPERES] Pauper quis dicatur, & quomodo probetur, & quando remittitur iudicis arbitrio. ponit expresè do. Iacobus Menochius in tract. de arbitr. iud. quæstionibus. lib. 2. centur. 1. casu. 65. num. 7. vbi potest recurri.

c ¶REGIAE IVRISDICTIONIS] Vide Bald. in l. 1. ff. de offi. consul. Idem Bald. in consil. 326. Rex Romanorum. & Lud. Roman. in consi. 393. Præsens consultatio. Philip. Deci. in consi. 3. & ideo locus est præuentioni. vt voluit Angel. in l. 1. §. si quis in appella. coulum. penul. ff. de appellat. & Franciscus Aretin. in consi. 101. spectabilis domine. Gemini. in c. per hoc, de Hæretic. in 6. ¶Limitatur quando præparata conclusio procedat vbi priuatiuè fuisse iurisdictio concessa. Ludouic. Roman. in dicto consi. 393. & singul. 21. & in cap. pastoralis. de offi. ordinar.

d ¶PROVINCIAE] Prouincia quando, & quæ appellatur vide supra Rub. 11. §. iã supra. in vers. Prouincia.
Camillus Borrellus.

De mixto imperio & iurisdictione. Rub. 24.

In §. Mixtum.

*SVMMARIVM.*

1 *Mixti imperii diffinitio.*
2 *Officium iudicis mercenarium.*
3 *Pœna quæ fisco applicatur, dicitur criminalis.*
4 *Mixti imperii causæ, sunt delegabiles.*
5 *Officium iudicis mercenarium, quando imploretur.*
6 *Causæ meri imperii, vtrum delegabiles.*
7 *Meri imperi, causæ mediæ.*
8 *Meri imperii, causæ leues.*
9 *Iurisdictionis causarum tres species.*

MIXTVM autem imperium, & iurisdict. in regno Valentino, quibus ex lege regni legis Alphonsi, non habentes merũ imperiũ vtuntur, quid
1 sint videamus. Mixtũ † autem imperiũ est iurisdictio, quę nobili officio iudicis exercetur, priuatorũ vtilitatem respiciens. ideo dicitur, nobili offi-
2 cio iudicis exerceri, quia officium † mercenarium deseruiens actioni, secũdum naturam actionis, est simplicis iurisdictionis, & ideo dicitur priuatam vtilitatem respiciens, ut differat a mero imperio, quæ principaliter respicit vtilitatem publicam, ut ff. de publi. l. licitatio. §. quod illicitas. de sententia excommuni. cap. vt famæ. Et sic diffinitur a Bal. post textualem descriptionem in l. imperium. de iurisdi. omnium iudi. Et idem sequitur domi. Anton. de But. satis truncatè, in capi. quod sedes, de offi. ordin. ubi canonistæ tractant hanc materiam, & aliqui in capit. archiepiscopatu, de raptoribus. & hoc mixtum imperium iurisdictioni cohæret, quasi habeat participium de utroque. s. imperio & iurisdictione, ut in textu & glo. in l. imperium, de iurisdic. omnium iudic. ut dicit Bald. ibi, quòd ideo dicitur mixtum, quia habet mixtam naturam. Secundo, quia in eo cõcurrunt diuersæ qualitates, vnde participat ratione qualitatis, de quolibet extremorum, vt dicit notari in l. iubere cauere. ff. de iurisd. omnium iudic. Et ibi ponit etiam quotuplex sit mixtum imperium, uide per te. Vnum tamen non obmitto, quod ipse ibi dicit quærendo in quibus consistat mixtum? Et dicit principaliter in tribus, quæ sunt multũ notabilia, & multum magna. ¶Primo, consistit in concesione noui iuris, ut patet in bonorũ possesione, quæ tribuit ius, ut in l. 1. ff. de iur. omnium iudicũ, & per hoc comprehenditur non solum ius dominij, sed etiam ius officij, ut patet in exemplo dantis tutorem. ¶Secundo, consistt in roboratione actus inualidi, vt interponendis decretis, in alienatione prædiorum, & similiũ, & transac. alimentorum, ut not. in l. cum ij. §. si prætor. & ibi no. ff. de transactio. ¶Tertio cõsistit in propulsanda cõtumacia rebellium per misionẽ. in possesionem, ut sit ad partis utilitatem, vt in l. iubere, de iurisd. omnium iudi. & quod no. in l. cognitio. §. vt bonorũ. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio. Multa autem ad comodum fisci, cum est de gradu meri imperij, nihil

nihil boni allegans. ¶ Sed potes dicere quòd
3 ideo est, quia pœna † quæ fisco[a] applicatur, di-
a citur criminalis, secundum glo. Et quod ibi no. in l. agraria, de termino amoto. & in l. q sepulchra. C. de sepulchro uiolato. & no. in cap. qualiter & quãdo. de accusationibus. Et adde nota. per Bald. in l. placet. C. de pedaneis iudicib. ¶ Insuper Bald. in dicta. l. imperium. quęrit quę sunt causæ mixti imperij, & dicit quod si aliqs quærat regulam, addiscat vnde formabit, isto modo: quicquid expedit officio nobili, ad partis utilitatem est mixti imperij, uel sic: quicqd consistit in concessione noui iuris, uel in roboratione actus inualidi, uel in propulsanda cõtumacia rebellium ad partis vtilitatem, & officio iudicis expeditur, est mixti imperij. Exẽpla patent in l. 1. ff. de iurisd. omnium iudicum, in l. cognitio. ff. de officio eius. & quod ibi not. in glo. ¶ Denuo quærit quæ causæ mixti impe-
4 rij † sint delegabiles, remittit se ad notata in l. iubere. ff. de iurisdi. omnium iudicum. ff. de officio procuratoris Cęsaris. l. ne quicquam. §. ubi decretum, & uide notata in l. cognitio. ff. de officio eius cui mãdata est iurisdictio. ¶ Item dicit qđ casualiter non regulariter potest mixtũ imperium delegari, & remitti ad l. placet. C. de pedaneis iudicibus. Et ibi latè vide Bald. quæ
b sunt causæ mixti[b] imperij, quæ possint delegari, & quæ non, uide notata in d. l. iubere. ff. de iurisdi. omnium iudi. & in l. cognitio. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio. ¶ Iurisdictio autem est potestas de publico introducta, cum necessitate iuris dicẽdi & æquitate actionis intentatæ: consistit autem in omnibus causis pecuniariis, ubi ciuilis actio intentatur, &
5 mercenariũ iudicis officium † imploratur, secundum Bald. in dicta. l. imperium, & ibi vide per eum, quotuplex sit iurisdictio. Vnum tamẽ bonum dictum Bal. in l. placet. C. de pedaneis iudicibus. non est omittendum, nam dicit qđ in omnibus prædictis mero imperio, mixto, & iudisdictione, est considerare de iure quid de-
c legabile, & quid indelegabile. Nã in mero[c] im
6 † perio est considerare tria genera causarum, quia quędam sunt magnæ, & istę secundũ omnes non delegantur, nisi contingat principem abesse causa reipublicæ, uel si necessariam moram patitur in itinere, uel quando proconsul suo delegato mandat, in ijs casibus, solũ cognitio madatur, ut in l. 1. §. huius rei. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio. & l. solent. ff. de officio proconsulis. ¶ Quædam sunt mediæ,
7 † vt relegatio & grauis coertio[d] tamen non ex-
d cedens relegationem, & tunc non delegantur, nisi in prædictis casibus, tamen ista quo ad decisionem delegantur indistinctè, quia competunt iure magistratus, ut in §. audient. in auctẽ. de mãdatis principum, & ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio. l. 1. §. quæ uerò. ¶ Item in causis mixti imperij est cõsiderare quasdam
e [e] magnas, ut sunt illę quæ requirunt plenã causæ cognitionem, & illę non delegantur. Quædã
8 sunt leues, † ut quæ non requirunt plenam causę cognitionẽ, & illę delegantũ, licet sint mixti imperij, ut l. nec quicquã. §. ubi decretum. ff. de officio proconsulis & legati, sed hoc intellige, quo ad cognitionem, sed quo ad cõmisionem re ipsa nequit fieri, quia respicit territorium & sine territorio esse non potest, & sic cõmitti non potest, quia in commissione nõ trãsit territorium, ut in causis iurisdictionis habet cõsiderare tria genera causarum. ¶ Nam quæ-
9 dam sunt † magnæ, quædam mediæ, quædam minimæ, ut quæstio status, licet gloss. causam status ponat inter causas mixti imperij, & male. Sed in hac causa status, Iacobus de Arena dicit, quòd aut est quæstio ingenuitatis & libertinitatis, & tunc est delegabilis, sicut si esset q̃stio de dominio cuiusdam rei uilis: vt l. iamdudum. C. ubi de causa status. Sed hoc nõ credit Iacobus Butrigarius per l. 1. C. de ordine iudiciorum. ¶ Causæ autẽ mediæ sunt illæ quæ ex-
f cedunt 300. aureos, [f] & in his dicit, quod aut præses nũ multum occupatur, aut sic. ¶ Primo casu nõ potest causam in totum delegare, licet sit iurisdictionis, ut dict. l. placet, in principio. Potest tamen quantum ad cognitionem committere, reseruata sibi sententia, ut dicta lege, uersicu. quod vsque adeo, & tũc debet ter causam audire. C. de iudiciis. auctẽ. ad hęc. ¶ Quædam sunt causæ minimæ, ut illæ quæ non excedunt summam trecẽtorum aureorum, & in his dicebant quidam qđ præses non poterat olim cognoscere, sed habebat necesse delegare. Hodie uerò potest etiam per se cognoscere & delegare, ut in l. fin. C. de pedaneis iudicib. Et sic in quolibet genere causarum secundum Bald. & Iacobum Butriga. Aliqua sunt delegabilia alia non. ¶ Et sic vides de iure, quæ sit differentia inter merum, mixtum imperium, & iurisdictionem. aliquando tamen non plena iurisdictio includit, & merum imperium, & ponitur prout genus, & p̃dicatur de qualibet eius specie, ut cum habẽs merum imperium, mixtum,
g & iurisdictionem dominus rex, donat, concedit, uel uendit castrum[g] cum plena iurisdictione, includitur merum imperium. Nam nomine castri territorium significatur, cui inest merum imperium & mixtum. l. 1. §. cum urbẽ. ff. de offi. præfect. urbis. Ad hoc no. per Bar. in c. quod translationem, de offic. delegati. Ad hoc quod no. Innocẽn. in cap. præterea. de offic. dega. in uerbo, plenariam. Faciunt no. de foro cõpeten. capi. conquestus, de uerborum signi. ca. veniens, de foro competen, ca. 1, in clemen. per Guillermum de monte lugduno. de reliq. & venera. sanctorũ, reg. decet, libr. 6. per Ioã. And. in nouella. Et adde no. per eundem, in capi. cum ad sedem. de resti. spol. & uide Bar. in l. si finita. §. hoc edicto. ff. de damno infecto. Et his peractis

ctis de iure, in materia meri & mixti imperij, & iurisdictionis, pro ijs prouincijs, quæ reguntur ad formam & ordinationem iuris communis, quia Valentia prouincia, ex l. regni, iam habet fines limitatos, quoniã habẽtes bassam iurisdictionem, id est mixtum imperium, & ciuilẽ iurisdictionem, omnia exercent, dempta morte naturali, & ciuili, & membri mutilatione, vt in foro regis Alphonsi. Rubrica, de iure concessa, his qui non habent merum imperium. Sed q̃a habẽtes illam iurisdictionem ciuilem & mixtã, sunt cauti in regno, & quotidie oriũtur altercationes inter iurisdictiones, aliqua de his ptãgã.

## CAMILLI BORRELLI ADDITIO.

a ¶FISCO] An, & quando causa dicatur criminalis, & quando est pecuniaria, & applicatur fisco? Vide D. Iacobum Menochium. In Tract. de Arbit. Iudic. quæst. 9. 8 2 per totum. & D. Iulius Clarus in Pract. Crim. q. 1. per totum. & ego latissimè dixi in Regia Aragonum. §. 2. glo. 1. nu. 55. cum pluribus seq. ibi me remitto.

b ¶MIXTI] Causæ mixti imperij an sint delegabiles & an possint mandari? quòd sic. Raphael Fulgos. in l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est Iurisd. Andr. Alcia. in c. quod sedes nu. 70. de offic. ordin. & in lib. 2. Paradoxor. c. 1. & latius comprobat D. Camillus Flaut. in dicta l. 1. in Versic. Declaratio nu. 24. 69 91. & in uerb. Cum aliàs, nu. 17. 18 usq; in fin. ff. de offic. eius, cui mand. est Iurisd. ¶Quid sit autem mixtum Imperium & vnde dictum sit, & dic ut latissimè Vaconius à Vacuna lib. 6. Declaratio 78. nu. 10

c ¶MERO] Causæ meri Imperii an sint delegabiles? quòd non regulariter sentiunt Bart. Bal. Castrens, Angel. Imola, Alexand. Socin. Ias. Dec. & alij. in l. 1. ff. de offici. eius ubi Plautius, in uersic. Declaratio, num. 25. & in Versic. Huius Rei, nu. 7. et An delegatus principis possit causas meri Imperii delegare? Vide eundẽ Plautium. in dicta l. 1. in uersi. Delegatam, nu. 15. ¶Quid sit Merum Imperiũ, & quæ ueniant eius appellatione Vaconius à Vacuna in lib. 6. Declarat. 78. nu. 7. cum duobus seq.

d ¶COERTIO] Modicæ coertionis causam delegari non posse, astruit Vaconius à Vacuna in dicto lib. 6. Declaratio. 78. nu. 5. Vbi & satis laborat ad Assignandã diffinitionem.

e ¶QVASDAM] Quot sunt Mixti Imperij Gradus sex dicit esse Bartol. Aduersũ tñ Vaconius ubi supra. nu. 12.

f ¶CCC. AVREOS] Quæ dicatur causa Maxima, magna, uel parua Iudicis arbitrio relinquendum, & quãdo? Ponit latissimè & pulchre D. Iacob. Menochius. in Tract. de Iudic. Quæst. lib. 2. Centur. 1. casu. 72. per totũ.

g ¶CASTRVM] In Castri concessione absoluta non uenit merum & mixtum Imperium, nisi per Principem concedentem exprimatur, ut uoluit Bald. in c. 1. §. ad hęc de Pace iurament. firm. Lucas de Pen. in l. 1. col. 3. C. de Priuileg. scholar. lib. 1 & in l. contra publicam, col. 7. uer. ad hoc adde. C. de re milit. lib. 12. Matth. de Afflict. in Decisio. Neapol. 122. si comes. per totum. & tradidit Martinus Freccia in Tract. de sub feud. Baron. lib. 2. Authoritat. 13. num. 9. & ego latius dixi lib. 1. substantiali primo ubi limito non procedere ubi concedens in Castro nil aliud habeat præter merum, & mixtum Imperium, ut ibidem dico: & uidebitur deo Auspice.

Camillus Borrellus.

## In Versi. Et primo Videamus.

1 *Casus regi reseruati.*
2 *Pęna, ubi a lege nõ est certa, manet in arbitrio iudicis*
3 *Dãnatus ad perpetuos carceres, est mortuus ciuiliter*
4 *Iurisdictionẽ inferiorẽ habens, vtrum possit bannire.*
5 *Bannitus, non amittit iura ciuilia.*
6 *Contumacia, quando dicatur delictum, & quãdo nõ?*
7 *Bannimentum non est sententia, & quid sit.*
8 *Princeps, quãdo solus restituit aduersus bãnimentũ?*
9 *Bannimenta, qui iudices facere possint.*
10 *Iuratoria cautio, quando locum habeat?*
11 *Hæreditas sarraceni decedentis in regno, spectat ad regem.*
12 *Solus princeps, habet fiscum.*

1 ET PRIMO videamus de iure regni Valentiæ, ꝙ ex lege † regni reseruatũ est, hñtibus merũ imperiũ, per forũ regis Alphonsi. Et certe quatuor videntur eẽ reseruata de foro. ¶Primum est mors naturalis. ¶Secundum, mors ciuilis. ¶Tertium, membri mutilatio. ¶Quartũ, executio pœnæ corporalis, prædictis simul in subsidium faciẽda. Pót & quintũ addi. s. exilium a regno & similes casus, ut ex dicto colligitur foro. ¶Videam' in primis de primo casu reseruato. & hic ẽ mors naturalis per q̃ aĩa a corpore separatur, & a rebus eximitur humanis, de rescriptis. c. susceptũ, de offi. deleg. c. si delegatus, tũc enim corp' manet nõ forma, id cõpositio aĩæ ad corpus mutata est. ff. de verbo. sign. l. mulierẽ. §. abesse. Et hoc positũ est in viã regulæ permissiuæ hñtibus inferiorẽ iurisdictionẽ, vt oĩa eis liceat, dẽptis casibus pdictis. ¶Est ergo dubiũ in primis. Pone ꝙ ex aliquo delicto
2 nõ est pœna † a lege regni taxata, & sic venit in
a arbitrio [a] l. hodie. ff. de pęnis. An hñs mixtũ imperiũ & iurisdictionẽ ex l. regni possit quẽ condemnare ad ppetuũ carcerẽ, dic ꝙ nõ, q̃a morti æquiparaĩ, vel dãnationi in metallũ, secundũ Innoc. q̃ ita notat in. c. qualiter, in secũdo, de acc. & est capital. vt est supradictũ isto tit. 9. q̃a. vers.
3 aliud, & ibi. Et q̃a iste cõdẽnatus ppetuo, † ciuiliter mortuus est, vt no. in locis desup allegatis, merito est ĩ casu reseruato. ¶Est & aliud dubiũ, si ex aliquo crimine possunt bona publicari, p hñtem bassã iurisdictionẽ, id est mixtũ impiũ, & certe nõ: q̃a publicatio, mors ciuilis est. Iste ẽ textus in l. actione. §. publicatione, & idẽ in deportatione, q̃a ciuiliter mors est. ff. de fideiuss. l. si debitori deportato. merito neque deportant neque ĩ exiliũ dãt, qñ p ista caput eximitur de ciuitate, & sic est mors ciuilis. l. publicorũ iudiciorũ. ff. de publicis iudicijs. ¶Sed nunq̃d ĩ exiliũ tpale pñt, ꝙ vr̃, q̃a exiliũ dici ꝓpriè nõ pót, vt no. gl. in l. nemo. C. de ep. audiẽtia, vt sic in eo exilio tpali nõ videaĩ loq. l. 2. ff. de publ. iudicijs.

Sed forus indistincte exilium a regno reseruat supremæ potestati, non distingueus temporale a perpetuo, & forus est ad literam intelligẽdus de foro. Et quia temporaneè videtur esse mortuus ciuiliter, & caput eximi de ciuitate, iuxta d.l. secũdam. ff. de publicis iudi. quãuis aliqua retineat, de quibus in. l. relegatorum, de interdictis. ff. dic ut ibi. Maior tamen quotidie contingit dubitatio, an habes inferiorem † iurisdi-
4 ctionem, posit contumacem bannire, nolẽtem assecurare a rege, iuxta formã fori regis Iacobi, in foro fina. de guidarico & treugis. Et videtur quod non posit a regno bannire, quia ab eo loco q̃ non est in suo dominio non põt bannire, quemadmodum præses nequit assignare insulam, q̃ non est in suo præsidatu. ff. de interdictis & relegatis. l. relegatorũ, in princ. in versi. cæterum. ¶ Itẽ bannimentũ q̃dã est relegatio, id est extra prouinciam expulsio, ut ibi. Et sic merito nequeat fieri per non habentẽ merum imperiũ ¶ In contrarium videtur quòd fieri posit per habentem mixtum imperium, cum omnia ei liceant, nisi illa quatuor prædicta, inter quæ est exilium, & non bannimentum, & sic merito stet regula salua, nisi quatenus derogatum est per exceptionẽ. ff. de penu. leg. l. nam quod liquidè. §. fina. ¶ Item quia bannimentum a regno non fit ex sententia iudicis, sed fori dispositione, in c. fina. allegato. De guidatico & treug. & sic solum iudi. ministerium est citatio verbalis quæ potest fieri, etiam subdito existente ex districtu, iuxta no. in. l. omnes. §. si vero. C. de ep. & cleri. quia pœna ex ipsa. l. venit. ff. de verb. sign. l. si qua pœna. & sic ipso foro facta declaratione p iudicem venit pœna, & hoc videmus in simili. Nam curia alicuius loci, ciuitatis, vel villæ, non habet potestatem, super toto regno, nec exercitium meri imperij, nisi infra limites sui territorij cui cohęret iurisdictio. l. fi. C. ubi & apud quos, iũcta. l. extra territorium, de iuris. omniũ iudi. & in. c. animarum. §. fi. de consti. li. 6. Et tamẽ in casum prędictum banniũt a regno, & idẽ faciunt, cum aliquem p homicidio condẽnant ex quo de foro possunt a toto regno bannire.

¶ Item quia per hoc bannimentum non adi-
5 muntur † sibi iura ciuilia Romanorum, ex quo non exulat nunc, bonis ademptis, ut late prosequitur Iacobus de arena, in tractatu bannitorum. Et Bart. in quæstione per eum disputata, quæ incipit, statuto Lucanæ ciuitatis, & sic talis pro ciuiliter mortuo haberi nequit. De quo vide late scripta per Bar. in. l. 1. C. de hære. instituen. quia & si teneremus opinionem Frederi. de starell. de Bononia, ex quo iste non est bannitus pro crimine capitali, bannimentum hoc, nõ potest æquiparari deportato, maxime quia iste est bannitus propter contumaciam solam, in non assecurando, non est bannitus propter delictum. Nam hoc casu, ex quo contumacia
6 † non venit propter delictum, non dicitur ma-
b leficium b secundum Bar. in. l. omne delictum, de re mili. & Cyn. Bart. Bal. & per Bartholomæũ de Salyce. in rub. C. de crim. stellio. Et uide Bal. in. l. ignorantia. C. de cri. stellio. Et est ratio secundum eos: quia maleficium stricte loquendo non continet delictum: quia est in omittendo, sed solum id quod est in faciendo, & ita dicũt deberi intelligi in statutis, vt cõsuluit Bar. in illa quæstione: dictat statutum quòd in palatio duplicetur pęna malefactorum, modo quis maledixit deum in palatio, vtrum duplicetur pœna? dicit quod non: quia istud nõ erat malefactũ, sed maledictũ. Ei quia verba statuti sunt stricte intelligenda: quamuis Bal. hoc nõ sequatur, pp atrocitatem resultantem ratione loci, vide per eum ibi. sufficit quod est verum dicere quòd iste non fuit bannitus propter delictum, & quia fori virtute est bannitus, & per solam iudicis interlocutoriam. Et ex hoc sequitur id q̃ singulariter & aliàs dixi, quòd iudex qui publicationem banni fecit, potest illud reuocare statim quòd reus vult obedire, & assecurare, quia
7 illud † bannimentum non fit per sententiam, neque est sententia, sed prouisio iudicis, C. de sententijs ex periculo recitandis. l. præses. Et q̃ non sint iudiciales sententiæ, & quod possint per eosdem reuocari consuluit domi. Anthonius de Butrio, in suis consilijs, consilio. 1. Allegat de sententia excommu. dilecto, & c. venerabilis, lib. 6. Vnde dicit Bal. singulariter in. l. 1. C. de hæred. instituen. quod tale bannimentũ hẽt naturam cuiusdam prouisionis interlocutoriæ qui potest mutari & corrigi per eundem iudicẽ. ff. de re iudi. quod iussit, & de arbitris. l. qualem, & subdit q̃ ideo a tali bannimento nõ appellatur, maxime quia contumax, cuius appellatio denegatur a iure. Allegat de iudic. l. pperandum. §. cum autem. † Si autem banniment-
8 tum esset factum propter delictum, tunc solus princeps haberet concedere remeatum exuli, vel illi qui habent merum imperium ex pscriptione vel consuetudine, vt no. Bar. in. l. relegati. ff. de pœnis. Sed ad id quod supra diximus q̃ habentes inferiorem iurisdictionẽ, possunt bãnire, videretur contrariari gl. ordinaria, instituta. quibus modis ius patriæ potestatis. sol. in. §.
9 relegati, quę dicit quod † bannimenta quæ fiũt nostris temporibus, sunt de mero imperio, & & ideo illa inferiores iudices non faciunt. Sed Iacobus & Petrus de bella pertica, dicunt quod non videntur quod sint de mero imperio, quia in publico crimine, non interuenit procurator. vt. ff. de publicis iudicijs. l. penultima. §. ad crimen. Sed in relegatione interuenit procurator, vt. ff. an per alium causæ appella. l. prima. §. sed si ea, ergo & c. ¶ Item in his quæ sunt meri imperij, absens non potest damnari, quod secus est in relegatione. ff. de pœnis. l. absentem. Et sic secundum eos non videretur dictum gloss. procedere. Sed opinionem gloss. approbat Spec. in titulo

titulo de fide instrumẽ.§.compendioſe. Sed Io. Fab. videtur diſtinguere & bene, quòd aut loquimur de banno quod fit per contumaciã, & tunc non aſsimilãtur deportato,quia nulla defertur ſententia contra tales.Si autem de bannimento pp crimen,quamuis hoc ẽt nõ ſit de mero imperio, tamen maioribus iudicibus cõmiſſum eſt.ff.de interdictis & relegatis.l. relegatorum. Et ideo putat quòd minores iudices qui non habent imperiũ,non poſſunt talia bãna facere,& ita ſeruatur de facto ſecũdũ eũ. Quæ oĩa nota,quia optima ſunt,& ſic intellige notata p Angelũ,in.l.certa forma.C.de iure fiſc.lib.10.

¶ Sed nunquid habentes baſſam iuriſdictionẽ & mixtum imperium,poterunt recipere aſſecurata inter ſuos?& ſic quamuis de foro aſſecurãs ſe debeat obligare ad arbitrium curiæ,ut in dicto foro,ſi caualler,de guidatico & treug. tñ cõmuniter intelligitur & practicatur quod ſi nõ cauet idoneè cũ fideiuſſoribus uel pignoribus ad pœnam iudicis arbitrio imponendã, quare tũc dr̃ idoneè cautũ.l.ſãcim.C.de verb.ſig.cum ſimilibus,q̃a non reperit fideiuſſores vel pignora,ad hoc quod habet præſtare ſacramẽtum & homagium,& alias cautiones pœnales ꝓ motu iudicis,cum hoc ſit regulare, ꝙ cũ nõ poteſt ſa-

10 tiſdare ꝙ debeat † iuratoriæ cautioni remit-
c ti. ff. qui ſatiſdare cogantur.l.1. Et nihilominus cauebit ſub oblig.bonorum.ff. ut in poſſe. legatorum.l.filio,&.l.ſi quando. Et no. in.l.4.& in.l.cum non facile.ff. ſi cui plus quàm per.l.falcidiã, per Iacobum de Arena. Et ideo ex quò pœna fractionis ſacramenti & homagii eſt ꝓditionis,& ſic de mero imperio,uidetur quòd dominus mixti imperij talẽ pœnã apponere,neq; recipere talia ſecuramẽta nõ poſsit. Et eadem eſt quæſtio ſi poſſunt inter ſuos recipẽ pacẽ & treugã,ſub iuramẽto & homagio?& uidetur q̃d non,quia appoſitio pœnę meri imperii nequit fieri, niſi per habẽtem merũ imperium. Allegatur.l.vnica.C.ne ſine iuſſu principis, ponit Bal. & Bar.in.l.cunctos populos.C.de ſum.tri.in repeti.c.ut aĩarum,de coſtitutionibus.Et hoc eſt q̃d dicit quotidie noſter fiſci procurator,in regno Valẽtiæ,Petrus de Angularia,quòd iuſtitię ciuiliũ iuriſdictionum,tales paces nequeũt recipere,ſic audiuit ab aliquo doctore antiquo, uidetur ergo quod bene dicat ꝓcurator regius per prædicta.Pro quo etiam facit,quia hæc aſſecuramenta,& paces,& ſimilia,ſunt de mero imperio.ff.de officio præſidis.l.illicitas.in principio,&.§.ne potentiores,& de uſufruct.l.æquiſsimum.& de variis & extraordinariis cognitionibus.l.de vſu aquæ,ut no.per Guillelmum de cugno.in.l.denũciamus.C. de his qui ad eccleſias cõfugiunt.Ad hoc notatur in.l.qui bona.§. qui damni,aliàs in.§.ſi quis iuxta, de dãno infect.p Bart.& Ange.& quod not.Bar.in.l.3.ff. de offic. præfe.vrbis,& quod no.in.l.quod iuſsit,de re iudica.& in ca.in præſentia,de prob.per Innoc.& per Ioan.And.in addi.Spec.in titulo,de pignoribus.§.ſequitur,verſi. quid ſi timeo,quoniam ad has ſecuritates uel paces, habet cogere iudex ſuperior, & is qui offenſam poteſt punire, & ſic cognoſcere de crimine & punire habet antequam cogat ad pacem,ſecundum ueram opinionem notatam per doctores in locis prællegatis.Et facit quod not. Guille. C.de ſentẽtiis. l.ex ſtipulatione.& Bald.clarius in.l. transigere. C.de tranſact.Et ſic iudex inferior,qui non habet aliud merum imperium ad delictorũ punitionẽ,non poterat illa aſſecuramenta reſpicere,& pacẽ,neque ad illas cogere.¶In contrariũ videtur dicendum,& quòd pertineat ad iudicẽ inferioris iuriſdictionis, ſaltim quòd poſsit illa recipere aſſecuramẽta & paces,probatur per dictum forum,qui per viam regulæ,omnia permiſit habẽtib⁹ mixtum imperium, & inferiorẽ iuriſdictionẽ,dẽptis illis quatuor prædictis, de quibus hic caſus non eſt, quia non eſt mors naturalis neque ciuilis:quia ciuilis mors eſt,cum aliquis patitur maximam, mediam,ſiue minorem capitis diminutionem.ff.pro ſocio.l.uerũ. §.ſocietas. Et quod notat Hoſtienſis,in ſumma, in titulo de pignoribus.§. qualiter admittitur. Et quod notatur in.l. finali. ff.de capitis diminutione,& in.l. amiſsio. no. §.qui deficiunt.ff. eo.Et quia vti vidiſti latè ſupradictis pœna talium recuſan.eſt de mixto imperio.Facit etiam ultra ibi allegata quod not.Cygnus in add. in. l.imperium.ff.de iuriſ.om.iud.¶ Neque obſtat quod dicis quòd pœnæ ad quas ſe obligant ſunt de merio imperio,quia proditionis & bãſiæ ſub ſacramento & homagio, & quòd illæ nõ poſſunt imponi ab illo qui non habet merum imperium, quia uerum eſt de iure.Sed ibi duo faciunt hic tollerari poſſe.¶Primum quod partes coram iudice ſe obligant, foro, dantur.iudici arbitriũ erit ſup modo aſſecurãdi, & ſuper obligatione iudex arbitratur. Et bene, p ſolitã obligationem,ar.l.fin.C. de fideiuſſoribus,&.l. quod ſi nolit.§.qui aſsidua, de ædilicio ædicto. ¶Itẽ cõſuetudo quoq; põt operari,ut is qui nõ hẽt imperiũ,neque maiorem iuriſdictionẽ,neque pœnam maiorẽ poſſet executare, quod illam apponat & iudicat, vt eſt caſus ſingularis in.l.ſaccularii. §. ſunt quædam.de extraord.criminibus. Et quia in his non curatur quis ſit iudex,ſed is primum adeundus eſt, cuius præſentia primum haberi poteſt ſecundum caſum ſingularem in.l.1. C.in quibus caſibus coloni capi. cenſit. dominos accuſare poſsint. Et quia cõiter conſuetum eſt in regno ꝙ tales minores iudices pacem & ſecuritatem recipiant, merito minime mutanda,quæ longam conſuetudinem habuerunt. ff.de leg.l. ſi de interpretatione.¶ Et quia vt ſupra late diximus, habilis eſt conſuetudo,ad hanc dandam iuriſdictionẽ, de qua uide quæ diximus iſto titulo.§.& quia, uerſi.ſed nunquid. Ad hoc adduco illud elegãs

 dictum

dictum Bal.in feud.de pace constantiæ. §. uassalli.dicentis, quòd licet quis non habeat potestatē super corpus liberum.l. liber homo. ff.ad. l.Aquiliam, & quod no. glo. 23.q.5.cū homo. tamē potest se obligare ad aliquas pœnas etiā d corporales [d] ne tale quid faciat, quia tales obligationes de consuetudine tollerantur, quæ habent potestatem in sanguinem hominis. Allegat.l.saecularij.§.sunt quædam,de extrarod.criminibus. Et ideo dicebam quòd ualebant obligationes mulierum, quas quotidie faciunt in curia criminali sub pœna uerberum, si reperiatur cum tali &c.quia de curiæ consuetudine tollerantur.Et nota ista, quia multum limitant dictam glo.in ca.cum homo.de qua canonistæ faciunt magnum festum.

SED QVID dices de illo quotidiano dubio, de consuetudine regni, hæreditates † sarracenorum decedentium sine liberis in potestate existentibus, deferuntur ad dominum terræ quæ consuetudo uidetur approbari per Ioannem fabri,instit.quibus modis ius patriæ potestatis soluitur. in princip. Est tamen dubiū ad quem dominum dicta pertineat hæreditas,vel bona,an ad dominū maioris iurisdictionis, & meri imperii, vel ad dominum inferioris iurisditionis? Et quod ad dominum maioris imperij pertineant,probatur.nā ad fiscum, tales hæreditates non habentium hæredem deferuntur legibus.l. 1.&.l. vacantia. C. de bonis vacantibus.libro.10. Sed habentes inferiorem iurisdictionem non habent fiscum,quia nullus habet, e nisi princeps [e] ut in.l.similem.ff.ad municipa-

12 les, vel ij qui iura fiscalia præscripserūt,ut sunt isti nobiles & barones,qui ex consuetudine vel f præscriptione, vel concessione [f] iura meri imperij exercuerunt, ut no.singulariter Bald. in. l. 1.C.de hæredi.act.vendi. Et sic merito talia bona ad iura fiscalia pertinent,& sic ad dominum supremæ iurisdictionis.¶ Item quia istud est quædā tacita confiscatio bonorum, ut in.l.1.ff. de iure fisci,quæ sine iussu principis,uel habentis merum imperium fieri nequit.C.ne sine iussu principis fiant confiscationes.l. vnica. Et sic meritò habēs inferiorem iurisdictionem,vel incorporationem facere non poterit, sed pertinet ad habentem merum imperium vel superiorem iurisdictionem.¶ In cōtrarium videtur & quod pertineat ad dominum inferioris iurisdictionis, quoniam illorum hæreditas & bona debent pertinere ad illorum dominos ratione prædiorum quæ habent in illorum dominio & nō est curandū de iurisdictione,quoniam antiquitus omnis erat principis. Et ad hoc allego tibi.l.singularem,finalem. C. in quibus casibus coloni capi. censiti dominos accusare possunt, lib.11. ut bona illorum esse cognoscant, cuius & ipsi sunt, & tamen non erant astricti illi ibi,illorū dominus ratione iurisdictionis, qa nullam habebāt cū omnis iurisdictio esset principis,cum postea sit consuetudine vsurpatum quòd in alios trāsferatur secundū Bald. in.§.eadem,in feu.de.l.corradi, sed solum ratione dominij terrarū & præstationis census,& sic videtur ibi esse casus nostræ quæstionis, & quod illæ iura.l.1.&.l.vacantia, intelligantur quando nō habent aliū dñi cū rōne bonorum sint obnoxii. Et non est verum quòd ratione imperij fiat talis successio,quoniam similes successiones fiūt, & non tñ ratione iurisdictionis,vt vides in hæreditate decurionum.C.l.vnica,& in hærede socij imperialis.C.si socius imperialis.l.1.& hoc aliquando ratione cōiunctionis,vt vir & vxor.l.1. & autēt.Præterea aliquotiēs rōne præsumptionis iuris, vnde bona peruenerunt,vt in clerico, de episcopis & clericis.C.l.si quis præsbiter, de peculio clericorū,c.1.& de testamē. c.cū in officijs.Et sic pōt dici in vasallis,qa ex nostris ꝑdiis oīa q̄sierūt, iustū ē vt bona nostra eē cognoscāt cuiꝰ sint ꝑsonæ nostra possidētes.Ad hoc allego tibi illud elegans dictū Bal.in.l.prima. C.de hæred.decurionum,& allegat dictam.l.finalem.C. in quibus casibus coloni capite censiti:dicētis quod de iure nobiles qui habent homines illis succedunt,& quod nequent testari si hoc habet consuetudo.Et sic videtur ad dominos inferioris iurisdictionis pertinere,maxime sic se habēte uniuersali regni cōsuetudine,q̄ ꝓ lege seruatur. ff.de legibus.l.si de interpretatione, &.l.de q̄bus.imo priuilegio æquiparatur secundū notata in.c.nouit, de iudi.9.q.3.cap.conquæstus. Hanc cōsuetudinem dico attendendā, qa cum sint iura consuetudinaria illius cōsuetudinē,dicimus obseruādam. Ad hoc.l. missi opinatores C.de exact.tributo.lib.x.ibi cōsuetudine seruata regnorū.Hoc idē dicimus,quia in aliquibus partibus in regno,vsi sunt diuidere has hæreditates inter dominū maioris iurisdictionis & minoris,quæ cōsuetudo esset seruanda de iure.Nā minime sunt mutanda quæ longā consuetudinē habuerunt.Et scias quòd ijs qui ad has hæreditates & bona vocātur,tenentur creditoribus: ex quo ex lege vel consuetudinis dispositione vocantur. Ad hoc.l.non intelligitur.§.cū ex causa.ff.de iure fisc.& quod ibi Bar.& in.l.princeps bona.ff.de verb.significatione.Et qđ ponit Bal. in.l.post venditionem.C.de pactis.

CAMILLI BORRELLI ADDITIO.

a ARBITRIO] Quinimo per textū in dicta.l.Hodie dicit Paul.de Castro in Consil.328.Vol.2:q omnis pœna etiam si fuerit à lege statuta erit ipsi Iudici arbitraria.de qua materia habetur latissimè per D. Iacobū Menochium in Tract.de Arbitrar. Iudic. quæst. per totum.

b ¶ MALEFICIVM] An & quando cōtumacia sit delictum,& quando non? Vide Glo. in c.ex litteris.de cōstitut.& Lanfran.in Decisio.154.contumacia.

c ¶ CAVTIONI. Quando quis non inueniens fideiussores

iussores relaxetur sub cautione iuratoria, & an pauper & an qui parum deliquit, & an mulier? Vide latè Hippolyt. de Marsil. in Rub. per fideiuss. nu. 169. Nicolaus Boeri. in decision. Burdegal. 349. Catellian. Cotta memorial. in uer. iuramentum probat. & Socin. in consil. 79. col. 2. uol. 2. & Fabius mòte leonius in pract. arbitral. fol. 485. nu. 12. & do. Iulius clarus in pract. crim. q. 46. nume. 14. 15. 16. & 17.

d ¶CORPORALES] Non ualet tamen consuetudo quòd percutiens ponat se in manibus percussi. Hippolyt. de Marsil. in singul. 189. & Nicolaus Boerius in decision. Burdegal. 262. num. 4. uolu. 2. & remissiuè do. Bernardin. Alphan. in collectan. iuris. 627. nemo.

e ¶PRINCEPS] Ita, & taliter principis est fiscus, ut ab Vlpiano princeps fiscus appelletur. ut i l. 2. § hoc interdicto. ff. ne quid in loc. publ. inde dicitur quòd quicquid est fisci, est Cæsaris. ut uoluit Ang. in l. bene à zenone. C. de quadrien. præscrip. Et fiscus ecclesiæ Romanæ est ubicunque. Bal. in l. hæreditas. ff. de hæredi institued. & in Rub. ff. de rer. diuis. ¶An autem episcopus habeat fiscum? Videas Ioan. Bernard. Diaz. in tract. crim. canó. 124 nu. 39. & c. 134. nu. 6. & ad materiam vide nõnulla per Guliel. Benedict in rept. c. Raynu. in uerbo, & uxorē noie Adelasiam. nu. 385. cū plurib. seq. extra de testamē.

f ¶CONCESSIONE] Vt sunt omnes duces, marchiones, comes, & barones in regno, qui habent merū, & mixtum imperium ex principis priuilegio, & apud barones non appellaē fiscus, sed coadiutor curiæ, pœnæ autem & redditus feudales ueniunt penes camerarios baronales quos ærarios vulgo nominant. de quib. per Marinum Frecciam de sub feud. baron. lib. 2. auctori. num. 37. per totum & nos alibi tractabimus ad plenum si deus uoluerit.

Camillus Borrellus.

## In versicu. Postremo restat videre.

1 *Datio acotorum, est meri imperij.*
2 *Seruitus est maximi imperij.*
3 *Iurisdictio inferior, quo se extendat.*
4 *Dominus agricolarum, quam iurisdictionem habeat in eos.*
5 *Locumtenens generalis, ordinariam habeat iurisdictionem.*
6 *Iudex debet se & alios iustificare.*
7 *Iustitiam facere negans, indignationem principis incurrit, & qualiter puniatur.*
8 *Rex habet iurisdictionem generalem.*
9 *Vasallus quando eximatur a domino.*



OSTREMO Restat uidere de foro regni regis Alphonsi, de iurisdictione concessa ijs q non habent merum imperiū: & est concessū posse infligere pœnam centum acotorū, uel verberum, & infra centum habētibus bassam iurisdictionem & mixtum imperium. Pone q aliquis fuit per talem dominū mixti imperij, & ciuilis iurisdictionis condemnatus ad centum, vel infra, iuxta limites suæ iurisdictionis, vult illos remittere uel componere cum condēnato, dominus meri imperij dicit quòd non pōt sine eo uel suo consensu. Quid dices, quoniam de hoc est sępe altercatio in curia & iam tempore regis Petri fuit dominus rex supplicatus, ut puideret in curia, & nil aliud uoluit disponere, quàm esset prouisum per forum regis Alphōsi pallegati, ut uides in terminis anni. 42. in foro incipien. Itē quæ sua merce. ¶Est ergo uidere quid sit dispositum per dictū forum, & aliàs de iustitia. Et videtur quòd ex dicto foro iudex inferioris iurisdictionis, nō possit componere, vel remittere, sine iudice superioris iurisdictionis, quoniam sic est ex dicto foro immediate pœnarum ex vulneribus pertinentium domino maioris imperij, quod non potest condemnare vel remittere, sine iudice inferiori. in §. retinui empero. ¶ Item quia satis clarè uidetur foro probari ibi cū dicit, E si per los dits a co es. vbi disponitur quòd si ex illis centum aquotis, reus se vult dare in captiuitatem, quòd debet uendi, & medietas præcij est domini habentis supremum imperium, & alia medietas domini inferioris iurisdictionrs. Et sic merito in præiudicium istius iuris. quòd potest sequi, non potest fieri compositio sine consensu domini meri imperii. Ad hoc. l. in concedendo. de aqua pluuiali arcen. & cap. inter quatuor. de maio. & obe. ¶ Item quia ex quo emolumenta ex istis acotis prouenientia, ratione seruitutis quæ sequi potest, sunt communia vnus iudicum sine alio, neque remittere neque componere potest. arg. notatorū per Barto. in lege, si vni ex plurib. ff. de re iudi. imo est necesse constare alterum nolle, vel non posse. Allegat. ff. de legat. 1. l. si fundum. §. his uerbis. Et ad Trebel. l. hæredes mei. §. fin. pro quo facit. ff. qui & a quibus. l. si quis hac lege. §. quo-
1 tiens. ¶Item quia datio † acotorum est de mero imperio. No. Saly. in l. transigere, uel pacisci. C. transac. facit capi. in archiepiscopatu. de raptoribus. Et sic etiam q infra summam centum sunt permissi iudici inferiori infligi, attamen non illorum remissio, ex quo potest sequi seruitus ex datione acotorum quæ pœna est de mero imperio, & mors ciuilis est. ff. de pœnis. l. 2. ff. de bonorum possess. l. edicto. §. rei capitalis. Ad hoc faciunt no. in lege. 1. ff de of. consul. per Barto. & Bal. ad Trebel. & l. hæredes mei. §. peto. ¶Sed in cōtrarium uidetur posse dici, quoniam ex dicto foro, compositio de centum acotis infra uidetur relicta inferiori iudici, quia illi datur cognitio & executio, & solum dominis maioris iurisdictionis est reseruata executio & compositio de cētum supra, & sic de inferiori suam permisit iudici mixti & basse iurisdictionis arg. ff. de iudic. neque obstat. §. retinui. quia ibi conceditur medietas pœnæ ex vulneribus prouenieus habenti inferiorem iurisdictionem. Et sic non mirum si in eius præiudicium nequit aliquid componi uel remitti, saltim de parte pertinenti domino inferioris iurisdictionis, minor nequit cōponere uel remitte-

remittere, ut æqualitas & ius ęquum seruetur. C. de fructibus & lit. expens. l. fin. Et sic posset dici ꝙ tali casu, vbi pro pœna vulnerum esset adiudicatum centum verbera vel infra ꝙ ex quo medietas compositionis pœnæ est domini maioris iurisdictionis. per dictum. §. retinui, & ex illorũ datione posset sequi seruitus,
2 † q̃ est de maximo imperio, vt est dictũ ꝑ dictã legem secundam. ff. de pœnis. Et cuius medietas pręcij est domini maioris imperij, quod sine eo nequit fieri cõpositio, q̃a illius interest. Et quia habet participium in iurisdictione, & sic succedant, quæ supra allegauimus, denota. in dicta l. si vni. & in l. 1. ff. de officio consulis, & in l. hæredes mei. §. fina. Sed in casu ubi uerbera sunt adiudicata pro illis criminibus quæ sunt de mixto imperio & infra summam cẽtum, ex quo & criminis cognitio & executio est domini inferioris iurisdictionis, & emolumẽta ex tali iurisdictione prouenięntia sunt sua, argu. notatorum in l. fin. ff. solu. matrimo. & sic merito de illa pœna possunt componere. Si autẽ eueniat casus quòd seruitus subsequatur, erit tũc propter dictam pœnam seruitutis, quæ est de mero imperio, ut in d. l. 2. ff. de pœnis. medietas domini maioris iurisdictionis, quia ex tali crimine modico, non est læsa sua Respublica, neque spectat quouismodo ad eum punire, & sic uidetur quòd non habeat curare de remissione vel compositione, quia has remissiones & compositiones, curia de foro facere potest, postquam non habeat sequi mors, vel membri abscisio, tam ante condemnationem quàm post, ut sic de foro regni non habet locum. l. 1. §. fina. & l. dum fratres. ff. de quæstionibus. quæ post condemnationem, sit principi reseruata, quia solum reseruatur ubi est pœna mortis ciuilis, uel naturalis, uel membri abscisio, quæ est etiam de foro & iure de mero imperio, ut in dicto foro, de iurisdictione concessa non habentibus imperium, & in auctent. de collatoribus. §. ad hoc prohibemus, in aliis autem remissiones & compositiones inferioribus iudicibus sunt reseruatæ, & sic fortius istis dominis inferioris iurisdictionis qui sunt iustitiæ & dominij, & sic practicatur in regno, & esset bonũ declarari propter contentiones, quas aliqui scrupulosi imponunt cõtra iustitiam meo uidere.

SCIENDVM est quòd antequam cõderetur forus regis Alphonsi de iurisdictione concessa non habentibus merum imperium, iam de iure antiquo fororum, domini castrorum habebant iurisdictionem, & totum mixtum imperium & carcerem. Et quamuis fori antiqui regis Iacobi, de iurisdictio. omnium iudicum, solum videatur concedere illis dominis castrorum iurisdictionem ciuilem in homines suos cuiuscũque essent numeri cassatorum, & si vnum solum cassatum haberent, quia fori non distingunt cassata, ut uides in foro sil cintada, & in foro, tots los habitados, de iurisdi. omnium iudicum. tamen ex quo forus regis Alphonsi, de iurisdictione cõcessa non habentibus merum imperiũ, loquaquatur declaratiue, uolens quòd intelligatur in omni casu vulnerum, cum omni mixto imperio, & carcere, est uerum dicere quod iam eo
3 iure habebant prætex. in auctẽ. de filiis natis ante dotalia instrumenta. §. fin. Et hoc prodest, scire ad multa. † Nam iurisdictio criminalis inferior, quæ est superaddita per dictum forũ nouum, non habentibus imperium, est solum inter suos, & pro delictis commissis infra limites Alquerearum seu locorum suorum tãtùm. Sed illa antiqua iurisdictio quàm olim habebant quæ est declarata per forum nouum habent inter non suos, & pro delictis alibi commissis, dum tamen rei uel conuenti sint habitatores Alquerearũ seu locorum illorum prout patet in dictis foris Sil cintada, & capi. tots los habitados, in addi. ibi posita. Et ita etiam practicatur in regno ꝙ forensis conuenit ciuiliter uasallum coram suo domino inferioris iurisdictionis ex contractu alibi inito. ¶ Item & prodest ad hoc scire, quia cum aliqui dictis foris non consenserunt, ut dominus de Lima, neque alij, ꝙ etiam domini Alquerearum etiam habent aliqualem iurisdictionem & mixtum imperium declaratum\ quia hoc est ex l. antiqua secundum quam illa domus uiuit. Sed hodie non habet dubium: quia ex quo bona illius domus fuerunt principis talem iurisdictionẽ cõcedentis, qui in domino Alquerearum habet totalem iurisdictionẽ iuxta terminos dicti fori nacti sunt arg. ff. de usuca. l. si vir prædium, & l. quotiens. ff. de excep. rei uendi. Et istud multum facit pro quæstione domi. Bernard. forell. contra ciuitatem Sugurbi: & licet ratio suspitionis pateat, q̃a sum illius aduocatus & amicus, tamen dicere possum; quia jam habet sententiã pro sua parte, quę facit ius. l. fi... ¶ Item & prodest ad aliud, quia uidentur fori antiqui iuri communi concordes, qui dominis castrorum inter suos agricolas dedit cognitionem & iurisdictionem ipsos a lege iudices dando. ut in text. singul. in auctent. de quæstore, in §.
4 si uerò forsan. in 2. Et per illũ tex. hoc dicit ibi Iacobus de beluiso, nota dominos † agricolarum iudices constitui a lege inter suos agricolas, de quo remittit in feud. de prohib. feudi alien. §. præterea. Et hoc prodest, quia ædificando nouiter castrum uel turrim, in termino alicuius, & eam populando de agric. quærere iurisdictionem, quia clarum est quòd possum facere castrum in campo meo proprio, & domos agricolis, & habebo ex noua etiam fundatione illam iurisdictionẽ quæ a lege & foro mihi donatur, & lex non repugnat, imo assistit. Sed per hoc etiam si ciuitatem magnam ædificassem in territorio alieno, nõ propter hoc quæro merum

rum imperium,& altā iuriſdictionem, imo eſt illius cuius eſt ciuitas,in cuius eſt territorio. ff. ad municipales. l. qui ex uico. Et quo ad hanc iuriſdictionē habet locum, quod dicitur:quicquid plantatur in ſolo alieno &c. Et ita intellige quod no.Bald.in l.1.§.initio.ff. de officio p̄ſec.urbis.ibi. Sed pone:princeps donauit,aliàs non procederent per eum dicta. & ita intellige not.in Specu.in tit.de reli.domibus, uerſic. quid ſi petatur ciuitas, qui dicit,q̄ qui in ſolo iuriſdictionali ædificat alicuius illius efficitur ſubditus.Et refert Bald.in l.ſi is cui.§. rerum. ff. de rerum diui. q̄m debet intelligi quo ad maius imperium, non quo ad agricolarū iuriſdictionem. Ad hanc diſtinctionem faciunt notata per Io.And.in nouella.in capi. quid per nouale,de uerborum ſigni.& per Bald.in feud.de his qui feud.dare poſſunt,in capi.1. Eſt tamen uerum, niſi ciuitas ſit ædificata in loco habito pro derelicto, vel in mari in loco nulli ditioni ſubiecto,ut dicit Bald.in l.1. C. de emancipa. liberorum.quia tunc pleno iure quæreret omnimodam iuriſdictionem ſecundum eum. Et ex hoc ſequitur qđ illi qui nouiter loca fecerunt & caſata de numero fori conſtruxerunt quod habēt fori iuriſdictionem. Et ad id bene facit forus ibi Ho.aura. quia Anton. domibus iuſtū eſt ut habeant priuilegiū. Ad hoc l.cura. §. deficientium.ff.de munc.& hono.& ff. de uacatione & excuſatione munerum.l.ijs honoribus. §. autem.Et iſti domini qui habent mixtum imperium & ciuilem iuriſdictionem ex foro,poſſunt quem ponere in caſtello, & ideo poſſunt illum tenere hæreticum,quemadmodum domini meri imperij furcas,ut ſupra diximus, & hodie prouiſum eſt per actum curiæ propter locum,de la pobla. cuius dominus in uiam grauaminis obtulit coram rege Nauarræ, locū tenenti generali,& ideo non inſiſtendum.

¶ET CVM TRACTEMVS DE HIS iuriſdictionalibus,occurrit dubium de quo iā uidi altercationem in curia ducis Gandiæ, in ſuo ducatu habet merum imperium, & aliqui milites inferiorem iuriſdictionē. Euenit quòd dux Gandiæ qui eſt rex Nauarræ,erat locumtenen.generalis,ut dux Gandiæ, grauauit vnum militem contra iuſtitiam, in ijs quæ ad ſuā inferiorem iuriſdictionem pertinebant, uel aliàs ille miles de eo grauamē in curia poſuit, dicebatur quod nō procedebat in uiam grauaminis in curia,quia ut alius.ſ.ut comes, baro, uel dux hoc faceret, & ſic tanquam contra locumtenentem nequit quærela proponi. argu. ff. de ado.l.ſi pater.§.qui duos,ad quod.ff. qui ſatiſda.cogan.l.ſi filies.& ff.pro ſocio.l.ſocium. §.ſi. & C.de iure deli.l.cum aliquis, faciunt.l.fina.ff. de iuſti.& quando ex facto tutor.l.poſt mortē.. de uerborum oblig.l.ſi ita quis. §. Griſogonus. ff.de procura.l.procurator, qui pro euictionet

¶In contrarium tamen dicebam, & quod erat grauamen curiæ, & reparebile, quia locumte-
a nens [a] † generalis mandatam iuriſdictionem
5 habet,non ideo delegatam, ſed ordinariam,in cap.legatos,de offi.legati,in capi.ſi abbatem, de elec.lib.6. Et mandatū per ipſum ſuſceptū, de adminiſtranda iuſtitia,& ita præſumitur ēt talem qualem princeps foret adminiſtraturus, ut in tex.notabili,in l.1.in fin.ff.de offi. præfec. præto.& in mandato de iuſtitia adminiſtran-
6 da uenit ſe & alios † iuſtificare,ut in l. iuſtitia. ff.de iuſt.& iur.& ibi Bald. & quamuis generalis & ampla detur poteſtas, adminiſtratio vel mandatum, non uenit dolus, uel non bona fides. ff.mandati. l. creditor. §. Lucius. Et eſt ſic quòd in hoc argumento de tanquàm, quotiēs quis ex fide ſuſcepta vel mandato tenetur ad aliquid etiam ut alius aliud facere non poteſt quàm quòd in mandatis ſuſcepit.Iſte eſt caſus ſingularis,in lege prima.C.de dolo.facit.l.finalis.§.quatuor.ff.de legatis.2. Nā fideiuſſor qui ſuſcepit fidem & mandatum,ſoluendo nequit pignora emere, ſed tenetur luere & ſoluere. Si ergo locumte.genera. qui mandatum ſuſcepit de iuſtitia adminiſtranda nequit ut alius iuſtitiam facere, quia quo ad fidem & mandatum ſuſceptum officium, non eſt ſeparabile a perſona. ¶Præterea id etiam uidetur probari per id quod dicit Bald.in feud.de pace tenenda,in §.publici latrones,quod ſi habens caſtrum in
b feudum male tractat [b] Burgenſes caſtri, quòd dominus poteſt eū monere, ut eos tractet modo debito & conſueto, aliàs curia domini poteſt ſibi auferre caſtrum.Si ergo locumte. generalis ut comes,dux uel baro, grauat contra iuſtitiam & forū homines in tali ducatu uel comitatu terram poſſidentes,quin poſſint recurrere ad curiam non dubitatur, & quin de hoc cognoſcere poſſint, & grauamen reparare, & hoc iam efficatius poteſt in curia deduci, ſi iādictus locumtenens generalis, fuit inſtatus & requiſitus,ut iuſtitiam de ſeipſo, ut iudice uel barone faceret, & expreſsè denegaſſet uel eam facere neglexiſſet,quia tunc ex dictis cauſis,locus eſt indubitanter recurſui ad ſuperiorem,& ſic ad principem & curiam. Nam qui denegat
c [c] facere† iuſtitiam,incurrit principis indigna-
7 tionem[d] ut in auctem.de manda.principum.§.
d ſit tibi quoque. & tenetur læſo ad omne intereſſe,& extra ordinem puniri poteſt,ut in dicto. §.& in auctem.de quæſtore.§.ſed hoc.colu. ultima.& in auctenti.ut litigantes iurent.§.primo. colum.11.& uide quæ circa hoc Bald.ſcribit,in auctem.ſtatuimus.C. de epiſcop. & clericis. Et idem Bal. in l.2.C.de epiſcopali audientia, tenet quòd denegata audientia non appellatur, ſed quòd poteſt haberi recurſus ad ſuperiorē, & ſic no.idem Bald.in l.2.C.de lite pendente.& tenet Guil.de Cug.in l.nemo.de iuriſd. omniū iudicum.C.& Anton.de But. de appella. capi. dilecto.& in capitul. ex parte. & uide eundem

Bal.

Bald.in lege,sed si per prætorem.§.sed & si magistratus. ff. ex quibus causis maiores. Si ergo tali casu potest haberi recursus ad superiorem, in fortiori ad eum in curia existentem pro administranda iustitia, & grauaminibus reparãdis,ut in feud.de prohibita feudi alie. per Erede.in princip.Et quæ dicta sunt possunt etiam corroborari,quia grauamẽ illatum per aliquẽ iudicẽ qui superiorem recognoscit, & ad quẽ superiorem per quærelã potest recursus haberi in curia reparabili, ut probat tex. singulariter. in capit.clericus.iuncto.capi.si episcopus fortis.xij.q.3.ubi dicit tex.quòd clericus qui episcopi cohertionem circa se putat iniustam, recurrat ad synodum,quẽ tex. gloss. & doc.intelligunt iuxta tenorem dicti capit. si episcopus fortis.12.q.3.Et sic quamuis clericus ꝑ appellationem possit adire archiepiscopum,& episcopi negligẽtiã possit archiepiscopus supplere, ut in iuribus vulgaribus.c.Romana.de supplen.negli.prælatorum,libro 6.& in capitu.Romana,de appella.libr.6.tamen clericus grauatus ab episcopo, recurrit ad synodũ, iuxta formam dicti capi.clericus,& ca.si episcopus,forte.ea. causa & quæstione. Et sic habere iudicẽ uel non habere, qui possit refrenare fore factũ non facit,quominus grauamen in curia sit reformandum, maximè quia idem est iudex & motus animi idem est ut baronis, quòd ut locumtenentis, quo ad ministrandam iustitiam, vti dictum est,& ita semper credidi & credam, donec aliud mihi efficatius ostendatur. Et ad hoc bene facit forus,fils caualers,& feudals, Et quòd ibi no.per Guil.iaff.r, quid dicit ꝙ licet nobilis uel baro habeat iurisdictionem altam & simplicem in sua baronia, tamen non est uerum quòd dominus rex nullam iurisdictionẽ habeat in eis,cũ ipse in omnibus regnis, & ter-

e ris suis sit monarcha[e] & dominus quo ad iuris-

8 dictionem † generalem & protectorem, iuxta opin.Bald.quàm dicit per gloss. approbatam, in prima constitutione digestorum in princip. & C.de quadrien.præscrip.l.bene à Zenone. Et Archid.illam approbat.13.q.8.capi.quàmuis. & melius in capi.tributum.& 9.q.fin. capi.per principalem, ratione cuius omnes grauati & oppresi possunt recurrere ad dominum regẽ, quia regum est propriè facere iustitiam, atque iudicium, & liberare de manu calumniãtium, ui oppressos.23.q.5. regum. Possunt etiam oppressi a suis dominis uel maioribus ad dominum regem uel eius officiales habere recusum, institu.de his qui sunt sui uel alie.iur.9.fi. ¶Insuper & uasalli grauati per dominos suos, possunt firmare de iure, in posse domini regis, ut in dicto foro.Et ideo dicit quòd nedũ per appellationem, sed per quærelã potest adiri dominus rex,& querelæ proponendæ,locus habilis est curia,maximè attentis prædictis qualitatibus,imo dicit Ioan.Fabri in dicto.§.fin. institu.de ijs qui sunt sui vel alie.iur. quòd si dominus grauat,uel male tractat uasallum,quòd

9 potest † eximi ab eius iurisdictione per principem. Allegat. C. de officio comit.sacra pala. §. quæcunque prædictus potest. leg.1.ff.de adulter.l.si postulauerit.§.iubet lex, si quis a parente fuerit manumissus.l.fin.C.de episcopali audientia.l.si lenones. Et super hoc iudex debet ex officio prouidere.ff.de officio præsidis.l.illicitas.§.3.uersicu.priuata, imo dicit quòd si superior grauet indistinctè subiectos, potest omnino interdici sibi administratio, & ex minori causa quàm alia,bonorum administratio. alle. extra.de supplenda negli.præla.§. grandi. libr. 6. Et ibi hoc no.Archid.de sententia & re iudi. capi.ad apostolicæ,de elec.capi. uenerabilem, quod nota,quoniam optima sunt.

## CAMILLI BORRELLI ADDITIO.

a ¶LOCVMTENENS] Generalis locumtenens est ut hodie uidemus prorex in regno, qui repræsentat immediatè personã regis,cuius adeo suprema est potestas ut generalem possit legem condere, dum tamẽ non sit contra legem principis.Angel.in l.apertissimi.in 1.notab.C.de iud.Ioann.Crotus in rep. l.omnes populi.numero 11.ff.de iusti.& iur. Odofredus in lege, formam. C.de offic.præfect.prætor.& uoluit vdalrich. zasius. in consi.15.nu.13.uol. prim.& uideri potest ad materiam Camillus Plautius in l. 1.in verf.mandata iurisdictione per totum.ff.de offic.eius.& de locumtenente regis dicitur quòd est legatus regis, cui summa ius dicendi nõ est potestas. Ioan.Co rasius in l.legato.ff. de offic.assessor. de quo etiam per Lucam de Penna in l.in officio.C. de castrensi.libr.12 Andr.Barbat.in consi. 26. uolum.2. Salicet.in l.cum indulgentia.C.de sentent.pass. Stephan: Bertrand.in consil.156.uolu.3.& latissi. Manen. Freccia de subfeud.Baron. lib.2.titu.quis dicatur dux.nume. 29. cum pluribus seq.

b ¶MALE TRACTAT] Adde Paulum de Castro in authen..qui rem.nu.3.in fin.C.de sacrosan.eccles.dominic.in c.ad Apostolicæ.nu.8.de re iud.lib.6.Cur.Iunior. in consil.137.habita.nume.4.cum aliis nonnullis traditis per D.Quintilian.Mando.in tract.ingratitudinum.c. 62.causa.73.& c.63. & Paris de Puteo in tract. sindicat. in titu.de excelsib.Baron.num. 18.

c ¶DENEGAT] Denegantes iustitiam facere quam pœnam incurrant, & quid facere habeãt hi quibus denegatur. Puteus in dicto tract.cap.incip. sindicantur & officiales ratione,ubi uidendum est.

d ¶INDIGNATIONE] De indignationis pœna idem Paris de Puteo in tract.sindicat. in capi. an si propter.num.2.per totum. & ego latissimè dixi supra Rubric.11.§.restat.in versi.indignationem. vbi uideas.

e ¶MONARCHA] Prætertim rex Siciliæ, & Hispaniç. catholicus ut est inuictissimus rex noster Philipp. de Austria, & dixi in regia Aragonũ.§.3. gl.1.per totũ.

Camillus Borrellus.

De potestate Locumtenentis generalis. Rubrica 25.

In §. Sæpissime videmus.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudex incompetens,semper dicitur grauare.*

2 *Prin-*

2 *Princeps est iudex exemptorum, & exemptio per quæ verba concedatur.*
3 *Officialis vnius, non debet quæ sunt alterius attentare.*
4 *Locum tenentis regis, potestas.*
5 *Principis absentia facit quædam committi, quæ aliàs non committerentur.*
6 *Veniæ facilitas dat incentiuum delinquendi.*
7 *Necessitas facit de illicito licitum.*
8 *Iudex, quando denegat facere iustitiam.*
9 *Papa dando iurisdictionem episcopis, non adimit a se supremam.*
10 *Priuilegio suo, quilibet renunciare potest.*
11 *Princeps, quando sententiam retractet ad libitum.*

SAEPISSIMAE videmus dubitari, an locumtenen. generalis, possit militem decapitare, cuius criminis cognitio est iustitiæ, executio realis est principis, uel sui primogeniti de foro, & an gubernator regni de milite cognoscẽs in casu sibi permisso, in crimine plagij, uel aliàs, si poterit executare suam sententiam, uel si remittet condemnationem & executionem ad regem uel ad suum primogenitum, quemadmodum tali casu iustitiam facere tenetur. ¶Et primo uidetur quòd neque locumtenens generalis, neque gubernator de illorũ causis se possunt intromittere, saltim quo ad executionem corporalem per forum regis Alphonsi, de electione iustitiæ, qui forus milites submittit, quo ad cognitionem in foro iustitiæ, reseruata principi condemnatione uel executione, qui etiam forus extensus est per actus curiæ ad nobiles, & ad aliquos generosos qui habuerũt officia publica, pro cuius dispositione bene facit.l.si grauius.C. de dign. libro 12. & sic forus dat iudicem quo ad cognitionẽ militibus, & reseruat principi condemnationẽ, ergo alios prohibere uidetur.ff.de iudic.l. cum prætor, sic & aliàs de iure milites in criminibus militaribus sunt de iurisdictione omnimoda
a magistri militum [a].C.de iu.omnium iudi.lege magisteriæ, in atrocibus criminibus, propter quæ perdunt milites militare priuilegium. l.1. C.ubi senatores uel clarissimi, sunt sub præside ubi delinquũt, & hoc est, qa eorũ amissũ est priuilegiũ, & iustũ est qđ eo nõ gaudeat q in ta lib.se immiscuerunt, ut l.iudices.C.de dignitatib.In aliis aũt mediocribus criminibus, solam cognitionem habet preses, remittens punitionem ad magistrum militum, & ita notatur in dicta.l.magisteriæ.C.de iurisdi. omnium iudic. l.fin.C.de re milit..libro 12. & omnes alij iudices sunt incõpetentes militibus, & omnes grauarent si in illorum causis procederent. Dempto magistro militum & aliis in casibus prædi-
1 ctis. † Nam iudex incompetens semper dicitur grauare, qualitercunque procedat.C. de decurionibus.l.militaribus.libro.10.¶Item & istud uidetur iure fundari, quoniam isti uirtute dicti fori milites, uidentur esse exempti, a iurisdictione omnium ordinariorum & immediate
2 subesse pricipi, qui est iudex immediatus † exemptorum. 94. di. nulla, & per quæ uerba uideatur exemptio fieri uel concludi, uide cap. si Papa, de priuilegiis, & capi.cum personæ, eod. titu.libro 6. Saltim ista exemptio uideatur cõcessa, & principi reseruata, quo ad sententiam & executionem, & de his quæ principi reseruata nullus debet attentare, uel super iis potestatem habere contendere. 17.di. capi. huic sedi, & de officio delega.ca. quod translationem. ¶Item quia ex quo ista specialis iurisdictio est data iustitię, & sententiæ executio pricipi, habens generalem commissionem uel potestatẽ, de illa se intromittere nequit.ff.de lega.primo. l.seruum.§.si quis, post.per Iacobum de arena.
3 ¶Item quia vnus † officialis nequit se de officio alterius intromittere, ex quo vnus nõ subalternatur alteri, ut C.de executoribus, & apparitoribus.l.2.lib.12.& quod no.ff.de manumissionibus.l.apud eum. ¶Item quia ex quo certi sunt dati iudices, quo ad istos milites, de causis illorum, aliqui se nequeunt intromittere.C. de test.l.consulta. Et per illa proximè dicta potest limitari.l.prima.C.de offic. præfecti vrbis, secundum Bald.qui ita singulariter no.in l.prima.ff.de officio consul.qui limitat dictam.legẽ primam.C. de offi.præfecti urbis, & alibi melius eam limitatam non uidi, saluo quòd tibi dixi isto titulo.§.& quia, uersic. nunc dicamus, in quibus dictis, tu intelligens satiaberis, quia bestiales modica ratione sunt contenti. Sed in contrarium uidetur dicendum, & quòd locũtenens generalis, non primo genitus, etiã possit sententiare & executare militem, & etiã regni gubernator uel præses, in casibus ad suam iurisdictionem pertinentibus. Et primo quia
b regni locumtenens tanquam habens [b] merum imperium & iurisdictionem in regno ab ipso principe super hoc potestatem habente, non uidetur exclusus, ab illa regia iurisdictione & præeminentia. Ad hoc de elect.capi.si abbatẽ, libro 6. Nam princeps de tali locumtenen.non credit eum alíter iudicaturũ prosapia dignitatis, quàm ipse princeps, ut in tex.singulari in l.prima.ff.de officio præfecti præto. Et sic merito quemadmodum princeps non excluditur a tali iurisdictione pronuntiatione & executione, neque ipse locumtenens, maximè quia hodie ex stilo ipsarum locumtenentiarum apponuntur illa uerba † (ponentes uos in locum &
4 ius nostrum) ex quibus uerbis indubie talis locumtenens uidetur constitutus, ut procurator in rem suam, & proprio iure locumtenens exercet utiliter, quicquid ad prĩcipem pertinet, ut in casu singulari, in l, quadringẽta, ff. ad Trebellia. per quam l. hoc ibi determinat Angel. &

in l.

in l. si cum emptore. ff. de pactis, & in l. 3. C. de nouationibus. Et uidetur tenere domi. meus. Ioan. de Imola, in dicta l. qui quadringenta. ad minus est uerum dicere, quòd habent mandatum cum libera. Et uoluit sentire Barto. in l. in prouinciali. §. si ego. ff. de no. ope. nũcia. ex quo mandato potest ea etiam quæ ex speciali mandato habent transire, ut in capi. qui ad agendum, de procura. libro 6. Sed non est dubium principem & causas meri imperij, quæ indelegabiles sunt, de iure, ut in l. prim. C. qui pro sua iurisdictione, & in l. pater. §. quindecim de leg. 2. & omnia etiam illa quæ in signum priuilegij & prærogatiuę singularis sunt principi reserua ta, potest committere, ut in cap. quòd translationem, de officio. lega. quanto plus de causis eorum, qui sibi subsunt solùm, quo ad condẽnationem uel absolutionem, & executionem, quorum cognitio est inferiorũ, cognoscet uirtute tñ supremæ potestatis. Maximè q̃a prin-
5 cipis absentia facit aliqua esse † commissibilia, quæ nõ essent. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio. l. prima. ¶ Item quia si hoc esset quòd locumtenens generalis militũ crimina, maximè enormia, in quibus mors debetur pro quibus sunt de iure sub præsidis potestate. C. ubi senato. uel clarissimi. l. prima, non possent punire & executare durante regia absentia, multa inconuenientia sequerentur. Nã fa-
6 cilitas ueniæ tribuit † incentiuum delinquendi, ut sic merito dici potest, quòd ex tanta ne-
c cessitate [c] † illud sit licitum, quòd aliàs non es-
7 set, & ille habeat potestatem, qui aliàs non haberet. C. de nauiculare. l. cum nouarcorum, lib. 11. quanto plus, quòd ex prædictis, etiam iure talis potestas uidetur locumtenen. attributa. Maximè quia hoc uides in simili: nã de foro regni, omnes causæ habent determinari per iustitiam ciuitatis, & non per alium, ut in foro los caualers. in Rub. de curia. Et tamẽ princeps per hoc non abdicauit sibi potestatem causas committẽdi, etiam principales, sicut quotidie facit etiam fororum auctoritate, in ca. cum algu. de sententiis & act. & de appellationibus. cap. tots, & de iuri. omnium iudic. ca. no. puxa negu, & de malefactors, cap. 2. & de uerborum signi. capi. la sententia, cum similibus. ¶ Item hoc est etiam de iure, nam etiam quòd princeps aliquam iurisdictionem de superiori officio, dederit inferiori, nõ detrahitur a superiore, imo debet inferior meritum superioris cognoscere. l. 1. C. de offic. præfecti urbis, neq; obstat limitatio Bal. in l. 1. ff. de officio consul. supra dicta, ex quo vnus nõ subalternatur alteri, & quia imo subalternatur, q̃a cognoscit in casum fact. iust. reparat. iniust. iudic. ordinarij, ex stilo gubernationis, iure fundato, in auctentica de quæstore. §. si uerò forsan, columna. 6. Nam quotiens inferior iudex est repertus in fatica iustitiæ, quòd euenit duobus modis: uel in fatica expressa, uel tacita expressa. Si dicat nolo tibi facere ius tacita, quando differt sine causa, ut no. Innocen. in capi. significantibus, de offi-
8 cio. delega. † Superior tunc qui est præses & superior de causa cognoscit, imo de tota causa potest cognoscere, & iustitiam facere per dictũ capi. Et non est mirum, quia tali casu iurisdictio ad superiorem deuoluitur, ut in auctentica, statuimus. C. de episcopis & cleric. pro quo facit in feud. pro quo tempore miles inuestituram petere debeat. §. fin. Et si de inuestitura lis oriatur inter dominum & uasallum, ca. primo, de quo plenè diximus isto titulo. §. restat uidere, ubi examinauimus materiam negligentiæ iudicum. Et sic merito dici potest subalternatã esse iurisdictionem, & sic nõ est dubium quod superior non est exclusus, neque detractum est iurisdictioni superioris. ¶ Item & quia forus ille, & si dat iurisdictionẽ iustitiis in cognoscendo, non adeunt iurisdictionem præsidis, in casibus, aliàs de iure reseruatis. Sed ibi & a lege regni ut læsæ maiestatis, plagij, falsæ monetæ, & similium, quoniam illa sunt principi peculiaria, & de supremo imperio, & non ueniunt etiã ex ampla concessione iurisdictionis. Ad hoc nota. in l. prima. ff. de officio præfecti urbis, per Bal. & dom. Anton. in capit. cum contingat, de foro compen. ad hoc allego tibi singul. decretalem, in capit. quòd translationem, de officio lega. ¶ Item princeps reseruando sibi iurisdictionem militum sentẽtiam vel eius executionem, non abdicat, quin aliis committere possit, ex quo iure ordinariæ potestatis hoc sibi cõpetit, iste est casus, & quòd ibi Bart. in l. pri. ff. de damno infecto. Nam ex quo iurisdictio non exit regios officiales nec transfertur, ut dominium nũquam princeps abdicat a se imperiũ. ff. de officio præsidis. l. legatus, & quòd notatur in ca. super quæstionum, de officio delega. per glo. Et hoc est quòd Bal. scribit in feud. titu. quid sit inuestitura, quòd princeps nunquam expropriat a se iurisdictionem uel imperium, ex quo sine dubio potest aliis committere, & causam delegare, per iura & foros iam dictos: quanto plus vnam talẽ dignitatẽ creãdo ordinariam, iuxta ca. legatos, de officio legati, libro 6. uideatur sibi dare omnem iurisdictionem, imperium, & potestatem etiam reseruatam. ¶ Item & iure canonico, hoc multum bene uidetur posse, nam quamuis vniuersam
9 iurisdictonẽ Papa † dederit episcopis in diocesibus, attamen per hoc nõ acquirũt sibi potestatem committendi, tã ex priuilegio generalis legationis quàm simplicis commissionis. Ad primum, cap. cum episcopus, de officio ordina. lib. 6. & 16. q. 6. cap. omnes basilicæ. Ad secundum, c. legatos, de officio legati, libro 6. & cap. quòd translationem, allegatũ, & totus titulus. ff. de officio proconsul. & legati. Nã Papa vocando episcopus, in partem solicitudinis nõ abdi-

abdicat a se plenitudinem potestatis.2. q. 7.§. qui se scit,& in 3.q.7.capi.multum stupeo, & de auctoritate & usu pallij, cap.ex tuarum.Merito princeps neq; uidetur abdicare a se illud imperium committendi personæ,saltim cũ repræsentanti, attenta necessitate regiæ absent. ¶Item quòd forus in casibus ad præsidẽ pertinẽtibus,nil uideatur disponere, sed quod restet in sui primæua dispositione,quòd ad eum pertineant pleno iure, & de primo capite locumtenentiæ,& pro ea rex Nauarræ tunc locũtenens generalis, sic pronunciauit etiam cum contradictione brachij militaris, & de facto pronunciauit in causis criminalibus aliquorũ nobilium & militum,de pardo, & de siscar, & de soler, & aliorum. Sed militares interposuerunt supplicationem, & pari forma gubernator regni, quotidie in causis militum in casibus ad suam iurisdictionem pertinẽtibus pronunciat,& milites contradicunt,quid iuris: Ex per me allegatis,collige conclusionem, quoniã facile est: vnum tamen uolo quòd scias, quòd quamuis iustitia non possit militem condemnare uel executare, tamen si ex processu eum uiderit,in casum absolutionis poterit per ipsũ absolui: iste est casus singularis,in l.quotiens.§. primo, & §.uiros. C. ubi senatores uel clarissimi,& potest esse ratio, quoniam in priuilegiũ militare uidetur hoc esse concessum, & sic merito militis absolutionem acceptan.uidet permissa absolutoria iuris ordinariæ potestatis:
10 quoniam † priuilegio in sui fauorem concesso,quilibet potest renunciare.C.de pact.si quis in conscribendo, allego tibi gloss. in propria materia, in lege, omnes. C. ut dign. ordo seruetur,libro 12.ad hoc in auctentica, ut clerici apud proprios episcopos.§. penultim. quòd uidetur mirabile,cum sit regula iuris in oppositum: quòd is potest absoluere,qui potest cõdemnare.leg.nemo potest,de regulis iuris. Sed ideo delegatus ꝓconsulis, & qui ex eius commissione cognoscit,neque absoluere neq; condemnare potest, ut lege, solent, de officio proconsulis.ff.Et dicit Bal.ibi quòd posito, quòd iste talis possit declarare absoluendum,ista est interlocutoria,quæ nõ arctat maximè superiorem ad quem pertinet sententiare, neque arctare successorẽ.ff.de re iudi.lege, quod iussit, ideo dicit quòd siue ualeat siue non,tamen nõ transit in rem iudicatam neque habet uim diffinitiuę.
11 † Et ideo princeps ad sui libitũ posset talem sententiam retractare,& ideo ad hoc, ut absoluẽdus plena gaudeat securitate est necessarium, ut iustitia principem consulat. Et hoc uidetur probari per tex.in dict.auctent.ut clerici apud proprios episcopos,in §. penultimo,& firmat glos.in lege quotiens. C.ubi senatores uel clarissimi. Et sufficiant de hac materia, quoniam multa bona dixit bannitus iste, nota. Laudetur deus,qui ista bona sibi mõstrauit,ut quod perdit in bonis, recuperet in ijs, quæ bona dei sunt,

## CAMILLI BORRELLI ADDITIO.

a ¶MAGISTRI MILITVM] Miles coram magistro militum in criminalibus conuenitur. vt uoluit glo. in consil.reg.ut vniuersis.in uersi.militaribus. sub Rubr. de seruand. honor.comitibus. ubi Matth. de Afflic.numer.1.2.37.

b ¶HABENS] Locumtenentis generalis regis potestas apparet ex his, quos supra retulimus. §. præcedenti. in uersi.locumtenens. ubi me remitto ad ibidem allegata.

c ¶NECESSITATE] Regula iuris facit quòd necessitas legem non habet.c.quod non est. ubi glo.de regu. iur.cap sicut.de consecratio. distinct.1.glo.in l. 1.§. expedire.ff.de officio Consul.l.item quamuis. ff. commu. diuid.& in l.1.ff.de oper.libertor. & necessitas facit licitum,quòd aliàs est illicitum,vt plura inducens voluit domin. Guliel.Redoanus in tract. versicul.de rebus eccles.non alien. in rub. de caus. propter quas fiunt alien. nu.65.cum pluribus seq.& vbi necessitas vrget, ibi legis dispositio dissoluitur. Iacobus Philippus Portius in consi.16.contingit.num.2.volum.prim.& in consi.19.in proposita.num. 88.eo.uolum.& in consi.38. contingit. num.22.38.uolum.2.& Federicus scotus in consi. prim. si vnquam.num.271.libr.pri.Tom.prim.

Camillus Borrellus.

## De priuatione officiorum,quem princeps facit. Rubrica 26.

### In §. Princeps.

### SVMMARIVM.

1 *Nomina officiorum Hispaniæ,& quòd nobiles sunt alijs in officijs præferendi.*
2 *Officia,nullus emere aut ambire debet.*
3 *Contractus principis,habet vim legis.*
4 *Princeps si reuocat officiũ venditum, tenetur præcium refundere.*
5 *Priuilegium principis,debet esse mansurum.*
6 *Iuramentum ad illicita,non extenditur.*
7 *Officialis depositus, non debet amplius promoueri.*
8 *Officia quæ vendi possunt.*
9 *Officium datum patri & filio,si filius est indispositus,reuocatur.*

PRINCEPS quotidie officia iurisdictionalia concedit militibus & magnatibus, regni præsidatus,baiulias,alcaydias castrorum,& similia,quia cõ-
1 muniter† istæ dignitates & officia,conferuntur militibus & generosis, & tales etiam de iure sunt præ cæteris eligendi, ut C.de condi.& horreis publicis.l.prima, de decurionibus.l.ad subeundam,in auctent. de defensoribus ciuitatum. §. si qua uerò, in bonis cùm parentibus esse debent,qui ad talia eligũtur,in aucten.de refere.§.finali. Nã ( ut ait Boetius

tius) qui sua uirtute pollet, & parentum habet imagines, magis honorandus est, & concurrē-
a tibus uirtutum [a] præmijs, ut l. ut uirtutum. C. de statuis & imaginibus, & generosi tales sine dubio talib. officiis & beneficiis debent a principe præferri, de quo uide plenius quæ scripsi supra in Rubrica de ordine standi uel sedendi, circa finem. Sed proh dolor, istis temporibus de hoc non curatur, neque curamus: quoniam hoc tangit prædicatores, & regios confessores, nonne cum non sim rector neque hodie rectus, sed abiectus (quod dolenter refero) & redargui non possum, iuxta capi. sic rector. 40. di. Sed ponamus, princeps prædicta officia militi cōcessit uel per contractum data pecunia in eū transportauit, & suos uel vnum hæredem uel in infinitū: modo reuocat illū ab illo officio & dat alij, quæritur an grauet, & si de hoc potest grauamen in curia proponi. Et primo loquamur de officijs iurisdictionalibus, ut in præsidatur, vigueria, bauilia, uel aliis quæ ad nutum proponuntur, de sententia excommu. cap. quicunque, quæ officia habent exercitium iurisdictionis. Et scias quòd de iure, quis ad talia of-
2 ficia † non potest neque debet promoueri pe-
b cunia data [b] nam ad talia officia, quis non debet promoueri ambitione uel precio, si probata uita uel suo ingenio augeatur dignitas, ut in tex. & gloss. in l. final. C. ad l. Iuliam repetundarum, imo cum promouentur ad talem dignitatem uel officium, debent iurare ꝙ ꝓ dicto officio nil dederunt, neque in futurum dabūt, imo si contempto iuramento quid fecerūt tāquàm de publico crimine possunt accusari, & conuicti quadrupli pœnam sustinent, ut in dicta lege, finali. C. ad l. Iuliam repetund. Et ad hoc uide singularem tex. in auten. ut iudices sine quoquo suffragio, in princip. ubi imperator dinumerat mala & damna quæ ex datione pecuniæ per officialem sequentur in subditos, quare prohibet, uide illum textum oro & ibi inuenies, quod imperator consilio cōiugis hoc fecit, quàm reuerendissimam appellat, credo erat talis a qua princeps sine uerecundia poterat capere consilium, quæ sagacissima & uirtuosa, uti est gratia dei domina nostra regina Maria, quæ inter reginas obtinet principatum, quam deus per suam pietatem conseruare dignetur, & ex ea nobis optimum successorē dare, amen. ¶ Or redeamus ad propositum, quia clarum est quòd de iure talia officia & dignitates, nequeunt uēdi, neque ꝓ ijs pecunia dari citra crimen, facit. l. si quemquàm. C. de episcopis & cleri. Merito si princeps concessit vnum præsidatum uel gubernatorē, vni, de facto data pecunia pro se & hæredibus uel hærede, & tūc quamuis princeps loquatur per uerbum con-
c cedo, [c] est pura uenditio & contractus, & sic irreuocabil. merito arg. l. fina. C. de prædiis curialium. Et hoc tenet Nicolaus de Materell. C. de Iustiniano codice confirmando. Et non mi-
3 rum, quia † contractus principis habet uim legis & est irreuocabil. C. de dona. inter uirum & uxorem. l. donationes. ff. de publicanis. l. Cæsar. Et quod notatur in. l. digna uox. C. de legibus. per Bald. & in c. 1. de proba. per canonistas. Et sic meritò dici potest quòd si princeps sine causa reuocat talem concessionem & uerius contractum, quod grauat. Sed cōtra istud & quòd princeps possit ad nutum reuocare citra grauamen probatur per text. in l. Titius. ff. de obsequijs, ubi uidetur ꝙ pecunia pro assequendo beneficio uel priuilegio potest reuocari per cōcedentem. Sed non uidetur id ad quod adducitur probare, quoniam ibi pecunia dabatur per seruum, quæ iam erat domini, hic non, imò erat propria uasalli. ¶ Item quia ibi inter dominum & seruum non poterat contractus iniri, obstante dominica potestate: Et sic meritò ratio diuersitatis reddi potest, ad dicta superius. Sed pro hac parte multum facit, quia contractus est à leg. reprobatus, per dictam l. finalem, & pœnalis. C. ad l. Iuliam repetun. & sic uidetur quod quilibet possit illum infringere, etiam iniens contractum, & emptor talis iurisdictionis non faciat fructus suos. Ad hoc notata in cap. non licet papæ. 12. q. 2. ad hoc l. quemadmodum. C. de agricol. & censi. & quod notatur in cap. si quis præsbyterum, de rebus ecclesiæ non alien. dic quod ex quo princeps *quotidie* talibus contractibus in populi *præiudicium* sentit, ut dicit glo. in l. prima. C. ad l. Iuliam de ambitu, quod non habet locum in curia, sicut simonia in curia Papæ, ut notatur in ca. primo,
1 extra de simonia: quòd satis potest dici, bonæ fidei emptores uel cōtractores, ut fere dici possit, quod iurisdictio & illius uenditio sit in commercio, & de consuetudine sit usurpatum, ut dixit Bald. in §. eadem, de l. Corradi. & sic merito faciant fructus suos. ff. de rei uendi. l. certum. Bene est tamen uerum quòd in his iurisdictionalibus siue in uim priuilegij, uel concessionis, siue in uim contractus transeant, ad nutū sunt superiorum, & hoc est quod dicit Bald. in l. qui se patris. C. vnde liberi, & possunt ad nutum re-
4 uocari per principem. † Sed est uerum quòd princeps tenetur, & est obligatus ad restitutionem
d nem recepti sub nomine præcij [d] ad hoc text. singula. in feud. de prohibita feudi alien. §. nos autem. Et ad ea quæ dixi supra, in rubr. de iuramento per principem in curia faciendo, circa finem. Est uerum quòd nisi princeps talia esset solitus facere nomine pœnæ à iure debitæ quadruplici, posset tale precium retinere: ad hoc d. l. fina. C. ad. l. Iuliam repetundarum. Sed princeps non debet officiales sine causa reuo-
5 care, quia decet principis † priuilegium esse mansurum, in authent. consti. quod dig. in fin. colum. 2. Non tamen ad hoc est obligatus, neq; grauaret nisi iurasset seruare, quia tunc iuramentum

mentum quod est deo præstitum, & quod pôt seruari sine interitu salutis ęternę est seruandum etiam per principem, de iureiurand. cap. quanto: & iudex qui non seruat ꝙ iurauit grauat. de iureiur. c. ueniẽtes, & ad illius obseruãtiam cogitur ab ecclesia, de iud. c. nouit. ꝙ uerum credas, cum sine causa vult remouere & alteri dare. Si autem talis official. delinqueret in officio propter ꝙ illo debet priuari iuxta. l. si aliquid. C. de susce. & archa. libro. 11. tunc non obstante iuramento, posset remouere talem of-
6 ficialem, quia ad illicita non extenditur † tale iuramentum, ut in d. c. quanto. de iureiur. & qa cõcessio talis, & si iurata tẽdit ad populi noxã, merito reuocari debet, de decimis. suggestum, & causa suæ depositionis, talis officialis potest esse, uel crimen cõmissum in officio, ut qa subornatus cõtra tex. in auctẽ. ut iudices sine quoquo suffra. & in c. cum ab omni, de uita & honesta cleri. uel malum eorum regimen ut in c. fundamenta, de elec. lib. 6. uel similia. Et ex quo
7 semel depositus est non debet amplius † ad illud officium reassumi, ut in c. nõ potest. 2. q. 7. & ꝙ notatur in tex. & gl. in d. l. si aliquid. Si au-
8 tem loquamur de Alcaydis, † quæ sunt officia sine exercitio iurisdi. solùm pro custodia dãtur emolumenta. Et in his non uidemus, ꝙ aliquo iure sit prohibitum, pro illis pecuniam interuenire, & cõtractus de illis cælebrare. Et est uerùm ꝙ supra dictum est, ꝙ ex quo pecunia interuenit, quæ commensuratur uel cõmensurari potest cũ re quæ donatur uel in contractum deducitur, ut puta cum emolumẽtis talis Alcaydæ, est contractus emptionis, & si princeps utatur uerbo concessionis, secundum Nicolaũ, præd. est obligatus, & concedens illa obseruare quemadmodũ cæteros contractus iurisgentiũ, ut dictum est, ꝙ aliàs princeps est in dolo retinendo, rem pro prætextu datam. ff. de dolo. l. si cum mihi. Si autẽ in uim nudi priuilegij esset concessum in prærogatiua principis, tolli & reuocari potest grauamen de iuris rigore, quamuis principem nõ deceat, illa priuilegia per eũ concessa reuocare, ad hoc not. in regula decet, de regulis iur. libro. 6. per gloss. & Dyn. imo & si non data pecunia princeps concessit alicui castrum uel officium castellaniam, & ꝙ istud castrum est ei defendendum non auferendũ, imo si postea aliquis dictum castrum impetraret, esset ipso iure nulla concessio, & præsumeretur surreptio uel abreptio facta principi, ut est glo. C. de fund. & sal. rei dominicæ. l. si qua loca, lib.
9 10. secundum Bal. in l. 1. C. de legib. † Sed quid dices in quotidiano dubio, data fuit Alcaydia pro se & filio, filius est indispositus, ꝓ custodia, poterit ne reuocari: dic ꝙ sic, quia iusta est cã remotionis, sed est sibi de consimili beneficio prouidendũ, iuxta notata per gl. in c. vnico, in feudis, an mutus uel surdus feud. retineat. Sed dubitatur, reuocatio est facta in casum ꝓhibitũ, ut cum pecunia interuenit ex parte eius, cui est facta cõcessio, & data est Alcayda alteri uti iã uidi, de facto opponitur grauamen, in curia contra principem dicitur, ꝙ contra detentorẽ est agendum uel rei uendicatione, ex in rem actione ubi cõpeteret. ff. de rei uẽdi. l. in rẽ actio. uel quia sunt iura ĩcorporea personæ ad rẽ cõpetentia, possunt possessoria interdicta sententiari pro spoliatione uel turbatione possessionis. ad hoc de elec. c. quærelã. de censib. c. peruenit. per Cy. in l. si certis annis. C. de pactis, pro quo. l. quotiens. de seruitutib. ad hoc c. fi. de iudi. & ibi per do. Anto. de But. & plenius in c. in literis, de resti. spol. in rep. c. fi. de causa posse. & proprie. Et hæc semper contra possessionẽ intentanda sunt, de proba. c. licet causam, faciũt notata per Bar. in l. 1. in princ. ff. uti possidetis. Et quia possessor quàuis iniustus uocãdus est ad causam suæ possessionis defendend. de prębendis. c. licet episcopus, li. 6. & ꝙ notatur in l. fi. C. de edicto diui Adria. Et sic ꝙ grauamẽ nõ est in curia reparabile, sed ꝙ agẽdum esset cõtra possessorẽ. Maximè quia possessor possidet suo nomine, id est iure ꝓprio Alcaydi sibi per principem collato. Ad hoc tex. ille sing. in gl. c. quicunque 12. q. 2. & 16. q. 1. ca. in canonib. sed potes dicere sicut aliàs in curia dicebã, ꝙ rex fuit requisitus, ut possessionem qua me priuauerat uel quasi, restitueret, & non fecit, neq; uoluit restituere, sed sinit secundũ iniustum detẽtorem possidere, & grauamen concedit contra principem, quia princeps & iudex potest grauando spoliare, de resti. spo. c. cum uenissent, & quia Alcayd, & si iura eorũ possideant, & quasi tñ principis nomine possident. Et sic princeps est cõuocandus principaliter & primo loco. Ad hoc allego tibi casum singularẽ in c. de reb. 12. q. 1. & nescio in mundo meliorẽ. nam cũ vna res est data semel ecclesiæ, & princeps illã tertio cõcedit, dicit tex. ibi statuimus, ut prius consula. principẽ ad resequendã, tam præsumptam factionẽ ad cognoscendum utrum illius sit cõcessio an in ualua forẽ fuerit præsumptio, ꝙ principis fuerit inordinata largitio, ipse sit princeps pro emendatione redarguendus. &c. Et sic patet tali casu. 1. agendũ cõtra principẽ, fateor tñ ꝙ pro purgando grauamine est ẽt detentor conuocandus, quia potest sua interesse: & sic uocari hẽt. ff. de ado. l. nã ita diuus, & 1 d. c. licet episcopus, de p̃bẽdis, in li. 6. l. fi. si ꝑ vim uel alio modo. iura tñ sua summarie discutientur, sine libello & sñia. Ad hoc not. in l. super. C. finiũ regundorum, & l. liber. §. fi. de libe. cã. imo forte princeps posset & deberet sine aliquali cãæ cognitione & conuocatione restituere spoliatũ, tali iure. Primo qa sine causæ cognitionẽ & istius uocatiõe spoliauit primũ possessorẽ, & fuit facilis in mi. tendo. ff. de euictionib. l. si minor. C. de pact. l. si pacto quo pœnã, in fine, & ibi Bal. & Inn. in c. qrelã, de ele. facit ꝙ dicit Bal. i l.

 fin. C.

finali.C.de edicto.in 2.colum.allegat.l. meminerint.C.vnde ui,& l.fina.C. si per uim uel alio modo. ¶Item quia notorium est principi spoliati, primum secundum esse non iure possessorem & non rite primum esse spoliatum, & sic non rite potest malefactum reuocari ad primum dictum, cap.cum uenissent. de resti.spol. ad secundum quod notat Bald.in l.C.de serui & aqua. ¶Item quia ex quo est notorium pricipi, per suorum actorum inspectionem, de appell. c.ex insinuatione.per Inno.sine citatione princeps procedit, de re iud. c.cum olim, secundum dominum Antonium ibi, & ex præmissis uidere potes, quando princeps, potest officia remouere, & quando non. Et quia non pauci effluxere dies, fuit magna cōtentio in regno Arragonum, super remotione iustitię Aragonum, quæ est materia ad hanc multum pertinens, de qua scripsi, ideo hic inserere deliberaui.

## CAMILLI BORRELLI ADDITIO.

a ¶VIRTVTVM ] Inde scriptores plurimi faciūt Mithridatem Pōti regem, quòd Platonis sola motus gloria, egregio Sylonis opere eidē statutam posuit, in scriptura bens: Mithridates Rhodoatæ filius hanc Platonis imaginem, Musis dicatam, erexit. ut author est Plutarchus. & de alijs quàmpluribus apud Ioānem Rauisium in officina. parte.1.de quo Diogen.Laert.in Platon.

b ¶PECVNIA DATA ] Quod officia ipsa, pecunia obtineri nequeant, plura induxi supra in rubric.22.§.& quia quotidiana.in uer.reprobata. ibi me remitto.

c ¶CONCEDO ] Verbum, cōcedo, intelligitur secūdum naturam contractus super quo interponitur. uoluit Archidiacon.in c.1.de usur.lib.6. ¶ In incorporalibus verbum (concedo) importat donationem iurium. Ange.in l.non solum. post gl.ff.de peculi.importat quādoque dispensationem. Inno.in c.coram.de offi. ordin. importat pactum obligatorium, cuius uigore poterit agi.Azo in summa.titu.de donat.Bar.in l.5.§.stipulatio. col.2.uer.quædam sunt stipulationes.ff.de verbo.oblig. importat quādoque donationem.c.pastoralis. de dona. & Bar.in l.uxori.§.fin.in fi.ff.de leg.3.Florian. de Sanct. Petro in l.si eodem.in prin. ff.de seruit.rust.præd. maximè quando non subest alia causa. ut uoluit ibidem Bar. latius Alex.in l.sed si me putem. in princ.ff.de condi.indeb.& in l.a titio.ff.de uerb.obli. ubi ponit exemplū) peto à te equum titulo commodato, & respondit; concedo, intelligitur in commodatū.& uoluerat antea Abba.Panor.in c.uenerabilis. de excep. importat sæpe dominij translationem nisi alia præsumptio, uel coniectura obstet.Zasi.in l.a titio.in prin.nu.17.ff.de uerb.oblig. Florian.in l.arboribus.§.usufructuarius.ff.de usufru.importat etiam in substitutione uerbum concedo directā, ut uoluit Bal.in l.fi.col.pe.C.de sacrof.eccl.& uide Gulielm.Benedict.in rep.c.Raynutius.in uer. eidem impuberi, nume.8.de testament.

d ¶PRAECII ] An teneatur ad prætij restitutionem? do.Ioan.Thom.de Marinis in trac.de generib.& qualit. feud.tit.1.nu.15.& dixi supra rubr.2.in uersic. tendit ad noxam.& in rub.9.in uer. ad præcium. ¶Quæ omnia limita non procedere in feudo Guardiæ, & Castaldiæ in quo nunquam recuperatur præcium.ut in c. 1. de feud. guard.& tenuit do.Ioan.Thom.de Marinis in trac.præfato titu. 29.num. 5. ubi uidendum est.& etiam Marin. Freccia de subfeudis baronū. li.2.§.plurib.nu.37.fo.13.

e ¶GRAVAT ] Quia standū est promissis, alias dici poterit illud Solomonis. prouerb.25.Nubes, & uentus, & pluuiæ non sequentes, uir gloriosus, & promissa nō cōplexus.Inde seneca in lib. de moribus priusquā promittas deliberes, cum promittis facias.Inde fidei seruatorem se esse gloriatur Phalaris in epist. ad Hippolitionē. Non ignores (inquit) nemini me vnquā fidem fregisse. & Ponlychimoni scribens ait, apud omnes testimonio confirmare poteris, ea fide Phalarim esse, ut neminem vnquā decipiat. & fidem apud alios malè seruari, scribit Polluci: fidem (inquit) non modo non in alijs, sed ne in amicis quidem firmam inuenimus. Iuramenta.n.seruanda sunt dum tamen illicitis non sint annexa. post alios Paris de puteo in trac.sindicatus.tit.de excessibus consiliar.nume. 5. Camillus Borrellus.

## In versicu. Iesu Christi.

### SVMMARIVM.

1 *Suum iactare, nemo præsumitur.*
2 *Liber ad pœnam se obligare non potest corporalem.*
3 *Priuatæ scripturæ statur contra scribentem.*
4 *Actus qui præsumantur solemnes.*
5 *Princeps ubi interuenit, oīa solēniter facta p̄sumunt.*
6 *Liber homo, vtrum ad pœnam corporalem se obligare possit.*
7 *Consuetudo habet potestatem in sanguine hominis.*
8 *Lex & pactum, quando priuilegium non tollant.*
9 *Statuta ita ītelligēda, ut nō tollāt ius priuato q̄sitū.*
10 *Princeps & fiscus, quando utantur iure communi, & quando non.*
11 *Processus quando sit nullus.*
12 *Innocentem occidere, & nocenti defensionem denegare, paria sunt.*
13 *Defensio etiam diabolo non est neganda.*
14 *Defensio est de iure naturali.*
15 *Arbitrium principis, includit mortem.*
16 *Malefactorem quilibet capit, & ducit ad iudicem.*
17 *Fideiussorib. quādo reus debet dari, & quando non.*
18 *Leges transgredi, quandoque licet.*
19 *Pro facto iudicis inquirentis, præsumitur.*

IESV CHRISTI, & eius gloriosæ uirginis matris MARIAE beatorum apostolorum Petri & Pauli, Hieronymi, Dominici & Francisci, Augustini & Bernardi confessorum, Catherinæ uirginis, Michaelis archangeli, ac totius curię supernorum nominib. uocatis, Casus de præsenti, in hoc regno occurrens talis est. Serenissimus dn̄s Aragonū rex, officium iustitiariatus Arragonum gratiosè cōcessit Martino Didati militi, ad eius uitæ decursum: post tres uel quatuor meses dictæ concessionis, pure ac simpliciter dictus Martinus, iam habens pacificam possessionem uel quasi, albarano propria manu scripto, armisque propriis sigillato, promisit dicto domino regi, quòd quotiens per regiam maiestatem requireretur, quòd dicto officio renunciaret, dictæ renuntiationi operam daret cū effectu, postquam

postquam sibi per dominum regem restitueretur bauilia & receptoria generalis regni Arragonum, q̃ officia iam primum possidebat, & nisi faceret illas se passurum pœnas promittebat & offerebat, quas regia voluntas arbitraretur, prouti in dicto arbitrio diffusius recitatur. Nunc nouiter rex actu publico intercedente fecit renunciare ex officio bauiliæ, & receptatoriæ generalis ferrario de lanuca, illud obtinēte, ad hoc ēt est causa, vt libere posset conferri dicto Martino didati, vt ex forma albarani pactionati facere habeat, fecitq; serenissimam dominam reginā, eius consortem nuntiam & procuratricem, ad hunc actum illi vices regias cū speciali potestate cōmittendo, cum instructionibus ac literis regijs, intantum voluntatem & mandatum regium nuncians, volens dictū Martinum renunciare debere dicto officio Iustitiatus, & illi conferri debere dictum officium bauiliæ & receptoriæ, quod si facere recusaret regium arbitrium, literis prolatum fuit, quod dictus Martinus esset ipso facto & iure priuatus dicto officio, in pœnam & pœnæ nomine voluit quod esset priuatus, omni beneficio, foro, libertatibus & priuilegijs regni, inquam, quòd perderet bona & personam. Tādem dicta domina regina Maria nuncia & procuratrix, intimans ac certificās dicto Martino didati regiam voluntatē & arbitrium, actu publico mediante. Ostendensq; dictam renunciationem, de dicto bauiliæ officio ac receptatore. Et q̃d offerebat se vice regia illius tradere possessionē, uel quasi illum monuit, ac uice regia monitum monstrauit, ut dictam renunciationē faceret, aliàs locum esse pœnis prædictis intimauit, qui facto & verbis renuit dictam renunciationem facere, dicens se deliberare uelle. Tandem cum dicta domina regina astantibus diceret, quòd recederet, & quòd ibi dictus dominus Martinus remaneret, vt melius deliberaret & moram purgaret, ille a tergo mōstrata fuga recedebat, dicta domina regina dictam uidens inobedientiam, illum manibus proprijs cœpit, qui ut regni officialis clamabat ayde, al rey, vt est de more Arragonum cum vis officialibus imprimitur. Tandem illo capto, cum aliqua fieri cōminarētur, ut fama publica attestabatur, quæ omitto, dicta regina illum captum & custoditū, ad quoddam castellum extra Arragoniā transduxit, & hæc est facti quæstio satis succincte recitata: ut tamen melius uideatur materia & casus, dubitatio post dictum Albaranū post plures annos, fuit factus forus in Arragonia, quod de persona iustitiæ Arragonū in criminalibus, ad priuationem officij uel punitionem personæ, nō possit rex neq; aliquis officialis nisi princeps, in curia præsidens, de & cū cōsilio curiæ, ꝓcedere, & non aliàs ꝓut in foro facto in alcanycō, in curia cælebrata ꝑ regē Nauarræ locūtenentem generalem, latius exaratur; ex cuius casus positione insurgunt dubia sequentia ¶ Primum dubium, an stante foro Arragonū, quo cauet, ꝙ priuatæ scripturæ non statur: nisi inter mercatores, dicto albarano fides adhibeatur, ut ex eo agi possit, contra dictum Martinū illud scribentem. ¶ Secundum dubium, an forus de alacanyiz in fauorem iustitiæ Arragonū editus, de emptione iustit. personæ, a foro regio citra curiam potuerit derogare albarano pactionato, cum principe facto. ¶ Tertium dubium an rite sit processum cōtra dictum Martinum, ad depositionem officij, & ad alias pœnas, per principem inflictas ex contumacia in non renuntiādo cōmissa. ¶ Quartum dubiū, an dictus Martinus olim iustitiarius potuerit extrahi, extra regnum Arragonū captus, per dictam dominam reginā. ¶ Ad primum dubiū uidetur prima facie dicendum, quòd non debet stari albarano, cum de foro sit cautum regni, ut priuatæ scripturæ fides nō adhibeatur. ideo standum est foro tanquam legi patronā in contractum transeunti, ad hoc. l. Cæsar. ff. de publicanis. C. de donatio. l. donationes, extra de proba. ca. 1. & quòd notat glo. in authen. de defens. ciuitatum, & Bald. in l. digna uox C. de legi. Innocen. in capi. nouit, de iudi. & de iureiurand. cap. in nostra. Barto. in l. cunctos populos. C. de summa trini. & ad saturitatem ponit multum latè & attenue domi. Anton. de Butr. in repeti. capi. cum M. ferrariensis, de constitutionibus. ¶ Item quemadmodum lex uel consuetudo patriæ fidem tribuit ex scripturis, extra de fide instrumen. capi. cum dilectus, sic a cōtrario, ut ita dixerim, illius fidē attenuet, ad hoc faciunt notata in l. 2. C. quēadmodum testamenta aperiantur. nam illis fidem attribuere multum operatur lex uel consuetudo, ut ibi, & lege, si non speciali. C. de testament. uidetur ergo quòd ex tali Albarano pricēps intentum suum fundare non possit: Maximè quia pactio dicitur inita cum principe, & per dictum Martinum iam habita pacifica possessione officij, merito non est præsumendum dictum Martinum suum uelle † iactare, de probation. lege, cum de indebito. Sed id factam esse præsumitur ob quendam timorem reuerentialem, lege, prima. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non datur. Et quia talis actus præsumitur impressiuus, ad hoc quòd notat Bald. in lege, eam quàm. C. de fideicommissis, in nona columna, & quòd notatur in lege, vnica. C. si quacunque præditus potestate. † Tum quia dictus Martinus erat liber, & se ad pœnam corporalem uel corpori inflictiuam nequibat obligare, ut notat gloss. 23. quæst. 5. capi. cum homo, ad hoc. l. liber homo. ff. ad lege. Aquiliam. ¶ In contrarium uidetur, nam certum est de iure, quòd priuatæ † scripturæ statur contra scribentem, l. C. de probatio. le. instrumenta, & l. rationes. & qui potio. in pig. habeātur. l. scripturas, & l. in-

 ter c...

ter cartulas, de conueniendis fisci debitoribus. Neq; obstat, quòd de foro Arragonum in oppositum allegatur. Nam ex quo dictus Martinus confitetur coram dicta domina regina, nūcia, & procuratrice uices regias gerēte, illud albaranum scripsisse, talis scriptura habet paratam executionem, ut publicum instrumentū, ad hoc quòd eleganter Bal. scribit, in l. cum te
4 transegisse. C. de transactio. † Tum quia omnes contractus iudic. uel iudicial. promissio præsumitur solemnis etiam si deficiat stipulatio, iste est tex. notabilis, in l. cum ostendimus. ff. de fideiussoribus tutorum, ad hoc quod notatur, in l. non enim alter, de adop. & in l. cū pro quo. ff. de in ius uocādo, per Albericum de Rozate,
5 & Bal. † Item quia omnis contractus, cū principe initus habet uim legis, ut in l. Cæsar, de publicanis, cū similibus. Et sic non debet claudicare contractus quòd quo ad ligādum prin-
6 cipem sit lex, quo ad priuatum non. † Maximè
b quia quotiens princeps interuenit [b] omnia p̄sumuntur solemniter acta. C. de testa. l. omniū. Et sic interuentus principis fecit dictam scripturam auctenticam & solemnem, & ut publicam exequibilem. Neq; obstat ꝙ de impressione dicis & allegas no. Bal. in l. eam quā. C. de fideicommissis, quia illa loquitur in prohibita, ut in adulterio. Sed si princeps contractet in præmissis, metus nunquam præsumitur, nisi probet̄, ut notatur ī l. interpositas. C. de transactio. Maximè quia illa neque præsumitur, autēn. conuen. in albarano, & in metu, de uerisimili sufficit arguere. ff. ꝙ metus causa. l. qa uerisimile. Ad id qđ dicis, qđ dictus Martinus eratliber, & ad pœnā corporalē nequibat se obligare uel corpus suum, qa liber homo. ff. ad l. Aquiliā. & quòd notatur, in gl. decreti, desup allegata. Dicas ꝙ imo talis obligatio est p̄missa, qa talis obligatio faciebat pp crimē cōtumaciæ, si cōmitteretur. Nā eo casu cōtumacia crimen est, pro hoc quod no. in l. omne delictum. ff. de re militari, per Bar. & per Saly. in Rubri. C. de cri. stellionatus, & per Cy. & Bar. in l. 1. C. eodem, & ꝙ notatur per do. Anto. de Butr. in ca. si diligenti, de foro compe. Quinimo tales obligationes, de consuetudine tollerantur, quæ ha-
7 bet † potestatem in sanguine hominis. l. saccularij. §. sunt quædā. ff. de extraord. criminib. uerba sunt Bal. multum singularia, in feud. de pace cōstētiæ. §. uasalli. Et ex proximè dictis, terminari potest dubium primo loco formatū, ut uides. ¶ Ad secūdū dubium uidetur per dictū forum derogatum pacto prædicto. Nam certū est, ꝙ lex uel forus de alcanyis est pactionatus & transit in contractum, ut prædiximus, in primo dubio. Et ultra ibi allegata, uide Archid. in c. quicunque. 11. q. 1. qui allegat, de donationibus, quę sub modo. l. perfecta. 20. q. 2. c. non eñ. Ad hoc no. de religiosis domib. c. constitutus. de ordi. cog. c. cū dilectus, si ergo dictus forus habet uim pacti cum curia & regnicolis initi & conuenti, & id potest lex qđ pactum & ecōtra, & utraque pariunt obligationē, ut in duabus aureis glossis, in l. nō impossibile. ff. de pactis. & de decretis decurionū. C. super Rub. lib. 10. Et in pactis sit sic, ꝙ ultimum tollit primi obligationem, ut in l. si vnus. §. pactus ne peteret, cum similib. ff. de pac. ergo uideretur dicēdum dictam pactionem in albarano contentā: per secundam legis pactionatam reuocatam, maximè quia in dicto foro fit specialis mentio de dicto foro, iustitia tūc Martino didati, & de futuris, & sic uideretur derogatū primo pacto, arg. ff. de leg. 3. l. si quis, in princi. Et quia princeps dictum forum confirmans, & iurās certus esse poterat, quia de facto suo nō intricato nec antiquo. Ad hoc. l. fi. ff. pro socio. de rescriptis, c. ab excōmunicato, ut nō absint notata in lege, peregre. ff. de acquisitiōe possessio. ff. de pactis. l. emptor. §. lucius, & quòd notatur ī l. certum. ff. de confessis, per Bartolum. ¶ In contrarium tamen dici potest, nam certum est, quòd iustitiar. Arragonum & si ex regni obseruātia, uel de foro nō subsit iudicio regio citra curiā, attamen non tollitur, quin ex uoluntaria illius prorogatione subijci possit, & sic uerius submissione, ad hoc. ff. de iuri. omni. iudic. l. est receptū, & ibi Cy. & Bal. & ꝙ notat archidiac. 24. q. 1. c. cum in quibusdam. Neq; obstat si dicas ꝙ recessum erat a dicta prorogatione uel submissione per dictum albaranum, facta *per forum* de alcanyiz: nā de isto albarano *uel de illius* prorogatione uel submissione non erat facta mentio in dicto foro. Et sic ex quo de pacto albarani specialis mentio non est facta, non uidetur statuto uel foro pacto derogatum. Ad hoc notat Dy. & sequitur Barto. in l. omnes po-
8 puli. ff. de iustitia & iure. Et quia nunquā † lex uel priuilegium quando de pacto nō facit mētionem illi præiudicat: iste est casus extra de decimis, capitu. multiplici, maximè quia forus de alcanyiz potest intelligi in suo casu, ut dictam submissionem non tollat: & sic soluemus utrumque scilicet pactum & forum, ut res potius ualeat quàm pereat, maximè quia talis potest fieri interpretatio, salua ratione recti sermonis, ad hoc. l. plaucius. ff. de auro & argento lega. Nam pactum Albarani solùm erat initum super renuntiatione facienda, cum primum princeps illi officium restitueret, & illo casu erat facta submisso ubi dictus iustitia recusaret, uti recusauit renuntiare: forus autem loquitur uel potest loqui, in casibus aliis delictorum uel forisfactorum, ubi de eo esset cognoscendum. Et sic forus ille generalis, non tāgit casum specialiter pacto albarani prouisum ff. de alimentis legatis. lege, alimenta. §. basilicæ. ff. de legatis tertio. lege, hæres. §. primo. de fundo instructo. lege, quæsitum. §. finali, de uerbo. obli. l. doli clausula, cum similibus. Nam ex quo pa-

quo pactũ albarani erat ſpecialiter notatu dignum,& res magni effectus, debebat de eo foro mentio fieri,aliàs uidetur neglectum,& non tactum:nam ea quæ ſpeciali nota ſunt digna niſi ſpecifice commendentur,uidentur eſſe neglecta.ff. de iniur.l. Item apud labeonem. §.ꝓtor ait. Nec enim uериſimile eſt principẽ talia conceſſurum, & ſic in generalitate non ueniat

c niſi probetur certa ſcientia [c] principis, quæ ꝓbari habet ex aduerſo, ad hoc de cõfirmatione utili uel inutili,c.porrecta,& ibi per Inn.de capellis monachorum,ex parte.Maximè quia dictus forus fuit factus, ad regnicolarum poſtulationem & brachiorum regni, quorum maior pars notorie ignorabat pac.albarani,& ſic non uidẽtur petiiſſe aliquid ꝙ ignorato pacto derogaret. Nã non eſt pręſumẽdum ꝙ aliud uerbo uel ſcriptis petiiſſent,quàm in eorum mentibus agitaretur,arg. ff. de ſupellectili leg.l. labeo.§.tubero,& de leg. 3. l.librorum.§.ꝙ tamẽ Caſſius, & ſic princeps forum cõdendo nõ uidetur aliud reſpondiſſe uel conceſſiſſe,quã per curiam petebatur.ff.de uerb.obl.l.1.§.de interrogatore actionib.l.ſi defenſor.§.qui interrogatur,& ſic forus ad caſum, pacto ſpeciali prouiſum non tangit,ex quo de illo non eſt facta mẽtio, maximè quia ut tollamus ambitioſitatem a foro, ne ſit factum ad emulationẽ iuris regij, & iuris ſibi ex pacto quæſiti,dicamus illum forum de materia pacti & contentorũ,in albarano non facere mentionẽ. Ad hoc.l.ſi priuatus. ff.q & a quibus,& ibi Bar.& ꝙ no. in l. quotiẽs. ff.de pollicitationibus,& l.oẽs populi, de iuſti. & iure.per Bar.& in l.ambitioſa,de decretis ab

9 ordine faciendis.† Nam ſtatuta ſemper intelligi habeãt,ut non tollant ius priuato quęſitum, ut in l.2.§.ſi quid a principe. ff. ne quid in loco publico,cum ſimilib.a maioritate rationis,per auctẽn.multo magis.C.de ſacro ſan.eccl.Eſt dicendum in regio iure pacto quæſito in quo ut priuatus habetur,quia iuriſgentium ſunt con-

d uentiones [d] & principẽ ut priuatum ligant,ut

10 diximus.† Et quia princeps & eius fiſcus ſemper utũtur iure cõmuni, niſi in caſibus expreſſis in iure.ff.locati.l.ſi uno.§. item cũ quidam. Et ex prędictis ſatis reſponſum videẽ ad in cõtrariũ allegata,qm̃ ſi priuatus non præſumatur ignorare factũ proprium non longinquum uel intricatum, prĩceps tñ propter inuolutionem negociorum & importunitatẽ petentium, de illis etiam de iure notorio conſiliorũ obliuiſcitur,ut in d.c.porrecta,de confir. utili uel inutili,& ĩ c.ex parte,de capellis monachorũ, maximẽ quia forus non uidetur renuntiare, ꝙ facti eſt,niſi ꝙ iure.Nam ſecundum tollit primum, quia in iure conſiſtit,non autem ꝙ in facto ut pactum,caſus eſt in ratione in c.licet Rom.põtifex,de conſtit.libr.6.quamuis attentis prædictis ſuperuacaneè. de hoc diſputauimus, qui etiam ſi ſciret uel ſcire præſumeretur factũ Albarani,de illo nil tetigit uel diſpoſuit dictum. forum condendo, ut prædiximus. Et quamuis ultra iam dicta poſſent multa allegari, quæ in condendo foro interuenerunt, ſcilicet ꝙ actu publico mediante fuit dño regi Nauarræ locũtenen.curias, in alcanyiz cælebrant proteſtatũ, ꝙ ſi dictum forum,de quo altercatur non faceret curia,nõ concluderetur, neque fieret principi donatiuum,ꝙ quãti ſit ualotis rege in neceſſitate poſito,neque ſi in libertate ſit factum bene facit d.l. ſi priuatus an ratione & an tali forus ſic editus poſſit reuocari, pro nunc non inſiſto,quia dicetur inferius ad ſaturitatem in materia,uide Anto.de Bu.in repet.c.cũ M. ferrarienſis,de conſtit.& in c.nouit. de iudic. poſt Inn.& in c.in noſtra,de iureiu.¶Ad ſecundum dubium,ꝙ eſt an rite ſit proceſſum, contra dictum Martinum tunc iuſtitiariũ ad depoſitionẽ, & ad alias pœnas per principem inflictas ex contumacia in non renunciando commiſſa, Et uidetur ꝙ non,primo ex inhabilitatione ꝑſonæ iudicis,quia dicta dũa regina, nec ut locumtenen.neque ut commiſſaria nequibat iuriſdictionem exercere, quouſque iuraſſet foros & priuilegia regni,quæ non iurauerat, eo tunc & ſic de foro regni, neque iudicare neque ius dicere.Tum quia ad priuandum dictũ Marti-

11 num tunc† iuſtitiariũ tela iudicij erat neceſſaria,& ordo iuris ſeruandus, aliàs proceſſus eſt nullus,de foro Arragoniæ.Et etiam de iure,q̃a in quocunque crimine ordinate eſt agendum contra criminoſos, etiam in notoriis legitimæ defenſionis dandæ delato .ff.de iure fiſci. l.defenſionis facultas,& notatur in l. ut uim. ff. de iureiurand.c.ad noſtram, in 2. cum ſimilibus,

12 quia non minus punitur occidens † innocentẽ quam eum qui ad iuſtã iuris confugit defenſionem.ff.ad l.Iul.repetund. l.antepe. §.ho-

13 hodie. Nam diabolo non eſt deneganda † de-

14 fenſio etiam in lite .ſ. de † iure naturali, ut in d.l.facultas,notatur in d.l.ut uim,& in cle. paſtoral.de re iudi. uidetur ergo non rite proceſſum contra dictum iuſtitiarium, maximè quia in nulla videbatur eſſe contumacia uel inobedientia, ex quo tempus ad deliberandum petebat.ff.de interroga.actio.l. qui interrogatur. ff.de peti. hæredi.l.ſi debitor.C.de iure delibe. l.ſi curatore. Et ſi contumax non erat, capi nõ poterat,màximè quia multa bona immobilia poſſidebat in regno. Et ſic ſatiſdare non cogebatur.ff.qui ſatiſda. cogantur.lege, ſciendum. ¶AD PARTEM aduerſam fundandum eſt præſupponendum,quòd quotiens per contractum & ſic per legẽ, qui ſe principi obligat ad pœnam illa uenit ipſo iure, ut in tex. notatabili,in lege,commiſſa.ff.de publicanis.facit. lex prima.§. an bona.ff. de iure fiſci.nam obligando ſe illi,obligat pœnæ.ff.de iure fiſci.lege, imperatores,& tali pœna afficitur, etiam abſens maximè contumacia ętiam facta præcu,

ut in capi. ex tuæ, cum ibi notatis, extra de clericis non residen. facit. l. absentem. ff. de pœnis. Maximè quia uerba pacti pœnalis sunt concepta per uerba de præsenti, & præeunte contumacia, & sic incurritur ipso iure, ad hoc, de sententia excommunica. capi. a nobis, in principio, de temporibus ordinandorum, ca. primo, libro 6. ff. de capi. diminutione. l. amissione. §. qui deficiunt. ad hoc. l. si qua pœna. ff. de uerborum signi. Nam ex quo pœna statuta est statim ea debetur, ut ibi ad hoc nota. in leg. iubemus. C. de sacrosanct. ecclesi. Ex quo ergo ipsa pœna infligitur ipso iure, ut nõ requiratur, nisi sola declaratio arbitrij principis, potest fieri p epistolam principis, ut in leg. fina. ubi senatores uel clarissimi. melius probatur per l. si quis filio exhæredato. §. eius qui. ff. de iniusto rupto irritoque facto testa. ff. de pœnis. l. diui fratres, in fin. Dominus rex igitur uidens iustitiar. sibi obligatum ad renunciãdum, & si recusaret esse obligatũ pœnę sub arbitrio collatæ, eũ monuit, ut renũtiaret offerens sibi implere in pactum contractv & legẽ inter eos cõuentã deducta, & ubi recusaret nunc prout ex tunc, & ecõtra, dictas declarabat pœnas in suum arbitriũ
15 collatas, in quo † arbitrio uenit mors inclusiuè iuxta glossam singularem, in §. in summa, institu. de iniur. Potuit ergo dominus rex dictas pœnas p suas literas declarare ut prædiximus. Et tales declarare ex quo in suo erãt collatę arbitrio, & illę infliguntur, & talem facere declarationem, nunc prout ex tunc licita fuit principi, iuxta nota. in cap. ut animarum, de consti. libro 6. & in cap. a nobis, de sententia excõmuni. Et ut de contumacia dicti iustitiar. constaret, rex fecit dominam reginam nunciam & procuratricem, ad illud intimandum pro uti intimauit, ex qua intimatione procul dubio dictus iustitiar. fuit in mora, cũ etiam extra iudicialis intimatio constituat quem in mora, iuxta notata per gloss. in l. uinum. ff. si certum peta. facit lex. si ex legati causa. ff. de uerborum obliga. & l. mora, & l. sciendum. ff. de usur. Et sic uidetur quòd dicta domina regina circunscripta omni iurisdictione potuit dictum actum facere, & sic non tenebatur iurare foros, quia ut minister & procurator. neque obstat si dicas quòd domina regina dictum cœpit Martinum olim iustitiarium: quæ captio uidetur esse iurisdictionis cum circumscripto crimine carcer priuatus nequeat fieri, ut C. de priui. carcerib. in l. vnic. Sed posset dici ex quo dictus iustitia. renuntiare recusabat, erat in crimine & pœnæ
16 obligatus. † Et est regula quòd quilibet etiam
e priuatus, potest capere criminosum [e] fugientẽ qualis erat dictus Martinus olim iustitia. Et in hoc etiam priuatus est minister iustitiæ, ut in tex. notabili, cum ibi notatis. C. de malefic. & mathe. l. final. Et id potest maximum procurator cuius interest, uti erat domina regina. Et ad hoc allego tibi glo. quãm nescio, alibi in l.
f prima. C. ubi de militari [f] uel cohartali, qui dicit quòd. l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de iis qui in fraudem credi. habet locum in procuratore, uidelicet quòd procurator creditoris, potest capere debitorem fugientem. & sic ex crimine oblig. & criminosum, & sic domina regina quòd fecit ut nuncia & procuratrix, est circumscripta omnis iurisdictio cõtẽtiosa, ut sic forus iurare non tenebatur. Et ubi quid iurisdictionis exercuisset, stante fuga criminosi, illud poterat, ex quo tempus nõ patiebatur iurandi, nam stante necessitate habet arbitrium, & potestatem, qui aliàs non haberet, ut in casu notabili, in l. cum nauarcorum. C. de nauiculariis. lib. 11. quæ est. l. singul. neque obstat quòd dicis, quòd tela iudicij erat seruanda, aliàs qđ processus est nullus. Nam ex quo iste erat officialis, & pactus cum principe, & nõ erat quid discutiendum, sed sola contumacia exigendi, etiam absens poterat condemnari. Ad hoc. leg. prima. §. ꝙ si de frumentaria. ff. de admi. rerum ad ciui. pertinen. & quòd ibi no. per Bar. in ratione, nam alia iudicaria discussio non erat necessaria, maximè quia ex contractu principis pœna uenit ipso iure, ut est dictũ facta declaratione arbitrij per principem, & ĩ tali casu ex quo est in notoria contumacia subditus per actum publicum, qui faciunt notorium, extra de appella. capi. ex insinuatione, per Innocen. princeps pronunciat sine citatione, iste est casus secundum lecturam domi. Anton. de Butr. in capi. cùm olim, de re iudi. nã quamuis princeps pronunciare habeat citãdo saltim ad discutionem negocij. ut in l. fina. cum ibi notatis. C. de legibus, & in cle. pastoral. de re iudi. iũct. notatis in l. ne causas. C. de appella. tamen ibi in notoriis procedit in quibus negocij discutio non est necessaria, potuit sine citatione & alia discusione declarare arbitrium. Nam nil aliud uidere princeps habebat, nisi an renuntiare uellet uisa recusatione & contumacia in non remittendo per actum publicum, restabat sola declaratio arbitrij, qa facta ipso iure pœna infligebatur. Ad hoc in auctentica de incestis nuptiis. §. primo. Et quia de iure officialis de commissis in officio absens citatus tamen condemnatur contra regulas iuris communis. ad hoc tex. & ibi Bar. in l. si apparitor. C. de cohartali, & in l. diuus. C. de pœnis, neque appellat. l. nulli. C. quorum appella. Ad id quod dicis, quòd erat in mora ex quo tempus ad deliberandum petebat, potes dicere quòd imo erat, quia in facto proprio non longinquo, neque intricato, & sic non debebat habere inducias, quia non erat probabilis ignorantia. ff. ad Velleyanum. l. quanquam, de rescri. capi. ab excommunicato, no. Ioan. & Host. & Io. And. extra de testibus, cap. ex tenore. Cyn. in l. 1. C. de iuramen. calum. & domi. Anton. de But. in cap. cum

cum causam, maxime quia iam erat instructus per officiales regios, notos sibi de mandato regis, & sic deliberatorias non habebit, ad hoc extra de priuil. c. cum olim essemus apud Parisiũ, & quòd ibi no. in. ca. nobilissimus, ad id quòd ex quo multa bona possidebat satisdare non cõpellebatur &c. Posset dici quod. l. sciendum. allegata, loquitur in ciuili, in criminali vero causa, secus. Nam ex quo potest puniri pœna corpo-
g ri[g] inflictiua capi poterat, & † fideiussoribus dã
17 dus nõ erat, iuxta notata. in. l. 1. ff. de custo. reorum. Et Bar. in. l. cum hi. ff. de transact. per Bald. & sic posset concludi dictam capturam permissam, & iure factam citra grauamen.

¶ AD QVARTVM dubium quod est, An dictus Martinus, olim iustitia. potuerit extrahi extra regnum. ¶ Et primo videtur quod non, quia de foro Arragonum dicitur caueri, vt quis extra regnum trahi nõ possit, & id est etiam de iure. Nam criminosus extra prouinciam trahi non potest, in auctẽ, ut omnes obediant iudici prouinciarum. §. si igitur, coll. v. & in auctẽ. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi oportet, videtur ergo dictum iustitiariũ olim etiam criminosum a regno Arragonum trahi non posse. Maxime, quia quamuis rex Arragonum sit rex Valentiæ, attamen tanquam alius est, & prouinciæ sunt diuersæ, & de vna ad aliam non infertur. C. de compensa. l. 1. cum similibus, & diuersæ sunt prouinciæ, de præscrip. longi temp. l. fin. Et vt rex Arragonum non habet territorium in regno Valentię, neque econtra. Ad hoc extra de appell. c. a collatione. ff. de adop. l. si pater. cum similibus. &. ff. de officio præsidis. l. 2. per glo. & ibi Guil. de cugno. ¶ Simile vides, quia appellatur ab episcopo qui habet temporalem iurisdictionem non appellatur ab archiepiscopo, de appella. c. Romana. §. debet, li. 6. & eodem titulo. c. duobus, in antiquis, quia vt alius tenet illã iurisdictionem, & sic videtur quòd id quod domina regina fecit, sit nulliter factum & cum grauamine, quia extra territorium &c. ¶ In contrarium tamen videtur dici posse, nam quamuis terminis sic se habentibus possent contraria concedi, attamen attentis circunstautijs negocij, videtur tollerari posse, quia notorie constabat, & per informationem receptam, quòd plures aduersum publicam disciplinam se mouentes inania verba protulerunt, ex qua aliqui multa grauissima passi sunt, & executari per dictam dominam reginam, iuxta. l. primam. C. de seditiosis. Ex quibus satis dubitandum erat
18 quo casu licet & necessarium est, † quãdoque leges transgredi, vt in. l. si quis filio. §. quid tamẽ aliàs ẽ versus. ff. de iniusto rupto. Ad hoc, quod notat Innocen. in. c. 1. de constit. & tali casu iudex leges transgrediens, non grauat, & hoc singulariter dixit Bald. in propria materia in. l. obseruare. §. proficisci ff. de officio proconsulis, dicens quod licitum est aliquando potestatibus terrarum leges transgredi, cum hoc aliquando faciant, vt multorum salus procuretur. ar. C. de ferijs, l. prouinciarum, &. d. l. si quis filio, dicens, absurdum esse statuta facta pro publica vtilitate, contra publicam vtilitarem interprerari, argu. ff. de transact. l. cum ij. §. eam, & sic satis videtur de iustiti. dictam abstractionem a regno tollerabilem, citra grauamen. Et vbi quid ambiguitatis in rectitudine processus per dominam reginam facti, possit allegari, attamen attenta
19 qualitate negotij, & quia præsumitur pro † facto iudicis inquirentis. C. de officio ciuilium iudicum. l. 2. ad hoc quod notat Bald. in. l. vnica. C. ne quis in causa sua. Et quia standum est in dubio processui regio, cum pro eo præsumatur 40. distinct. c. cum vos. Et quia princeps de plenitudine potestatis nullum processum vallidat vt est casus, iuncta glo. de accus. c. ad petitionẽ, satis citra grauamen processum esse dici potest Et hæc tunc allegãdo diximus, & quia bona & quotidiana hic inseri, in pertinenti materia hic declarabimus.

## CAMILLI BORRELLI ADDITIO.

a ¶ SCRIBENTEM] Doctor. in. l. Admonendi. ubi Iason. ff. de Iureiu. Aymo Cauretta in Tract. de Antiquit. Tempor. parte 1. sectione. Viso de verbis, nu. 15.

b ¶ INTERVENIT] Et Ideo ubi Principis interuenit authoritas, ibi lęsio nõ intelligitur. ut post multos uoluit D. Franciscus Bursatus in Consil. 27. Visis, nu. · uol. 1.

c ¶ SCIENTIA] Probanda est scientia, quia non præsumitur, ut in simili per Ioan. Cephal. in Cõsil. 76. Illust. Dominus. nu. 21. Vol. 1. cum allegatis per D. Roland. à Valle. in Consil. 79, Viso processu, nu. 11. Vol. 1. D. Francisc. Bursat. in Consil. 37. licet. nu. 20. Vol. 1. Ioan. Baptist. Ferret. in Consil. 98. super articulo, nu. 7. Volu. 1. Portius Imolens. in Consil. 106. Dominus constantinus, nu. 61. Vol. 3. in Consil. 147. Contingit, nu. 71. 73. Vol. 10. Et in specie de scientia principis quòd debet esse certa, & ex rescripto apparere, uoluit Ioã. Baptista Ferretus in Consil. 359. Rescripta, nu. 3. 4. Vol. 3.

d ¶ CONVENTIONES] Quod conuentiones, & contractus tamen nominati, quam etiam innominati sint de Iure gentium. text. in. l. ex hoc Iure. ff. de Instit. & Iur. & huius legis, & aliorum authoritate ita dixit Vaconius à Vacuna in lib. Declarat. iurisciuilis, 6. c. 79. nu. 1.

e ¶ CRIMINOSVM] Adde Nicolaum Boerium in Decisio. Burdegal. 84. Volu. 1. late Annibal Troisius. in Ritu. 56. nu. 2. 3. & seq. & D. Iulium Clarum. lib. sent. 5. q. 68. num. 40.

f ¶ C. VBI DE MILITARI] Mendosè, Castiga. Vbi quis decuriali.

g ¶ CORPORIS] Vbi uenit Imponenda pœna corporalis non habet locum fideiussio. concludit etiam Paul. Grill. in Tract. de Relaxatio. Carceratorũ. in Titul. de fideiuss. Reor. nu. 6. ante eos Card. Alex. in. c. quisquis. 2. q. 8. & communem opinionem asserit esse Anton. Gomez Delictorum cap. 9. nu. 8. & post eum D. Iul. Clar. lib. sent. 5. q. 46. nu. 7.

Camillus Borrellus.

De

De Principe prohibente, militem guerrificare. Rubrica 27.

In §. Milites conquæruntur.

*SVMMARIVM.*

1 *Statuta pœnam minuentia, quando sint nulla.*
2 *Homicida, quod fecit semper expectet.*
3 *Arma a iure ciuili prohibita.*
4 *Duellum prohibitum.*
5 *Duellum, quibus legibus permittitur?*
6 *Francorum ordinationes super duello.*
7 *Probatione deficiente, multa iniuste statuuntur.*
8 *Multi sub clipeo iustitiæ periere.*
9 *Canoni statur, vbi lex peccatum inducit.*
10 *Bona, parentes, & amicos licet defendere.*
11 *Iniuriam remittere, nullus tenetur.*
12 *Pœnæ, hodie arbitrariæ sunt.*
13 *In dubijs, melius est nocentem absoluere, quàm innocentem condemnare.*
14 *Miles petens duellum, quid probare habeat.*
15 *Bastardus, quando ad duellum admittatur, & quando non.*
16 *Arma domus, bastardus non portat.*
17 *Arma, & iudicem ad quem spectet eligere, an ad appellatum, aut ad appellantem.*
18 *Pugnare pro se in duello qui non debeant?*
19 *Priuatorum consensus, non facit illum iudicem, qui nulli præest iurisdictioni.*
20 *Pœnitentiæ quãdo sit locus in iudicijs, & quãdo nõ.*
21 *Citatus, quando non teneatur comparere.*
22 *Iudicis incompetentis sententia, per alios iudices non executatur.*
23 *Apud infideles, nulla est iurisdictio.*
24 *Vtens iure suo, nemini facit iniuriam.*
25 *Vindicta quam maritus habet in vxorem, utrum possit dari.*
26 *Licitum in persona mandantis, reputatur licitum in persona mandatarij.*
27 *Capere cui permissum, utrum liceat incarcerare?*
28 *Fuga militis est ignominiosa.*
29 *Ex verbis mens præsumitur.*
30 *Offensio quomodo dicatur fieri.*
31 *Iniuria verbalis, non est iniuria corporalis.*
32 *Iniuria quando dicatur fieri in personam.*
33 *Causa remota delicti, non operatur delictum.*
34 *Pœna transgredientis consuetudinem.*
35 *Pœna, quando imponitur per sententiam, requiritur factum consummatum.*
36 *Attentatum, quando pro maleficio consummato.*
37 *Lex assumit attentatum pro maleficio.*
38 *Omnia iudicia, sunt absolutoria.*
39 *In criminalibus causis qui soluit, confitetur.*
40 *Confessio tacita, non infamat.*
41 *Ex iniuria irrogata famulo, non nascitur actio domino.*
42 *Pœna arbitraria, non potest tanta arbitrari, quanta est ordinaria.*
43 *Pax per quamcumque iniuriam rumpitur.*
44 *Furtum non est iniuria personalis.*
45 *Iniuria quæ non cadit in speciale nomen delicti, si cadat in atrocitatem facti, potest capitaliter puniri.*
46 *Iniuria quæ fit iudici, sapit crimen lesæ maiestatis.*
47 *Pater habet iurisdictionem quandam in filium.*
48 *Pœna suos debet tenere auctores.*
49 *Iudex ad concordiam partes hortatur, sed non potest cogere.*
50 *Status publicus plerumque ex priuato turbatur.*
51 *Princeps aliquando subditos cogit ad concordiam.*
52 *Iudex potest partem terrere de sententia ferenda.*

MILITES conquærũtur de principe & suis officialibus qui hoc tẽpore eos guerrificare, seu bellare non permittunt, cum de si dimentis iuxta legem patriæ obstante edicto treugæ, tempore guerræ, inditur, & aliàs ꝓ bono publico conseruando, imo illos cogunt ad pacem, positis portarijs ad ianuam, capiendo eorum parentes, similesque faciunt vexationes vt guerram illis á foro permissam perturbent, & illos capiunt & renunciant, quæritur an grauent, & pro certo hæc materia pulchra est. ¶ Et primo videamus vnde fomentum trahunt fori regni, qui medijs diffidamentis guerram permittunt, & se inuicem libere sinunt damnificare, imo duellum fidei necessarium esse dicunt, & permissum esse a foro. Et primo de iure diuino, tanquam de nobiliori videamus, & hoc iure non permissa videtur pugna, neque proximi damnificatio, quoniam hoc est contra præceptum domini. Matthæi. 22. vbi dicitur. Dilige proximum tuum, sicut teipsum. Et quamuis legamus Dauid pugnasse in duello cum Golia, & eum occidisse. 1. Regum. 17. attamen hoc fuit instinctu spiritussancti, & non est trahendũ ad consequẽtiam. 2. q. 5. monamachiã. Et ibi not. in glo. quod idem fuit in Sansone pugnante cũ Philistijm, & allegat. 33. q. 5. c. si non licet, & de diuor. c. gaudemus. ¶ Item quia hoc est contra præcepta decalogi, Non occides, cuius contrarium permittit forus qui contra legem dei q d non potest statuere. Et ideo dicit Hostien. in ca. fin. de consuetudine, quod statuta † diminuen-
1 tia pœnam pro homicidio, quæ est pœna mortis, vt Exodi. 21. quod non valent, tanquam contra legem dei, & ideo dicit tex. in l. nemo. C. de
2 episcopali audientia, quasi homicida, † quod fecit semper expectet, id est, mortem. ¶ Item de iure naturali, etiã hoc erat in prohibitione, ipsa natura edocente, vt proximum damnificare nõ deberemus, & ideo fuit punit᷑ Cain & Lamech qui peccauerunt in legẽ naturæ. Genesis. 4. cum nondum Deus legem dederat Moysi, & sic iure naturę monstrauerat, quod vnus alium damnicare non deberet. Et sic quod natura abhorruit ciuilia iura non debent concedere, quia ciuilis ratio

ratio naturalia quidem iura prohibere non potest. 5. distinct. §. 1. ¶ Item iure ciuili hoc etiam prohibitum est. Primo quia non est licitum sine iudice vindicare, maxime gladio quia gladiatores reprobati sunt ipsa lege. C. de gladiatoribus. l. vnica, li. 11. & in. l. vnica. C. vt armorũ
3 vsus, & in auten. de armis, in princi. † Item ne-
a que pugna [a] duelli erat ipso ciuili iure permissa, in. l. negantes. C. de act. & obli. neque armis
b [b] possum meũ debitorem compellere. ff. quod metus causa. l. extat. Et pluribus rationibus Martinus de fano. in. l. qua actione. §. si quis in colluctatione. ff. ad. l. aquiliam, tenet de iure ciuili reprobatam pugnam. Et vltra leges quas allegat, dicit quòd et naturalis ratio suadet qđ hæc pugna sit interdicta. Nam ad hoc ut iudicium æquo liberamine procederet, esset necessaria æqualitas per omnia personarum, tam in persona, quam in fortitudine. Sed quia natura hodie varias formas & fortitudines producit, igitur ex inæquali iudicio æquum non potest transgredi iudicium. Allegat ad hoc. ff. de re iudic. l. euidenter. C. de legibus & constitu. l. quod fauore. ff. de adimendis legatis. l. legata inutiliter. ¶ Item quod sint prohibita talia, videtur tenere Bal. in dicta. l. negantes, &. §. penultimo. in titu. de accusa. §. sequitur, ver. sed quid si. in Specu. ¶ Item iure canonico hoc expresse prohibitum est, etiam cum diffidamentis damnificare, vt notat Hostien. & Ioann. Andr. in nouella in ca. pro humani, de homicidio, lib. 6. ¶ Item
4 † duellum prohibitum, quia & ecclesiastica sacramenta denegantur, & canonica sepultura, vt uides in titulo, de clericis pugnantibus in duello, per totum, & de torneamentis. per totum, q̃a Deus per hæc tentatur, & instigante diabolo talia sũt reperta. 2. q. 5. c. monomachiã. Neque cõsuetudo potest excusare a talibus. in auctentica, ut nulli iudicum. §. 1. ibi male enim adinuẽta. Ad hoc. c. fin. de consuetudine, quia ex quo eius obseruantia nutrit peccatum, diuturnitas temporis non minuit, sed auget. ¶ In contrariũ tamen uidetur. & quod sit permissum iure diuino, pariter & humano, ex quo lex patriæ ꝑ principem cum uoluntate & consensu populi facta id statuit, quòd præcedentibus diffidamentis, possim aduersarium offendere, quasi ex iusto bello quod a principe uel eius auctoritate indictum est, & sic iuste gladium accipitur contra diffidamentum, uel in duello, ex quo principis auctoritate consentiẽte, uel iubente in eius sanguinem irruit, in. c. ille gladium, a contrario sensu. 23. q. 4. ¶ Item quia iustum est bellum ex quo princeps indixit, & non peccant pugnantes, neque deprędantes in eo. Ad hoc nota in. c. olim. de resti. spo. & in, c. sicut, de iureiur. per Innocen. ¶ Item quia iuris auctoritate & iudicis, hoc facit, & sic non peccat. quia iudex eum uidetur dedisse executorem, & sic etiam pars iusti. exequitur, & non peccat, iuxta nota. ꝑ Bart. in. l. iustè. ff. de acqui. pos. & in. l. 4. §. iudicati. ff. de re iudica. Et Innocen. in. c. cum nostris, de cõcessio. præben. ¶ Item hoc expresse comprobãt text. noui iuris ciuilis, qui approbant duellum in casum pacis factæ, in feu. de pace tenenda, & eius uiolatoribus. §. 1. &. §. si quis alium, & de
5 clerico uiolatore pacis. §. si miles. † Et hoc expresse habet lex Lombarda, quæ in uiginti duobus casibus permittit duellum. & communiter
6 leges terrarum permittunt ista. † Nam Franciæ sunt ordinationes, quòd in omni crimine quod probari non posit, excepto furto, posit duellum indici, ut recitat Ioan. fabri. inst. de hæred. ab intestato. §. per contrarium. ¶ Item fori conditi super diffidamentis sunt conditi propter bonum publicum conseruandum, ne milites sine diffidamẽtis sibi inuicem malum faciant, ꝙ cum diffidamentis permittitur, ne proditorie se occidant, & ideo iure sancitum, lege. 2. C. quãdo liceat unicuique. ¶ Item & fori conditi sup duellis, omne uoluntarium duellum excludũt,
7 & illud in casu necessitatis deficiente † probatione permittunt, ubi agitur de fide non seruata uel rupta, quod æquum erat sic statui, quia multa contra rationem statuuntur ob defectũ probationis, ut non legitime probationi stetur. de testibus, ueniens. C. de repudijs. l. consensu. §. super plagijs. ¶ Item quòd iuramentum parti deferatur. ff. de iureiurau. l. admonendi, &. C. de rebus creditis. l. in bonę fidei, & sic merito hoc statui poterit ad probationis defectum, & propter bonum publicum, ne maleficia remaneant impunita, maxime tam grandia, de sententia excommunicationis, ut famæ, &. l. licitatio. §. ꝙ illicitis, de pub. Quod princeps duellũ habeat concedere. Et sic contrarium faciendo, uidetur grauare, & male facere, nisi permittat guerram, inter milites diffidamentis præcedentibus. Quod dicendum uidetur non posse iure fundari, neque diuino, neque humano, ꝙ tales leges regni ualeant, tam super duello quã quòd præcedentibus diffidamentis quis ab inimico posit occidi. Primo quia canon expresso sacra scriptura ruminata dicit hoc diuino iure non permitti, & quod factum Dauid & Goliæ, non est trahendum ad cõsequentiam, in. c. monomachiam, 2. q. 5. ¶ Item quia Golias erat hostis populi dei, & sic ex iusto bello per deum indicto licite poterat occidi. ¶ Item quia talibus sic pugnantibus & morientibus, ecclesia denegat ecclesiasticam sepulturam, vt est allegatũ, & ideo est, quia in peccato moriuntur. Et ad ecclesiam sine dubio pertinet talia determinare, an sit cum peccato, vel non. Ad hoc, de indi. nouit, & qui filij sint legitimi. c. per venerabilem, quæ ecclesia tales vulgares pugnationes reprobat, extra de purga. vulgari, per totum. Nam
8 † multi sub iusto clipeo iustitię cecidere, & alijs peccatis existentibus, de purgatione uulgari. c. 2. Et ideò dicit tex. quod tales uulgares purgationes

tiones, instigante diabolo sunt repertæ. 2. qu. 5. meuiã. & per has Deus tentari videtur, de purg. vulg. c. fi. Et hanc opinionem video quòd tenet totus mundus, & omnes scribentes prædicti, & Ioan. Fab. insti. de hæredi. quæ ab intestato. non obstante lege quæ est in Francia, dicens, quòd tam bellantes, quàm iudex, peccant mortaliter & quòd duellum non potest de iure sustineri. Sed ad iura feudi non respondent, quæ permittunt duellum, in casum pacis fractæ. Sed ibi imperator habuit respectum ad ius fori, & non ad iura populi, sicut multa alia statuta sunt, p q̃ nutritur peccatum, vt præscriptio, cum mala fide, quam canon considerans animæ salutem, reprobat in. c. fi. de præscrip. & in regula possessor malefidæi, de regulis iuris, & quod ibi notatur, tali casu standum est † canoni, ex quo lex in

9 ducit peccatum. ¶ Sed aduerte quoniam pro sustentandis foris regni, in materia duelli, pensaui quòd princeps ex causa inter suos subditos bellum permittit, & iustũ est, maxime princeps non recognoscẽs superiorem vt noster dominus Arragonum rex. Ad hoc quod notat Inno. in. c. olim. de resti. spo. Faciunt tex. in. c. ortatu. & ca. scire. 13. q. 8. sic ergo istos duos pugilles vel campiones, potest princeps approbare hostes, & mortem victo iure inferẽdam. Nam iam ille, cui veritas deprauabatur, poterat manum suam in illum extendere, & poterant sanguinẽ effundere, vt habes tex. Deutoronomij. 7. Nam dicit tex. Si frater tuus, & amicus tuus, vxor tua quæ in sinu eius dormit, deprauare voluerit veritatem, sit manus tua super eos, & diffundes sanguinem ipsorum. Et transumptiue in canone, in. c. legi. 23. q. 8. Et Petrus Apostolus morti tradidit ananiam & saphiram mentiẽtes, in. c. Petrus eadem causa & quæstione. Et sic is cui illatum est facinus, vel qui scit alium tam magnum facinus commisisse, & illud negat, iuste in eum irruit per duellum a principe inductũ, quasi hostis, nam talia crimina punire non est sæuritas, & vt minister Dei & iustitiæ facit in c. qui malos. 23. q. 6. Et hoc est quo ad militem, vel campionem requirentem. Requisitus autẽ si credit veritatem defendere, pro veritate defendenda, & etiam pro patria defendenda, potest pugnare, in cap. omni timore. 23. quæst. vlt. Et licitum est sibi defendere, & suum honorem & personã. Nã vim vi repellere licet. ff. de iustitia & iure. l. vt vim. C. vnde vi. l. 1. de sententia excommunicatio. c. si vero. de homici. ca. significasti. & nedum personam suam licet defendere, cuius defensio est de iure naturali, vt notatur in dicta. l. vt vim. sed & bona. ff. de vi & vi arma. l. 3. §. cum igitur. pro quibus recuperandis licet conuocare amicos, vt ibi notatur in gloss. & in. l. gracchus. C. de adulter. per Iacobum bu

10 triga. † Et quod liceat bona defendere probatur, de homicido. c. 2. & c. suscepimus. & 23. quæstio. 1. §. primo ¶ Item & parentes & amicos licet defendere, de sententia excommunicationis. c. dilecto, lib. 6. & notatur in. l. vt vim. ff. de iustitia & iure. ¶ Item & proprium honorem, vnde non licet militi fugere, vnde si quid faciat uel fugiat miles sibi nõ imputatur. Ad hoc no. per Bar. in. l. 1. C. unde ui. Ergo iste miles requisitus pro propulsanda iniuria, iuste resistit requirenti, & eum desideranti percutere. Maxime & quia si hoc non facit, haberetur pro proditore, ex ipsa lege regni, per quam ad libellum fidei habet respondere per duellum data difficultate probationis. Si ergo miles iste est obediens legi & iuri regni, & principi qui sic mandat, non est homicida, etiam si occidit, ut in. c. miles. 23. q. 5. Et hæc possunt allegari p defensione duelli, & alia quæ tam Petrus Iacobi, quam Ioannes de leguiano in tractatu belli & duelli scripsere, quæ hic inserere esset de hoc solo facere librũ. ¶ Et si ex præmissis non possunt fori regni sustineri, qui de duello loquuntur, Deum quærant adiutorem. ¶ Sed uideamus de foris loquentibus de diffidamentis postquam permittitur offensio in personam diffidati, trãsactis decem diebus, si iura tales leges permittant diuina, seu humana, & ultra iam dicta uidetur quod non. Nam hoc est contra Christi præcepta siue mandata, qui præcepit pacem cum proximo haberi, & seruari. Marci. 10. c. Et inde scribitur ad Romanos. 12. Nõ uosmetipsos uindicantes, sed magis iniuriam percip. & magis fraudem patiamini. ¶ Item apostolus ad Romanos. 6. ait. Nobis iam ultra bella non esse carnalia peragenda, sed animæ certamina contra spirituales aduersarios. Et inde Christus p Apostolum ait ad Ephesios. 6. c. Induite uos armaturaDei, ut possitis astare aduersus astutias diaboli. Et ad has auctoritates uide. c. nisi bella. 23 q. 1. ¶ Item de iure diuino & foro animæ, quis cogitur ad relinquendum rancorem, per. l. diuinã si quis contristatus, & de pœni. distinct. 4. ca. ad hoc instat. Nam quod tibi non uis fieri, alteri facere non debes. 40. distin. c. licet plærunq;. Neque proximo licitum est aliquo odio habere. 24. quæst. 4. c. cum in lege. 11. quæst. 3. c. interrogatoria uerba. Si autem ad aliquid tenetur sibi aduersarius, hoc non tenetur renuere, sed agendum est coram iudice incompetenti, quia

11 nullus † iniuriam tenetur remittere. 23. q. 4. c. si illic. 45. distin. & qui emendat. Ad hoc quod notat glo. in. c. prælatis. de homi. lib. 6. & in. c. quia prælulatus. 1. quæst. 4. ¶ Aduerte quod istæ leges seculares non considerant ius populi, sed ius fori, & per aliquam æquitatem moueatur ad earum æditionẽ, puta ut maius malum euitetur, ne milites uel ciues, sine diffidamentis se occidant, quemadmodum præscriptionem introduxit ius, ne rerum dominia sint sub incerto. Ad hoc illud elegans dictum Augustini, in 1. lib. de libe. arbitrio. Lex enim ista quæ de regendis ciuitatibus fertur, multa concedit, & impu-

impunita relinquit, quæ per diuinam prouidētiam vindicantur. Sed ius poli hoc non considerat, quia nil est faciendum cum peccato, vt malum euitetur, neque videtur sufficiens esse causa diffidamenti, ad dandum permissionem homicidij, merito lex iniusta, & nulla, vt notat Innocen. in c. fin. de consuetudine. ¶ Ad primum quod no. Hostien. in cap. pro humani, de homicidio, lib. 6. ad. l. vel fori inualiditatem. Facit ꝙ notatur in. l. 1. C. de cessione bonorum, nam nō valet lex, per quam datur facultas occidēdi debitorem, quia quamuis debitum subsistat, non est singulis permittendum, quia talis occidens peccat, non obstantibus diffidamentis. Tamen nō credo eum posse puniri ex quo a lege regni est permissum, etiam quod prǽsupponamus inualiditatem legis vel fori. Ad hoc quod no. Barto. in. l. iustè. ad fi. ff. de acqu. possessione. Ad qđ facit. l. 1. in fi. ff. de abigeis, &. l. igitur. 2. respōso ff. de libe. causa. Ad hoc quod no. Bal. in. l. vnica C. quando liceat sine iudice vindica. dicens, ꝙ non est delictum punibile, ex quo a lege permittitur. Sed si lex haberet iustam causam, vt in foris permittentibus bannitos occidi, quia inest delictum, & tunc iuste statuitur & iuste talis punitur, saltim in territorio statuentis. Ad hoc. l. 3. §. transfugas. ff. ad legem corneliam, de sicarijs. & in. l. raptores. C. de episcopis & clericis, & an liceat extra territorium occidere talem bannitum, per hominem eiusdem territorij cui est obnoxius bannitus. vide Bald. in. l. 1, C. de summa trini. in. 11. corondello. ¶ Ex his satis colligi potest quid est de validitate talium fororum. Sed nulli dubium quòd diffidamenta sunt permissa de foro, & princeps, & sui officiales grauant, si illa non permittant dari, quoniam per illa multa mala excusantur, quia quis proditorie nō occiditur. ¶ Item quia habet remedium de iure firmandi, & sic curia habet eum de foro adiuuare, nisi in casu in quo princeps ædictum fecit de treuga, propter publicam vtilitatem & quietem, quod potest de foro, in. c. nos pridem de guida. & treuga. Ad hoc nota. in. l. 1. §. quoties. ff. de officio præfect. vrbis. & in. l. æquissimū ff. de vsu. & in cap. 1. de mu. ¶ Sed dubitatur de treuga indita tempore guerræ, per dominum regem, eo quòd ibi erat adiecta pœna mortis, cum ex foro solum damnorum restitutio, in dicta tali treuga erat ordinata, sed non uetatur
12 quin alia pœna possit statui, † quia pœnæ hodie sūt arbitrarię. ff. de pœnis. l. hodie. ex quo ergo erat in principis arbitrio poterat usque ad mortem arbitrari, ut in gl. notabili, in. §. in summa. inst. de iniuran. Et quia necessitas guerrarum hodie suadebat, & sic priuilegium ubi esset non extēdebatur ad id. ad hoc. l. iubemus. C. de nauibus non excusandis, &. C. nemine licere ab empt. spe. se excu. l. 2. lib. 10.

¶ OR, ISTARVM legum tā duelli, quàm diffidamentorum, positis pro constantibus, qđ autem iuris sit colligas ex prædictis. ¶ Primo aliqua de duello vtilia, & ad necessitatē regni necessaria pertingam. ¶ Et scias quia licet milites & alij pugiles in regno Valentiæ multum loquantur de iure armorum, attamen non habent aliquod ius scriptum commune omnibus quod sit ius imperij, nisi ipsi capiant ius Lombardorum, quod permittit duellum in. 24. casibus, & de modo tractant, constitutiones Frederici, quæ sunt locales in Scicilia. Sed istis iuribus in regnis Arragonum, milites non possunt uti, ut puta ut legibus nō approbatis per principem, neque communibus. Et quia dominus noster rex Arragonum, talibus legibus non est astrictus, uti uidisti in principio huius tituli. Et maxime, quia sunt contra ius diuinum & humanum, & sic non acceptabiles per principes catholicos, & ideo domini reges nostri, in solo casu fidei & proditionis sanciunt assuetū duellum admitti. si partes concordent, data difficultate ꝓbationis, uel quotiens princeps iudicat per duellum dirimendam quæstionem. Et sic dempto casu proditionis est in principis arbitrio iudicandi, an per duellum sit quæstio dirimenda, sed ex uoluntarijs duellis, sibi posse abdicauit princeps, ut hæc colliguntur ex foro primo & secundo, de duellis & bellis. Sed si requisitus offert probationes legitimas uel testes, in sui defensionem, quòd princeps nequit pronunciare duellum, sed per probationes dirimere quæstionem, secundum foros. ubi autem non est probatio si partes concordant, est assuetum permitti duellum, & tunc nisi permitteret, grauaret milites, & uel faceret contra fori dispositionem. ¶ Secundum quod elicitur est, quòd in arbitrio principis est iudicare, an per duellum sit quæstio dirimenda, ubi non sunt probationes in quocunque crimine, quia solūm duellum uoluntarium est sibi prohibitum. Et ex hoc est dicendum quòd nunquam princeps denegando duellum grauat, nisi in crimine proditionis, deficientibus probationibus, & partibus concordibus, præsupposita fori ualiditate, quia ad id quod stat in eius arbitrio princeps nō arctatur ff. de iudic. l. non quicquid, tex. optimus. ff. de lega. 1. l. apud Iulianum, neque est iusta causa difficultas probationis concedendi duellum,
13 quia in dubijs, melius est † nocentem absoluere, quàm condemnare innocentem. ff. de pęnis. l. absentem. Et quia ut dicit forus in foro secundo, illo titulo, iudicio dei & hominum relinquēdum est. Et sic ex quo non est iusta causa nō artatur princeps ad concedendum quod in eius stat arbitrio. Ad hoc no. in. l. 1. §. permittitur, de aqua quotidia. & æsti. & quod no. per Cy. in. l. fi. C. si contra ius uel utili. publi. in. c. at si clerici. §. de adulterijs. de iud. & de elec. ca. cum ex eo. lib. 6. per Archidia. & Ioann. And. Sed nunquid istud duellum in casu proditionis uolentibus partibus deficientibus probationibus, poterit

curia

curia commendare finem domino regi? Videtur quod sic per forum Lo bataller. Rubrica de bellis, vbi principe absente, curia habet pignora victi militis. Et sic patent quod in casu a foro permisso curia poterat tenere campum. Sed credo quod ille forus debet intelligi quod curia potest tenere campum duelli in dicto casu, de principis mãdato, vel in sui locumtenentis. Ad hoc quod facit forus primus dicto titulo, vbi a principe & suo locumtenen. fit abdicatio belli voluntarij, & sic ad principis prorogatiuã videtur inseruatum. & sic alijs ordinariis uidetur inhibitum. de officio legati. c. translationẽ. Maxime in militibus est clarum, quia in eorum causis non habeƚ curia condemnationem, vel de foro, quam vtique haberet si duellum permitteret & etiam executionem per illum q̃ aliũ commilitonem in duello occideret, vti uidisti supra, in hoc. §. quia executor est iustitiæ. ¶ Et scias quòd de iure fororum in hoc regno quicũque miles potest de duello eximere alium commilitonem. Et eo quòd miles dicitur contra similis, de iure autem imperij, miles qui aduersus alium militem pro pace violata, uel alia capitali causa per duellum committere uoluerit,
14 non datur sibi facultas pugnandi, nisi † ꝓbet quòd ipse antiquitus cum parentibus suis natione legitimus miles existat, vt est tex. sing. in
c feud. de clerico vio. [c] pacis. §. si miles, & sic non dicitur cõsimilis, nisi ab antiquo de genere militari fuerit, & hoc multũ seruit. Nam si aliquis in crimine proditionis te inculpat iuxta forũ, sufficit quod sit miles etiam quòd incipiat militare. Si autem in aliis causis uolũtarijs vel ubi forus non permittit, posses illum recusare, quia tunc seruari habet ius commune, saltim tanquam rem, ut diximus supra, isto titulo, & sic a lege potest refutari. ¶ Et pari forma quicũque
15 † bastardus posset refutari, quia si est miles in crimine proditionis non potest refutari in aliis sic: quia non potest dici filius militis, ut not. gl. in. l. 1. ff. de testa. tutela. ¶ Item quia non dicun-
16 tur esse de domo [d] † vel de casato. ut no. in
d l. fin. C. de uerb. significatio. neque possunt por
e tare arma [e] legitimorum, ut no. Dyn. ff. de leg. 2. pater. §. mater, neq; dicuntur esse de cognatione, uel agnatione, ut notat Bartho. in lege. ¶ Itẽ in potestate. ff. de his qui sunt sui uel alieni iuris, & multa mala de istis bastardis uide supra, in rubrica de habilitatione curiæ. Et sic merito talis non potest dici quòd ipse cum parẽtibus suis, natione legitimus miles existat, nisi dicamus quòd per militiam sibi a principe datam uideatur dispensatum, de quo uide quæ ibi dixi. ¶ Scias etiam in hac materia quòd milites qui uoluntarie quærunt duellum, quod dico uoluntarium, ex quo non est in casum proditionis, qui sunt certi & taxati a foro casus uel nõ iudicatum duellum per principem, omnia de facto faciunt & sine lege, quia ipsi non habent aliquod iuris armorum quod de hoc loquuntur, dicantur de dictis constitutionibus Lombardorum & Frederici, quæ sunt particulares. Et in certis etiam casibus, duellum permittunt ut diximus, sed dicunt ius armorum, quod non habemus, sicut. l. Rhodia q̃ stat in capite aliquorum maritimorum, sic istud stat in capite antiquorum militum & expertorum in arte bellica vt hodie nobiles Petrus Maca, & Petrus Pardo, qui audierunt ab eorum antiquis & in hac arte fœliciter experti sunt, a quibus esset quærendum quid uetustas statuit. Ad hoc. l. diui fratres. ff. de iure patronatus, & facit. l. certi. C. de iudicijs. Et quod ibi nota. & nota. in. c. licet ex quadam, de testibus, & quod no. in. c. ueniens. de uerborum sign. & in. l. cum super. mancipijs. C. de rei uendi. Et a peritis in arte quærendum est de his quæ sunt artis. l. 1. de uentre insp. ff. ad hoc no. in prohemio digestorum, per Bald. in. c. proposuisti, de proba. per do. Antho. de bu. Et si isti male dicerent, essent habendi peritiores, si reperiuntur in regno, quoniam dictum illorum non transit in rem iudicatam. Ad hoc, l. arbitrio. ff. qui satisda. cog. & quod ibi no. & hoc expresse tenuit Ioan. An. in add. ad spe. in titulo de homicidio. §. 1. Et quia de isto iure armorum quod nõ habemus est contentio inter istos de aliquibus quatenus cum iure communi fieri
17 dari poterunt dicamus. † Et primo est dubiũ an habere iudicem non suspectum, & arma diuisa pertineat ad requirentem uel *requisitum*, & certe ut plurimum ex literis & *libris* antiquis eorum, qui circa talia uersati sunt, depræhendi potest, hoc dicto esse ius requisiti iudicem habere, & arma diuisare. Ad hoc de armorum diuisione, facit constitutio Frederici incipiens, consuetudinem. in materia duelli edita vbi dicit quòd si miles fuerit is qui in pugna impetitur, & eques se uoluerit defendere, aduersarius eius quamuis miles non sit, eques, similiter eum impugnet, & econtra si pedes fuerit q̃ se defendere nititur, licet is qui pugnam obtulerit, fuerit miles non vt miles, sed ut quilibet pugil alius incusatum impugnet, unde dicit Bal. in fed. de pace tenenda, in fine, alle. gans dictam constitutionem, dicit nota. tex. qui sequitur de feud. Nam debet esse electio qualiter melius se defendere valeat ab alio, consonat in ratione sui. C. de in integ. restit. petend. & regula non debet actori, de regulis iuris. libro. 6. Et dicit Bald. ibi, quòd dicta constitutio dicit quòd si habens duos oculos prouocat ad duellum, habentem unum oculum tantum, debet unus sibi claudi, & subdit similiter idẽ in digitis & in alijs membris hoc uolumus obseruari, iuxta ꝓborum uirorum consilium & discretionem.

¶ Idem ait quòd ille qui attingit sexagesimũ annum, vel est minor vigintiquinque annis, pro
18 se pugnare † minime teneatur, sed in defensionem suam potest ponere campionem. Et dicit quòd

quod illa sunt statuta localia Frederici. Tamen qa habent in se discretionẽ, & naturaliter æqta tem, ideo dicit illa se retulisse ad quandam instructionem mentis, non tanquã ius scriptũ reseruatis alijs, tam consuetudini quã moribus & peritioribus in arte. Alle.l.semel.C.de re mili.li. 10.secundũ eũ.& ideo minime sunt imitanda, q̃ longam consuetudinẽ habuerunt.ff. de legibus l.minime. Et ijs libris antiquis de his quæ tunc tpis agebãtur, de quibus aliàs uix haberi potest memoria, est standũ, facit de pba.l.si arbiter. & quòd notatur in ca.ad audientiam, de pscrip. cum similibus, aliàs aũt de iure ex quo iurgantes uel per duellũ cõcertantes, relicto pprio iudice, qui est princeps forensis, quærunt iudicẽ per prorogationẽ ad eum adeũdũ, utriusq; partis consensus est necessarius, & q aliàs præsit iurisdictioni & habeat merũ impiũ, & oĩmodã iu
19 risdictionem, quia aliàs † priuatorũ consensus non facit iudicem eum qui nulli præest iurisdictioni, & materia progationis, q̃rit ambarũ partium consensum.ff.de iudicijs.l.si se subiiciant. &.C.de epi.audiẽ.l.cõsensisse.& qđ ibi no. & q duret vsque ad litis contest.inclusiuẽ, aliàs antecã locus est pœnitentiæ.ff.de iu.om.iu. l.si cõuenerit, nisi sit facta progatio in iudicẽ pñtem &
20 acceptantẽ, qa tũc non est pœnitentiæ † locus, iuxta casum in.c.1.de iudicijs, secundũ nouum intellectum dñi Antho.de Bu. qđ fuit prius dictum domini Guill.de Cug. in.l.1.ff.de iudicijs ¶ Et ex his potes habere duas cõclusiones. Vna est q iure consuetudinario, & antiquitus obseruato armorum, est, q requisitus quærat iudicẽ, uel partes de eo concordent & in eum prorogẽt iurisdictionem. ¶ Secunda est, q si requirẽs præter uoluntatem requisiti, quærit iudicẽ, requisitus potest illum renuere, & in eum nõ progare iurisdictionẽ. Nã extra proprium iudicẽ, non tenetur subire iudiciũ, neque extra patriã litigare inuitus, de foro comp.capit.dilecti, & quicquid factum esset per talem iudicem, siue in actis uel sententia esset nullũ, extra de iudicijs.c.at si clerici.C.si a non cõpet.iudice.l.2.&
21 fin.neque citatus tenetur † cõparere, not. in.l. 2.ff.si quis in ius uocatus nõ ierit, & in ca. pterea, de dilationibus. Ex quo cõstat notorie illũ nõ esse iudicẽ cõpetentẽ, ut ibi not. ¶ Scias tñ quòd in hoc regno Arragonũ, in quo oẽs subditi & vasalli regij sunt astricti sacramento & homagio regi, & sunt eius solidi uassalli, ut in clemẽ.pastoralis, super uerbo, homoque legi⁹, isti sine cõsensu principis nequeunt in aliũ iudicem extra regnum prorogare iurisdictionem, imo qcquid talis iudex faceret, esset nullum sine licentia principis. Ad hoc allego tibi gloss.aureã & singularẽ in ea lectura quæ appbatur a Bart. & Bal.in feu.de pace tenenda, & iuramento firmãda.c.imperialem.§.præterea, aliàs in titu.est de prohi. feudi alie.per Frede.in.c.imperialem. §.prætere.a. Et ita ego teneo in volumine. Et hoc sequitur Bald.in.l.decernimus.C.de sacrosã.eccle. Ad hoc qđno.Bar.in.l.1.§. sed & post operis. ff.de noui ope.nuncia.& quod no. canonistæ, in c.ex transmissa, de foro compe. Et ex hoc seqtur multum singulare quòd etiam ubi aliquem ex iure armorum permitteret iudicem habere citra consensum principis quis coram illo trahi non posset, neque arctaretur, attamen uel sententia illius foranei iudicis, neque comparere teneretur si nollet: imo de hac incompetentia posset dici post ternam etiam sententiam, non obstante clemen.ut calumnijs, de re iudic.in cle.a fortiori, post unam, ad hoc ultimum quod not.gl. in cle.unica.de sequestra.possef.& fruct. p qua alleg.tex.in.l.scire oportet, in fi.ff.de excu. tutorum. Ad primum quod not. Bald. in l.1.C.ne liceat in una eademque causa tertiò prouocare. Ex quo sequitur quòd quamuis de iure armorum communiter in talibus sequatur damnorum & expensarum condemnatio & rei restitutio, uel in iure æstimatio ad iudicis arbitrium ut legitur in Lombarda & Frede.constitutionibus, & foris nostris in casu, in foro permisso, q si talis iudex citra regis consensum aditus condemnaret, principis non teneretur illum ad literas eius executare, neque marcas in effectu iustitiæ timere, quoniam iura quæ loquuntur qđ ad literas iudicis requirentis, iudex requisitus tenetur exequi.ff.de re iud.l.a diuo pio.§.sententiam Romæ dictam, & in.l.argentarium.§. pupilli uero nomine.ff.de iudicijs. Et in.l.si unus. ff.de bonis auctoritate iudicis posi.de iurisdictione omnium iudicum.l.magistratibus, & in cap.postulasti.de foro competenti, & de officio
22 ordina.cap.1.loquitur, † cum iudex requirens est competens. Sed si iudex aditus citra regis consensum, non est competens, ut uidisti: merito exequi non tenetur. No. Innoc.in, d.c. de offi. ordi. Nã cognitio est iudicis exequẽtis paris iurisdictionis de nullitate iudicis requirentis uel actorũ corã ipso actitatorũ dempto casu fidei, per cap.ut inquisitionis, de hæreticis, lib.6.de quo uide quæ diximus isto titulo.§.iã supra deduximus. ¶ Fateor tamẽ quòd si ex literis duelli essent cõcordes milites, quòd unus iudicẽ haberet & habuit, iuxta conuentionẽ q iudex habitus posset pcedere ad cõdemnationẽ, & operaretur effectũ: quia si bona cõdẽnati uenirẽt in formã illius, ille saltim de facto exequeretur, uel de iure cõsuetudinario iure armorũ. ¶ Item q qui non accessit, teneretur ẽt corã dño rege ad omnia damna, & expensas, ex non impleta conuentione, & rex teneretur illud ad id cõdemnare. Ad hoc.ff.de cond.causa data.l.si pecuniam. Vbi aũt non est conuẽtio, non teneretur ad aliquid, qui non accessit, solum est hoc, q si ex dicto armorũ iure ad recurrentẽ ad iudicẽ pertinebat illum habere, & habuit qui non accessit, restat notatus & infamatus, ẽt per illum condẽnatus, iure armorum. Sed nunquã princeps exequetur,

quetur, nisi suus consensus accedat, quia tũc est iudex cõpetens. Est etiam uerum, ꝙ si is ad quẽ non pertinebat habere iudicẽ illum habuit, puta requirens uel non concordato duello, & alius requisitus pro allegando de suo iure, & pro suo honore habuit mittere uel accedere ad allegandũ incompetentias & iura pp hanc uexationẽ tenetur, & princeps debet condemnare talẽ in damnis & expensis. ff. de iudic. l. cum quẽ temere. l. de iudicijs. C. ꝓperandũ, de dolo & cõtum. ad finẽ, & ꝙ no. in. l. 2. si quis in ius uocatus nõ ierit, & in. d. c. præterea. de dilationibus. ¶ Scias tamen quòd quicunque habeat, habere vel querere iudicẽ, debet habere catholicum: qa apud
23 † infideles nulla est iurisdictio, vel dominum ut no. Inno. extra de uoto. c. quod super ijs. ¶ Itẽ quod non sit suspectus, puta inimicus regis, qa ex inimicitia uel hostilitate est suspectus, neq; tenetur stare literis de saluo conductu, extra vt lite non contestata. c. accedens, quæ autem sunt causæ iustæ suspitionis, uide no. in. ca. si insinuatis, de of. deleg. & in. c. cũ sup, & in. ca. sup q̃stionum. eo, ti. de appel. c. suspitionis, eo. ti. c. legitima lib. 6. & inspec. de recus. iudi. &. C. de iud. l. cũ specialis. qđ ibi nota. ¶ Ex his vides quãdo grauet princeps non concedendo duellũ, & qũ non, quia in casu prohibito facit tales uolentes pugnare denunciare, vel capit illos, & non est
24 grauamen, quia † nemini facit iniuriam, q. vtitur iure suo. de electio. capit. cum ecclesia. ¶ Et hæc sufficiant de hac duellari materia, quaten' attingit ius cõe, & fororum, cætera vide p Petrũ Iacobi, qui fuit noster ultramontanus, & in tractatu suo, de quo facit mentionẽ Bal. in. l. ob æs. C. de act, & obli. & per Ioan. de limano, in tract. de duello & bello, & redeamus ad materiã diffidamentorum.

¶ ET PRAESVPPOSITA validate fororũ in hac materia loquentiũ, ꝙ post diffidamenta liceat occidere uel dãnificare militi militẽ, ciui ciuẽ. Et cum dubitatur quotidie de aliquibus, quæ sũt quotidiana & nõ tacta, & ad intellectũ forormu necessaria, hic tractare intendo. ¶ Et primo uideamus, Pone quòd sunt data foridice, unus miles mandauit suis hominibus & seruitoribus quod talem suum inimicum diffidatum caperent, & ad eum adducerẽt, & ita factũ est. Dubitatur de tribus. ¶ Primo an miles possit capere militẽ diffidatũ. ¶ Secundo an dictã captionẽ possit demãdare suis hoibus. ¶ Tertio an sit licita detẽtio circa pœnã priuati carceris. ¶ Ad primũ an miles possit capere militẽ diffidatum, & uidetur quod sic. Nam casus uidetur in foro Fem. fur. nou. in rubr. de malefactis, ubi dicitur quòd sine diffidamentis non licet capere, uel damnificare. Sed cũ eis uidetur permissa captio, sic damnificato, quasi sumpto argumento a contrario. ¶ Sed diceret aliquid illud argumentũ a cõtrario sensu dr cõiecturale & interpretatiuũ, ergo nõ hẽt locũ in statutis uel legibus municipalib. ut notat. C. de furtis l. apud antiquos, in glo. ord. Nam imo tale argumentũ dr tex. legis ẽt municipalis uel statuti, & illud argumentũ dicitur statutum uel lex a cõtrario sensu. ff. de testamentis. l. qui testamento. §. mulier. & ibi notatur, ff. quibus ex causis in possessionem eatur. l. in possessionẽ. §. 1. & not. Dynus in regula, peccatũ, de regulis iur. libro. 6 & Bal. in. l. conuenticulam, in princi. C. de epi. & cleri. Facit tex. in. l. 1. §. huius autem. ff. de offi. eius cui mandata est iurisdi. Et id quòd proxime dictum est, quòd argumentum a contrario sensu habeatur pro expresso, probatur ex æquiparatione quadam pacti ad statutum, ut notat glo. super Rubrica. C. de decretis decurionum, libro. 10. & in. l. non impossibile. ff. de pactis. Nã sicut dictum argumentum a contrario sensu, in pacto habetur pro expresso, ut in tex. singulari, qui melius hoc probat quàm aliqua. l. de corpore iuris in. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pactis dotalibus, sicut dicamus in foris uel legib' patriæ: maxime quia in hoc regno sunt communia iura. Et ita consulerunt in quæstione facti, Dynus & Cyn. de pistorio in suis consilijs, consilio incipienti. Statuto ciuitatis Pistorij, & pro his faciunt iura uulgaria, de ijs quæ fiunt a prælato. c. cum in apostolica, de elect. c. publicato. Et ibi Ioan. And. & quod no. glo. in cap. 1. de ætate & qualitate, lib. 6. ¶ Item quia dictus forus prohibet sine diffidamentis, uel illis datis durantibus decem diebus, occidere uel capere, & in fine lapsis decem diebus, permittit occidere uel damnificare. Et sic sub illo uerbo generali damnificare uidetur est captio repetita. ff. ad. l. aquiliã. l. quemadmodũ, in fi. & inst. ad. l. aquiliã. §, hoc tamẽ capite, & quod no. in. l. ꝑtor ædixit. §. erit itaq; differẽtia. ff. ui bonorũ rapto. Neque obstat ꝙ ibi no. per Bar. quòd quãdo aliqd in præcedentibus ponitur in. l. quod exorbitet a iure communi, non videtur repetitum, & allegat. ff. de lega. 3. l. vxori. §. uxori. & quod not. in gl. in. l. talis scriptura, ff. de lega. 1. quia id uerũ, nisi ex præsumpta mente statuentis id repetitum censeatur, arg. l. licet, in princi. ff. de lega. 1. Et quia talis sit mens statuentis, probat argumentum sumptum a contrario, vt est dictum, & quia maiora permittit post diffidamenta. l. mortis, de regul. iur. c. cui licet. ¶ Ad secũdum est uidere, an præsupposito ꝙ captio sit permissa militibus post diffidamenta, si illam possunt demandare suis hominibus quòd capiant militem diffidatum. Et primo uidetur quòd non, qa licet illa sit permissa militi a foro ꝑsonæ militis demonstratio, uel nominatio a foro facta personalis est. ff. de statuliber. l. seruus si hæredi post principiũ. Et si alijs etiam militibus mãdato nõ uidetur commissa, & ideo vindicta † quæ
25 viro in uxorem a lege permittitur, non delegatur nisi filijs, ut. in. l. gracchus. C. đ adulterijs. Ex qua. l. Bald. in. l. non solum. §. si mandato. ff. de iniurijs,

iniurijs,dicit quod priuilegiũ vel facultas quæ datur viro quòd possit occidere uilem adulterum,inuentum cum uxore,quòd cum hęc facultas sit concessa personæ viri,non potest hoc mãdare alijs nisi filijs.Et ideo Bald. determinat ꝙ quotiens a lege alicui datur facultas occidẽdi, quod talis facultas non est delegabilis.Et istud sentit Bald.in.c.1.in.§.si quis uero.de pace iuramento firmanda, in feud.10.colla. Et id uidetur firmare Salic.in dicta.l.gracchus, dicẽs esse speciale in filijs quòd illis mandari possit,licet cogitandum relinquat.Et idem uidetur tenere Bal.in.l.vt vim.ff.de iusti.& iure. ¶ Sed in contrarium uidetur posse dici,&determinari,quòd captura ista potest demandari. Et hoc videtur firmare Bal.in dicta.l.gracchus.C.de adulterijs, dicens,quòd quando ex forma statuti bannitus de certo crimine nõ potest occidi,nisi à suo inimico,quòd potest occidere per assasinum mã-

26 dato inimici,nam ꝙ est licitum † in personam mandantis,reputatur licitum in persona mandatarij, ut dicit esse text. expressum in dicta.l. gracchus. Cuius opinionẽ comprobo ꝑ casum singu.in.l.si quis in seruitutem.§.fi.ff. de furtis, vbi manus iniectionem quem habeo in furem fugientẽ,possum demandare uicino uel amico ¶ Item id approbo etiam per glo.sing.in.l.1.C. ubi de militari uel cohartali, ubi dicitur quòd captura debitoris permissa creditori potest demandari procuratori. ¶ Item & istud comprobatur auctoritate gloss. ord.per Bar.approbata in. l. cum fundum. ff. de ui & ui armata. Nam uindicatum mihi permissum a fure pro recuperatione rei meæ,& in.l.3. §. cum igitur.ff.de vi & ui arma.possum demandare alijs,quãuis Ioã. contra in ea.gl.tñ prima opi.placet Bar.ꝑ.d.l.si quis in seruitutẽ.Et illa tenet Pe.de bella pt. in l.1.C.unde ui.Id ẽt probatur per tex.in.l.si quis in graui.§.si maritus.ff.ad Silleya.Nã ubi ꝑmittitur vindicta marito,parcitur seruis, quamuis aliàs ex ædicto pro occisoribus habeantur. Ad id ẽt facit regula,qui per aliũ.de reg. iur. lib.6. Et hæc opinio ꝙ captura ista potuerit delegari vr̃ magis iure fundari,quia ubi in morte quę est grauior,sunt opiniones,vt vidistis:in captura ꝗ non est ita grauis non uidetur dubiũ esse. Maxime attentis notatis per Salyce.in.l.nõ ideo minus.C.de actio. qui pro cõcordandis dictis op. dicit ꝙ in 1.quæstione suæ lecturæ dictæ legis,ꝙ grauiora,ut mors,quæ sunt licita & permissa in mãdante,non sunt licita neque permissa in mãdatario,nisi sit filius, & sic loquitur dicta lex, gracchus.Sed in alijs leuiorib' ut captura,& castigatio,quæ sunt licita in mandante,sunt licita in mandatario.¶Et sic potest concludi talẽ capturã facta mãdato militis diffidati,uel diffidãtis permissam.¶Ad tertium.Si est permissa detentio citra pœnã priuati carceris?& uidetur ꝙ nõ,nã licet aliquãdo alicui permittatur captio a iure,illa sic sibi permittitur,ut ad iudicẽ com-

27 portet, † Nã non uidetur sibi permissa retẽtio ultra.24.horas.ff.de adulterijs.l.cap.5. Et quod ibi not.ff.de furtis.l.interdũ.§.qui furem,& in.l. fi.C. de maleficis & mathematicis.¶Item quia si in carcerem teneret, committeret crimen carceris priuati,quod est capitale ut.C.de priuatis carceribus.l.vnica.Et quia crimen læsæ maiestatis,uidetur cõmittere,ut non suffragaretur,prętextu consuetudinis. Ad hoc.l.1. C. de curio.& stationarijs,lib.12.& eo.lib.C. de cohartalibus. l.1.¶Sed in contrariũ uidetur dicẽdũ, nã si permissa est dãnificatio,vt cap.quod est initium,ergo & detentio quæ est sequela.ff. de iniur.l.non solum.§.quamquã.Et hoc sequitur Bal. in.l.vnica.C.de priuatis carceribus,dicẽs ꝙ ille qui capit bannitum,& eum incarcerat uel torquet,ꝙ potest damnificare uel occidere,quod non delinquit,cum sit iuris executor,& sic non incidit in crimen lęsæ maiestatis, nam cum possit impune torquere, uel carcerare, dicens quòd ex hoc non resultat aliquod crimen, ex quo legis auctoritate hoc facit,secundum eum. ¶ Sed in hoc multum dubito quod possit eum tenere in hoc regno propter hoc quòd læditur maiestas regia, ad quam miles captus potest recurrere,& de iure firmare,ut in foro fem, fur, nonque negu.quod non possit, dum stat captus. ¶ Item quia tenere carcerem est de mero imperio,& sic non videntur concessa. Ad hoc no. in.l.imperium.ff.de iu.om.iu. nisi expresse forus concessisset. Ad hoc no.in.l.1.ff.de offi.præfect. vt.& sic de principi reseruatis, & sic non communicantur,ad hoc.l. 1. de curiosis & stationarijs,libro.12.Tutius ergo est tenere,quòd si non vult eum damnificare,remittat.¶Scias tamen, quòd quamuis quis possit militem diffidatum occidere uel dãnificare,de foro,hoc non põt,dũ ipse captus portatur a iudice.Et hoc tenet Iacobus Butrigarius,& sequitur eum Bald.in.l.fina. C.de malefi.& mathema. rationes ibi uide.

¶SED SOLET DVBITARI, Aliqnis miles sine diffidamẽtis insequitur aliũ militẽ, armis euaginatis,& fecit eũ fugere, tñ eũ non tetigit,quia forsan non potuit, q̃ritur an incidat in crimen proditionis, prout a foro statuitur, qñ sine diffidamentis sibi facit malum,occidit, uel capit,uel ĩfra decẽ dies,id facit: & iã fortior est dubitatio,si clamidẽ,uel equũ uel aliq̃d tale dimisũ ꝑfugiẽtis ille miles insequẽs accipit,& secũ portat,ut aliàs vidi. Et primo ꝙ iste miles incidat in pęnã fori ur̃,ꝓbari.Nã miles fugiẽs,dr̃ offensus, cũ ex tali fuga ꝓuocet ad uerecũdiã, vt ꝓbatur in cõstitutione Frede. de pace cõstãtiæ,circa prin.Et ponit Bar.in.l.licitatio.§.ꝙ illicitis.ff.de poblicanis.Licet ibi hoc dicat uerũ qñ ex tali facto nõ ueniret pœna infligẽda commissori.Sed hoc idem Bar.alibi dicit quod etiã quod ex tali facto non ueniret pęna imponenda commissori diceretur quis offendi.in.l.1.ff. de ijs quibus ut indig.per illũ tex.ubi dicit,qđ

vbi ex aliquo mihi facto, prouocor ad verecundiam, dicor etiam proprie offendi, licet ex illo facto non veniat factori pœna imponenda, ut ibi uidetur tex. innuere, quod quid tenendum sit dicemus inferius. ¶ Præterea quotiens faciẽti actũ, venit pęna imponẽda, dicitur quis offendi, per. l. testamento centurio. ff. de manumissis testa. & secundum dictum Bart. ubique vt vidisti. Sed isti militi insequenti venit pœna infligẽda, quia animo percutiendi accessit, uel insecutus est, per. l. si qs cũ telo. ff. ad. l. corneliã de sica.

28 ¶ Item quia iste miles † fugatus ad magnã dẽt reputare iniuriam, & offensam, eo ꝙ fugit cum sit miles, facit. l. in ea. ff. ex quibus causis maiores, & quòd no. Bar. & Bal. in. l. 1. C, vnde vi. Merito ex tali fuga nedũ dicitur talis miles iniuriatus, sed offensam passus. Et multo fortius si miles insequens clamaret ad mortem, ut assolet,

f quoniam ex talibus uerbis [f] animus † occiden

29 di demonstratur, quoniam non est præsumendum quod aliud in menre gerant, quàm uerbo expresserint. ff. de supellectili legata. l. Labeo. §. tubero. & de legatis. 3. l. librorum. §. quod tamen cassius. Et quod iste sit modus animi probandi, uide glo. & Barth. in. l. fulcinius. ff. ex quibus causis in posses. eatur. Et si ut dictum est, res eius sint ablatæ. Iã maius dicitur offensam passus, eo quòd sibi est illata uis seu violentia in rebus suis, cum dictus miles insequens res insequuti abduxit, ad hoc quod notat glo. in. l. itaque fullo. ff. de furtis, in glo. super uerbo, de improbita. facit. ff. de inreiurand. l. sed est quæstionis. Et sic maxime omnibus ijs concurrentibus, potest dici militem fugatum esse offensum, & iniuriam passum. Et sic insequentum sine diffidamentis pœnas fori incurrisse, & sic proditionis. Sed in contrarium uidetur quod talis miles insequens, non cadat in pœnam fori, nam dicta l. siue forus. est exorbitans, tam a iure communi, quàm ab alijs legibus regni, cum uelint pro iniuria in personam illata pœnam mortis incuri & proditionis. Merito talis lex pœnalis & exorbitans non ueniat extendenda ultra casum expresse dispositum. l. quod vero. & sequenti. ff. de legibus. l. si uero. §. de uiro. ff. soluto matrimonio. Et uidetur esse casus planus, ad hoc in c. primo, ne clerici vel monachi, in 6. & de elec. cap. statutum, eo. lib. & quod notat Ioã. And. in regula odia. de reg. iuris, lib. 6. in mercuriali, facit. l. penul. ff. de pœnis, de pœni. di. prima, cap. pœnæ, pro hoc quod not. Barth. in. l. prima. ff. de uerb. sign. Et Cy. in. l. quicumque. C. de seruis fugi. meritò ergo dictus forus non extenditur ad alium casum quàm expresse dispositum. Cum ergo solum loquatur, de offensa in personam, quia prohibet quem occidi uel capi uel malũ inferri sibi, quod omnia ex significatione uocabuli, de offensa in personam loquitur, non ergo uenit neq; offensa simpliciis uel etiam uerbalis uel illa q̃ rebus infertur, ex quo nõ fit in personã

30 † nam offensio in personam fit quando persona tangitur, uel res personæ coherens, de primo l. prima. §. hæc autem, de his qui deiecerunt, uel effud. quod notat Inno. in capit. nuper, de sententia excomm. ad hoc facit forus fem, fur, non, in Rubrica de guerreiar. in quo in illo militeq; in bonis damnificat solum est pœna priuationis medietatis omnium bonorum. Ex quo ergo in nostro casu persona non fuit tacta: neque bona personę adhærentia, merito offensio personalis. in personam dici nequit, & sic non comprehensa in foro. Ad hanc partem faciunt notata per Guillermum de cugno, in. l. si qua per calumniam. C. de episco. & clericis, in illa quæstione, an faciens uel committens iniuriam circa uestes clerici, sit excommunicatus. & dicit quod non, quia licet iniuria fiat personæ, nõ tamen fit in personam, remittens se ad notata in dicto cap. nuper, de sententia excommu. per Innocen. Subdens quod maleficia iniuriosa cõtinent offensam personæ, sed non in personam, & ibi Bal. Meritò in nostro casu, quamuis dicta iniuria secundario tangat personam, non tamẽ fit in personam, quod uult dicta. l. ad hoc, ut illa tam magna pœna incurratur. Et sic non fiet extensio de iniuria, quæ secundario fit personæ ad iniuriam in personã. Pro hac parte facit, qa clarum est in uiam iuris, quòd per uerba iniuriosa fit iniuria. l. & si non conuicij. C. de iniur. & in cap. cum te. a. b. de sententia & re iudi. & in multis foris regni, & talia maleficia dicũtur iniuriosa, & secũdum regulam Guillermi, de qua supra continent offensam personæ, secundario

31 tamen non est dicendum, quòd † iniuria uerbalis fit iniuria corporalis, uel in personam per tex. singulariter, cũ nota. p Bal. in. l. omnes. §. pręterea. C. de episcopis & cleri. per quem tex. posset dici, quòd impulsio alicui facta, & sic fugato nõ est iniuria corporalis uel ẽt secũdario. tex. pro uti inducit Bal. nam tex. dicit, nullus executor uexare contumelijs clericos ullos, nullis impulsionibus molestare, nullis exprobrare cõuicijs, aut corporalibus, in iure fatigare conetur, dicit Barth. quòd propter copulam, aut demõstratur differẽtia inter iam dicta, & sic inter impulsiones & corporales iniurias differentia est, & sic unum in altero non compræhenditur maxime in pœnalibus, ut est dictum. Quinimo si forus specifice non uetuisset capturam, & per illam dictum crimen proditionis incurri statuisset, quando sine diffidamen. sit uel infra decem dies, per dictam capturam non diceretur quis iniuriam passus in personam uel corporaliter læsus, ad hoc quod notat dom. Ant. de Butrio, in cap. nuper, de sententia excommunicationis, in princ. notando ista pro statutis puniẽtibus corporales læsiones. si ergo captura ꝙ est fortius in foro, non est prohibita, non esset iniuria personalis, uel saltim in personam, & per hãc qs incurrit pęnã fori, nisi specifice ꝓhibita

minus

minus per verbalem iniuriam uel fugationẽ uel impulsum. Et hoc uidetur probare tex. in dicto cap. nuper, ibi dum dicit, qui clericos sine læsio ne tamen in custodia publica detinent uel priuata. & sic videtur innui, quod per carcerem de iure quis non læditur, neque iniuria in personã irrogatur, quamuis semper in generalitate iniurietur, sicut per uerbales iniurias miles iniuriaretur, attamen non in personam. Et potest esse
32 ratio, † nam tunc proprie dicitur fieri in personam quando tangitur persona, vel res personæ adhærens, ut not. Innocen. in dicto capit. nuper, & tex. secundum eum, in. l. sed est quæstionis, circa principium, facit. ff. de rei uendi. l. quę religiosis, & de sepulchro violato. l. 2. pro uti loquitur de statua affixa in monumento, & notatur in. l. iniuriam. §. qui ad statuam. ff. de iniurijs. Et sic debet intelligi, quotiens agitur contra aliquem ad pœnam sibi suo delicto infligẽdam, & odio rationabili secundum Bart. in dicta. l. licitatio. §. quod illici. ff. de publicanis: Neque proxime dictis uideretur obstare tex. & Innocen. in dicto cap. nuper, de senten. excommuni. & quod ponit archidia. in cap. si quis suadẽte. 17. quæst. 4. vbi dicitur, quod detinens clericum in priuatum carcerem, est excommunicatus: Quia canon, si quis suadente, & alia iura p quæ excommunicatio incurritur, ex violẽta manuum iniectione, solum ponderant uiolentiam in clericum illatam, de sententia excommuni. cap. contingit. Non autem iniuriam in corpus cum nulla fiat, ex quo corpus non tãgitur. l. prima. §. hæc verba, de his quæ deiecerunt, cum similibus. ¶ Itẽ & pro hac parte quod dictus miles non incurrat pœnam proditionis, probatur
33 quia in legibus particularibus, † causa remota delicti non operatur delictum, quia in ipsis nõ proceditur per interpretationem seu fictionẽ iuris, nam in ipsis non habet locum, secundum Iacobum Butrigarium, in quæstione quã disputauit, sub qua respondit domi. Iacobus Caposeius, ut refert Bald. in. l. si quis non dicam rapere. Sed licet ipse Bald. non alleget de quo miror, p illo est illa gl. quæ quotidie uenit ad scholas, in. l. 3. §. hæc uerba. ff. de nego. gest. quã Bart. examinat in repetitione. l. si is qui pro emptore. ff. de usuc. & in. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. Et ideo dicebat Bald. in dicta. l. si quis non dicam rapere, quod ubi punitio maleficiorum descendit ex consuetudine uel statuto, in consuetudine stabitur consuetudini & eius obseruantiæ, in tali genere maleficiorum, ut in. l. saccularii. §. sunt quædam, de extraordinariis criminibus, facit quod notatur in. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notantur infa. dicẽs
34 quod assessores † ita debent obseruare consuetudinem sicut statutum: & ita debent puniri sicut de transgresione legis scriptæ, dum modo sit consuetudo publica & notoria: in pœna autem statuti, uel legis imperialis, standũ est scripturæ uerborum, unde si lex dicat, adulter decapitetur, requirit factum consummatum, & & ita dicit tenere Spe. vt Cy. refert. in. l. is qui cũ telo. ff. ad. l. cornel. de sica. quia in statutis non habet locum argumentum de eo de quo est maior ratio ad id de quo est minor ratio, neque habet locum fictio, & ita dicit seruari consuetudine, quod dicit menti tenendum. Ad hoc facit licet ipse non alleget, quod singulariter no. Bar. in. l. si in rixa. ff. ad. l. corneliam de sicarijs, & qđ ibi notatur, quia aliter est habenda ratio in pluribus vulnerantibus, quando statuta puniũt delictum, quàm quãdo de iure communi, quia in primo casu requiritur factum consummatum, de quo uide ibi. ¶ Item & etiam hæc pœna proditionis imponitur ab ipsa lege regni, & cũ pœ
35 na † imponitur per sententiam legis, requiritur factum consummatum, ita notat Ioã. And. in nouella, in cap. perpetuæ, de elect. lib. 6. & in cap. pœnis, de regul. iuris mercuriali. Cum ergo dictus miles non consummauit delictum feriendo uel in personam tangendo militem, pœnæ graui legis nõ subiugatur. Sed diceret quis, quid loquimini, æquiparatisne nostras leges communis patriæ statut. municipalibus? dicas sic quoad hoc, quia leges communis imperij, in grauioribus punierunt solum attentatum, postquam ad actũ propinquum processum sit, vt in dicta. l. si quis non dicam rapere, &. C. de episco. & cleri. & in. l. is quis cum telo. C. ad. l. Corneliam, de sica. imo aliquando solum attẽtatum puniunt pro maleficio, & nomen maleficij assumit, ut in l. prima. §. bestias, de postulando, in capit. pro humani, de homicidio, libro. 6. quia in talibus casibus non est necessarium, qđ iudex condemnet reum, sed solùm quòd declaret culpabilem, ut notat Ioan. And. in dicto ca. pro humani. in verbo, requirat. Si autem hoc ab ipsis legibus indictum non esset, & loqueretur per uerbum facti, opus esset facto, alias pœna non incurreretur, maxime in grauioribus, sicut neque in ædicto prætoris, ut in dicta glo. l. 3. §. hæc uerba. ff. de nego. gest. Et ideo est uerum qđ supradictum est, quòd in legibus etiam communibus regni quæ non puniunt ipsum attentatum pro maleficio, ut in foris disponentibus de sagittante in ciuitate, & in vico, uel inuadente hospitia aliorum, uel in uenenante aliquem morte non sequuta, habetur pro homicida, & tenetur ad pœnam mortis: hoc est ideo, quia
36 lex assumit ipsum † attentatum [g] pro maleficio, ut dicto. §. bestias. Sed regulariter fori loquentes de homicida, uel de alio loquente requirunt factum consummatum, Et ideo uulnerans ad mortem & proposito occidendi, quia in capite & cum ense uel claua, ex quibus de p posito constat, de homi. cap. significasti, & in. l. prima. §. diuus. ff. ad. l. cornel. de sicca. nõ tenet, nisi de vulnerato, quia uolunt fori factum, & nõ venit casus per fictionem uel similitudinem, ut di-

vt dicit Bald. per illam glo. in dicto. §. hæc verba. Et hoc multum debent notare assessores, & ita practicatur. quia licet talis attētatus sit malefactor, & de ijs solent tales castigare per capturam personarum, attamen quia non transit in naturā delicti. nisi sequatur vulnus vel mors, demptis illis casibus, nequit processus fieri neque sequi condemnatio, quia non viuitur legis imperij, sed legis fori. Et hoc dicit Bal. quod ita seruat consuetudo. Et hanc differentiam multum nota: quia nullus ex practicis vel foristis, tibi dixit, ne sis best a recordare de §. bestias, q bene est de nostra materia. ¶ Item neque prædictis potest obstare, si dicas quòd res militis fuerunt captæ per militem insequentem, quia non illius personæ coherens & sic non iniuria corporali uel in corpus, ad hoc quod notat Innocen. in cap. nuper, de senten. excommuni. & Bartho. in dicta. l. licitatio. ¶ Item quia ex quo non agitur furti, vel vi bonorū, rapto. in quibus actionibus non habet locum pœnitentia, ut notatur in. l. qui ea mente, de furtis, & l. fi. vi bonorum rapto. Sed agitur ad iniuriam propterea ir rogatam videtur, quòd illarum restitutio ante sententiam sufficiat tam ad vitandam pœnam,
37 quam infamiam: nā † omnia iudicia sunt absolutoria, in. §. final. inst. de perpetuis & tēp. actionibus, & in. l. si reus paratus. ff. de procu. ad hoc l. hoc edicto. ff. de publicanis, & hoc videtur tenere Bart. in dicta. l. si reus paratus, licet Cyn. in addi. tenuerit cōtrarium, per. l. locum. §. si quis. ff. de tabulis exhibendis. Et hoc ea ratione, quia
38 in † criminalibus causis, qui soluit, confitetur. Sed potest responderi, quod illa tacita confes-
39 sio † non infamat, ut notatur. l. quoniam. ff. de his qui notatur infa. per Bald. vnde ergo ista solutio vel rei restitutio, quam quis facit ante sententiam, & iam fortius si ante accusationem, & antequam aduersarium onere probendi grauauerit pœnam excusat & infamiam. l. eum qui. ff. de iureiuran. ad hoc quod scribit Salyce. in. l. iusiurandum, & ad pecunias. §. finali ff. de iureiuran. ¶ Item neque videtur obstare si forsan miles aliquis insequens familiam fugitiui percusserit, uti uidi de facto, & allegabatur quòd ex quo pro illius iniuria poterat dominus agere, de appell. cap. dilect. de priuil. capit. auctorita. li. 6. dicatur, quod dominus sit offensus, p regulam Bartho. in dicto. §. quod illici. Nam potest dici, quòd illa iniuria irrogata in personam famuli, nō est irrogata in personam domini, quoniam alia persona est, & sic vna sub alia non cōprehenditur, vt. l. si ista stipulatos. §. grisogonus ff. de verborum obligation. Et sic dici non pos-
40 sit, quòd ex tali † iniuria famulo irrogata actio competat domino proprio nomine, ut exigit Bartho. in dicto. §. quod illicit. Nam clarum est, vt dicit Innocen. in dicto capit. dilectus, de appella. quòd dominus non potest agere personali actione, pro actione famulo competentura, quia sua principaliter interest. igitur ex tali iniuria famulo irrogata, non potest dici offensa in personam domini inferri, maxime ad effectum talem pœnam imponendi. Sed contra hoc facit, quia iniuria est irrogata contemplatione domini famulo. Et sic proprio nomine videtur illum dominum posse agere, ad hoc quod notat Innocen. & Hostien. in dicto capit. dilect. de appella. & recitat gloss. ordinaria, in capit. auctoritat. de priuileg. libro. 6. & ideò in hoc casu cogita. Sed pro principali dubio uidetur dictum militem non incurrisse crimen proditionis, nam vides quòd aliæ iniuriæ, tam verbales quam aliæ, iure ordinario fororum pecuniariter puniuntur, & hæc est illorum pœna ordinaria. Sed iniuria in personam militis irrogata est mors, & proditionis pœna. Et si dicamus quod ex ista iniuria non in corpus irroga
41 ta habeat pœna † arbitrari, nō poterat arbitrari tanta quanta est ordinaria, & sic nō habet locū, quod no. gl. in §. in summa, insti. de iureiu. qđ ubi pœna venit in arbitrio, pōt usq; ad mortē arbitrari, qa istud limitatur nisi quādo ordinaria erat mors: quia tunc arbitrium nunquam ascendit ad ordinariam statutam, ista est gloss. singularis, in cap. inquisitionis. gloss. 3. de actionibus, quam nota & tene menti, quia multem seruit, per quam dicit domi. Anton. de Buttrio in dicto capit. inquisitionis, quòd ubi loco ordinariæ pœnæ, relinquitur pœna ad arbitrium iudicantis, iudex potest arbitrari usque ad quātitatem pœnæ ordinariæ, cuius loco arbitraria ordinaria est irrogata, sed non potest *illam imponere*, quod ualde nota: & notandum est, quoniam multum limitat dictam gloss. in. §. in summa. Quid dices in tam periculoso dubio, non est nostrum hoc decidere, quoniam fuit in facto inter magnates, & absit ut quod princeps noluit condemnare, ego absoluam, sed colligare ex prædictis. Sed quia non est bonum etiam eis dare incentiuum delinquēdi, uolo allegare duas rationes contra talia amodo attentantes & quod incurrant pœnam fori: Nam princeps inter istos milites & honoratos sine diffidamentis bellum gerere prohibuit, quasi pacem inter illos ponendo, dum non sunt in diffidamentis, sed pax rumpitur, per quamcunque iniuriam, ergo & per illam, ut in feudis de pace tenenda & iuramento firmanda. §. iniuria. Quinimo & per furtum, ut in. §. si quis quinque solidos, de pace tenenda & eius violatori-
42 bus. Et tamen furtum non est iniuria † personalis neque offensa ad personam, sed offensa simpliciter, & venit in contractu pacis, quicquid dixerit Bartho. in. l. verum, de furtis. ¶ Item quia iniuria quæ non cadit in speciale nomen delicti, tamen cadit in atrocitatē facti, & potest capitaliter puniri, ut dicit Baldus in §. iniuria, de pace tenenda & iuramento firmanda. Et sic uidetur, quod hæc atrox iniuria possit

43 sit sic capitaliter † puniri. Sed aduerte, quia ibi loquitur de iniuria iudici irrogata, quę sapit
44 † crimen lesæ maiestatis, & hoc quo ad ultimā rationem, quo ad primā fori iniuriā non deliberate cōsiderauerunt, quo ad incurrendam illam pœnam, quia pro damno bonis illato solū pœnam perditionis medietatis bonorum posuerunt, sed est uerum post diffidata: sed quid iuris, ante cognita per prædicta.

¶EX PRAEDICTIS videre satis potes, quando diffidaměta uel duella a foro permittantur. Sed in his casib. nisi princeps permitteret, malefaceret uel sui etiā officiales, & grauarēt nisi illos excusarēt treugis a principe inditis, uti diximus supra, & in casu a foro permisso, neque diffidans neq; diffidatus possunt capi, quia iure permittente, id faciunt: minus pater eorum uel filius uel frater, ut in rubro & nigro. C. ne filius pro patre, & id etiā est de foro, nisi diffidatus uelit firmare de iure, quia tūc necessariò est ass curandus a diffidamentis, & iudex potest illum capere, & suo casu bannire, iuxta formā fori. Si caualer o prohō de marge, & de creua, & in foro fem, fur, non. de malefactor. ¶ Sed nunquid cum filius vult sine diffidamentis, guerram facere, uel non vult assecurare, poterit ne pater illius, qui eum habet in potestate capi citra grauamen? uidetur quòd non, per regulam prædictam, sed uideretur cōtrarium, quia pater † habet quodāmodo quādam ciuilem iurisdictionem in filiū ex patria potestate, quia antiquitus poterat illos necare, ut notatur in l. in suis. ff. de liberis & posthu. hodie autem potest illum corrigere & emēdare, ut C. de emendatione propinquorum. lege, vna. sic debet eum facere uiuere, secundum legem terræ, quòd si non faciat, ipse plecti poterit quemadmodum iudex ex iustis denegans, imo & illius subditi quandoque plectuntur, ut in capi. dominus deus noster. 23. quæst. secund. & hoc sentit forus primus, ne filius pro patre, quia loquitur de filio emancipato quasi pro filio in potestate, quo ad hæc quæ ipse potest & debet facere ex lege, patrię teneatur. Si autem non haberet filium in potestate, & iuraręt illū habere non posse non esset in fatica. Et sic non debet portare iniquitatē filij, nec contra. Deuteronomi. 24. capi. C. de pœnis. sanximus: nam pœna suos debet tenere auctores. Sed pone, q. dam magnus Baro alium diffidauit propter q tota ciuitas ex dictis diffidamentis turbata est forte, regnum, quod quasi ruit in duas partes: princeps uel præses uidens rempublicam lædi eos capit, & vult eos ad pacē cogere uel eijcere eos de ciuitate & uillis regiis: quæritur an ex hoc milites possint conqueri, uel dicere se grauatos, cum neque de foro neque de iure cogendi sint ad pacem, quia solum rancorem tenetur quis remittere in foro conscientiæ, ad hoc
45 
46 institu. de iniuriis. §. finali. † Et quia iudex hortari potest partes ad concordiam, nō compellere, ad hoc quòd notat, archidiacon. in capi. discordantes. 85. dign. & Guillelm. de Cug. C. de sententiis. lege, stipulatione. Ad hoc qd notatur in capi. uos sancto. 15. quæstion. 6. Aduerte, siquidem vnus istorum est iniuriatus, & iudex etiam talem iniuriam non puniuit, sed restat impunita: & tunc interponere se debet iudex & hortari: cogere autem ad pacem neque de iure neque de foro nequit, & sic procedant proximè dicta. Si autem iudex punit dictam iniuriam per suum ꝓcessum, uel iam est punita de iure & de foro potest cogere ad pacem. de foro clarum est, quia ex quo vnus vult stare iuri, guerra non est permissa in dicto foro, fem, fur, nō, de malefactors. de iure pari forma, nā ex quo iniuria est punita, iudex potest partes cogere ad concordiam. Et hoc est quòd singulariter Bald. scribit in lege, transigere. C. de transact. dicens, quòd iudex non debet in criminalibus intromittere se ad concordiam, antequàm puniat, post punitionem autem potest studere ad concordiam, & ita dicit quòd habent quidam in l. æquissimum, de usufruct. per Iacobum Butriga. Et cum hoc temperamento debes intelligere, quòd notat idem Bal. in dicta l. æquissimum, dicens, quòd iudex post delictum commissum debet potius studere ad uindictam quàm pacisci, ne delicta remaneāt impunita, de publicanis. l. licitatiò. §. quòd illicitur. Si autem non est contentio inter istos magnates propter iniuriam, sed ob aliam causam uoluntariā: uel propter uerba, uel ex quacunque alia causa, quam iudex non posset media iustitia terminare & subleuare, ex quo sūt in diffidamētis a lege regni ꝑmissis, non posset eos ad pacem cogere. Sed quia status publicus, turbari uidetur, propter istorum contentionem posset eos extra ciuitates & uillas regias proiicere pœnis & multis inditis, & si essent inobedientes capere. ad hoc. l. cognouit. ff. de officio pręsidis, per quam legem probatur quòd præses debet studere ad generalem pacem, & quietem prouinciæ sibi decretā. ad hoc. l. prima. §. quies, ff. de officio præfecti urb. vnde dicit ibi Bald. quòd regens prouinciam uel ciuitatē, debet subditos conseruare in pace, & debet rumores impedire, & subditos ad quietem uiuendi non solùm hortari, sed coge-
47 re. Nam plerūque status † publicus ex priuato turbatur, allegat. ff. de captiuis. le. si quis ingenuam. §. in ciuilibus. Et ideo dicit ibi Bartol. in dicto. §. in ciuilibus, quòd priores qui habent arbitrium super bono & statu pacifico ciuitatis possunt facere statuta, ut collantur bene, & distinctiones inter ciues, quia per hoc status rei publicæ læditur, secundum Bart. Sed si causa istius discordiæ uel distinctionis esset aliqd
48 antiquum litigium & intricatum in facto uel in iure. † Et tunc princeps posset cogere partes,

tes, scilicet istos magnates ad compromittendum pacem. Ad hoc allego tibi casum, in capi. placuit. 100. distin. ad hoc quòd notat Bald. in dicta. l. æquissimum. ff. de usufruct. Et maximè hoc dicimus in principe, qui maiorẽ potestatem habet super ijs concordiis & compulsionibus, quàm alius inferior, ad hoc capit. cum inter, Rubrica de elect. & quòd ibi notat Ioannes Andr. eodem titu. capitu. uenerabilem. Alij autem inferiores iudices possunt terrere partes & comminare de sententia ferenda contra illos nisi componant. Ad hoc quòd not. Hostien. in summa, de dilationibus. §. primo, uersic. & nota, & §. ex quibus, in fine columnæ. An autem iudex in ciuilibus quæstionibus, iusta & salua conscientia possunt ad concordiam laborare, conclusio est, quòd in dubiis quæstionib. iusta & salua conscientia laborat. Si autem clare liquet, de iure vnius partis, non debet laborare nisi aliæ circũstantiæ adsint, de quo dicendum ut per Guillermum, in speculo de præparat. iudiciorum. §. primo. uersicu. cæterum, & uersicu. sed quid, & ibi Ioannes Andr. in addi. ad spec. & uide, quod late scribit dom in. Anton. de Butriu. in capitulo. primo, de mutuis petitionibus, ubi uide.

## CAMILLI BORRELLI ADDITIO.

a ¶PVGNA] Duellum prohibitum est in hoc regno. ut in cõstit. regni. Monomachiam. ubi And. de Iser. & Matthe. de Afflict. & latè per Paridem de Puteo in tract. de re militari, per totum. & per Andr. Alciatum in tract. de singul. certamine per totum.

b ¶ARMIS] Armorum asportatio quę, & quando, & quibus modis & quando licitum est. Vide plenè domi. Iulium Clarum in pract crimin. 2. per totum. do. Franc. Bursat. in consil. 77. omissa num. 10. uolu. 1. Petrum Duenna. in regu. 55. do. Roland. à ualle in consi. 3. quod nobilibus per totum uolu. 2. do. Federicus Scotus in consi. 12. lecto. nume. 18. libr. 4. tomo. 1. Et plenius quàm alius quispiam ego dico alibi, & uidebitis deo uolente.

c ¶DE CLERICO VIO.] Vult dicere de pace tenend. §. si rusticus. uersicu. si miles.

d ¶DE DOMO] Vide doc. in l. pronuntiatio. ff. de uerborum signi. Florian. in l. qui testamentum. ff. de proba. Ioann. de Platea. in l. si senator. C. de dignitat. libro. 12. Andr. de Iseru. in cap. 1. si de feud. fuerit contro. defunct. Philipp. Francisc. in cap. prim. de scismat. libr. 6. Benedic. Capra in consi. 80. Punctos. Corn. in consi. 169. uolu. 3. socin. in consi. 102. uisis colum. 4. uolumi. 3. dixi ego supra Rubr. 7. in uersi. de spurijs.

e ¶PORTARE ARMA] Barto. in tract. de insign. & arma: & in l. fin. C. de uerborum signific. Anton. de Butr. Card. & alij in cap. per uenerabilem. extra qui fil. sunt legit. Anton. de Butr. in consil. 54. Bald. in l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alien. plenissime Andr. Tiraquel. in tract. de nobilitate. cap. 15. num. 13. ego dixi ubi supra Rubr. 7. in uersicul. de spurijs.

f ¶VERBIS] Ideo Aristoteles libr. primo, Perihermenias, dicit quòd uerba sunt eorum, quæ sunt in anima passionum notæ. Inde illud Matthei. c. 13. ex abundantia cordis os loquitur. Vbi Nicolaus lyra. dicit quod Verbum exterius est significatiuum interioris. Inde Matthei. c. 15. quæ de ore procedunt de corde exeunt. Oratio. n. est mentis interpres. Cicero. de legib. lib. 1. & abundantius alibi nonnulla effudimus.

g ¶ATTENTATVM] An & quando delictum attentatum, & non consummatum puniatur, & qua pœna habui in facto pro quodam qui præparauerat Venenum, & dedit crateram in manu, & demum pœnitentia ductus reaccepit, & consului: Videri potest in Consi. meo, 7. ubi plenè. & plenius dixi & consului in causa attentati Assasinij pro Iacobo Catalano Laquedoniensi inquisito contra quem officialis illius ciuitatis protulit uotum de torquendo, à quo introduxi appellationem in Regio Auditorio, & ibi, & uoce, & scriptis pro cliente obtinui hoc anno 1576. apparebit ex consilio meo.

Camillus Borrellus.

## De præconiis factis, de docendo titulos possessionis. Rubrica 28.

### In. §. Perquam durum.

### SVMMARIVM.

1 *Possessor non tenetur docere de titulo.*
2 *Princeps fundat intentionem de iure communi.*
3 *Possidentes ea quæ sunt in regno, uidentur contra ius possidere.*
4 *Patrimonium duplex habet princeps.*
5 *Omnis pœna fisco applicanda, dicitur criminalis.*
6 *Fiscus est saccus Cæsaris.*
7 *Fiscus non potest alienare, & de euictione illius.*
8 *Pontem in flumine publico, nulli facere licet.*
9 *Quæ publica sunt, princeps potest concedere.*
10 *Flumina nauigalia sunt principis.*
11 *Molendina in flumine publico ædificata, sunt principis.*
12 *Portus manufactus est ædificantis.*
13 *Ius nauigandi, non præscribitur.*
14 *Concessio principis, intelligitur sine alterius præiudicio.*
15 *Insulæ maris, sunt regiæ iurisdictionis.*
16 *Possessor sine ordine iudiciario non est ordinandus.*
17 *Contra fiscum, non præscribitur.*
18 *Emphiteosis & census præstatio, est genus seruitutis.*
19 *Emphiteota non potest cogi, ad docendum de titulo.*
20 *Solutio pensionis quid arguat.*

PERQVAM durũ uisum & militibus, & grauaminis illatiuũ qd aliquando fuit factum per dominum regẽ & suos officiales, mãdãdo præconijs, ut ostẽderent titulos suarũ possessionum, saltim eorum quæ patrimonialia fuerunt vel vt regalia semel a principe detenta, aliàs q̃ procederetur ad occupationem uel incorporationem. Et aduerte, quia quilibet prima facie diceret hoc grauamen esse, & contra foros & iura, prouti est sic in abstracto considerato dubio. quia

1 quia de iure possessor cogi non potest ad ostē-
a dendum titulū suæ possessionis, in l. cogi [a] .C.
de peti.hæredi.& in foro primo, eodem titulo. Sed aduerte, quoniam q̄ principē forsan mouerunt,& suos officiales sunt hæc,quoniā prin-
2 ceps in suo regno fundat† intentionem suam, de iure communi.ut notat Innocen. & Ioannes Andr.in ca.minis, de iureiur. licet contrarium uideatur innuere Hostien.in ca.dilecto, de officio archidiaco. de quo tamen quid iuris sit, uide quę scripsi isto titu.§.restat.uersicu. aliud,
3 ad hoc facit. 8. distin. quo iure,† Merito ergo qui ea quæ sunt in regno possident, uidentur econtra ius possidere,de restit. spolia.ad decimas. libr.6. merito coguntur titulum ostendere,de offi.ordin.capi.ordinarij.lib.6.Maximè si illa quæ sunt per priuatos possessa sint fiscalia uel patrimonialia principis,quę per priuatum possideri nequeunt.Et scias ut hanc materiam ab intrinseco fundamento uideas, quòd prin-
4 ceps habet† duplex patrimonium,vnum fiscale seu cameræ fiscalis, ut introitus & exitus cameræ fiscalis, & ad istud patrimoniū pertinet quicquid ciuiliter uel criminaliter ipso facto uel per sententiam confiscatur,ut.ff. de iure fisci.l.prima,& leg.imperatores, imo generaliter
5 potest dici quòd omnis pœna fisco † applicāda dicitur fiscalis,arg.notatorum,per Innocen. in capi.primo,de testibus cogendis.sicut dici-
b tur criminalis [b] quę fisco applicatur.l.agraria, de termino amoto,& quòd notatur in l.qui sepulcra, de sepulcro uiolato. ¶Item dicitur fiscalis confiscatio,ut uectigalis,quę fit ipso iure. ff.de public.l.commissa,& in aucten. de incest. nup.Et hæc materia in scādi, seu iura fisci dispersa est per corpus iuris. C. de iure fisci, & C. de priuilegio fisci. Et ad istam cameram fiscalē pertinent,quę auferuntur indignis,& fisco applicātur,in l.hereditas.C.de ijs quibus ut indign.C.de fideicommi.l.eam quam. Et dicit notabiliter Bald.super Rubri.C.de priuilegio fisci,quòd ad fiscum propriè non dicuntur pertinere, nisi illa quæ imbursantur uel incorpo-
6 rantur ei, quia fiscus idem est q̄ saccus † Cæsa-
c ris [c] uel regis,ut nota.C.de actua.& numera.le. & in prouinciis.Aliud est patrimon.principis, quod patrimoniale appellatur,ut sunt illa quę sunt in æterno rei publicæ, id est principis patrimonio. Ad hoc.ff.de iure fisci.l. & in fraudē. §.neque.Et ista sunt propria principis, & regaliæ appellantur,sicut tributa,& alia quæ ad statum imperij pertinēt, de quibus in usibus feudorum,quæ sunt regaliæ,& hanc sentit Bald. in leg.prima.C.de hæred.uel actio.uend.Et idem uidetur sentire,in dicta Rubri.C.de priuilegio fisci.Et dicit Bald.in dicta.l.quod iura cameræ
7 fisca. cōsistūt in conseruando: vnde fiscus † nō potest alienare,nisi prætio soluto, & non potest pertinere nomine euictionis,nisi simplum & si amplius promittatur non tenetur nisi ad simplum.ff.de iure fisci.l.si procurator. ¶Item nequit alienare nisi cum solemnitatibus, de quibus in l.2.& l.si tempora.& l.si duplex.C.de iure fisci,libr.10.& in pluribus aliis, quæ ibi enumerat, quæ uide per te.& nota illa, quia bona sunt quodammodo quædam cameræ fiscalis & patrimonialis priuilegiata.Sed uideamus quę sunt proprie patrimonialia principis, ad hoc uideamus cum sunt penes alium priuatū: q̄d iuris in pręsenti dubio si cogetur ad illius titulum ostendendum.Et certe ad uidenda ista iura patrimonialia,q̄ regaliæ appellantur, tu potes uidere duos tex.Primum,primo Regum. c. 8.ibi,hoc ius regis erit. Secundum,in capi.primo. quę sint regaliæ in usibus feud.qui tex.passim commemorant, & fiscalia & patrimonialia,& omnia sunt regalia. Et ibi.23. numerantur,quę regaliæ appellantur alamaniæ uiæ publicæ flumina nauigabilia,& illa ex quibus nauigabilia fiūt,portus ribatica uectigalia. multę & pœnæ bona uacantia & quę ab indignis auferuntur. ¶Item bona contrahentium incestas nuptias condemnatorum bona, angaria, perangaria & præstantiorum & nauium præstationes, & extraordinaria collatio potestas constituendorum magistratuum argentariæ, & palatia ciuitatum assueta,redditus piscium & siluarum,& bona de læsa maiestate condemnatorum,& dimidium thesauri inuenti,hęc sola dinumerat ibi tex. Sed tu potes donare vnā bonam regulam, quod quicquid ad principē pertinet & est in suo patrimonio sine cocessione pōtificum uel aliorum,est regalia, ut no.Ioan.Monachi,in capi.generali, de elect. libro. 6. & Bald.in feud.episcopum abbatem uel abbatissam feud.plebis dare nō posse.Sed quia plura sunt non specificata per interpretatorem,in dicto feud.quæ sunt regaliæ.de aliquib. uideamus.¶Et primo de ponte uel iure pontagij, & certe istud est regalia, quia in flumine publico
8 nulli licet facere † pontem ut sic ambas ripas possideat.ff.de fluminibus.l.finali, nisi a prinprincipe concedatur: Quamquidem concessionem princeps potest facere, imo & ipsa flumina potest concedere,quia quæ publica sunt,
9 princeps potest † concedere, de rerum diui.l. sacra.§.sciendum,& si concessum est flumē poterit is cui concessum est colligere passagium, ibi consuetum colligi:quia solo cohęret, & q̄a uidetur in pleno dominio esse concessum,secūdum Bald.in Rubric. ff. de rerum diui.Et sicut
10 flumina † nauigabilia sunt principis, ut nota. Dy.in leg.quominus.de fluminibus.auctori.& potestate, sicut & iura, quę pro eorum passagio exiguntur,ut pontagium uel barcagium. Scias tamen,quòd si pontagium est cōcessum, quòd exigat in tali pōte a principe,quod mutato ponte perditur, quo ad illud ius exigēdi, quia iam est alius pons, argum.ff. de eo quod certo loco.l.3.§.Idem Iulia.& l.finali, de seruit. rusti.

rusti.prædiorum faciunt no.per Barto.in dicta l.quo minus,de fluminibus,in 17.quæst.& per Bald.in dicta Rubrica. secus si dirupto ponte reædificaretur, facit iuxta de iudic.capit. consuluit,& omnia alia iura passagij & alia quę diuersis nominibus nuncupantur, secundum cõsuetudinem regionis principum sunt, ut C.noua.ue.le.2.& in l.uectigalia.ff. de publicanis,p Bartol. in capitu.super quibusdam, de uerbo-
11 rum signifi.& sic regaliæ,† Item & molendina, q̃ in flumine publico sunt ędificata, sunt principis, quia in publico nullus ædificare potest, sine iussu & licentia principis, aliàs quòd ædificatur, cedit solo & est prĩcipis, ad hoc not. p Barto.in l.lapilli,de rerum diui.& in Rubr.eodem titu. Nam quamuis domini riparum fluminis, possint constituere ibi molẽdina, in ipsis propriis ripis nisi diuertant aquam, uel aliquo modo impedirent usum nauigãdi uel piscandi,non tamen in flumine possunt id ædificare,ut dicit ibi Bal.& in l.lapilli, eodem titul. quia per hoc nauigatio impediretur, quæ est publica.Sed contra id uidetur facere quòd no. Barto.in repe.dictæ.l. quominus, de fluminib. dicẽs quod ea quæ ædificantur in flumine publico,si sunt ædificantis,tamen idem ipse subdit, quòd quædam licet facere & habere si per hoc iter uel nauigiũ nõ sit deterius & sine uicinorum incommodo quasi iuuans, quòd licet quis in flumine publico possit quid facere & ædificare.& sic quòd ædificatum est ędificantis, sicut nauis.ff.de acqui.rerum dominio, tamen quòd in publico ædificatur ad tollendum nauigationem est principis, uel illius cui princeps concessit,quia potest totum flumen con-
12 cedere,ut uidisti:simile uidemus ĩ portu † manu facto,quia est ædificãtis. Sed portus est publicus,& ius ex eo est regium,quia regalia, ut in dicto capi.quæ sunt regaliæ, & hoc etiã uidetur sentire Bald.licet non ita clare,in di. Rubrica.ff.de rerum diui. Sed idem Bart.in l. fluminum,de damno infect.uidetur aliter dicere, dicens quòd ædificium quod in flumine publico quo cooperit̃ aqua tunc usus ad rigandũ uel ad alia necessaria est ædificantis, proprietas autem remanet publica. Si autem non cooperiatur aqua,sed est supra aquam, ita quòd faciat insulam,tunc est illius qui ædificauit,allegat.l.penultim.ff.de acquir.rerum dominio, & sic in proprietate & usu. Non tamen credas ad impediendam nauigationem, quia quo ad hoc semper locus remanet publicus, ut uoluit gloss.singul.in dicta.l.fluminum. Et sic pertrãsit Bald.in feud.de controuer.inuesti. capitulo primo.§. si quis, de manso. Et hæc possunt seruire ad acuta uel represias,quæ fiunt in flumine nauigabili,nam siquidem fiant sine principis auctoritate ad usum rigandi,uel alia necessaria,certè ex quo non resultat aliquid ædificij supra aquam quasi insula publica sunt, & non possunt impedire nauigationem, quia ius ex ea principis est,& usus aquæ communis, & tales dicta acuta ponentes non præscribunt,quia iuri facultatis quòd habet populus nauigandi
13 † non præscribitur.ff.de uia publica.l. uiã publicam. Neque si princeps concederet licentiã faciendi, uideretur prohibitus usus nauigan-
14 di, quia concessio † intelligitur sine præiudicio iuris alieni.l.secunda.§.merito. ff. ne quid in loco publico.nisi id expresse cõcederet princeps,quia tunc possit flumen concedere, mul-
15 to fortius impedire usum nauigationis. † Itẽ & insulæ maris sunt regiæ iurisdictionis, ut l.insulæ,de iudic.& notatur in l.illicitas. §.qui vniuersas, de officio præsidis.& nõ sunt patrimoniales si sunt desertæ, imo occupãti & ædificanti acquirerentur. ff. de acquirendo rerum dominio.l.adeo.§.insula, dum tamen illas possit sustinere,aliàs occupare non dicitur,ex quo non potest conseruare.ff.de acquir. rerum dominio.l.3.§.in laqueũ.Si autem sunt populatę, sunt patrimoniales,& in patrimonio, ut Cicilia, Cerdenia, Maiorita & similes: Ad hoc de. pastoralis,de re iudic.&  ibi not. ¶ Item domus assueta in ciuitate, ut regalis & alfondicum,sunt principis regaliæ, põdera mercium, ut ius in eis, parcella & piscateriæ, &alia q̃ in publico sunt constructa indicta, & super indicta, & alia quæ principes soliti sunt possidere aliquotiens in pleno dominio, aliquotiens in directo recognoscendo eum in dominum directum priuati,ut de ijs & aliis potes plene uidere,in locis desuper allegatis.Nunc pone: aliquis miles uel alius possidet aliquid de regaliis prædictis,ut puta portum in mari, uel ius exigendi porteria uel passagia, uel aliquid de supradictis,in quibus,ut regalia princeps fundat intẽtionem,uti diximus, & quia soli principi sunt reseruata, merito a singularibus uidentur esse exẽpta.C. de decurionibus. l. euacuatum,libro.10.C.noua ueg.l.2.& in le. apud Iulianum,in fin.ff.de legat.prim. Et sic merito uidetur,quòd sic prĩcipis & fisci prorogatiua talia possident contra ius commune, & contra principem cogantur titulũ docere.Ad hoc dictum,cap.ordinarij,de offic. ordin.& capit. ad decimas,de restitu.spolia. libro.6. Aduerte aut tales possessores prætendunt illa talia uel res possidere,ut pro iure suo priuato, ad eorũ priuatam utilitatem, quòd possunt ex principum concessionibus, uel per longissimam & præscriptam consuetudinem,de diuersis & tẽporib.præscrip.l.si quisquam.ff.& l.sane si maris.ff.de iniurijs,& capitu.super quibusdam, de uerborum signifi.per quam indubie in talibus quæritur ius.Et ex quo est tanti temporis, non requiritur etiam scientia & patientia principis,ut not.per glo.l.hoc iure.§.ductus aquę. ff. de aqua quotid.& æsti. aut possident, ut pro iure emphiteotico principem in directum,dominium

minium recognoscendo & se, ut emphiteuticas. Primo casu ex quo isti possessores sunt capaces talia posidendi ex principum cōcesionibus, & antiqua consuetudine non coguntur docere de titulo, de foro, neque de iure per forum primum allegatum, de petitione hæreditatis, & per dictam.l.cogi.C.de peti. hæreditatur. Sed si princeps id petere uel auocare vult ab eis, sua marte lis currat data facultate defendendi.C.de iure fisci.l.facultas, libro. 10. Et ad hoc optimè facit q̀ no. Barto. in l.2.C.de priuileg.domus august. Neq; obstat quòd princeps & sui officiales plerumque faciunt, q̀ se reos constituunt. & alios actores occupando prius, ut dat pro cautela Oldradus, in suis consiliis, consilio.84. allegat quòd notat Innocen. in cap. ex parte, in princip. de uerborum sig. quia hoc est cum notorie constat, de improba. detinen. possessionem, aliàs quis sine ordine iudica-
16 rio † non est spoliandus sua possessione. C. ad l. Iulia. de ui publica. l. si quis a se fundum, de restitu. spolia. capit. ad decimas, libro.6. & quod nota. in capi. constitutus, de filiis præsbiterorum, & late per dominum Anton. de Butri. in cap. de literis, de restitu. spoli. Et si contrarium princeps faceret, & grauaret, & simili modo sui officiales, & talia solent principes reformare grauamina, maximè nostri reges, qui auxilio sui boni & fidelis populi a manibus paganorū regna eruerunt, ut dicit gloss. in cap. Adrianus, 63.di. & sic digni, ut aliqua de suis regaliis possideant, & in eis non debent inquietari, quia suorum sanguis est titulus, sufficit quòd ab antiquo talia posideant, arg. de officio ordina. capi. dilecto, & ibi uide Ioan. And. qui remittit ad Hostie. in summa, de præscrip. in §. quæ exiguntur sub capi. quantum. ¶ Tu tamen aduocatus, qui super iis formas, de iure uel eas ordinas non innitere solæ possessioni seu p̄scriptio-
17 ni, quia contra † fiscum non præscribitur. C. de præscri.30. uel 40. annorum. l. comperit, sed lōgææ consuetudini, & præscriptioni, cuius initij memoria in contrarium non existit, iuxta capi. super quibusdam, de uerborum significa. iuxta notata, in l. si quisquam, de diuersis & tēpor. præscrip. & in l. sane si mare, de iniur. in gl. Et quia in alia præscriptione haberes probare scientiam & patiētiam principis, quòd in hac non requiritur, ut in glo. in l. hoc iure. §. ductus aquæ, de aqua quoti. & æstiu. ad hoc uide. l. uiros, & quod ibi not. C. de diuers. offic. & apparitoribus, libro 12. Si autem priuatus aliquam de iis regaliis in emphiteusim uel feudum a principe se cognoscit tenere, & tunc princeps, ut directus dominus poterit cogere talem emphiteutam, ad docendum titulum suæ emphiteusis & instrumēta a capiti. Et hoc tenet speculator, in titu. de iure emphiteutico, uersicul.
18 141. & est ratio, quia & † emphiteusis & census præstatio est genus seruitutis. Et cū agitur pro aliqua seruitute contra aliquem habet uidere, quis petitoris & quis possessoris partes obtineat, vt. l. sicuti. §. sed si quæratur. ff. de serui. vendicetur. Si uerò quis partes possessoris obtineat iste habeat plura auxilia, tamen sustinet partē actoris quo ad hoc, quòd habet probare sibi cōstitutam seruitutem, nā certum est quòd a principio ista in emphiteosim donata, uti affirmatur, erant libera, & in principis patrimonio, & talia præsumuntur similiter, nisi contrariū probetur, arg. C. de proba. l. siue posideтur, de pig. ac. l. nec creditores, ita not. glo. in dicto. §. Sed
19 si quæratur, † Item & quod emphiteota posit compelli ad ostendendum titulum uidetur casus cum glo. ff. de censibus. l. prima, glo. prima, & de actionibus empti. l. tutius, & hoc not. glo. C. quando & quibus, quarta pars uidetur. l.2. super uerbo iurata fide, lib.10. pro hoc etiam glo. in feud. de prohib. feu. ali. §. illud, super verbo, nisi requisitus. ad quod. C. de fideicommiss. l. instr. & quod ibi not. de quo vide Iacobum de Beluiso, in capitu. vasallus, si de feudo fuerit contro. & dic, ut ibi notatur. Sed nunquid sufficit emphiteotis, quòd dicant principi, quòd tanto tempore præstiterunt censum ipsi & prædecessores sui, ex quibus ius emphiteoticum legitime constitutum præsumitur. Et quod alium titulum ostendere non tenentur, quia ex quo princeps passus est tanto tempore sibi solui, ut domino rei emphiteoticariæ sibi præiudicasse videtur. C. de dona. l. si functiones, & l. censualis. C. de dona. & quod ibi notatur, quasi ex tacita donatione. ¶ Item quia quéadmodum princeps posset contra priuatum extēdere emphiteosim, ex longa præstatione. C. de pact. l. si certis annis. ff. de vsur. cum de in rē verso, d. allegato tit. ex longa præstatione pro eo præsumitur, de censibus. cap. peruenit, de elect. quærelam, & cap. cum ecclesia sutrina, de causa posse. & propric. & quod ut ubiquè not. dic ne constituam ius iniquum & contra principē priuatus tueatur. C. de litibus & fructuum expensis. l. fi. C. de iudæis. l. die sabbato, & quod not. in. l. prima. C. quod quisque iuris. ff. ¶ In contrarium tamen & pro principe facit, quia quamuis soluam censum tanquam emphiteotam referendo me ad antiquum contractum, non emphiteoticum non constituo emphiteosim, quia error in origine apparet, qui cōstituit errorem in processu, & sic facit deficere censum, & ideo tunc dici potest a primordio tituli, posterior reformetur euentus, vt. l. prima. C. de impo. luc. descriptione, lib.10. facit quod nota. ff. de vsur. l. cum de in rem uerso, in gl. & C. de pact. l. si certis annis, & dicit Bald. pendere de facto, in. l. nō idcirco. C. de iure & facti igno. Si ergo talis præstatio non iuuaret principem neq; priuatum contra eum, Quinimo posito quòd esset facta expressa recognitio domini directi, per emphiteotam, non per hoc uideretur dominium esse transla-

translatum in principem, neque per hoc posset etiam præsupponi contractum emphiteuticum esse constitutum, quia ex tali recognitione resultat fictus titulus, & ficta traditio, q non sunt habiles ad translationem dominij, ut l. ei a quo, & l. si aliquam rem. ff. de acquir. poss. Si ergo hoc principem non iuuat in domino directo neque priuatum in utili. Et sic alio titul. opus est. quid dicẽdum, uidetur, quòd si de iis solutionibus diutine præstitis cõstet, quòd satis ad confirmãdum possessorium, & illum iustificandum sufficiat, ad hoc l. litibus, & C. de agricolis, & censitis, & dicit Bal. in l. cum falsa. C. de iuris & facti igno. ꝙ eo ipso quòd fit præstatio sub nomine pensionis, uidetur fieri formiter, quia de necessitate sequi uidetur quod fuerit locatio uel cõtractus emphiteuticarius, allegat ad hoc notata, in l. 1. §. 1. ff. de superficiebus, & in l. si quis ante. ff. de acquir. poss. Et dicit Bal. ubi supra, quòd talis præstatio facit ꝓbationem. Et nisi contrarium probaretur per libros antiquos, uel aliàs legitimè, talis præstatio uel recognitio habetur pro ueritate. Et sic pariat possessorium quo ad utrũq;, & ad dominum regem & priuatum. ff. de serui. l. quotiens, cum similibus, et sic tali casu uidetur quòd de titulo isto modo fiat fides per annuas præstationes, ut de re emphiteutica, & maximè si de ultimis. C. de apochis publicis. Iam fortius, si ultimis præstationibus & apochis mediis, & primis, fiat fides, quia ex iis præsumitur cõtinuata solutio, secundum gloss. auream, in capi. uolumus. 16. quæst. 4. & quòd notat Barto. in l. celsus, de usucap. Et nota ista, quia dubito qđ melius nunquam audiueris.

## CAMILLI BORRELLI ADDITIO.

a ¶[L. COGI] De materia huius tex. uide quæ dixi supra in Rub. 17. §. restat. in uer. l. cogi.

b ¶[CRIMINALIS] An & quando pœna quæ applicatur fisco dicatur criminalis dixi plenè in Regia Aragonum. §. 2. in gloss. 1. per totum. vbi me remitto.

c ¶[QVOD SACCVS CAESARIS] Et ideo fiscus appellari solet Bursa malè acquisitorũ, inde illud Plinij Nepotis in Panegyrico Traiani Cæsaris. sæpius, inquit, vincitur fiscus, cuius mala causa nunquã est, nisi sub bono principe: fiscus autem uere dicitur principis, contra ærariũ uerò populi, ut patet ex uerbis Spartiani i Adriano. Quandoque etiam ponitur vnus pro alio, ut in l. 1. §. 5. ff. ad leg. corne. de fals. uoluit Francisc. Hotoma. in cõmentar. uerb. iuris. in uersicu. Aerarium. & in uersicu. fiscus. Appellatur etiam fiscus, quo oleæ premuntur sub prælo. ut uoluit Vlpian. in l. sed addes. §. illud. ff. loc. ibi. Fiscos autem quibus ad præmendam oleam utimur, colonum sibi parare debere Neratius scripsit. Varro et nonnulla, de re rustic. lib. 2. c. 22. Columella libr. 12. ca. 47. 49. & 50. & de principis fisco nonnulla tangit Hotomanus in commenta. capitu. prim. in versicu. regaliæ. titul. quæ sint regal.

De hastata interpretatione franquesiæ. Rubrica 29.

In §. In beneficijs.

1 *In beneficijs interpretatio, quæ fieri debeat.*
2 *Priuilegia principis, late interpretanda.*
3 *Ea quæ quis, ex antiquo possidet, tanquam priuilegiatus possidere censetur.*
4 *Odiosa non debent extendi, nisi ad casus expressos.*
5 *Concessio principis, quando extendatur & quando non.*
6 *In priuilegijs est locus iuri accrescendi.*
7 *Clausula generalis, quid operatur.*
8 *Interpretatio fit contra principem concedentem.*
9 *Consuetudo, idem operatur quod priuilegium.*
10 *In indiuiduis clausula quid operatur.*
11 *Genus in indiuiduo limitatur.*

1 IN BENEFICIIS perspicuissima est facienda † interpretatio. ff. de constitu. principum. leg. beneficium, extra de donationibus. capi. cum dilectus: † nam priuilegia principum non sunt astute interpretãda, sed sane & proprie intelligẽda & benigne, ut est optimus tex. in l. ex facto, in principio. ff. de vulga. & pupilla. Et ideo milites se grauati dicunt, nam cũ princeps eis communiter in curiis propter eorum impensas factas & seruitia in curia, extra facta concedat illorum uasallis, frãquesias, immunitates & libertates, uel cum illas possideãt ab antiquo, regij officiales illorum significatũ restringentes solùm in specificatis credunt illa locũ habere, & nil ex clausula generali illos habituros, & sic almo diuagium illos nõ excusare, tanquam non expressum, neque antiquas franquesias uolebant obseruare, quamuis postea per actum curiæ, in anno. 28. & sic per dominum regem fœliciter regnãtem prouisum in iure ueteri, ꝙ antiqua obseruentur, quę ꝓuisio est iuri consona, cum ea quæ quis ex antiquo † possidet tanquam priuilegiatus possidere censetur, extra de simonia. capi. cum in apostolica, per Innocen. quia priuilegiũ. & antiqua consuetudo æquiparantur. 9. quæst. 3. cap. conquestus, de iudic. capi. nouit, ad hoc. le. hoc iure. §. ductus æquæ. ff. de aqua quotid. & æsti. & l. uiros. C. de diuersis offic. & apparitoribus. libro. 12. Sed est vnum quod in iis quæsitis ex antiqua consuetudine non habet locum alluuio, quia in agris limitatis nõ habet locum alluuio. ff. de acquir. rerum dominio. l. i agris, de quo late prosequitur Innocen. ut refert domi. Anton. de Butr. in capi. dilecto, de offi. archidi. dicens quòd Innocent. declarare uolens an & quando vniuersalis extẽdatur ad particularia ponit gl. suo more, in empt. compositam, quã dicit reducere ad aptissimam & intellectualẽ compo-

compositioni,nam quòd non difficilis, sed intellectualis uidetur secundum eum, uide per te.Et sic uideretur ꝙ miles qui has franquesias possidet ab antiquo, & non monstrat priuilegium uel concessionem,ꝙ solùm ueniunt specificata,& nulla fiat in eis extensio,cum sint cō
4 tra ius principis,& sibi odiosa † non debét extēdi,nisi ad casus expressos,arg. de consue.c. 1. de decimis,tua.10.d.c.omnia.11.di.c.catholica,uti dicimus in præscriptione,de præscrip.c. auditur.Si autem illi possident, ex priuilegio uel concessione principis, siquidē habent frāquesiam in solis casib.exemplificatis, sine clausula generali:& tūc priuilegium uel concessio in cæteris vr̄ denegare,de præsump.c.nōne, de
5 iudi.l. cū prætor,& sic ad nō expressa nō† extendetur concessio. Si autem est franquesia generalis casibus specificatis secuta clausula generali uti assolet,non uidetur dubium, quin alia ueniant quàm specificata etiā si maiora forent specificatis, & hoc p regulam gn̄alem supradictā,ut in eis latissima fiat interpretatio. ¶Item principis priuilegium videtur concedi pleno iure,ut notatur auctē.ut liberi de cete-
6 ro.§.1.Et ideo in priuilegiis est locus iuri † accrescendi,ut in l.1.C. si socius liber. impe. sine herede decesserit,libr.10.Neq; obstat, de rescri. c.sedes,& in clem.non potest,de proc. in clem. quia hic in nostro casu princeps cū priuilegiat, demum dinumerat causas,deinde sequit̄ clausula gn̄alis non nuda,sed cum adiuncto, uidelicet iurib. principi pertinentibus. Merito fiat ampliatio ab adiuncto ut ab omnib. iurib.regiis sit exemptus & liber,ad hoc tex.in c. dilecto,de offic.archid.vnde dicit ibi dom.Ant. de
7 But.ibi,ꝙ qn̄ clausula† gn̄alis, post dinumerationē specierū simpliciter confertur absq; adiūcto,& maiora dicit, nō cōprehēdi in expressis,ut in d.c.sedes,de rescri.aut profert cū adiūcto illud determinando, & tunc illa clausula gn̄alis potius recipit determinationē, ampliatiue uel restrictiue ab adiūcto, quā ab enumeratione specierum præcedente,ut dicit probari de rescri.c.Rodulphus,& dicit esse casum in d.decre.dilecto, ubi expressit procurationem, & in clausula gn̄ali,& quibusdam aliis,adiecit ad eum expectantibus ratione archidiaconatus, & ideo maiora specificatis compræhenduntur secundum eum. Et sic non obstat. l. fina.§.cum dulcia.ff.de uino tritico,oleoque legato, ubi præcedentia minuunt significatum generalis clausulæ,neque.l. nam quòd liquid. §.finali.ff. de pen. legata, quia ibi clausula generalis erat, sine adiuncto, & generalitas rescripta specificatur, quasi ut quædam particularitas ex denumeratis, hic autem clausula generalis est ampliata ex adiuncto, ut omnia iura ad principem pertinentia compræhendat, maximè in beneficiis, in quibus late fit interpretatio ( ut est dictum ) & sic non erat dubium almodiuagium compræhendi, maximè quia minus erat,quàm alia iura specificata,ad hoc,de procura.c.qui ad agendum, libr. 6.& quòd no.in l.sed & si quis.§.quæsitum.ff. si
8 quis cautionib.† Et multo fortius contra principem concedenrem debet fieri interpretatio, ad hoc extra,de auct. & usu pallij.c. ex tuarum, de priuilegiis,c.quia circa,ad hoc.l. si quando, & quòd ibi notatur. C.de bonis uacantibus, li. 10.Et idem dicere possumus etiā si tales franquesias ab antiquo possiderent ne fiat extēsio, etiam in non denuntiatis, ut in almodiuagio,
9 quia ( ut est dictum ) talis antiqua† consuetudo,idem operatur quòd priuilegium.3.q.9.ca. conquestus,& alia iura desuper allegata. Et q̄a in his,ex antiqua consuetudine quæsitis,etiam fit extensio de iure ad ius,ut notat Innoc. in ca. dilecto,de officio archid.Ad hoc facit.l.prima, & quod ibi notatur.C. quæ sit longa consuetudo.Aduerte, siquidem habens antiquam franquesiam vult prætendere se liberatum ab almodiuagio,quòd nunquam soluit, possent loqui prædicta si tamen illa soluit, quia illi extensioni sibi soluendo præiudicauit, uel non utendo extra,de priui.cap.si de terra. ff.de nundinis.l. prima, princeps uel sui officiales non grauarent si talibus libertatem denegarent talia iura non soluendi,cum per contrarium actum se priuarunt,& princeps est in possessione & cōsuetudine talia exigendi,merito exigi possunt citra grauamen,ad hoc.l.missi opinatores, de exac.tributorum.lib.10. Sed contra ea quæ dicta sunt,ꝙ illi qui franquesias uel priuilegia a principe habent non soluendi iura,quòd uirtute clausulæ generalis se possint immunes dicere a casibus maiorib. specificatis,uidetur obstare & pro principe facere, & sic quòd non possint se excusare quin absoluāt,in nō specificatis,quia regula est, ꝙ si enumeratis aliquib.
10 † indiuiduis subsequitur clausula gn̄alis, non ampliatur indiuiduorū enumeratio, imo stat in suis finibus sicut prius, quēadmodum dicimus de eo q̄ legauit duas statuas marmoreas, & omne marmor, q̄a p adiectionē,omnis marmoris, de statuis marmoreis, non ueniant nisi duæ.ff.de leg.3.l.hæres meus.§.1. de auro & argento leg.l.1.§.Item si duæ.ff.Et si uidetur ꝙ d. clausula gn̄alis nihil operetur ultra specificata
11 uel eis annexa.Nā genus īdiuiduū† limitatur. ff.de fundo instr.§.cū fundū.& notatur in eo.ti. l.quæsitū.§.si quis ita fundū.¶ Itē per hoc facit ꝙ gn̄alitas sermonis, postremo loco ꝓlati distinctionē, limitationē & specificationē recipit ex specie ꝑtendentis, neque ultra ipsā amplius euagat̄.C.familiæ ercircun.l. quotiens. & ff.de le.2.l.legatorū.§.1.alias est sub.l.cū ita.§. fi.ad hoc ꝙ not.Old.suo cōsi.8. Et sic ex his satis excusati erāt officiales. Sed princeps uidēs quòd non late fiebat interpretatio, etiā in nouis,apponit & specificat illud ius, & credo q̄d

 fit pro-

sit prouisum per actũ curiæ ꝙ fiat extensio, etiã ad non specificata uirtute clausulæ generalis.

De iurisdictione Baronum, an extendatur ad mare. Rubrica 30.

In. §. Pari ratione.

1 *Crimen commissum in mari, per quos puniatur?*
2 *Præscriptio, æquiparatur priuilegio.*

ARI RATIONE se grauatos milites dicunt. Nam cùm exregiis concessionibus uel ab antiquo possideant suas baronias cum iuribus, & pertinentiis vniuersis, & sic cum territorio, castris & terminis adiacentibus, ut not. Inno. in c. cum ad sedem. de restitu. spo. Et sic per consequens littus mare adiacens territorio talis baroniæ, infra centum miliaria habent territorium, ut in foro. 2. Rubric. de termino regni & ciuitatis, & Viceadmiraldus de delictis cõmissis per illos qui sunt accordati etiã in termino maris baronum vult cognoscere, imo indifferenter baiulus generalis de delictis commissis in mari uel eius littore, prætendit se cognoscere, etiam inter non accordatos, dicens hanc regiam prærogatiuam, ut maris iurisdictio sua sit restringens significatum concessionum baronibus factarũ, uel etiam ciuitatib. de termino, ꝙ de iure nõ vr̃ ꝓcedere. Nã princeps cõcedendo baroniã cum termino, uidetur cõcedere territorium, in mari adiacenti, & sic in eo omnem iurisdictionem, nam mare sicut in terra restringitur, ut no. per glo. in c. ubi maius. de electio. lib. 6. & in l. 1. C. de classicis. libr. 11. & in l. deprecario. ff. ad l. Rhodiam. de Iac. & ita tenet Bal. in l. beneficium, de cõstitutionib. principum. Vnde dicit Angel. in l. insulæ. ff. de iudiciis. per illam legem fuisse conclusum per Barto. in ciuitate Pisarum, quòd delictum cõ-
1 missum † in mari Pisis propinquo debebat ibi puniri, quia illa particula quantum ad iurisdictionẽ censebatur subiicere ciuitati Pisarũ. Et addit Ang. ꝙ etiã si illa maris particula esset valde remota, si tamẽ nulli alij loco terrestri esset propinquior ubi redderetur imperium, deberet puniri Pisis, & idem dicit de aliis ciuitatibus, dicens esse casum in l. vna. C. de classicis, lib. 11. & non esse alibi. Qualiter ergo princeps in præiudicium dominorum baroniæ uel ciuitatis potuit concedere iurisdictionem accordatorum uiceadmiraldo, & aliorum non accordatorum in mari baiulo, istud grauamen dici potest. sed non uidetur, quia isti accordati habent suos iudices, sicut milites in campis. C. de iuris. om. iud. l. magisteriæ. Et ista cõcessio iurisdictionis in accordatos vr̃ foro approbari, & hoc quoad istos accordatos. Sed quo ad iurisdictionem quàm princeps in mari & littore prætendit, est ideo, quia dicit esse de sua regalia maris iurisdictio, & antiquo iure cõsuetudineq; inueterata in illa, ipse & baiulus suus iurisdictionem prætendunt, & sic iã est ius proprium regium, ad hoc. l. sane si mare. ff. de iniu. quæ est. l. notabilis ad hoc. Nã sicut priuatus si ex proprio iure illam quæsiuisset ea uteretur, quanto plus princeps. Ad hoc ꝙ no. Bal. in Rubri. ff. de rerum diuisione, quærens, an quis potest prescribere mare, uel aliquem usum uel iurisdictionem in mari, & dicit ꝙ uidetur quòd non, quia uidetur esse contra naturã rei & maris, ꝙ est commune omnium hominum, & omnium animantium. Nam contra omnes infantes & non damnatos impossibile est præscribi. ¶ Item & uidetur contra ius naturale, & ideo maximè sine titulo præscribi non potest. ¶ Sed in contrarium determinatur per. l. si quisquàm ff. de diuersis & tempor. præscrip. & arg. l. uenditor. ff. communia prædiorum. ¶ item quia in mari est iurisdictio sicut in terra, nam mare in terra, & in aliquo solo fundatum est, sicut in terra, sic in inferiori sphera, ut dicit notari de elect. c. ubi periculum, lib. 6. ergo præscribi potest, ut l. ueros. de diuersis officiis, lib. 12. Nã
2 præscriptio æquiparatur † priuilegio. de uerb. sign. cap. super quibusdam. §. præterea. Si ergo princeps & suus baiulus, iurisdictione maritima usi sunt pro semper, hoc est ius propriũ regium, quemadmodum si priuatus usus esset, esset priuati per dictã. l. sane si mare, & sic hoc ius potius meritur ex consuetudine uel priuilegio, quã aliàs. Et sic si baro, solitus est in mari adiacenti uti iurisdictione, uel specifice hoc suum uellet priuilegium grauare, si princeps talẽ sibi tolleret iurisdictionem, aliàs pro principe & suis officialibus. facit regula & ius fundatum ex antiqua consuetudine, & pluribus priuilegiis regiis declaratum. Et propter hoc, cum in mari uel in littore, in ciuitate Valentiæ, sit maleficium, propter dubium fori, quod dat ordinatio iurisdictionem, per capi. miliaria in mari insti. & baiulus pro eo ad quem pertineãt executant, ut tollatur grauamen. Ad hoc. l. iurisperitos. §. cum oriundus. ff. de excu. tuto. & quod ibi not. & est bona practica.

De officialibus incarcerantibus milites. Rubrica 31.

In §. Quamuis carcer.

SVMMARIVM.

1 *Carcer, est ad custodiam malefactorum.*
2 *Carcerari quis debeat.*
3 *Arbitrari qui debet, secundum ius arbitrari.*
4 *Iudicibus frenorum temperies adhiberi debet.*
5 *Vlpianus maledicus, qa æqparuit diuitias, dignitati.*
6 *Officialis quando nõ teneatur carcerato effugiente?*
7 *Sanguinem suum redimere, cuilibet permissum.*
8 *Mors si iusta est, nullus debet fugere.*
9 *Itineris arreptio, quando habeat uim appellationis*

*9 nis interpositæ.*
10 *Precarium prorogatum, idem est cum primo.*
11 *Miles obligatus, se repræsentare sub iuramento, si dies prorogetur, vtrum teneatur?*
12 *Fideiussoris præstatio, quando sufficiat.*
14 *Casus fortuitus, in potentia fortis consistēs, non debet considerari.*
15 *Iudex excusatur habens doctorum opinionem.*
16 *Testes sunt fideiussores.*
17 *Proxeneta quando teneatur?*
18 *Coniecturæ, sunt in iudicis arbitrio.*
19 *Fideiussor, quando quis sit tacite.*
20 *Res minorum, & Respublica, assimulantur.*
21 *Reus principalis, est primo discutiendus.*
22 *Fideiussor quis sit proprie?*
23 *Fideiussor quomodo reum præsentare teneatur?*
24 *Verba generalia, ad id quòd est iustū extendātur.*
25 *Fideiussor quando reum sistere non teneatur?*
26 *Ex delicto quis præmium non consequitur.*
27 *Fideiussor liberatˉ, reū repræsētādo loco et tēpore.*

QVAMVIS CARCER datus sit † ad custodiam [a] malefactorum in c.quamuis, de pœnis, lib.6 ff. de pœnis. l. aut dāna. §. solent. hodie, prohdolor præsides in pœnam dant etiam militibus, qui eos in carceribus cómunibus ponunt, & aliquando cum cathenis & compedibus nolēdo illos dare fideiussoribus, imo illos aliquando per annos tenēt in sala ciuitatis, & bona propria expendunt, neque curant de protestationibus quas contra eos faciunt, imo quòd fortius est, vnus processus criminalis durat per decem annos, ut sic partes tædio affectæ, relinquunt iura sua, uel habent necessariò componere. † Et de his & similibus multa grauamina in curia solent poni, & non modica cum ratione, quia sunt talia iuris & fori grauamina, quia de iure, quis non debet poni in carceribus, ex quo fideiussorem dare potest, nisi cùm graue crimen commiserit, ut mortem, uel membri mutilationē mereatur, secūdum uerum intellectum. l. diuus. ff. de custodia reorum, & l. si confessus. ¶ Item nisi sit in fuga. ff. ad Sillaya. l. lex Cornelia, qd' limita si capiatur in fuga. Sed si primo loco fugit, & demum citatus uenit, non habetur pro fugitiuo, secundum Barto. & Salyce. in le. quid si fugitiuus. §. Cælius. ff. de ædilicio ædicto, uel nisi sit conuictus. C. de custo. reorum. l. 2. uel quando nō potest dare fideiussores. C. de appel. l. minimè, & l. eos. §. super his, uel si est enorme crimen, ut dicta. l. diuus. ff. de custod. reorum. Et ideo de iure antequām iudici constaret per informationē, argumen. in auctent. de lenonibus. §. 1. colla. 3. & sic intelligunt docto. l. 2. C. de exhiben. reis, & l. fina. C. de actionibus, & innitens foro iuris communis, & eius dispositioni in regno Valentiæ, statuit etiam multum latè, quòd accusatus de aliquo crimine, uel maleficio, ex quo si ꝓbatum foret, deberet sibi mors inferri, non debet statim tradi carceribus nisi apparens, uel manifesta præsumptio fuerit contra eum, ut in foro quinto, de criminib. Et quia has præsumptiones arbitrari, [b] tam de iure quām de foro erat relictum ad iudicis arbitrium, ut in l. 1. ff. de custod. reorū, & in dicto foro. Et licet (Vig. in c. reg. sub. nu. 127. de uiolēt) haberet tales ꝑsumptiones arbitrari. tenebatur illas arbitrari † secundum ius, aliàs esset iniquum arbitrium. Ad hoc. l. continuus. §. cùm ita. ff. de uerborum oblig. quæ est. l. sing. & licet ad aliud vulgariter allegetur, tamen Bal. solet illam singulariter allegare ꝙ non plus operatur præsumptio, quam certitudo ueritatis, secundum eum in auctenti. licentiam. C de episcopis & clericis: & hoc ego corroboro, quia iuris præsumptiones sunt liquidæ probationes. C. de periculo tutorum. l. tutor, si petitus. facit. ff. de manumissis testamento. l. si quis locuples. ff. de lega. 1. l. licet imperator. Ideo hæ contentiones oriebantur. Nā licet in materia coniecturali sint a iure proditæ aliquæ regulæ, quando sint præsumptiones de delicto, de quibus infra dicemus cum erimus in materia ciuitatum & uillarū, quia vulgares ex præsumptionibus iudicantur, attamē etiam de iure in arbitrio erant iudicis relictæ, arg. l. 3. ff. de testibus. de quo per Barto. in l. fin. ff. de quæstionibus. Et Saly. in l. fina. C. eod. Ob quam incertitudinem est limitandum iudicis arbitrium, ut freni temperies iudicibus, † non modice sæuientibus imponatur, ut in. l. 2. C. de custodia reorum, stilus curiarum ut vniuersalis in regno, qui pro lege seruandus est, ex quo forus non resistit, ubi latè diximus, isto titulo. §. his igitur. Ad quod. l. 3. §. lex Iulia, & ibi Barto. ff. de testi. legem, & forum interpretatus est in hāc formam, ꝙ cum accusato proponitur cōtra aliquem, siue per partem, siue in uiam inqsitionis particularis per fiscum, statim capiatur delatus, si est crimen tale ꝙ ex ipsa propositiōe criminis probata, mors deberet sequi delato, uel membri mutilatio, & incarcerem detrudetur, & ibi stare debet per quinque dies post exactas confessiones, & publicatas, & si infra illos quinque dies, si manifestę probationes non apparent statim dandus est caplenatoribus, sicut est dandus statim quando non est tale crimen ꝙ pœnam mortis, uel membri mutilationem mereatur. Hoc tamen est intelligendum, & ita obseruauit antiqua uetustas, ꝙ fit differentia in modo detinendi inter nobiles & honoratos homines & plebeios uti uoluit. l. 1. ff. de custod. reor. Ad hoc. l. grauius, de dignitatibus, lib. 12. Nam hoc iudicis arbitrium regulariter pro criminis qualitate & honore delati & eius facultatib. innocētia personæ & dignitate accusati consideratur, quod est mirabile quòd tantùm ponderentur facultates, quan-

5 tum dignitas militaris. Et maledicatur † Vulc pianus, quòd diuitias [c] æquiparauit dignitati militari, uti uidetur facere imperator: in l. nobiliores. C. de commerciis & mercatorib. ¶ Et bene fatendum est quòd ciues diuites honorati quo ad subeundas pœnas, & ad modū detentionis eorum in criminibus regulantur ut milites. Et hoc est quòd sentit Baldus, in le. capitalium. §. & ut generaliter. ff. de pœnis, & Barto. de salycetis, in le. diuo Marco. C. de quæstionibus, per illum tex. Et sic miles uel honoratus, cum denunciatur de crimine capitali si non est de crimine confessus, sed apparent aliquæ præsumptiões, detinetur aliqua turri bene custoditus, cum ianitoribus, & hoc per quinque dies. Et si non apparēt manifeste præsumptiones, statim dādus est fideiussoribus, nisi in certis casibus in quibus de foro, non est locus caplenatoribus. s. cū est quis denunciatus de crimine seditionis, ut in foro aquell. qui sens manament nostre, de malefactoribus. ¶ Secundus est, cum retinet delatus pro habenda ueritate, in foro penultimo. de sagionibus. ¶ Item in casu manifestæ proditionis, quæ manifesta dicitur per confessionem uel rem iudicatam, ut in foro quinto, de securitate, in ijs casibus non est recipienda fideiussio de foro. sed bene sunt cōsiderandæ præsumptiones, quæ sunt contra delatum, & personæ conditio, per dictam. le. pri. ff. de custo. reorum, cum similibus, ad modum & formam detentionis personæ. Est tamen uerum quòd & si sunt milites uel honorati genere, ignobiles tamen uirtutibus qui se sceleribus & uilibus criminibus se immiscent, ut furtis, uel roboriis & similibus, in nullo gaudent militari prærogatiua, uel honoratorum, ut in tex. in l. iudices. C. de dignitatibus. libr. 12. Et præsides aliter istos tractantes quàm sit dictum in honestioribus non grauarent per dictam legē. aliàs autem in honestis militibus & honoratis hominibus, imo grauarēt iudices, quia iste est stilus curiarum, quem iudex de per se debet q̄rere, ut not. Barto. in le. 3. §. l. Iulia. ff. de tebibus. Et quia iuri & foro consonus, quasi ipse forus dici potest, ex quo ex illius mente procedit. Ad hoc. l. 1. & quòd ibi notatur. C. quæ sit longa consuetudo. Et quia iudices & assessores ita debent obseruare consuetudinem sicut statutum, & ita puniuntur de transgresione consuetudinis sicut legis scriptæ, dummodo sit commoda publica, & notoria, ut Baldus dicit in leg. si quis non dicam rapere. C. de episcopis & cleric. & in leg. prim. C. quæ sit longa consuetudo. Et iam fortius pro euitandis iis iudicum maliciis, cauit ne quis ultra triginta dies, captus teneri posit, ad imponendum freni temperiē iudicibus, iuxta. l. 2. C. de custodia reorum. Et ipsi hodie tenēt per menses & annos, & aliquādo cum custodibus quos soluere faciunt antequàm reus condemnetur, & aliquando absoluitur, & cum soluere habuerit expensas restat condēnatus, quia nil recuperat. Ista si sint grauamina, lipi uiderent. ad quid tales officiales teneantur, dicemus infra in alio loco in quo ptinentius cadet, expertus loquor, quia per qnquaginta dies me tenuerunt cum compedibus, & quatuor custodib. in quadam turri soluendo dietim uiginti solidos, denunciatus de crimine non capitali, omnia ego Deo dimitto, quia iam incœpi uidere punitionē de aliquibus, qui occasionem dederūt, & in causam mihi sunt, Deus parcat eis. ¶ Nunc redeamus ad propositum: intantum autem iura uolunt homines honoratos bene tractari in carceribus, uel in modo detinendi, quòd si officialis curialiter tenet hominem integræ opinionis & famæ, & eum relinquit sub iuramento & homagio, & ille fide mentita recedit, non tenetur

6 † officialis, vnde dicit Angelus in le. si a bonæ fidei. ff. de rei uend. ibi esse casum pro quæstione quæ occurrit domino Guelfo de pratis, comitatus Florentiæ, tunc potestatis Bononiæ, cui assignatus fuit custodiendus, de mandato antianorum, quidam nobilis, magnus miles, & quia curialiter detinebat eū esse integræ opinionis & fidei, prout æstimabatur, fugam arripuit, ut non teneatur potestas quasi malè custodierit, & dicit esse nota. dignum. Et facit secundum eum. ff. commodati. l. argentum. & l. si ut certo. §. custodiā, & l. in rebus, & . ff. de noxalibus, tamen dicit quòd uidit dictum potestatem stare in magno periculo, secundum Ange. Bene facit dicta. l. si a bonę fidei, ubi est casus secundum Bal. quòd homo bonæ fidei, non p̄sumitur fugitiuus. Ad hoc facit extra de pign. cap. significasti. & l. quòd si nolit. §. qui mancipia. ff. de ædilicio ædicto. Et pro dicto potestates facit. l. si grauius. C. de dign. libr. 12. ¶ Sed nunquid ille qui stat captus sub iuramento uel homagio, quia confidit officialis de eius bona fama, & opinione, si scit quòd princeps mādat eum occidere pro delicto, pro quo captus est, debet fugere, & dicetur ruptor sacramenti & homagij. Et certe si mors erat iniuriosa non tenetur stare, neque si in fuga redire, neque ob hoc frangit iuramentum, neque fidem. Et hoc tenet gloss. in clemen. pastoralis. de re iudic. in gloss. super uerbo, per uiolentiam, & est ratio quia magis tenetur sibi quàm proximo. 23. q.

7 5. ca. si non licet. † Et quia licitum est cuicunque sanguinem suum redimere qualitercunq;. Ad hoc. l. 1. ff. de bonis eorum qui mortem sibi consciuerunt, & hoc quod no. Archidia. in cap. cum homo. 23. quæ. 1. Sed si mors erat iusta pro maleficio, neq; debet fugere, & tenetur pro obseruando iuramento uenire, & ita tenet illa gl. in d. clementina. & idem tenent Pau. & Step. & Gengelinus, dicentes qd fugiēs iustitiā non redeundo, uel captus si illam fugeret, peccaret Allgat. 1. dis. cap. ius gentium, & id uidetur sequi

qñ Archidia.22.q.2.§. item quod dicitur. Et idem sequitur Bartho. Brixensis, in quæstione sua, quæ incipit incarceratus. Aduerte, quia dominus Anthonius de butrio, quem sequitur dominus & præceptor meus Ioannes de Imola, cuius anima requiescat, me audiente dicebat, quod si captus est quis pro causa pecuniæria, & aufugit, in damnum tertij, talis peccat. Si autẽ fugit ad euitandam mortem iniustam, secundum omnes nõ peccaret, rationibus prædictis. Si autem aufugeret ad euitandum mortem iustam, & tunc si delictum erat occultum, nõ credunt quod peccaret, quia nulli est dicendum, de pœnis, dist.3. capitu. non tibi dico. Si autem delictum est publicum, tunc si pœna mensuraretur pœnæ naturali, & si aufugeret animo pœnitendi de peccato, non credunt quòd peccaret. Si autem animo indurato, tũc sic peccaret. Durum enim uidetur secundum eum determinare quòd homo debeat ultroneus se offerre morti etiam iustę, quando aliter potest saluari & pœnitere. nõ enim ad salutem pœna contentiosa est omnino necessaria, sed sufficit contritio & pœna spiritualis secundum eos. Credo de iure tenendam opinionem glossatoris & aliorum.
8 † Sed si mors erat iusta quòd non debet fugere, ante debet omnia mala pati & mortem quàm malo consentire, in ca. conuenire. 23. qu. 8. quod esset utique frangendo iuramentum. ¶ Item & pro hac parte uidetur casus in. c. non est nostrum. 23. quæst. 5. ubi tex. dicit, nõ est nostrum mortem accipere, sed illatam ab alijs libenter accipere. Vnde & in persecutionibus, non licet propria perire manu, absque eo ubi castitas periclitatur, sed percutienti colla submittere, stante regula quòd iuramentum est seruandum, quod potest sine interitu salutis æternæ, de iure iuran. ca. debitores, & cap. ad nostrã, & ca. quanto. & c. si uero ¶ Item quia pro aliquo metu mortis, non debet mortale peccatũ committere, de his q̃ ui metusve cap. c. sacris. Fateor tamen ut ibi notatur quòd minus peccat prætextu metus. ¶ Sed pone, Miles stat captus i palatio ciuitatis, sub sacramento & homagio pœnaque decem milium florenorum, protestatur præsidi, ut eum liberet uel condemnet, ille recusat uel tacet, uel aliter eum grauat, ille rumpit arresta & ad principem uadit, & statim id protestatur quòd iter arripit ad principem ueniendi, erit ne periurus & fractor homagij, & incidit in pœnam? quòd uidetur, quia iuramentum est seruandum in specifica sui forma, de iureiuran. cap. ad nostram, in principio. unde qui iurauit soluere non potest compensare, ut ibi nota. licet habeat uim solutionis, sic ergo miles iste qui se obligauit ad non exeundum de palatio aliqua arte uel ĩgenio, & si iret ad principem, nõ uideretur liberatus, quia iam nõ seruauit promissum, in contrarium tamen vr̃ posse dici, per text. in le. quid si fugitiuus. §. apud labeonem, &. §. idem Vlpianus. ff. de ædil. ædic. ubi qui ad Cæsarem confugit fugitiuus nõ est, neque ex hoc animus punitionem euadendi demonstratur, ut ibi. Aduerte, si miles captus se grauatum prætendit, per capturam, quòd reparare aliàs non posset, ad superiorem, id est principem accedit faciendo id notificari præsidi uel officiali eum detinenti, uidetur tutus esse, cum interim uideretur sub principis protectione, & ex hoc sequitur, quòd si iudex inferior quid attemptat contra eum, debet reuocari, ad hoc casus in capitulo. dilect. de appellat. & ponunt Innocent. & Ioan. Andr. in capitul. ut debitus, de appellat. & hoc ponit Bartol. in leg. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de noui operis nuncia. Et iam fortius, si per scripturam positam coram præside, constat quòd ille se submisit principis protectioni, quia illud habet uim appellationis secundum Cyn. C. si quacunque præditus potestate. le. vnica, & dicit Bald. quòd vnico uerbo in leg. allegatas, in auctentic. si quis litigantium. C. de episcopal. audi. Et scias quòd etiam quòd grauamen fiat uel inferri timeatur extra iudicium, si probabilis est causa grauaminis protestatio coram
9 iudice cum † itineris arreptiõe, habet uim appellationis, sed est necesse quòd iudici intimetur ad effectum retractandi attemptata si eius copia haberi potest, & hoc satis colligitur ex not. per domin. Antonium de Butri. per illos tex. in capitul. meminimus, & capitul. suggestum de appella. Quinimo posset pars citare in tali scriptura iudicem grauantem coram superiore, ut not. in capitul. de priore, de appella. Scias etiam quòd intimetur arreptio post grauamen illatum ad superiorem, notificata causa grauaminis, habet uim appellationis, de officio delegat. capitulo. cum causam, de dolo & contuma. capitu. cum olim. nota. archidiacon. in capitu. si episcopus. 11. quæstio. tert. tam ad effectum deuoluendi, quàm detractandi, dum tamen in tali itineris arreptione seruentur quæ sunt seruanda in appellatione ab interlocutoria, scilicet quòd intra decem dies, & quòd causa exprimatur, ut no. Innocen. in capitul. cordi, de appellat. libro. 6. & prosequitur late Anton. de Butr. in capitu. ut debitus, de appell. & hoc de iure canonico. De iure autem ciuili non appellatur ab interlocutoria, nisi in casibus, ut in le. secund. ff. de appellat. recipi. Et sic ubi esset interdicta appellatio & itineris arreptio. Sed succederent quę diximus, quòd ille saltim esset sub protectione principis, & saltim esset ligata manus inferioris, quemadmodum si princeps iam manum apposuisset. ut not. Bald. in. l. si ut proponis. C. quomodo & quando iudex, qui allegat dictum Archidiaco. in. §. is ita. trigesima quæstione 3. Ad hoc quod not. Innocen. in cap. cum. M. Ferrariensis, de constit. & in c. qa cuncti. de concessio. præbend. Et sic tali casu ubi a

grauamine facto uel reparato hoc iudici protestato per procuratorem talis militis iter arripientis, non posset agi ex ruptura arresti, quia sub principis protectione est, & non ad pœnam euitandam, hoc fecit, sed uerius ad grauamen reparandum, & hoc ex post facto ante factum consulendum est, ne talia attemptent, nisi timeant grauamen irreparabile, et tunc ex prædictis sumant consilium. Sed pone, et hoc quotidie accidit: miles est datus ad repræsentãdum se tali die sub iuraméto & homagio, & certa pœna die data uenit, & se repræsentat & prorogatur sibi terminus sine noua iuramenti & homagij præstatione, quæritur si non uenit die prorogata an incidat in pœnã fractionis iuramenti & homagij, quòd uidetur quod idem terminus est cum primo, sicut dicimus in præcario prorogato, quòd idem est
10 præcarium † cum primo. ff. de præcario. l. sed si manentis. Et quia iudex cui iuramentum erat præstitum, poterat illud prorogare, sicut remittere, ut not. Innocent. in capitulo. præterea, de spon. Sed communiter tenetur contrarium ea ratione, quia in iuramento exigitur notabilis expresio, & formalis ad concludendam obligationẽ, & ideo nõ sufficit consensus simplex cũ relatione ad aliud aliàs præscriptum, & sic non sunt paria quid exprimi per se, uel per relationem ad aliud nõ principaliter expressum commemorari. & sic ubi exigitur certa forma in actu, actus de præterito præstitus nõ potest ad aliud extendi illa forma specifice non repetita. Et de hoc est casus in c. clericus, de iure iuran. secundum dominum Anto. de Butr. Et iõ
11 miles qui promisit se repræsentare † sub iuramento, quòd aliàs fecit, non dicitur obligatus in aliquo iuramento. Facit quod no. Archid. in cap. ne quis. 27. q. 2. Et ideo dicit Ioan. And. in addi. ad Spe. in titu. de iureiuran. ad fin. quòd subditus qui primo iurauit domino, post conuenit ut illud iuramentum ad aliud extendatur, non extenditur ad alia secundum eum. Et ideo talis miles non potest dici fractor iuramẽti & homagij, quæ formam habent. s. ex iudiciali promissione quanti interest partis uel fisci. l. ex hoc ædicto. ff. de eo pro quem factũ est, uel ad pœnam si illam promisit ex stipulatione tabularij. Ad hoc no. in l. non enim aliter. de adop. & in l. 3. ff. rem pupilli saluam fore, & in c. dudum. de conuer. cõiuga. sed potest se prætendere grauatum miles qui est denunciatus de crimine, pœnam pecuniariam exigẽs principaliter, & in subsidium corporalẽ, si non statim datur caplenatoribus uel fideiussoribus, & uidetur quòd non, nisi soluat pecuniam fisco debitam ex tali pœna sub conditione, si cõdemnabitur. uti uoluit tenere Bar. in l. 1. de custodia reorum. ff. de solutionibus. le. si sub conditione. Et est ratio secundum eum, quia quãuis ille qui fideiussorem dat uel pecuniam deponit soluendo sit cum illos dat, ut in l. nemo dubitat, de reg. iur. & sic pro eo tempore. Sed non est certum quòd erit soluendo tẽpore condẽnationis, si fideiussores efficerentur non soluendo, uel pecunia deposita periret, & sic pœna deluderetur secundum eum. Et hanc opinionem dicit Bal. communem in l. cum ij. §. si ad habitationem. ff. de transa. ¶ Sed in contrarium uidetur posse dici, tam de iure quàm de
12 foro. ¶ Primo, quia qui fideiussorem † idoneũ dat, soluere uidetur. ff. de muneribus & honoribus. l. rescripto. §. debitũ, & in l. procurator. ad fi. ff. de tributoria. ¶ Item quia quotiens per curiam quàm quis soluturus est non est liquida,
13 sufficit † fideiussor. præstatio. ut. ff. de statu. liber rationem, & quod scribit Ang. in l. prætor. §. si quis paratus. ff. de noui ope. nuncia. ¶ Itẽ quia qui deponit, soluere uidetur, l. acceptam. C. de usuris. Et ad utraque facit. l. satisfactio. ff. de solu. Et sic uidetur quòd ille debeat liberari dando fideiussores uel faciendo depositum. Neque obstat quòd dicit Bartol. quòd fideiussores poterant effici non soluendo, uel pecunia poterat perire, quia ille casus fortuitus in potentia fortunæ consistens, non debet per iu-
14 dicem † considerari. leg. cum ij. §. si ad habitationem. ff. de transact. ¶ Item quia uani timoris non est consideratio. lege. si quis ab alio, ff. de re iudic. Quia etiam si fideiussores efficerentur non soluendo, uel depositum periret, non uenit in consideratione iudicis, sufficit q. illo tempore iudex illos idoneos recipiat. l. prima. §. magistratus. ff. de magistratibus conuen. & leg. prim. C. de periculo nomina. libro. 11. le. 2. §. si in eodem. ff. de adminiſtr. re. ad ci. per titu. ¶ Item quia satisdatio pro ista satisfactione habetur. leg. prim. ff. qui satisdat. cog. & quamuis quæ diximus, Bartol. opini. confundere uideantur, attamen de iure qui sequeretur Bartol. opini. non grauaret, quia iudex excusatur
15 habens opinio. † doctorum, maximè si est criminis, ad hoc quod not. in cle. ne Romani de elect. Sed quia foro cautum est, quod nisi sit crimen quòd mortem mereatur, non detineatur captus, & tunc non, nisi sint manifestę præsumptiones contra eum, ut in foro. quint. de crimi. Communiter mea opinio. tenetur, & dicitur grauare iudex, nisi det illum caplenatoribus, & pluries obtinui in recursib. Sed multotiens uidi quòd iudices uidentes quòd delati sunt dati fideiussorib. de rigore iuris, nullum reperiunt bonum fideiussorem, dicentes quod nobiles & magnates non sunt faciles ad conueniendum, quia habent suas baronias ubi se possunt reponere. Ad hoc text. cum gloss. in leg. secund. quæ incipit, fideiussor. ff. qui satisdatio. cogant. & simili modo dicunt de notarijs & iuristis, quia secum rationibus defenderent, de aliis dicunt quòd non sunt sufficiẽtes ad quantitatem quàm ipsi arbitrantur. Et

sic no.a

sic non sufficientes pro modo facultatum iuxta.d.l.2. & sic nullum reperiunt idoneum fideiussorem, & miser captus interim detinetur. Sic metuerunt quamuis opulentiores homines ciuitatis darem in fidancias. Caue, caue bone officialis, & tuus assessor, quoniam scrutans corda & renes Deus, ista bene videt, & si nunc non doles, in futurum pœnas lues. Et iura talibus malicijs reliquerunt medelam & prouident, sed prohdolor. Recessit a longe iustitia, & non est qui faciat bonum usque ad unum, sed non tacebo pro tempore quo Deus illũ permittet reuiuiscere. ¶ Aduerte quotiens nobiles, & Barones etiam habentes minutissima castella, subsunt dominio & iurisdictioni principis & suorũ officialium, & sub illorum obedientia. Isti tales non possunt dici officiales, ad conueniendum uel executandum, quos executat un' claudus sagio curiæ ad mandatum gubernatoris. Si aũt esset aliquis rebellis, uel tyrãnus habẽs fortaliciũ, vt loquatur glo. illa. in dicta.l. fideiussor, secundũ Ang. ibi & bene, nã cũ ipsi illos uolunt executare sunt faciles, sed ad detinẽdũ sunt nõ faciles, sicut de iuristis & notarijs, quia ex quo nõ sunt priuilegiati, ut clerici, uel scholares idonei sũt, ex quo aliàs sũt locupletes, sicut & alij, neq; iudices in fraudẽ dãt tã magnã quantitatẽ arbitrari, q̃ reus non reperiat fideiussorẽ, q̃a sic fraudem faciũt legi. Ad hoc.ff. de legibus.l. fraus, de priuil.c.quanto, & quia locuples dicitur, ex quo habet ꝓ quantitate pœnæ, uel rei petitæ. Ad hoc.ff. de verb.sign.l. quos nos. Et ideo forus quintus, de criminibus dicit q̃ det fideiussores conuenientes, & quando dicentur conuenientes, stilus curiarum hẽt quòd tunc ꝑ informationem curiæ uel in curia receptã, cõstet illos esse idoneos pro quantitate petita, i. tanta bona in ciuitate possidere, in.c. aliqui. Rubrica de fideiusso. Ad hoc, ff. qui satisda.cog.l. sciẽdum; & in auten. de exhib. reo.§. scimus. Et hoc de informatione curiæ repertum est, quia iudices habent monstrare quòd illo tempore erãt idonei quo illos recipiebant pro illorum excusatione. Ad hoc.l.1.§. si magistratus. ff. de magi. conueniend. ut in hoc possint monstrare tales recipi, faciunt informationes, & bene faciunt. Et sic practicatur, & iudex q. tali modo inuẽtũ fideiussorem non recepit reu illum grauat, ut habes casum in.l. si uero pro cõdemnato. § q. ꝓ rei qualitate. ff. qui satisda. cogan. ¶ Sed nunqd testis qui testificatus est in tali informatione affirmãs idoneos fideiussores tenebitur si illi reperiantur non idonei fideiussores: & sit uerum qd

16 singulariter dicitur q̃ testes † sunt fideiussores, ex quo testificantur super idoneitate fideiussoris? & videtur q̃ non, quia si tales id affirmãt citra dolum non uidetur quod teneantur, ut est casus notabilis in.l. eleganter.§. fi.ff. de dolo, iũcta.l. si quis affirmauerit, in princip. ff. eo. & ibi gloss. & Bal. pro quo facit tex. in.l.2. ff de proxe-

17 netis, ubi proxeneta † laudando unum de contrahentibus non tenetur nisi dolo & calliditate creditorem circumuenerit, ut ibi. Et hoc est uerum regulariter, quod testis qui affirmat aliquem esse idoneum, non tenetur nisi dolo & calliditate id affirmauerit, & hoc habet deprahẽdi ex perspicuis cõiecturis, vt in.l. dolum. C. de dolo, & in.cap.fi. de renunc. lib.6. vt puta, quia aliàs induxit curiam, cum sciret illum non esse

18 soluendo, uel aliàs ex plurimis † coniecturis potest deprahendi, quæ in iudicis sunt arbitrio, vt in.l.3.ff. de testibus, aliàs autem citra dolum non tenetur ex affirmatione. Hoc tamẽ fallit in eo qui illos dixit uel nominauit sufficientes in causam pupilli, quia tunc tenetur etiam quod citra dolum id affirmauerit. Iste est casus in.l. cum ostendimus. de fideiusso. tuto. & non

19 est alibi. † Et est in fideiussore aliud speciale, quia fideiussor pupilli, qui se passus est scribi ꝓ fideiussore etiam quòd per stipulationem non promittat, est fideiussor, vt ibi est casus lingu. & alibi melius non probatur. Et sic a simili potest

d dici quod cum res minorũ & Respublica [d] † æq

20 parentur. ff. ex quibus causis maiores.l. Respublica. & .l. Rempublicam, &. C. de Republic. q̃ si in causa fisci quis fideiubeat permittẽdo scribi apud acta se fideiussorẽ, & quòd & si nõ promittat erit fideiussor. Idem si quis talem affirmat idoneum fideiussorem in causa fisci, similiter tenetur sicut pro re pupilli. Cauẽãt igitur fideiussores, & affirmantes illos esse idoneos, in causa fisci. Ad quod facit quod notat Bar. in.d.l. cũ ostendimus, & facit.l.1. cum seq. C. de periculo nominatorum, lib.11. Et not. ista & liga tibi in bursa; quoniam nescio si hanc differentiã ab aliquo audiuisti, quia ego multotiẽs illas leges audiui & uidi ea apud scribentes, & nõ fuit qui me doceret. Magister tamen cui nil est absconditum, laudetur ergo ipse. ¶ Sed quid dices, pone quòd delatus est ad repræsentandum, & sic proprie est fideiussor de iudicio sisti ad certam diem, die adueniente nõ præsentauit, iudex cõtra eum procedit executiue ex contractu, & iudiciali prouisione.l. cum pro quo. ff. de in jus vocan. & quod ibi no. in.l. tale pactum.§. qui procurauit. ff. de pactis, dicit ipse fideiussor, quòd

21 prius reus principalis † est discutiendus, antequam ipse fideiussor. Ad hoc auten. præsente, C. de fideiussoribus, quòd licet loquantur in fideiussore contractus, idem uidetur esse in fideiussore de iud. fisci, si conueniatur ad interesse, ut tenet Guil. de Cugno, & Bald. in.l.2.§. si quis, ff. qui satisda. cog. Nam secundum eos, est pro-

22 prie † fideiussor, accedens promissum rei de stãdo iuri. ff. de fideiussoribus.l. sicut reus.§. post litem, & argu.l. tribus. ff. de vsuf. earum rerũ. Sed hoc credas verum esse si agatur contra eum ad interesse, ut est dictum: quia tunc habet beneficium discussionis: si autem agatur ad ipsum sisti in iudicio, tunc nõ habet beneficium discussionis,

sionis, quia tunc ratione contemptus conuenitur, unde officio iudicis cogitur per dictam. l. eum pro quo. ff. de in ius uocando, & sic non habet locum discussio. Et sic etiam in criminali causa, fideiussor de iudicio sisti non habet beneficium discussionis. Et est ratio, quia officio iudicis proceditur cōtra eum ad ipsum sisti in iudicio. ff. de custo. reorum. l. si quis reum, & facit. 23. q. 5. cap. si homo. expresse hoc firmat Bal. in. l. 2. §. si quis. ff. de custo. reorum. Et ego scripsi late in meis notabilibus, notabili. 34. ubi uide; merito talis fideiussor non habet tale beneficiū discussionis, habet tamen beneficium a foro & iure, ut si reus iste forte est impeditus in aliquo loco remotiori, ut amplietur fideiussori terminus, & detur dilatio ad illum repræsentandum secundum locorum distantiam, ar. l. sancimus. C. de fideiussoribus, & in foro quinto de criminibus.

23 † Sed quæritur, datus est fideiussor simpliciter qui promisit reum iudicio sisti, tenetur ne eum perpetuo sistere, certe gl. in. l. si quis reū ff. de custo. reorum. tenet, quòd non tenetur nisi ad sententiam: lata sententia liberatus est. Et hoc credit ibi Bar. uerum per. l. grecè. §. cui ergo. ff. de fideiusso. nisi fideiussor promisisset reū repræsentare quotienscunque iudici placuerit, dicens quòd isto casu non est simpliciter fideiussor de iudicio sisti, cum ergo persona rei etiā post sententiam requiratur, ut in eum possit fieri executio, credit quòd illum teneatur sistere post sententiam secundum Bartho. Sed dominus Dyn. uidetur tenere contrarium in. l. continuus. §. cum quis sub hac. ff. de uerb. obli. ea ratione, quia illa stipulatio est prætoria. & ita debet interpretari secundum intentionem prætoris. l. damni. §. & quod stipulatione. ff. de damno infect. & quod ibi no. per Iacob. de Arena. & sic iuxta dictam. l. græcè. Et hoc dicit Bald. verius,

24 quia uerba † generalia debent restringi ad id quod est iustum, & non extenditur ad id quod iniustum est, ut. ff. de serui. l. si cui. Et idem tenet Bald in. l. qui crimen. C. qui accusare non possunt. ¶ Sed pone, Fideiussor promisit reum præsentare, totiens quotiens iudici placuerit, uel fuerit bene uisum: repræsentauit eum iam bis, quæritur an sit liberatus, uel in infinitum restet obligatus, & uidetur quod si sumus ante sententiam secundum omnium opinionem restet obligatus, tam ex verbis quòd illud sonant, ar. l. si finita, & quod ibi not. in gloss. super uerbo quantumcunq;. ff. de damno infec. quàm etiam quia ius vult quod illum habeat sustinere usq; ad sententiam exclusiuè, si sumus post sententiam, & credo quòd si iam bis illum præsentauit, sit liberatus, & sic potest intelligi quod uoluit Ang. per. l. fideicommissa. §. si quis decem. ff. de leg. 3. in. l. si finita. ff. de dam. infect. & in. l. oratione. ff. de ferijs, & in. l. qui eximendi, ff. de custo. reorum, qui dicit quòd fideiussor q promisit repræsentare quem, totiens quotiēs opus fuerit, uel ad iudicis uoluntatem, liberatur repræsentando bis, & ita dicit consuluisse per dictam. l. fideicommissa. §. si quis decem. Et hoc etiam ratione infinitatis uitandæ. ff. de damn. infe. l. qui bona. §. fi. ¶ Item quia in quilibet repræsentatione fit damnum sumptuum & expens. & sic non præsumitur in infinitum se obligasse, arg. dicti. §. si quis decem. Et pro hac op. facit quædam glo. ex intentione domini Benedicti de Plumbino in. l. duobus. §. a fideiussore, in versi. si vero, super uerbo, exhibuerit. ff de iureiuran. quæ si cum tex. coniungatur, tenet qđ fideiussori de repræsentando, liberatur semel repræsentando, quòd est verum lata sententia, ante autem tam ex sui promissione, quàm ex iuris auctoritate tenetur usq; ad sententiam exclusiue sistere per. d. l. græcè. Et bene æquum uidetur, & iure fundatur quòd cum sumus post sententiam & in sola interpretatione uerborū promissionis factæ de totiens quotiens, quod non in infinitum iste restet obligatus, sed si bis præsentauerit liberetur. ¶ Ad hoc optimè facit quod notat Speculum, in speculo, titulo de arbitris. §. sequitur, versicul. quid si in compromisso. Et ponit Bald. in. l. si duo. §. semel. ff. de ar bi. quòd si in contrarium dictum fuerit, quod pœna totiens committatur, quotiens fuerit contra factum, quod non committitur, nisi bis, per dictum. §. si quis decem. Et consuluit Bal. in suis concilijs, consilio. 444, quod si in cō promisso sit data facultas prorogandi, totiens quotiens, non possunt prorogare ultra bis. *Et* miror quòd domini mei Ioann. de Imola, & *Ludouicus* de Roma, qui Angelum repræhendūt, cur dictam distinctionem non uiderunt, & cū dominus Ludouicus descendisset a cathedra in Bononia, cum legisset dictam. l. si finita, sustinebam Angelum cum dicta distinctione, & multum sibi placuit & mihi, & illum sequor. Et ea ratione forus in regno Valentiæ disposuit qđ isti caplenatores personarum, per biennium liberentur a fideiussione. ¶ Sed pone casum, de quo in curijs in uiam grauaminis uidi magnā contentionem. Aliquis tenebat Titium ad repræsentandum totiens quotiens iudici uideretur, sub certa pœna pro aliquo casu ciuili, licet ex crimine descenderet, isto interim reus fecit unum homicidium, & aufugit: mandatur fideiussori quod hominem restituat, ipse neq; imò se excusat, quòd ex superuenienti casu non tenetur, quia sufficit quòd pro casu pro quo fideiussit illum defendat, uel soluat quanti interest. His non obstantibus, gubernator pro tota pœna illum executauit, & promisit sibi q si hominem sibi restitueret, uel in sunm posse poneret, quòd pecuniam restitueret, fideiussor tenuit modum, & gubernator habuit illum & suspendit, petebat fideiussor pecuniam. dicebat iudex, quòd iam erat in corbanam, licet esset precium sanguinis. i. in computum regium;

Hic de duobus quærebatur. ¶ Primo an ille fideiussor esset executatus, eo quòd se offerebat liti pro casu pro quo fideiusserat, & erat parat⁹ suscipere defensionem uel soluere quanti interest illius qui capturam delati instabat ¶ Secùdo an posito quòd potuisset executari si potuerat moram purgare, restituendo delatum, & sic erat seruandum per gubernatorem, quòd promiserat restituere fideiussori. Et uideamus de primo si fideiussor erat liberatus p casum mortis superuenientis factæ per caplenatum, quod uidetur: quia impossibile est ipsum uenire ex quo sine periculo mortis uenire non potest. l.2. §. quod diximus, si quis cautionibus, & sic non tenetur sistere, neque committitur stipulatio, ut ibi. ¶ Itẽ id uidemus cum quis moritur uel ciuitatem amittit, quod non tenetur fideiussor
25 † sistere reum, in. l. sed si decesserit. ff. qui satisd. cog. Satis enim amissa est ciuitas, in quam sine pœna mortis intrare, & se repræsentare non potest. ¶ Sed in contrarium uidetur posse dici, qa ex quo culpa sua incidit in casum, hominem occidendo, ꝙ non liberetur, quia sui culpa uenire non potest, merito non subleuatur, imo cõmittitur stipulatio. l.2. §. simili modo. ff. si quis cautionibus, ibi uel causam præstitit, & hoc ibi
26 tenuit Vmbertus de Bobio, dicens ꝙ ex † suo delicto non debet consequi præmium, ut. ff. de interdic. & releg. l. relegatorum. §. pen. C. de decur. l. ne quis, in fi. ¶ Item quia talia maleficia possent fieri data opa, ne tenerẽtur pro prima causa sistere in iudicio, & sic non dẽt p illud pmium consequi. Ad hoc. l. data, ex quibus cau. maio. & facit. l. etiam. §.1. ff. solu. ma. & sic uidetur quòd per sequens maleficium non sit fideiussor liberatus, licet Bald. in simili uideatur determinare contrarium. l. si uerò, in princ. ff. qui satisda. cog. dicens quòd potestas qui ex forma suæ electionis, tenetur repræsentare in tabula suos familiares, quòd etiam si data opera bannisset eos, dum tamen delictum subesset ꝙ est excusatus. Alleg. tex. cum gl. in. l. capitur. ff. de fideiusso. dicens quòd illa lex melius illud probat, quàm aliqua alia: dicens quòd hæc est bona cautela pro officialibus. Quid in tanta diuersitate dicẽdum cogitabis, & alibi dicam. ¶ Sed ponamus quòd non sit liberatus fideiussor, sed dicit quòd uult reum defendere, uel saltim soluere quanti interest, de defensione in criminali non multum curandum, quia etiam procurator fieri nequit. ff. de publicis iudicijs. l. penul. §. ad crimen. Sed de soluendo interesse uidetur quòd procederet, & quòd ad pœnam conuentam & stipulatam non teneretur, quia talis fideiussor ad aliud non tenetur. ff. si quis in ius uoca. non ierit. l. fi. quia pœna quòd a modo ratione diffiniendi interesse ponitur, & si tantum est, tantum soluitur. ff. de præt. stipul. l. fina. si minus est, uidetur per errorem pęna pmissa, & datur replicatio ad inualidationẽ pœnæ promissæ. Iste est casus singularis in. l. sed & si qs. §. fina. ff. si quis cautionibus, p quẽ potes tu intelligere. l. fideiussor. §. fi. ff. q satis. cog. in qua. l. sed etsi qs. §. fi. dicit Bar. eẽ casũ subtiliter intuenti, quod in dubio in talibus obligationib⁹ præsumitur, & non certa scientia, nam text. dicit, iuuatur replicatione certę scientiæ. Si ergo hoc uenit per uiam replicati, ergo actor debet replicationem reprobare, iuxtam regulam. l. in exceptionibus. ff. de proba. Apparet ergo quòd præsumjtur erratum, nisi actor probaret replicando certam scientiam, secundum Bar. Bal. remittit ad glo. quam dicit notandam de nouationibus. Et ad nota. in. l. fi. C. de spon. in. 3. oppositione. Sed dicit quòd notarij in instrumentis consueuerunt apponere, ex certa scientia & expresse, & non per errorem, & apponunt illa uerba, ut instrumentum sit efficax, cum tamen certa scientia uel error consistat in animo, uel in mente, per illa uerba non probatur certa sciẽtia, nisi præsumptione, quia pars uidetur confiteri id quod scriptura continetur. s. quod hoc facit ex certa scientia: unde si postea probatur rẽaliter se habere, uidetur quòd confessio illa prę sumatur erronea, de interrogator. act. l. de ætate. §. fi. ff. unde iste fideiussor qui in rem alterius & causam fideiusit, iuris præsumptione erroneè fideiusit per gloss. in. l. si quis delegauerit, de noua, Et quod no. in. l. qui hæres erat. ff. fam. hærciscun. ¶ Item quia nunc in ueritate monstratur, minus interesse esse quàm pœna. Merito ad amplius non tenebatur per dicta iura. Et ideo cum erã assessor ultra cautelam Bal. quàm dicit tabelliones apponere de certa scientia, & certè, faciebam apponere clausulam sequẽtem. Quam quantitatem pro pœna & nomine pœnæ, damno & interesse soluere promitto. Et si non esset tantum interesse loco contentus soluendi, ut quod amplius est posit peti p. l. apud celsum. §.1. aliàs est. §. Item quæritur, & qđ ibi no. ff. de doli exceptione. ad hanc cautelam, ꝙ no. in. l.2. ff. si quis cau. & in. l. qui fidẽ. ff. de transact. & melius in. l. si quis rem. ff. de arb. & quod ponit Bal. in. l. vbi pactum. C. de transact. & Angel. in. l.2. & l. si duo. ff. si quis cau. Et hoc de primo. ¶ Sed ponamus quod in totum uel in partem esset iam exactus fideiussor, nũquid demũ hominem repræsentando, potuit purgare moram, uel teneatur iudex implere quod promisit de restituenda quantitate executa. Et certe dictus fideiussor ex casu superuenienti habebat etiam de foro tempus congruens ad hominem repræsentandum, ut in foro. 5. de criminibus. Et iam a fortiori potest moram purgare. Et ita in proprijs terminis terminat Bald. in. l. qui accusare non possunt, dicens quod fideius-
c sor post moram [c] repræsentando reum congruo
27 loco † & tempore liberatur a pœna, vt. C. de fideiussoribus. l. scimus. & l. & si post tres. ff. si qs cautio. imo & fortius dicit, si cum iuramento si deius-

deiussit, quòd etiam potest moram purgare posse, ut dicit notari in cap. apud misericordem. 22.q.1. Et sic non est dubium quod dictus fideiussor debeat suum recuperare, tum ex moræ purgatione ex promissione & pacto offe. qđ eum obligat ad hoc extra de proba.c.1. Et ita fuit per actum curiæ declaratum, licet nil boni allegatū sit per aliquē partium. Et rogo teneas menti, quę tibi in hoc, §. dixi, si bene consideras & nescio in hac materia unde tanta posses colligere. Lauda dominum, unde omnia bona proueniunt, quia laudo.

## CAMILLI BORRELLI ADDITIO.

a ¶AD CVSTODIAM] Paulus Grillandus in Tract. de Relaxat. Carcerat. q.1. num.4. Vide Roland. à Valle in consil.2. nu.49. Vol.1. D. Federicus Scotus in Consiliorū Præfatio. Et carcer dicitur locus malæ mansionis, clausuris circumdatus, & tenebrosus. Signorol. Homod. in cō. sil.97.nu.21. Cataldin. de Boncompagn. in Tract. sindic. nu.103. Marsil. in l.1.nū.9. ff. de quæst. Et appellatur carcer species Torturæ. Bald. in l. si clericus. col.2. C. de episcop. aud. Et grauior est pœna carceris, quàm si quis tota die foderet. Præposit. in c. super eo. el.2.no.3. de appell. & Ioan. Heuizan. in consil.60.nu.8. Inde Cicero in Catilinam, Inquit, Carcerem esse nefariorum, ac manifestorum scelerum Vindicem. cui cōcinit illud Liuii. Ab Vrb. condita, lib.1. Ingente (inquit) incremento rebus auctis, cum in tanta multitudine hominum, discrimine rectè an facti confuso perperam, facinora clandestina fierent: carcer ad terrorem increscentis audaciæ media Vrbe imminens foro ędificatur. ¶ Et ideo ad carceres perpetuos regulariter condemnatio fieri nequit, nisi de iure canonico. Barth. in l. Imperium. ff. de iurisd. omn. iudic. Lancellott. Conrad. de offic. prætor. in caus. Crim. §.3. c. de Contumacibus. nu.25. & Marc. Mantua lib. Dialogor. Denar. classe.17.c.10. num.2. Cyrill. Fulgen in summula Crim. titulo, de Custod. reorum. §.1. num.2. ¶ Plato in libro de legib.34. Dialog.10. ponit tres carcerum species Vna in foro uenalium rerum ubi carcerati cautè custodiantur, secunda vbi cætus eorum fit, qui nocte congregantur, correctionis nomine appellatus. Tertia uero in media regione, ubi quàmmaxime desertus siluestrisque locus est, supplicij nomine notatus. Postquàm hæc scripsimus vidimus nōnulla ad hunc effectū tradita per Iacob Menoch. de Arbitra. Iud. quæst. lib.1. q.89. per totum.

b ¶ARBITRARI SECVNDVM IVS] Et ideo cui cōcessū ē arbitriū, nō intelligitur absolutū, sed regulatū, & sequi tenetur Canones Iuris, rōnis, & ęqtatis. Bal. in c.1. §. Iudices. nu.5. đ pace iur. firm. Cur. in Trac. đ Monetis q.7. in fin. Cæpol. in l. si fugitiui, nu.33. C. de seru. fug. Gomez. in c.1. nu.225. de contt. Robert. Aurel. sent. iuris, lib.4. c.15. Intelligitur. n. concessum alicui Arbitrium sine alterius damno iniuria, & detrimento. Barth. in l. Ambitiosa, nu.12. ff. de Decret. ab ord fac. Ioan. Thomas Minadous in Decisio. Neap.13. comitissa. num.2. Chacheran. Decisio. Pedemonta.71.nu.53.

c ¶VLPIANVS QVOD DIVITIAS] De diuitiis nonnulla dixi in alio opere meo nōdū impresso, ꝙ ad huc præmanibus habeo, sed uidebitur si dominus uoluerit, ibi me remitto.

d ¶MINORVM ET RESPVB.] Quod æquiperentur Minores, & Reipublica, uide Barth. Cæpoll. Cautel. 139. Vide Bernard. Alfan. Collectan. iuris. 650. & latius explicantem Iodoc. Damhouder. in Tract. Parium aut simil. §. Respublica. æquiperantur. n. minores Ecclesijs, ut alia allegans uoluit Franciscus Sarment. in Tracta. de Reddit. Eccl. parte.1. cap.2. nu. 10.

e ¶FIDEIVSSOR POST MORAM] An fideiussor de reum præsentando, si non statim præsentauerit admittatur ad purgationem moræ ipsum postmodū præsentando, sacrum concilium Neapol. decreuit quòd expectetur exitus causæ partis inquisitę, ut si forte Reus condemnetur debeat fideiussionis pœnam soluere fideiussor, sed si absoluatur, debet ēt fideiussor absolui. Tho. Gram. in Decisio. Neap. cōsi.95. per totū. Foller. in Praxi crimin. §. Verum si citati compareant. nu.13. latius per Octau. Cacher. Decis. Pedem.51. a Bonacoss. in qq. Crim. §. Fideiussio.

Camillus Borrellus.

## De populatis ad forum Arragoniæ. Rubrica 32.

### In. §. Populati ad forum.

*SVMMARIVM.*

1 *Oppidum, dicitur quasi opem ferens.*
2 *Pars est turpis, quæ non congruit uniuerso.*
3 *Consuetudo præscripta, uincit legem.*



OPVLATI ad forum Arragonum in omnibus curijs cōqueruntur quòd illis fori & obseruantiæ Arragonum, non seruātur per regios officiales, & qđ præses debet illos iurare obseruari foros & obseruantias Arragonum iuxta illorum forum, quia ita disposuit, aliàs quòd nō potest in eos iurisdictionem exercere, & uidetur quod non benedicant, quoniam rex Iacob. regni acquisitor, suos foros & leges generales in regno edixit, quas generaliter obseruari mandauit in toto regno, imo prohibuit quòd aliæ leges, uel consuetudines in regno uel in alio loco regni seruentur, nisi fori & constumes, quas sic appellat regni Valentiæ, ut hoc gloriosus rex expresse dicit post prohęmium suum in rubrica, Incipiunt consuetudines & stabilimenta regni, in uersiculo, ueniamꝰ ergo. Et similiter hoc statutum est de foro regni, qui uult quòd unus forus, una moneta, vnum pondus, & mēsura sit in regno, in foro finali, de stabilimentis & precibus principi offerendis. Et ideo dicunt foristæ, in prohemio fororum, quòd fori regni sunt ius commune, dicentes modos cognoscendi ius cōmune, de quibus in l.2. C. de legibus, & allegat quod notat Gratia. in c. fideli, super uerbo, perpetuo, de summa trinitate, & præcipue quia fori antiqui fuerunt conditi, conuocati prælatis & nobilibus, & alijs regni procerībꝰ, & de ipso consilio iuxta formam l. humanum. C. de legibus, Merito sunt leges generales quoad omnes, & ad materiam, uide quæ scribit Bald. in dicta,

l.2. circa modos cognoscendi leges generales. ¶Sed uidetur in contrarium dicendum, & qd' populati ad forum Arragonum suos foros & consuetudines retineant,& illæ debeant sibi obseruari,prædictis non obstantibus. ¶Primo,qa dictus rex Iacobus,regni acquisitor,cum foros suos ædidit, in prohęmio fororum rogauit & mãdauit omnibus qui erunt uel uolunt esse intus dictos foros quod dictos tenerent & obseruarent, & quod secundum illos iudicarent quasi non imponant alijs necessitatem illos obseruandi,qui illos non acceptarent. ¶ Et quòd iste est sensus patet,quia aliquę uillæ regales nõ acceptarunt pro tunc dictos foros regni Valentię,& restarunt sub prolatione antiqua fororum Arragoniæ,ut patet in uilla burrianæ, & in uilla regali, quousque acceptarunt foros regni Valentiæ,imo illis non uocatis & consentientibus, princeps uoluit illa facere de foro regni Valentiæ, ut patet in quadam prouisione regis Alphonsi, data in curijs generalibus,ante secundam publicationem quæ incipit,Nos Alphonsus.¶Item & id expresse firmat forus dicti regis Alphonsi in rubrica de locis,in quibus seruatur forus Arragonũ,redactus ad forum Valentiæ.c. uno,in quo expresse cauetur, quod domini locorum ,qui in dictis foris consenserunt, in quibus locis seruabatur forus Arragonum sunt redacti ad forum regni Valentiæ. Et sic patet qd' illi qui non concesserunt foris iam dictis, restãt in sua obseruantia.l.inter socerum.§.cum inter ff.de pactis dotalibus. Et constat quòd domus de lima domus de exerica,domus darenosio,domus de vrrea,uel de alcallaten,non consenserũt dictis foris,neque uilla almacore. Imo hodie uiuunt sub forris Arragonum & illius obseruãtijs.Et multi reges in suis prouisionibus & priuilegijs, mandarunt obseruari populatis illum forum Arragonum. sereneníssimus rex Arragonum,in curia Muti ueteris, cum sua prouisione mandauit tunc gubernatori, quod iuraret foros priuilegia & libertates regni Arragonum populatis ad illum forum,& sic iurauit regio mandato,similiq; modo rex Nauarræ locũtenen.generalis in curijs quas celebrauit Arragonensibus per suum iuramentum priuilegiũ concessit populatis in regno Valentiæ, ad forũ Arragonum deberi obseruari foros Arragonũ, & in omnibus curijs populati ad forum Arragonum id expresse protestantur quod non consenserunt foris,neque prouisionibus,uel priuilegijs æditur.quatenus derogent suis foris, priuilegijs, libertatibus obseruantisque Arragonum,ex quibus protestationibus, iura partium conseruantur,iuxta no.in.l.non solum.§. mortis.ff.de noui.ope.nunci.& in capi. cum martinus Ferrariensis,de consti.de elec.cap.cumana, cum simili.Et sic uidetur, quòd ex antiqua populatione & communi obseruãtia talibus sint fori Arragonum obseruandi, nam satis obseruantia talium fororum est in principe approbata,quòd nisi esset talis obseruantia non ualeret,imo haberet obseruari lex communis regni, ad hoc.l.fina.C.de testa.& quod no.singulariter Bald.in.l.1.C.quæ sit longa consuetudo.dicens notandũ,quòd oppida possunt habere propriã
a consuetudinem, & dicitur oppidum[a] † quasi
1 opem ferens,id est,terra murata non habẽs episcopum,& idem in castris & uillis,quæ possunt habere propriam cõsuetudinem, non repugnãtem legi uel consuetudini propriæ ciuitatis, nã ubi repugnaret nõ haberet locũ cõsuetudo rusticana nisi esset confirmata per superiorẽ, allegat dictam.l. final.C. de testa. Et sic est de iure quòd omnes qui sunt de vna prouincia debẽt uiuere sub lege & consuetudine illius.8.di.cap. contra mores.11.di.cap.non licet,& 12.dist.ca-
2 pit.1.† nam turpis est pars, quæ suo non congruit uniuerso,de spon.duorum,capi.tuas dudum. nisi sint illis alia concessa priuilegia uel leges.Et sic si hoc tenemus officiales habent illis iurare obseruare foros & priuilegia Arragonum.Nam ante ex illorum foro inter illos nõ possunt iudicare, neque aliquam executionẽ facere, & cum faciant quotidie citra illud iuramentum executiones,ideo se grauatos sic populati dicunt. Sed maior contentio inter istos stilus curiæ gubernationis habet, ut pro debitis domini possunt uasalli executari, & bona uassallorum capi,gubernator contra istos populatos uult stilum seruare, quia dicunt se forum habere, quòd pro debito domini uassal. nequeũt executari: gubernator dicit quòd curia sua est generalis in tota prouincia,& postquam est stilus curiæ suæ quòd illum potest & debet obseruare inter omnes, etiam populatos ad forũ Arragonum.Sed uideamus primo unde fomẽtum traxit dictus stilus curiæ dictæ. Et uidetur qd' de iure communi, quia ius uassalagij & operarum ueniunt in executione,ut est tex. in. l. pro hærede.§.sed quid tamen.ff.de acqui.hæred.& quod notat Barth.in.l.prima.C. de operis libertorum, & ita dicunt aliqui bestiales quòd iure fulcitur stilus curiæ gubernatoris. Sed non est uerum,quia ius uassalluticij & operarum,ut ibi uides, sunt in bonis domini, & tanquam bona domini ueniunt in executionem, quia rem in bonis nostris habere non dicimus,quotiens ad id habend.actionem habemus. l. rem in bonis. ff.de acqui.rerum dominio. Et sic nimirum si illud ueniat in executionem, alias nequeunt bona propria uassallorum executari, quia nõ sunt bona domini,ad hoc quod notat domin.meus dominus Ioan.de Imola,in.l.finali.ff.soluto mãtrimo.& allegat notata in,l.bene a zenone.C.de quadriennij præscrip.dicens, quòd bona uassallorum non sunt domini sicut neque bona singulorum sunt imperatoris,& sic in illis, de iure nequit fieri executio. Et ideo aliqui fortitæ in foro,can,algu,Rubrica,de pigno. dicunt illud esse

esse præter ius & sic approbari per nota. p Cyn. in.l. prima. C. quæ sit longa cõsuetudo. Et istud est falsum, imo expresse contra ius, nã licet cum iudex superior est in fatica iustitiæ possit sua gens plecti & executari, ut in cap. dñs deus noster. 23. q. 2. tamen hoc est propter defectũ iustitiæ, quam denegat expresse uel tacitè, q̃a tunc est in fatica iustitiæ, ut notatur in cap. significãtibus, de officio deleg. per Inn. & tunc demum cum omnes superiores iudicis sunt negligẽtes, ut notat Inn. in c. olim. de resti. spoli. Sed de iure uel de foro nequit fundari, quia sine fatica iustitiæ subditi possunt marquari, quia unus ꝓ alio nequit executari, neque filius pro patre, neque uxor pro marito, ut in iuribus vulgaribus, min' stilus subditus pro domino, demptor dicto casu faticæ. Sed sola consuetudo & stilus id introduxit contra regulas iuris ciuilis, q̃ consuetudo habilis est ad causandã obligationẽ, ét ubi ius illã reprobat, ad hoc. l. certi cõdictio. §. si minor. ff. si certũ peta, & ꝙ notat Bal. in. l. non enim aliter, de adoptionibus. Et quia hæc antiqua consuetudo uel stilus valet loco priuilegij a principe cõcessi, extra de verb. sign. c. sup quibusdam §. præterea, &. 9. q. 3. c. conquestus, & ꝙ notatur extra de iudic. c. nouit, & in. l hoc iur. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æstiua. Ad materiã ꝓpriam uide ꝙ Bal. scribit, allegãs. l. missi opinatores, de exact. tribu. lib. x. & in. l. etiam. C. d' exe. rei iudi. Et hunc stilũ & curiæ consuetudinẽ, iudex debet obseruare, ut notatur in. l. 3. §. lex Iulia. ff. de testi. per Bar. Et hæc consuetudo siue stilus, extenditur ad omnes subditos siue districtuales sui præsidatus, & ad omnes foros sub eodem præsidatu. Sed nõ ad aliud prorsus diuersum territoriũ secundũ gl. singularem, in. l. ex ea parte. ff. de postulando. Ex quo ego soleo dicere quòd dictus stilus curiæ gubernatoris extendetur ad oẽs curias locumten. gubernatoris, & totius prouinciæ. Non tamẽ ad curiã gubernation. orile, quæ est ultra sexonã, cũ sit alius præsidatus p se, & alia prouincia, ex quo est sub alio præside, ut notatur in gl. fi. C. de præsc. longi tẽporis, & sic aliud territorium, & talis consuetudo nõ extẽdenda, maxime quia est inducta cõtra naturalem æquitatem, ꝙ pro facto alterius executetur, ut dicit expresse tex. in. l. unica. C. vt nullus ex vicarijs, pro alienis uicariorum debitis teneantur, lib. 11. & in. l. prima. C. de exac. tributorum, lib. 11. & uide, quæ circa hoc scribit, dominus meus Ludouicus de vrbe, in. l. prima. §. familiæ er. ff. de pub. post Bar. nam filius non portabit iniquitatem patris, nec econtra. Et sic merito non est extendenda talis cõsuetudo, ad hoc. l. prima. C. quæ sit longa consuetudo, & sic alius officialis uel delegatus à principe, talem consuetudinem uel stilum nõ obseruabit, & sic pluries est obtentum. Sed redeundo ad propositum si gubernator in populatos ad forum Aragonũ suum stilum seruabit, non uidetur multum dubium, etiam quod ipsi habeant forum in contrarium, quoniam hoc ex consuetudine tam antiqua, cuius initij non est memoria, & sic
a legitur præscripta † & uincit legem. b C. quę sit
b longa consuetudo. l. 2. & quod ibi notatur. Sed adde, quæ circa hoc dixi isto titu. §. his igitur, ubi tracto quando executio est fienda pro contractibus initis in Arragonia, si seruabitur stilus, & ibi dicta addas ad ista, & ista ad illa, & hæc sufficiant.

## CAMILLI BORRELLI ADDITIO.

a ¶ DICITVR OPPIDVM] Laurentius Valla dici uoluit oppidum omnem urbem, præter Romanam, quæ peculiari nomine Vrbs appellari cæpta est, ut cæteræ urbes uocarentur oppida. Verum in Bellugæ sententiam uoluit Andr. Alciat. oppidum id esse, quod tanquã propugnaculum aduersus hostes, factum est, & mænibus uallatum. Et ut inde dicatur habes textum uiuum in. l. Pupillus. §. oppidum. ff. de uerb. sign. Inde illud Virgilii. Egloga. 4. dum dicit.

Quæ cingere muros, oppida.

Videndus tamen est Alexand. in. l. 1. §. siue autẽ. ff. de ope. noui nunt. Felin. in. c. Rodulphus. col. 13. extra de Rescr.

b ¶ VINCIT LEGEM] consuetudo an, & quando pro lege seruanda sit, & quę concurrere debeant, ponit latè Sebastianus Medices in Tract. de leg. & statut. Parte. 2. quæst. 16. per totum.

Camillus Borrellus.

## De materia fiscalium. Rubrica 33.

### In §. Rem nouam.

*SVMMARIVM.*

1 *A bono abstinendum, si malum sequi uideatur.*
2 *Imperium abundat subiectis locupletibus.*
3 *Expensæ litis, quibus subrogentur.*
4 *Duo accusatores nequeunt esse in eodem iudicio.*
5 *Expensæ contumaciæ ueniunt in criminali.*
6 *In criminali officium iudicis deseruit fisco, & non parti.*
7 *Accusatio & inquisitio, non possunt criminari.*
8 *Ad agendum non admittitur nisi quorum interest.*
9 *Fiscus de factis priuatorũ, nõ se debet intromittere.*
10 *Reus transigendo crimen uidetur confiteri.*
11 *Pactio priuatorum, ius publicum non lædit.*
12 *Transactio quando litem impediat.*
13 *Offensus in præiudicium rei publicæ, non potest liti renunciarę.*
14 *Genus causarum quadruplex.*
15 *Crimina læsæ maiestatis.*
16 *Publica crimina prosequuntur a iudice, parte non subsistente.*
17 *Sine accusatore, nemo condemnatur.*
18 *Denuntiatores maleficiorum, fuerunt inuenti a numa Pompilio.*

19 *In-*

EM NON NOVAM neq; insolitam, sed potius nimis frequētatā aggredimur fisci materia tractaturi, quo ad fisci aduocatū & ꝓcuratorē. Et primo de ijs de quo milites in curijs sunt conquesti, quòd cum fisci aduocatus & procurator sint a publico, id est, ab ipso principe salariati & ab ipsis rei condemnati, expensarū nomine salaria exigunt. Et fuit qui centum libras habuit & sibi taxari fecit a bonis cuiusdam militis condemnati, quod est durū iuri & rationi contrarium, quia aduocatus fisci, dat uotū suū in condemnatione uel absolutione, & si condēnat habet salarium, si absoluit nihil, & sic in periculo stat condemnandus & absoluēdus. Non est dubium hoc mali speciem esse a qua prohibet apostolus quemlibet abstinere. ad Thesalonissenses ca. ult. & in c. cum ab omni, de vita & honestate cler. c. si audiuimus, de simonia, & ne
1 dum † a malo & eius specie est abstinendū, sed a bono si malum speretur he cler. uel mon. c. ult. Et ꝓ hoc iudices qui sunt salariati de publico, nihil salarij possunt a partibus exigere, neque iure canonico neque ciuili, & minus canonico, de quo id est prohibitū, ēt delegatur, quid recipere, ut in c. statutum. §. insuper, de rescr. lib. 6. Et de iure ciuili tales a publico salariati officiales, nihil a partibus habere possunt, ut habes tex. in auct. ut iudices sine quoquo suffragio. §. cogitatio, col. 2. ubi est text. optimus, ubi dicit imperator, cogitatio igitur nobis facta est, qđ agētes omnia quæcunque in nostris prouincijs sunt uno actu cōi ad meliora migremus, hoc enim inuenturū credimus, si præsides gentium, quicunque ciuiles administrationes prouinciarum habent, puris procuremus uti manibus & ab omni abstinere acceptatione pro illis solis contentos eos, quæ a fisco dantur, quod non aliter fiet, nisi & ipsi singula sine mercede accipiāt nihil omnino dātes, neque occasione suffragiorum, neq; alij hominum ulli: & nota verbum, neque occasione suffragiorum quia nihil cupit, vt det aduocato. Et sequitur, considerantes quòd licet quæstus non immodicus imminuatur imperio, tamen nostris subditis incrementū suscipientibus, si indemnes a iudicibus conseruen-
2 tur, & imperiū & fiscus † abundabit utēs subiectis locupletibus. Et uno hoc introducto ordine, plurimarum rerū innumerata erit libertas. uide igitur qualiter loquitur magnifice imperator. Nam dicit imperium & fiscum abundare subditis locupletibus, hodie si quis cōdēnatur de crimine, resultant hęredes destructi, quia expensarū noīe omnia asportant aduocatus & procurator fisci, & expresse processus, ꝙ si ad principē & suum fiscū prouenirēt, etiam tamē subditi aggrauarentur. ꝓ hoc ēt tex. in auct. de defen. ciuitatum. §. quia vero, col. 3. ubi est tex. quòd etiam minores iudices, nil possunt habere salarij nomine, nisi id quod consuetū est eis a publico dari uel a principe, & ita habet intelligi necessario. l. prima. C. de aduocatis fisci, qđ aduocatus fisci propter salarium non solutum, non debet relinquere causam. Et sic nō potest loqui de expensis, in quibus delati salarij nomine condemnantur. ¶ Item id uidetur probari, quod aduocatus & procurator fisci, nil pro expensis uel expensarū noīe, possint habere a
3 condemnatis, † Nā expensæ uel earū condēnatio, sunt subrogatæ loco decimæ litis quæ antiquitus præstabatur per aucten. generaliter. C. de episcopis, & cle. & quod ibi notatur, & est sic ꝙ illa decima litis nō habet locum in causa criminali, insti. de pœna temere litigantium. Sed solum similitudo supplicij. C. de accus. l. finali. ¶ Item quia illa decima litis quæ antiquitus præstabatur, non dabatur nisi parti uincenti, vt uides in dicta aucten. generaliter. C. de episcopis & cleri. & sic non possunt dari expensæ neque salarium aduocato fisci neque procuratori. Sed ubi in expensis esset condemnand' reus condemnaretur parti vincenti, & sic solum taxaretur salarium sui aduocati & procuratoris & non fisci. Quia aut pars principaliter prosequitur accusationē uel denūtiationē & aduocatus fisci assistit solū ne colludat iuxta. l. si suspecta. de inofficio. testa. Cum alias non possit. qa non adueniente legitimo accusatore cessat inquisitio. l. 2. §. si publico, & quòd ibi notatur. ff. de adulter. Et tunc pars prosequens & uincens debet habere expensas, ubi expensæ in crimina-

li debeantur de iure, de quo dicam infra, quia
4 duo † accusatores vel partes nequent esse in iudicio.ff.de accu.l.si plures, quia unū habet iudex eligere, ut ibi. Si autē procurator fisci principaliter prosequatur inquisitionem, tunc non uidetur quod habeat locum resartio expensarum. Nam tex. est cum glo. in c. cum dilecti, extra de dolo & contu. glo. super uerbo expensis, quæ dicit quod in criminali causa inquisitionis habet locum cōdemnatio expensarum, qui tex. est singularis. & alibi melius non probatur, habet locum cum priuatus prosequitur inquisitionem, secundum domi. Antho. de butrio, ibi allegat quod not. Guiller. in Spe. titu. de expen. §. primo, in fi. fisco enim prosequente non. Et ita uidetur tenere do. Iacob. Butrig. in. l. cū quē temere. ff. de iud. dicens, quòd in causa criminali non habet locum refectio expensarum. Et hoc tenet glo. in prohœmio institutionum, in uersi. calumniosam, & ad hoc allegat dom. Iacob. l. nō ignorant. C. qui accusare non possunt, qui dicit uerum, quod expensæ † contumaciæ ueniūt
5 in criminali, & sic intelligitur. l. final. C. de fruc. & lit. expensis, & l. qui crimen. C. qui accu. non possunt Bald. in auten. generaliter recitat dominum Iacob. & non determinat. Et vna de rationibus domini Iacob. Butri. & Bal. quæ multum facit ad nostrum casum, quod procurator neque aduocatus fisci nil debeant habere, est quia dicit quòd in criminalibus officium iudi. deseruit fisco & non parti. Et quia accusator est procurator in rem fisci, unde si condemnetur reus, & condemnetur fisco in expensis, & contra si succumberet actor condemnaretur fiscus reo, sed illud est falsum, ergo & primum, quia in correlatiuis, si unum est falsum, & reliquū est falsum, ut in. l. vlt. C. de fruct. & lit. expen. in ratione sui. Et sic secundum eos uidetur quod nūquam quis sit condemnatus in expensis fisco, neque fiscus delato, Bald. autem in. l. qui crimē. C. qui accusa. non possunt, in hoc dubio, an in causa criminali habeat locum refectio expensa arguit pro & contra, & dicit finaliter tene qd vis, Bartho. tamen in. l. prima. ff. ad turpilianum tenet quod habeat locum condemnatio expensarum, & idem Inn. in cap. cum oporteat, de accusa. & Spe. in titu. de expensis. §. finali, uersi. ex præmissis, ad fin. & id uidetur firmare domin. Antho. de Buttrio, in cap. finem, de dolo & contu. Sed omnes isti loquuntur cum pars instat, & sic non faciunt contra ea quæ dicta sunt, quòd pars non debet condemnari fisco in expensis & est magna ratio, quia reus a fisco iuste se defendit, quia licitum est qualitercunque redimere sanguinem suum. ff. de bonis eorum, qui mortem sibi consciuerunt. l. prima, & sic defendēdo se. Et sic si uincatur a fisco, nil ab eo habere pōt nisi expensas contumaciæ, ut dicta. l. fina. C. de fruct. & lit. expen. & l. qui crimen. C. qui accusa.
a non possunt de foro autem regni Valentię a cū priuatus prosequitur accusationem uel denuntiationem, si non probat ultra pœnam calūniæ vel talionis, ueniunt expensæ in condemnationem, uel in foro. 2. qui accusare possunt uel nō, imò etiam in priuilegiò regiò. Dat. Valencię, Kal. Maij. Anno domini mill. 351. Et si priuatus non prosequatur denuntiationem, si non probetur, uenit expensarum condemnatio. Et de foro regis Alphonsi debet denunciator uel accusator, dare fideiussionem pro expensis. ubi tale denuntiatum uel notificatum non probetur, ut in foro, lo aduocat, de ordine & cognitio nō causarum fiscalium. Sed nil cauetur de expēsis soluendis, cum solus aduocatus fisci prosequitur causam per inquisitionem, quasi in iuris communis dispositione uidetur relictum. l. prima ad municipal, & quod notatur in principio fororum post prohęmium, alias in tit. de consti. & regni stablimentibus in fi. per foristas Sed fisci aduocatus dicit & procurator, quod habent pragmaticas regias, & regia priuilegia, per quæ dicunt se iure tales expensas recipere, & prætextu taliū extrauagantium seu pragmaticarū seu priuilegiorū iusti. isti, aduocati & pcuratores talia exigunt & iudices non grauarét ad talia condemnando, ad hoc not. in c. primo de rerum permuta, & de re iud. l. cum prælatis, & de fide instr. c. pastoral. Sed princeps grauaret id statuendo tanquam contra rationem, & subditorum euidens damnum & præiudicium & populum depauperans, & ad noxam tēdens, uti desuper uidisti fundatum, merito reuocandum, de decimis c. suggestum. Et ex dictis prætensis pragmaticis ipsi abutuntur. Nam uidi quòd aduocatus fisci, erat aduocatus actoris, & petebat in expensis & nomine patris cuius erat aduocatus & fisci nomine, et ubi pars habebat alium aduocatum et fiscus adhærebat uel partem faciebat, ne pars colluderet petebatur a parte uincente salarium pro suo aduocato & procuratore, & ex alia parte petebatur pro aduocato fisci et procuratore salarium, et sic pars condemnata nimis grauabatur expensis, quod est contra iura, et credo contra uoluntatem & intentionem principis, quæ est semper pſumenda, ut iustitia fiat, ut late dixim' supra.
¶ Et quod hoc sit contra iura, etiem ultro præ
6 dicta probatur, quia † accusatio & inquisitio non possunt cumulari, nam accusatio tollit inquisitionem secundum Dy. in. l. siue contra. §. fi. ff. de liber. agnoscend. quod limitat Bal. fore secundum Cy. ibi in addi. nisi inquisitio esset iā liquidata, ante superuenientem accusationem & allegat notata per Inn. in c. final. de purgatione canonica. Sed dictum Dyn. Bald. in. l. edita. C. de ædendo, limitat sic. quia tunc uerum est quod actio tollit inquisitionem, quando accusatio proponitur per illum, qui suam uel suorum iniuriam prosequitur, de sepulchro uiolato. l. sepulchri. Sed si publicam, prætereat iudex

iudex, & sic fiscus tanquam idoneior, non obstante, quod inquisito sit remedium extraordinarium, quia est introductum fauore publico & quò ad iuuandum, ut notatur. ff. de rei uendi. l. per hanc. ¶ Item quia & accusatio, quæ nõ tãgit rem uel personam accusatoris dici potest remedium extraordinarium, quia irregulare cum
7 regulariter ad † agendum non soleant admitti, nisi quorum interest. ff. de appell recipiend. l. prima, in princip. de accusa. super ijs. per Inno. secundum Bald. in dicta. l. edita. Finaliter conclusio est, cui nusquam est dare cauillationem, de qua tamen dicendum est, ut per Bartho. l. 2. §. si publico. ff. de adulterijs, & latius, in. l. si maritus. ff. eo. & per Bald. in. l. ea quidem. C. de ac-
8 cusationibus, † Neque fiscus de factis priuatorum se debet intromittere, in. l. ea quidem, & quod ibi notatur. C. si mancipiũ, ita fuerit alienatum. & sic ut pars in eadem causa non poterat admitti, nisi asistere fiscus poterat, ne pars colluderet, & sic non debuit salarium habere etiam ut alias esset sibi permissum, de quo iam supra diximus, quid est de iure. Et ideo decens & necessaria esset principis prouisio, quoniã multa dãna & incommoda, & subditorum depaupationes sequũtur. Debet igitur princeps prouidere in ijs. Fatendum tamen est, quòd ubi pars relinquit causam fisci persecutioni, & dederit cautioné de expensis, iuxta forũ regis Alphonsi allegatum, & in foro domini regis Petri, Anni millesi. 383. qui annullat in contrarium factum, & fiscus prosequeretur, vel forte quia pars renuntiauit in casu prohibito & fiscus ꝓsequitur, quod potest: vel quia prosequens inqsitionem est inhabilis, in quibus casibus iste fiscus procedit, iuxta notata, per glo. in cap. cum oporteat, de accusa. in glo. ex hoc videtur, & in summa Godfredi, de accus. §. item quid si repellitur, & per hoc facit quod notatur per Iacob. de Beluiso, in auct. de questore. §. si vero aliqui, in. 2. oppositione, & vide ea quæ not. per Inno. de iudic. exhibita, & in summa Hostien. de denuntiare. §. in versi. quid si in hoc casu uellet denũtiatore, & in titulo de collusione detegenda. §. quis collaudat, uersi. ubi uero in causa criminali. Nam quotiens priuatus desistit inquisitioni & renuntiat uel transegit cum reo iudex, & sic fiscus iuste ꝓsequitur eandé instãtiam, imo
10 † reus [b] uidetur crimen confiteri. ff. de his qui
b notãtur infa. l. quod. §. quoniã, ad hoc. l. 2. C. de aboli. & quod ibi notatur, & ꝙ notat Innoc. in ca. crimina. de collu. detegéda, & sequitur eum Angel. in. l. athletas. §. item si quis. ff. de his qui notantur infa. Et est ratio in promptu, quia executio delictorum continet ius publicum. ff. de
11 publicanis. l. licitatio. §. quod illicitè. † Sed pactio priuatorum ius publicum non tollit. l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pactis. Ad hoc quod notat Angel. in. l. prima. §. si mulier. ff. ad
12 sillayanũ. Sed hoc debet intelligi cum † transactio est prohibita a iure, iuxta notata in. l. transigere. C. de transac. Si autem esset permissa, tũc transact. quæ licite fit in causa criminali, impedit processum ex eadem instantia per quẽcumque tertium, uel etiam iudicé, arg. l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iureiuran. iuncta dicta. l. transigere, & quod ibi notatur. Sed alibi Bald. in. l. si quis in hoc genus. C. de episco. & cler. tenet indistincte, quòd licet pars remittat iniuriam, faciendo concordiam uel pacem, non tamen iudex secularis debet desistere ab inquisitione & punitione. Et ex hoc dicit quod sequi-
13 tur quod in præiudicium reipublicæ, † offensus non potest renuntiare processui inquisitionis, dicens, quòd loquitur de iure communi: & istud dicit fallere in uno casu. ff. ad Sillayanum. l. diuus, & quod ibi notatur in uerbo, laudabile genus intentionis. Et sic non uidetur facere distinctionem, de transac. permissa ad prohibitã. & pro hoc bene facit. l. 2. C. de abolitionibus, quæ habet locũ secundũ Bar. in dicta. l. trãsigere. C. de transac. tam in publicis, quàm in priuatis, licet Butrig. solum intelligat dictam. l. 2. C. de abolitionibus. in publi. sed non bene cũ utrobique fisco præiudicetur, ad hoc gl in. l. 2. ff. ad sillayanũ, & uide quod notat Inn. in c. qualiter, in. 2. de accus. ꝙ practicãt communiter iudices & assessores in regno Valentiæ, quia non concedunt abolitionem, nisi saluo iure regi, & fisco pertinenti, & si eis uideatur quòd tales sint cõiecturæ uel probationes, eandem instantiam prosequuntur, quia maxime attentis foris regni non multum est grauaminis. Et in ijs casibus ibi fiscus prosequitur de per se, uel quãdo incipit solus sine stimulatione alicuius partis, & tũc stãtibus pragmaticis, quas pro se allegãt non est multum grauamen, sed ut dixi, species mali est quòd fisci aduocatus qui restat in cõsilio & habet dare uotum, speret præmium uel salarium, si reus condemnatur, & si absoluitur non. Et ideo deberet in his princeps prouidere ut prædiximus. Aduerte tamen ad unum bonũ dictum, quòd aduocatus fisci facit litem suam si per eius imprudentiam succũbit fiscus, inst. quibus manu, non licet. §. finali, in gl. pen. &c. ff. de min. l. prima, in gl. fragile, & in Spe. de aduocato. §. penultimo, uers. quid si per imprudentiam, & Hostien. in summa. § finali, uers. tenetur &c. & in titulo, de po. §. ult. uers. tenetur, etiam Ioan. And. ibi in addi. Spe. & fisci aduocatus, decrementum, quod pro uicio eius fisco ingeritur resarcire urgebatur, ut in. l. fina. C. de bonis vacan. lib. 11.

¶ ET SCIAS quod quadruplex est genus
14 † causarum & quatuor modi in eis procedendi. Primum est causarum principaliter regi per
15 tinentium, ut in † crimine læsæ maiestatis iniuriarum factarum suis officialibus, quod incidit quasi in idem, quia in secundo capit. legis Iuliæ, cum sint pars corporis. ff. C. ad. leg.

fieri trib' modis. Primo modo generaliter quò ad personas, & quo ad delicta, ut puta si est aliquis in ciuitate uel prouincia homo malæ conditionis, ut fur, latro, homicida &c. Quandoq; generaliter de personis, delictum uerò est speciale, ut puta si est in ciuitate ista aliquis, qui fecit tale crimen, & de ista inquisitione potest intelligi. l. prima. C. de priua. &. l. fi, C. ad. l. iuliã de vi, &. ff. ad. l. iuliam peculatus. l. 3. §. primo. Potest etiam esse generalis quo ad delicta, & specialis quo ad personas, exemplum, inquiro de tutore suspecto, interrogabo an commisit dolum in administratione uel culpam, & sic crimine nõ expresso. Ita põt intelligi. l. hoc enim. §. fi. & quod ibi notat. in glo. ff. de suspect. tuto. & cap. fina. de purga. canonica, Isti sunt tres modi, ad inueniendum maleficia non ad puniẽda, quia ex neutro istorum, sequitur condemnatio. Sed solum crimen secundum Bart. qui hoc habuit a dom. Nicolao de Mata. in quadam sua disputatione, quam refert in. l. 2. §. si public. de adulterijs, dicens, quod ille melius attingit ueritatem quàm aliquis ex scribentib. Et subdit quod quandoque fit inquisitio ad maleficium puniendum. Et in hoc dicit aduertendum, quia licet glo, & Dy. in dicto. §. si publico. dicãt quòd regulariter inquisitio non potest fieri, tamen dicit quòd ritus in contrarium se habet. Et quòd ea, quæ in dicta gloss. enumerantur, ut casus speciales faciunt regulam. Nã quod sicut non permittitur alicui accusare sine metu calumniæ, ut in. l. si cui, in princip. ff. de accusa. sic non permittitur de facili iudici inquirere, scilicet in quibusdam casibus, in quibus permittitus actio sine metu calumniæ, in his rationibus
19 † inquisitio de facili permittitur. Dat ergo regulã, uerũ est iudicẽ posse inquirere per officialem, ad hoc deputatur denuntiatio. ut dicta. l. diuus ff. de custodia reorũ, &. l. ea quidem, C. de accus. cum similibus supra allegatis, ratio autẽ
20 huius dicti est secundum eum, nam sicut † tutor excusatur a calumnia ratione officii, si est instigatus a iure & ab alijs, ut. l. tutorem. ff. de his quibus ut indig. ita eadem ratione excusatur iudex ex denuntiatione officij, Ad hoc deputati a præsumpta calumnia, & hoc etiã sequitur Bal. in. l, ea quidẽ, C. de acc. dicens, ꝙ si per statutum sint deputati custodes in comitatu dato ꝙ statutum non ꝓcedat ultra, dicendo ꝙ ad relationẽ istorũ iudex inquirendo procedetur, tamẽ nihilominus debet inquirere, quia debet moneri ad illorũ rationẽ, ut. l. ab accusatore §. nuntiatores. ff. ad turpilianũ. Alia regula est secundũ Bart. ibi ꝙ iudex põt inquirere ꝓpter incidẽtem cognitionẽ: ratio enim est, quia ubicunque iudex cognouit de crimine, de illo crimine potest cognoscere, & allegat ꝓ casu, ut ibi dicit optime ꝓbari, in. l. 1. C. si aduersus libertatẽ, allegat simile qa per incidentẽ relationẽ criminis, qs excusatur a metu calumniæ, vt. l. q. cũ maior. §. si libertus. ff. de bonis libertorũ. Tertiã dat regulã, ꝙ iudex põt procedere per inquisitionẽ, ꝑꝑ præcedẽtẽ generalẽ inqsitionẽ, ubicũq; enim iudex in generali inquisitionẽ cõperit aliquẽ deliquisse in eodẽ casu, põt ad inqnisitionẽ ꝓcedere specialiter & illũ reum cõdẽnare, & ita debet intelligi. l. cõgruit. ff. de offi. ꝓsid. & tex. ꝓbat expresse, in. l. 3. §. 1. ff. ad. l. Iul. peculatus. Ita potest intelligi in auct. de colla. §. iubemus. Et simile uides in accusatore, nam si accusator reperit in testamento eius cuius est hæres, quòd talis fecit tale delictũ, excusatur a præsumpta calumnia, & sic accusat illum de qno testator dixit, & hoc propter notificationẽ testatorum, ut in. l. qui cum maior. §. fin. de bonis liber. Quarta regula propter magnum dolorem seu magnã offensam: ubicunque committitur corã iudice, de illo potest iudex per generalem inquisitionem hoc cognoscere, hoc ꝓbatur in caluniatore. C. de calũ. l. 1. & in falso teste. C. de testib. l. nnllũ. & in falsa carta. C, de ꝓb. l. pen. Et habemus simul in accusatore marit. de adulterio uxoris, mater de morte filij & similes ꝑsonæ
21 coniũctæ sine calũnia † accusant ꝓpter nimiũ dolorẽ, ut. l. fi. de publ. iud. l. mater. C. de calumniatoribus. Quinta regula est ꝑꝑ immẽsum crimẽ. Sunt. n. aliqua crimina ita enormia, in qbus põt qs accusare sine metu calumniæ. Ita in illis potest iudex inquirere, facit. l. si quis in hoc genus. C. de epi. & cle. Et ita dicit debere intelligi
22 hãc materiã, & sic dicit ꝙ iudex in † inquirẽdo hẽt magis latas habenas quã credatur, & hoc dicit de iure cõi, sed de iure municipali dic qd in quibusdã terris sunt statuta, ꝙ iudex posit in distincte ꝑ inqsitionẽ ꝓcedere, quasi iuuat illa seruanda. Tu adde sextam regulã quã ibi Bart. oblitus est, quãdo crimẽ de nocte frequentatur ut contra fures nocturnos & balnearios, contra istos enim põt iudex ex officio ꝓcedere inquirendo, & qa crimina de nocte fiũt, & sic nõ hẽnt promptas ꝓbationes. Iste est casus optimus, in l. 1. ff. de furtis balnear. & ibi hoc sentit Bart. Et aliud speciale in his criminibus occultis & tractatibus & consilijs ꝙ ꝑꝑ ꝓbationis difficultatem ꝑuenitur ad torturam, & quandoq; ad condẽnationem uel absolutionẽ solis indi. si sunt ita certa, ꝙ uix negare sufficiat. C. de quæst. l. 3. §. oportet, & de execu. tuto. l. 2. per Dy. secundũ Bal. in. l. quicunq;. C. de ser. fugi. Sed inquantũ dicit ꝙ ex solis iudicijs posit ꝓcedi ad condẽnationẽ uel absolutionẽ, non uidetur bene di-
23 ctũ, quoniã † ꝓbationes debent esse luce clariores in criminalibus. l. fi. C. de prob. & qui accusare uolunt probationes habere debent. C. de eodẽ do. qui accus. Maxime de foro regni Valẽtiæ, de quo quis condemnare non põt ex ꝑsumptionibus, in foro algu, de criminibus, nisi limites dictũ Bal. ꝙ quando iudex iudicat, de iure ex præsuppositionibus sine cõfessione delati, nõ põt imponere iudex pœnã corporalẽ, qa ꝑꝑ inopiã

probationũ minuitur pœna, hoc est, ꝙ nõ põt punire plus in criminali quã cõdẽnaret in ciuili. hoc est ꝙ not. Inn. in c. afferte. de præsum. ubi est casus, & eo. ti. c. quia verisimile. quod an procedat de foro per dictum forum cogita.

¶ OR VIDEAMVS ad principale intentũ in materia inquisitionis, & aduerte ꝙ Bart. idẽ dixit in. d. l. 2. §. si publico, dixit in extrauag. ad reprimend. super uerbo, inquisitionum, quã ipse glosauit. Inn. aũt in c. bonę, de elec. sentit duplicem formam inquisitionis, una quæ fit ex officio necessitatis, ad purgãdũ prouinciã malis hominibus, incertis tñ, & p hãc generaliter inquiritur q sint fures uel latrones, uel alij criminosi in prouincia, & in illa nemo citatur, nisi testes, & sic per illã nemo cõdẽnatur. Sed aliquo
24 reperto culpabili fit † specialis inqsitio contra illum, de certo crimine, certo loco & tpe commisso, & p istã secũdã inqsitionẽ specialẽ iudex purgat ꝓuinciã malis hoibus, & ita intelligitur l. cõgruit, de of. p̃sid. qm̃ sic dicit totũ mũdum practicare, Bal. uerò more suo cõuertẽs modũ loquendi, & aliter quã Bar. loquatur, in l. ea quidem. C. de accusa. dicit aliqua bona verba non multũ differentia a prædictis, dicit enim ꝙ de iure ciuili nõ admittitur regulariter, nec ꝓcedit inquisitio nisi in crimine notorio, non dicit notorio plene, sed solũ præsumptiue, ꝙ sit fama publica differente secundum Cyn. in dicta. l. ea quidẽ. Et dicit nõ obstare l. cõgruit, sæpe alleg. quia ibi p p̃cedentẽ inquisitionẽ fit iudici notorium præsumptiue, & semiplene, & ideo põt inquiri specialiter. ¶ Item. l. nullum. C. de testibus, & l. penul. C. de proba. non sunt casus speciales, ibi crimen est notoriũ incidẽter, & ideò u enit sub ista regula, quod de notorio videtur ꝙ non possit regularitur inquiri, hoc dicit falle re si crimen committeretur cõtra diuinã maiestatem, ut. C. de hæret. l. manichæos. ¶ Item si secundario, ut in omni crimine sacrilegij, ut in. l. 4. ad. l. iul. peculatus, & sic dicit loqui. l. si quis. C. de epi. & cle. ¶ Item si crimẽ committeretur contra principẽ, uel contra rẽ publicam, quia istud crimẽ est plus quã sacrilegiũ, ut. l. 1. C. ad l. iul. Iul. maie. vnde cõtra turbatorẽ publici status põt ꝓcedi per inqsitionẽ, ẽt de iure cõmuni, maxime quia istud crimẽ non committitur contra certam personam, & ideo nõ debet spectari quod aliquis singulariter accuset. ¶ Item quia tales offendunt directè maiestatem prætoris: uñ iudices possunt merito ulcisci ex officio, ut not. Inno. in cap. ex parte, in. 3. de uerb. sign. ad hoc bene facit tex. in ratione sui, licet ipse nõ alleget extrauag. ad reprimend. ¶ Itẽ dicit Bal. quòd etiam inquisitio potest fieri ubi accusator desistit, colludens cum reo, ut l. 2. C. de abolitio. de cuius intellectu, desuper tibi dixi. ¶ Itẽ potest iudex procedere ubi accusator moritur, factis probationibus, & sic notorium a modo de crimine, ut in. l. penul. ff. de publ. iudi. Et dicit quòd conclusio patet ex prædictis, quòd in criminibus notorijs per famam uel præsumptionem proceditur per inquisitionem. ¶ Item quando offenditur diuina maiest. uel publicus status, uel maiestas prætoris in omnibus istis potest per inquisitionẽ procedi. Et isti ultimi processus vocanẽ partiales. Et secundũ constitutiones Cathaloniæ habent suos modos procedendi, qui seruandi sunt. Adde quòd facta denuntiatione iudici quod aliqui potẽtes opprimũt humiles vel miserabiles, statim iudex ex officio potest procedere cõtra tales, ad hoc quod not. Ioann. And. in cap. nouit, de iud. Et dicit Bar. in extrauaganti, ad reprimendum. quòd hoc sibi placet interpretatione iuuand. quoniã rei pub. utilitatem continet. Sed hoc uidetur prima facie contra dictum Inno. in ca. ad nostram, in. 2. de iureiur. ubi dicit quòd iudex ex officio non potest procedere per modum inquisitionis super iuribus singularium personarum, quia debet procedere ordinarie intentaris actionibus: sed istud dictum Bal. in satis peregrino loco limitat fore uerum in delictis tã publicis quàm priuatis commissis, uel ne committantur, contra miserabiles personas iudex ex officio potest ꝓcedere, & inquirere, ut. l. illicitas. § ne potẽtiores. ff. de offi. præsidis, & l. fi. ff. de offi. procuratoris Cæsaris. Sed de alijs iuribus dictarum personarum secus, & ita intelligitur dictum Inno. & hæc dicit not. & menti tenenda, in auctẽn. ad hæc. C. de vsuris, in fi. & ad primum bene facit ca. regum. 23. q. 5. & ad secundum cap. administratores, ea. causa & quęstione. Vnum tamen te scire volo, quòd in casibus in quibus potest fieri specialis inquisitio, de quibus supra uidisti,
25 necessarium est quòd fama † pręcedat, & de ea constet per informationem antequam procedatur ad inquisitionem, de accus. c. qualiter, in 2. aliàs condemnaretur fiscus uel iudex suo nomine in expẽsis. Si autem præcedat fama, & de illa constet, excusatur iudex & fiscus, licet inquisitus absoluatur, cum iudex id fecerit ex necessitate sui officij, ut in dicto. ca. qualiter & quando. de accus. de simonia. c. licet hely, & quod nota. de off. deleg. cap. ab arbitris, lib. 6. neq; enim debuit dimittere indefensum ius rei publicæ, pro timore expensarum. Ad hoc. l. 2. C. qui accusa. non possunt, nisi propter necessitatem officii accusans excusetur, a pœna calumniæ.

¶ Item quia motus propter famam præcedentem, habuit istam causam inquirendi, quæ excusat a condemnatione expensarum, de elect. cap. 1. lib. 6. & quod ibi not. Si verò non præcedente infamia, uel calumniose procederet, locus esset condemnationi expensarum, quæ uenit ut interesse, ut dictum est, nõ obstãte quòd procedat ex officio, ut patet de senten. excommuni. cap. sacro, ubicumq; enim est probabilis causa, excusat, de quo per Cyn. C. de iud. l. sancimus, & hoc expresse tenet do. Antho. de Butr. post

post Ioan. Andr. in capi. dilecti, de dolo & contumacia, & allegat gloss. in capitu. ad aures, de simonia, & quòd not. archidia. in capitu. ut officium. de hæret. lib. 6. Cautela est ergo pro excusando fisco, ut uel habeat vnum testem pro se uel saltim constet de fama per informationem, ad hoc. l. qui cum maior. §. fina. de bonis liberorum, & l. diuus. ff. de custod. reorum. cum similib. C. qui accus. nõ possunt, & l. Pola, de his quibus ut indign. & ita multotiens excusaui fiscum sententias perdentem, ꝙ est uerecundum, quia per talem informationem se debet monere, quòd indubitanter se teneat. nam
26 † fiscus qui sanctus est non debet quem calũniari. Sed uidi illum plures sententias perdere, in quibus nulla fama procedebat, imo uerius malitia & oppresio, & non condemnabatur in expensis. Et pro talibus oppresionibus, subditi depauperantur, quia cum absoluuntur sunt condemnati, propter expensas quas fecerunt, & nequeunt illas recuperare. Et ideo princeps tales oppresiões debet castigare, Ad hoc scribitur Hieremiæ. 7. capitu. Nolite contristari, ut non solùm eripiatis, sed ne patiamini quid ut uestra conniuentia eueniat eos ab illis contristari, & sanguinem ignoscentem non effundatur. In loco isto homicidas & sacrilegos. Et sub iũgitur, si inquit, hoc feceritis, o reges Iuda, tenebitis pristinam libertatem. & transumptiuè
27 in canone, in captu. Regum. 23. quæsti. 5. † Et ideo tales qui in tali officio delinquunt, princeps debet remouere, & nunquam ualeant ad illud restitui, in l. si aliquid. C. de suscep. & archa. libro. 10. de foro autem regni Valentiæ, regula est negatiua, quòd inquisitio nequit fieri nisi in casibus expresis, in iure regni, publice tamen diffamati de tali crimine, ut contra sodomitas, homicidas, latrones, & fures, & rapinã cõmittẽtes inuasorũ domorũ ruptorũ, itinerũ, depopulatores agrorum, uinearũ, & hortorũ, & de incẽdiariis, & de crimine lęsæ maiestatis, & falsatores monetæ, facta sibi prius denuntiatione, & non aliàs, ut hoc cauetur foro, in Rubrica de curia, capitu. la cort, & de aliquibus casibus ibi enumeratis, etiam foris aliis cauetur, qui in dictis casibus inquisitionẽ permittunt, ut de homicidio uides in foro, iat sia aco, de criminibus. ¶ Item in furto, si res furtiua sit reperta, in posse furis, & sit persona diffamata, & uerbo sit facta curiæ denũtiatio est casus inquisitionis, ut in capitu, vnico, de furtis, & in foro regis Alphonsi. Et quòd sit regula prohibitiua in inquisitione. † de foro probatur, quia in
28 criminibus nemo audiendus est, sine accusatore uel denuntiatore priuato, ut in foro qui accusare possunt. capitu. la cort. Sed quomodo hoc cùm aliqui fori specialiter in aliquibus casibus prohibeant inquisitionem, ut in incestu, in foro per colrte uexato regis Alphõsi, Rubrica de ordine cog. causarum fiscalium. ¶ Item in crimine proditionis cum miles damnificatur nisi secuta morte, ut in foro regis Martini, Rubrica de guerriar, & in inuadentib. domum alterius & similibus, ergo uidetur in contrariũ regulam esse scilicet iure nouorum fororũ permissam inquisitionem. In aliis casibus, quasi a prohibitione antiqua sit recessum. Sed posset dici hoc nomine addi, in dictis casibus, quod etiam aliqualiter curiæ constet in aliquo processu coram iudice forte per concessionem alicuius delati, non poterit procedi per inquisitionem, quòd aliàs in omnibus publicis criminibus posset, ad hoc not. per Bartol. & Bald. in dictis legibus. l. 2. §. si publico. ff. de adulte. & in l. ea quidem. C. de accusationibus. & quòd no. Innocen. in capitu. bonę, de elec. Neque obstat forus, la cort, quæ in aliis casibus designatis, ut supra specificatis non permittit inquisitionẽ, quia ibi uides quando contra illũ, contra quẽ fiebat specialis inquisitio, non erat notorium crimen, non dico omni notorietate, sed per solam infamiam, ut ibi dicit forus. Si autem curia in generali inquisitione tales habuisset testes per quos crimen esset probatum uel semiprobatũ, ut per vnũ testem, ut probatur, in l. . . de excus. tuto. ex cuius dicto, delatus posset torqueri, si talis esset reus qui torqueri posset, ut l. 2. C. ad l. Iulia. maiest. uel quia forte indecenter ex dictis correorum cõstat in processu de maleficio, iuxta not. in l. fina. de accusa. quæ dicta, quatuor sint efficaciæ dicam alibi, sufficiat pro nunc, quòd sint efficaces ad capiendum malefactorem & inquirendum, ut statim dicam. Et sic in aliis publicis criminibus, ex quo est factum quasi iudici notorium, non est dubium illum inquirere posse, & punire, nam crimina
29 semel † amissa apud iudicem, nullo modo ab eo debent præteriri, ut in capitul. crimina, de
30 collusione detegenda, nam † crimina vndecũque claruerint punienda sunt. 23. quæst. 3. cap. ecce. & 86. di. capit. si quid. Et ex his dicebam, in quæstione facti, cum ex testimonio, de facto nõ posset probari maleficium, in foro tituli, de testibus constaret ticium commisisse crimen falsi, & sic cõstabat iudici, saltim semiplene de delicto. ut not. in dicta. l. 2. C. ad l. Iulia. maiest. ex quo erat testis de actu propinquo, iuxta nota. in l. fina. C. de quæstionibus. & ff. ea. l. fina. & in l. fin. famil. erc. C. saltim ad effectum capiendi consocium, ut notat gloss. singul. in capitu. si clericos, de senten. excommuni. lib. 6. gloi. fina. Et sic ex quo iam aliquam certitudinem curia habebat, fiscus addidit primæuę denuntiationi seu inquisitioni consocium, qui eum per inquisitionem prosequebatur: dicebatur quòd non poterat, quia crimen falsi non est de casibus enumeratis in foro, in quibus inqsitio possit fieri, in foro, la cort, Rubrica, de la cort. Sed in contrarium consului: quod imo tali casu fiscus poterat prosequi contra illum consocium,

etiam

31 etiam per inquisitionem, quoniã crimen† falsi est publicum crimen, ut not. per gloss. in l. 1. C. de public. iudic. ad hoc no. C. de falsis. l. cum qui. Ex quo iudici constabat, saltim semiplenè per dictum consocij de foro, ex quo masculus, quia, fœmina de foro non potest in criminalib. esse testis, in foro en testament. Rubrica de testi. de foro, qui non potest facere testimonium, non facit iudicium siue præiudicium, in foro inans, de testibus, de quo uide no. per Bar. in l. l, maritus. ff. de quæstionibus, uidebatur iudicẽ iuste procedere, ad fisci instantiam, continuãdo primæuam instantiam, de quo iam erant in genere denuntiati omnes consocij, de quibus fiscus protestatus fuerat posse addere, & per inquisitionem ex quo iã per acta. processus quasi sibi notorium erat, non dico maleficium, sed acta, de appel. ex insinuatione, per Innocent. & de maleficio (ut est dictum) constabat semiplenè quòd impunitum nõ debebat relinquere. Ad hoc allegabam illam gloss. capitu. si clericos, de senten. excommun. libr. 6. ¶ Item quia qualitercunque de crimine constet coram iudice, de illo ipse potest cognoscere & est iudex, qui aliàs non esset iudex. l. 1. cũ ibi no. C. si aduersus libertatem, nam per causæ connexitatẽ est idem iudex. C. ubi causæ fiscales. l. cum venden. & quòd not. in l. cum eorum. C. de sententiis, & quod no. Barto. in 2. & 3. regula, in dicta. l. 2. §. si publico, de adulteriis. Neque dicebam obstare ꝙ aliqui forte dicunt, in foro, nõ podẽ, qui accusare possunt, quod crimina ex quibus debetur confiscatio bonorum, nõ sunt propria principis, & quòd in illis, non potest ipse accusare uel denuntiare, quia uerum est. Sed bene dicunt illa esse fiscalia, & sic possunt prosequi
32 per† inquisitionem, maximè quia in negociis principis in quibus agitur de bonis sibi incorporandis agi potest per inquisitionem, ut in l. 1. & fi. C. de bonis uac. & ibi per Bar. lib. 10. & quod no. Innocen. in cap. ad nostram, in secundo de iureiur. per quæ forsan posset dici, quod in criminibus in quibus est debita confiscatio, posit procedi per inquisitionem, non obstan. foro, maximè, quia iã liquet iudici, ut in casu prædicto, & ita consului, & factum fuit, & pendet de facto, nescio quem finem habebit. Et ex dictis iuribus potes dicere ꝙ in aliquo genere causarum patrimonialium potest procedi per inquisitionem, & quæ sit differentia inter causas patrimoniales & fiscales, uide quæ scribit Bald. in l. 1. C. de hæred. uel acti. uendi. ¶ Itẽ & princeps contra suos officiales, qui iurisdictionem uel res patrimoniales exercuerunt uel negociati sunt potest per inquisitionem procedere. iste est tex. ĩ l. 3. §. præterea. ff. de suspectis tutoribus. Et ita per illum tex. dicit Bal. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offi. proconsulis, pro quo facit c. qualiter & qñ, in 2. de accusa. quod no. ¶ POSTQVAM vidisti in quibus casibus posit procurator fisci procedere, de iure & foro per inquisitionem, uideamus quid sit inquisitio, & Baldus. in dicta. l. ea quidem. C. de accus. illam diffinit sic. Quòd inquisitio est requirendi & puniendi repertum culpabilem, ex officio inquirentis, quam diffinitionem dicit probari per. l. 4. §. 1. ff. ad l. iuliam peculatus, & in. l. iustissimos, de officio rectoris ,puin. secundum eum, de hac materia, uide plenius in speculo, titulo de inquisitione. in 3. porticula in principio, & in. §. sed nunquid inquisitores, de foro autẽ, quæ forma sit in inquisitione seruanda, habes in Rubrica, de la cort. capit. la cort, & cap. ensar inquisitionis, & uide quæ ibi habes per foristas, qui ad dictum forũ, la cort, uolunt addere unum casum, in quo dicunt inquisitionem locum habere dicentes, ꝙ cum uirginitate & castitate fiat furtum, in auct. de lenonibus. §. præconizamus, c. innotuit, quòd de tali crimine stupri posit inquiri iuxta formam, remittunt tamen ad not. per Iaco. de Belui. in d. §. præconizamus. ad hanc materiam inquisitionis. uide Bald. in. d. extrauag. ad reprimendã super uerbo, inquisitionem. Et quod no. Salyc. in. l. ea quidem. C. de accusationibus. Vnum tamen uolo quòd scias quòd iudex prosequitur in & per inquisitionem si reperit maleficium fore factum, & sic per quem damnum est datũ, qnod iudex inquirens debet facere ut primo satisfiat damnum passo, & demum si quid superest satisfiat curiæ, & ita de facto iudicauit consilium regis Franciæ, secundum Innocen. qui ita no. in. c. cum oporteat. de accusa. pro quo in ratione faciunt multi fori & priuilegia regni Valentiæ, quibus cauetur, quòd donec læsus satisfiat, non soluatur pœna fisco, sed illud est partis agentis, hic solum iudice inquirente, qnod est
33 singulare. † Item scias quòd in iudicem inquirentem, non habet locum prorogatio iurisdictionis, & ita dicit Bald. in. l. 1. in fine. C. ubi de crimine agi oportet. dicens qđ suo uidere hoc tenuit Speculator quòd in inquisitione, nõ habet locum prorogatio iurisdictionis. Et est ratio, quia ibi non fit litis contestatio: nam proprie loquendo, non sunt ibi partes quæ posint prorogare iurisdictionem, & iudex in seipsum non prorogat, neque fama prorogat, quia non habet in se consensum secundum eum, ex quo potest dici, quod in qualibet parte causæ reus potest declinare forum, & dicere sententiã nullam, tanquam a non competenri iudice latam, vt in. l. 2. C. si a non competenti iudice, & extra de iudiciis. c. at si clerici. Hoc tamen aliqui limitant, nisi reus in ipsa inquisitione esset crimen
34 confessus: † quia si confessio emanat principaliter propter se, etiam quod iudicium sit nullum, potest sequi condemnatio, ut est casus in c. 1. de accus. lib. 6. & in. l. si confessus. de custodia reorum. ff. per Bar. Sed ijs non obstantibus tenendum est contrarium: nam ex quo nõ fuit

in

in inquisitione facta ualida prorogatio, semper iudex inquirens restauit incompetens, &
35 confessio † fuit nulla, saltim ut iudicialis, ut est tex. & ibi dominus Antonius de Butr. in capit. at si clerici. de iudiciis. De qua nullitate potest opponi etiam post sententiam, secundum glo. auream. in cle. vnica, de sequestra. posses. & fructuum, de qua Angelus facit magnum festum, dicens non esse alibi in l.4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno in fec. sed pro illa allego tibi casum, in l. scire oportet. §. fina. ff. de excu. tuto. quem tene mēti: quia habes casum, de quo canonistæ faciunt sibi magnum festum, de gloss. & legistæ multotiens illum casum ignorantes. Et sic talis iudex incompetens, uirtute confessionis non poterit condemnare, cū omnia acta sint nulla, neq; obstat illa decretalis prima de accusa. neque notata in dicta. l. si confessus, qa loquuntur, quando iudex est cōpetens, & alias processus peccat in aliqua nullitate. ¶ Item ēt illud limitatur nisi nullitas peccaret in defectu illegitimi accusatoris: quia tunc etiam ex cōfessione nequit condemnare, secundum auctoritatem gloss. in l. si filium. C. de libe. causa, quā nescio alibi, & ibi Bald. sed talis confessio forte daret materiam inquirendi, ex quo est iam notoriū iudici. Ad quod faciunt quæ supra diximus, & cogetur reus perseuerare in illa confessione, ad hoc quod no. Innocen. in capi. per inquisitionem, de elec. ¶ Et no. in hac inquisitionis materia, quòd semper præsumitur pro iudice inquirente, ut est casus in l.2. C. de officio. ciuilium iudicum. intantum, ut nō habeat locum recusatio, neque procedat reconuentio, cum præsumatur ex odio proponi. de accusat. cum. P. Et ita tenet spe. in titu. de inquisitione. §.1. & gloss. & dominus Anton. de Butrio, in capit. qualiter & quando, in 2. de accusa. Et si uis uidere aliqua specialia in materia inquisitionis, uide Hostien. in capitul. qualiter, in primo, de accusat. & ibi aliquid de forma inquisitionis; quæ est materia propria capit. qualiter. & in 2. in §. debet. eodem titu. ¶ Si quæris de confessionibus factis in inquisitione, & de illarum reuocatione uel interpretatione, uide capitu. cum dilecti, & quòd ibi no. de accusationi. Materiam autem inquisitionis specialis & generalis, tam in capite quàm in membris, & de multis particularibus, in materia inquisitionis, uide dominum Antonius de Butrio, in capitulo. qualiter, in magno, de accusa. in capitulo. cum Ioannes de re iudica. quæ hic tibi denumerare non curo: quia possem facere de hoc vnum librum, sufficiat tibi remisisse, nisi quatenus ad nostrum propositum attingat, ex quibus multos flores colligas. ¶ Vnum tamen non omitto, de quo sæpissime delati conquæruntur formata inquisitione, & receptis confessionib. & testibus, & illis publicatis, quia forsan crimen nō est probatum: dicit pars prosequens inquisitionem uel fiscus, quòd detur sibi dilatio: quoniam nouiter testes ad eius notitiam deuenerunt, quæritur an sit danda dilatio? & quid si pro parte rei ad defensam testium productio requiratur & dilatio? De hoc ego uidi pluries
36 cōtendi. † Nam dicitur quòd regula est quòd testibus publicatis, qui lapsis dilationibus, ꝑ publicatis sunt habendi, non debent, neq; possunt testes recipi: in auctentica de testibus. §. quia uerò, & in cle. de testi. in cle. & ratione illorum iurium est timor subornationis, quæ mul-
37 to magis odiosa debet esse, † in criminali quā in ciuili, quia ubi maius periculū, ibi cautius est agendum, de elec. capitu. ubi maius. ¶ Item istud iam fortius procedit de foro, de quo solum post publicationem datur facultas obijciendi & sententiandi in negotio ab ipso foro, Enfer, inquisitions, & in foro la cort. Rubric. de la cort, ubi hoc tenent aliqui foristæ, ut habeo per dominum Generium rabacam. Sed salua eius determinatione & pace, credo eū non bene dixisse. Nam multi sunt casus de foro, ī quibus si præcedat infamia, & priuata sit facta denunciatio, etiam aliquando sine illa iudex inquirit, & illam priuatus non prosequitur, & illam iudex fisco instante prosequitur ex officio, ut satis latè diximus, meritò iudex ex officio tali casu, tam ad offensam, quàm ad defensam, potest testes recipere. ¶ Iste est casus in capitu. cum clamor, & ibi per Innocen. de testi. & hoc sequitur Bald. in l. præsbyteri. C. de episcop. & cle. & forus in aliquo non contrariatur, sed est casus a foro diuisus. Si autem priuatus prosequitur inquisitionem, esset maius dubium propter timorem subornationis. Et ideo in hoc est iudicis arbitrium & suum officium, ut si uidet aliquas uerisimilitudines de delicto, quæ suum officium moneāt, tā ad offensam, quàm in defensam, testes ex officio recipiat, non ad partiū productionem, & tunc iudex assumit suum officium abstractum a partium instantiis. Et ad id allegatur communiter Bar. in l.2. C. de abolitionibus, extra de col. de ce. capitu. 1. de pœnis. l. si non defendantur. & in aucten. de tabellionibus. §. ultimo. & nota. in l. si idem. §. si tibi de condi. ob turpem causam. Et ita ipse tenet in l.1. §. fin. ff. de quæstionibus, & in l. si non defendantur, de pœnis. Et clarius loquitur in l.2. §. si publico. ff. de adulteriis, quià dicit tam ad offensam, quàm ad defensam in sua disputatione, incipien. iudex maleficiorū, & uide Bal. in dicta. l. præsbyteri. Et talis receptio testium ex officio iudicis nō uetatur foro, quia ubicū-
38 que æquitas † mouet iudicem, suum exercet officium. l. vbicunq;. ff. de interrogatoria actione. Et post renuntiationem in causa, ut in cap. cum Ioannes. de fide instrumen. & ibi no. in ca. cum causam. de iuramento calum. & istud officium impartitur iudex ob publicam utilitatem, ne maleficia remaneant impunita, de senten.

ten.excommunica.capitu.ut famæ, de publicanis.l.licitatio.§. quòd illicitis. Et quia magna ratio suadet ob maleficia pœnas lui.l. si in area.§.fina.ff.de fideiussoribus. Et pari forma ne innocentes cõdemnentur.ff. de pœnis.l.absentes. Est ergo cautela, ut prosequens inquisitionem, uel delatus notificent, uel notificari faciant iudici inquirenti qualiter sunt tales & tales testes, qui sciunt facti ueritatem, & iudex ex uariis circunstantiis arbitrabitur illos ex officio recipiendos, uel nõ.arg.l.3. ff. de testibus. Ibi tu magis scire potes &c. Pro hac cautela facit quòd no.Bal.in l.ampliorem.C.de appella. dicens inferri quãdam nouam conclusionem, quòd dato quòd clemẽtina (testibus) haberet obseruari, quod in cã appellationis non pos-
39 sint testes recipi, remedium est, quòd ille qui non potest producere testes, didicitis testificatis, nomina testium det iudici, & absentent se, & tunc ex quo non timetur subornatio recipiat dictos testes, & iuramẽta, & depositiones, & ualebunt eorum testimonia secundum Baldum ibi. Sed ut ipse loquitur, non credo eum benedicere, quòd iudex teneatur testes recipere, imo erit in suo arbitrio circunstantiis, tã testium quàm partium attentis, uti diximus. Neque obstat quòd per absentiam partiũ non timetur subornatio, quia potuit procedere ante testium nominationem, & sic hoc dico arbitrarium. Non obstant quòd fori dilationes sint lapsæ, quia nouæ probatiões quæ nouiter prouenerunt, non uidetur quòd possint claudi in dilationibus a foro datis. Ad hoc extra de exceptio.capitu.pastoralis. Ad hoc allego tibi illud elegans consilium Dyni, ꝙ dominus Bald. ibi allegat, in l. inuitus. de procura. C.ubi dicit ꝙ licet statutum uel ius commune dictet, quòd in causa nullitatis uel appellationis, nõ debent recipi nouæ probationes, tamen debẽt recipi si prouenerint de nouo: quoniam cũ non potuerunt claudi in primæuo iudicio, ne frustra oriantur, possunt de nouo allegari. argum. ff.de condict.sine causa.l.si fullo, secundum eũ. Et nota ista, quia nescio si melius audiuisti discussam hanc materiam. Ex qua colligere potes, quando per fiscum subditi grauantur, & quando non.

CAMILLI BORRELLI

ADDITIO.

a ¶DE FORO AVTEM REGNI VALENTIAE] Quod priuatus prosequens quærelam, aut accusationem, uel denuntiationem, & non probans, uel alio modo succumbens, condemnari debeat ad expenpensas. Habetur in l.sæueriter. C.de excus. tutor. uoluit Guido Pap. in decis. gratianop. 269. Marsil.in l. patre, uel marito.numer. 17.ff.de quæstion. uoluit etiam Tho. Grammat.in Decisio.Neap.39.Ioannes Baptista.per totum. Vbi quòd plus est nu.8.dicit, quòd dicta condemnatio expensarum facienda est, etiam si pars quærelans declarasset se nolle litigare, uel partem facere in iudicio. Quinimo iudex malè denuntiantẽ, uel succumbentẽ quærelantẽ omittens ad expensas condemnare ipse tenebitur. authoritate Guid.de Suzzar.ita uoluit Amod. Iustin.in tract.Sindic.in Rub.qual.pun.offi.de Neglig.& Cyrill.Fulgeon.in summula crim.parte.1.tit. de Alcius. §.3.num.7.uoluit etiam Bald.in consil.426.nu.1. uol.5. Cataldin.in trac.sind.num.113.Et ideo inoleuit practica, qua inquisitus petit quòd accusator declaret, an uelit facere partem in iudicio, & in casu acceptationis præstat cautionem expensarũ, quæ aliás esset elusoria, si nõ fieret accusatoris comdemnatio ad expensas. ut Angel. in consil.56.quidam. & uoluit Bonacossa in qq. criminalib.§.accusatio.& Conrad.de offic.prætor. caus.crim. titul.de accusation.nu. 18.ubi ponit regulam cum quatuor ampliationibus, & quatuor limitationibus. Gargiar. patro. c. 19.numer. 91.

b ¶REVS VIDETVR TAMEN CONFITERI] An, & quando transigens super delicto, uel concordãs se cum parte accusante uideatur delictum cõfiteri. Blãc. in l.fin.numer.306.ff. de quæst. Moron. in tract. de fid. treg.& pace.& Iacob.Nouell. in pract. crim. in fin. ubi tractat de pace. remissiue. Bonacossa. in qq.crim.§.cõcordia. & Octauianus vulpell.in tract. de pace, & in dic. q.27.per totũ. Foller.in tract.crim.canon.parte.2. accusatione porrecta.num.63. & seq.

c ¶SINE ACCVSATORE NEMO DAMNATVR] Cui concinit, illud domini in euangelio, mulier ubi est, qui te accusat, nemo domine, nec ego te cõdemnabo. Io.c.18. Barto. in dicta. l. 2.§.si publico.ff.de adult. Hostiens.in summat.titu.de crim.sin.ord. pre. col. 2.quinimo Bald.in l.1.num.33.C.de confess.inquit, quẽ non posse damnari, etiam si sit confessus, sine accusatore, uel inquisitione, nisi extraordinariè. Tu tamen uideas Lancelot.Courad.de offic.præt.in caus.crim.§.3.titu. de accus.num.8.& in titu.de notor.crim.num. 5. ubi adducit plures limitationes. & uide Folle 2 in pract. crimin. canoni.parte.2.§.uel flagitium carnis. numero.13. cum sequ.

d ¶CONSTITVENDO DENVNTIATORES] Quæ requirantur in denuntiatore maleficiorum publice constituto, & an debeãt iurare, & an eis credatur, & ex eorum dicto possit procedi ad condemnationem? Vide Ange.ubi Augustin.in tract.maleficiorum. §. Hæc non ad denuntiam.per totum. Cæpell. in consil.crimin. 40.nume.9.Hippolyt.de Marsil.in pract.crimin.§.principium.num.23.Conrad. in Breuiario.de offic. prætor. in caus.crimin.§.3.titu.de renuntiat. per totum. Iodoc. Damhouder.in Enchirid.crimin.c. 6.Ioan.Maria Monticelli.in pract.crimin, regu. 1.num.46.Iuli.Clar.in prac. crimin.q.7. per totum. Iacobu.Menoch.de Arbitr.Iud. quæstion.libr.2.Centur.2. casu. 198.per totum. Luchin. de Curtis.in consil.63.uolum.1. criminalium. Francisc. Maria de Plotis in consil. 167.eodem uolumi. Blanc. in pract.5.postquàm.numer.3.& §.hijs.numer.130.

Camillus Borrellus.

## De grauatis contra forum, vel constitutionem extra regnum, in curia interuenientium. Rubri. 34.

In §. Vltimo.

*SVMMARIVM.*

1 *Regna subdita regi Arrogonum.*

VLTIMO

LTIMO pro cōclusione negotiorum, militares tangentium, restat vnum uidere, de quo sæpe militares in curiis conqueruntur. Nam cum aliqui sint qui habēt hæreditates in
1 † Arragonia Cathalonia Regno Maioricarum Sardenia Sicilia, quæ omnia regna sunt subdita domino regi Arragonum, & alicui milit., uel baroni, est subtracta aliqua baronia, uel aliqua terra, per principē & data alij, uel sibi retēta, ut euenit sæpissimè, in Sicilia, vel Sardenia. Nunc cum princeps tenet curias generales uel particulares, in his regnis cismarinis, opponitur in uiam grauaminis. ¶ Pro parte regia allegatur, quod ut alius sedet in curiis istis, quam ut rex Siciliæ uel Sardaniæ, ergo de negotiis illorum regnorum non habet tractare. argumen. l. si pater. de adop. & capit. a collatione, de appellat. qui est bonus text. in materia. Ad hoc, capitu. Romana. §. debet. Et quòd ibi notatur de appella. libro. 6. ¶ Sed in contrarium uidebatur: quoniam ex quo princeps uidebatur in dolo, militem re sua spoliādo, non habebat locum argumentum de tanquam, neque dicere poterat, quòd tanquam alius hoc fecisset. Ad hoc. l. j. C. de dolo, & quòd ibi no. & l. fina. §. quatuor. de legatis secundo. ¶ Sed communiter tenetur contrarium: quoniam & fiscus, & stationes sunt diuersæ, & de vna ad aliam non infertur. C. de compensa. l. 1. & quòd ibi notatur. Et quia fisco in fiscalia nō uocato cuius intererat, non poterat in integrū restitu. capitu. cum ex literis, cum similibus: & quia si alius totius possidebat, ille erat uocandus. 12. quæst. 2. capitu. de rebus, qui non erat uocandus, neque poterat extra suam trahi prouinciam inuitus. Et sic uidi determinari ī curijs, in concordia.

## De grauaminibus ciuitatum & villarum regalium. Rubric. 35.

### In §. Post militares.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudex fugiens, habetur pro confesso.*
2 *Iudex, pro delicto familiæ non tenetur criminaliter.*
3 *Domestici & familiares qui dicantur.*
4 *Iudex, qui habeat gladij potestatem.*
5 *Officialis delinquēs, duplicem offensam committit.*
6 *Fiscus suorum subditorum commoda non negligit.*
7 *Quis non potest renuntiare iuri suo, in dispendium meum.*
8 *Omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur.*
9 *Lex in aliquibus correcta, in alijs vma remanet.*
10 *Iuri antiquo vbi additur vel detrahitur, ius nouum constituitur.*
11 *Pro iustitia defendenda, Petrus Belluga, loco præmij, fuit deportatus.*
12 *Qui abutitur priuilegio, illud debet amittere.*
13 *Probationes contra officiales, debent esse probationes euidentes.*
14 *Dolus, qualiter coniecturatur.*
15 *Iudex, ex probatis arbitratur.*
16 *Importunæ, preces potentum sunt iustus metus.*
17 *Culpæ tres sunt species.*
18 *Leuissima culpa, non venit in actione mandati.*
19 *Exempla, leuissimę culpæ.*
20 *Equitans male, vt scholasticus, si equum lędat, vtrum teneatur?*
21 *Latæ culpæ exempla.*
22 *Iudex qui non emendat crimen quando potest, illud committere videtur.*
23 *Lata culpa quod remoueat quem ab officio.*
24 *Male tractans carceratos, qualiter puniatur?*
25 *Imperitia artis est lata culpa, vide supra, exēplum in indice.*
26 *Ignorare quod excellentissimi tantum sciant, est leuis culpa.*
27 *In ijs quæ exorbitant a iure communi, faciliter erratur.*
28 *Errans a iure, stultus appellatur.*
29 *Ignorantia consuetudinis, qualiter tolleretur?*
30 *Imperiti, quando habentur pro peritis?*
31 *Omnia iura, nullus scit.*
32 *Iudex sequens, malam opinionem doctorum, qualiter puniatur?*
33 *Electio mala est in culpa.*
34 *Iudex, quas alienationes, & quomodo reuocet?*
35 *Delinquens in officio, venit eo priuandus.*
36 *Consuetudo habet potestatem in sanguine.*
37 *Leuissima culpa, non est maleficium.*
38 *Quando quis punitur de dolo, vel de lata culpa, vtrum sit infamis.*
39 *Lata culpa, quando non æquiparetur dolo.*
40 *Error, quando potius quam malitia præsumatur?*
41 *Iudex, in modico errore excusatur.*
42 *Magis nocet sapiens infidelis, quam insipiens.*
43 *Officialis bonus, qualiter esse debeat.*


OST militares in curijs, sedent sindici, & nuntij ciuitatum & uillarū regalium, ideo de illorum grauaminibus particulariter pertangamus.
¶ Et primo uideamus materiā inquisitionum officialium, de qua ciuitates & villæ regales sæpissime conquæruntur. Cur inquisitiones non fiunt contra Gubernatores, & Baiulos, non curando de eorum officialibus iu stit. iurat. & nindacaffis. Et quia omnes recusant inquisitiones, princeps euadendo, generaliter eas concedit, ut unis recusantibus cæteri euadant. Et sic prohdolor, nos subditi depauperamur, à grauamine, & reaggrauamur,
1 & periclitamus in nostra iustitia. † Et ut hanc mate-

materiam tu funditus uideas, tam de iure quã de foro, ſcias quòd de iure omnes iudices poſt depoſitã adminiſtrationẽ habebãt ſtare in loco uel ꝓuincia quã adminiſtrauerãt, & reſpondere de eis quærelantibus, & hoc probant text. in l. vnica. C. ut omnes, tam ciuiles, quàm militares. & in auctent. ut iudices ſine quoquo ſuffragio. §. neceſsitatem. colla. 2. & ſi fugiebant,
a habebantur pro confeſsis, [a] de criminibus, & foris factis illis impoſitis, ut in l. conſiliarios. C. de aſſeſſo. & in eo habebat locum remiſsio, ut in dict. §. neceſsitatem, quia retinebatur ad locum geſtæ adminiſtrationis, & aliqua fori declinatoria allegari nequit, ut eſt text. optimus in l. fina. C. ubi de ratiociniis agi oportet. Nam ut ibi dicit tex. ibi, debet reſpondere in quo loco ſuos contubernales dicitur afflixiſſe, Si autem auro iuſtitiam uendendo in principe, pœnis ſubiicitur legitimis & ſcæleſtibus ſuppliciis reus erit, & quòd iniuſtè rapuit, in quadruplum debet reſtitui, ut in dict. §. neceſsitatem. Et nedũ pro ſuis forisfactis tenetur, ſed & ſuæ familiæ & mancipiorum, ut eſt optimus tex. in l. j. C. ad l. Iuliam repetundarum. Hoc tamen tu limita fore uerum quando illi delinquunt ſub prætextu officij domini, ut eſt tex. in aucten. de iudicibus. §. ne autem, colla. 6. Si autem delictũ non erat commune cum officio, ut quia vnus familiaris fecit vnum homicidium, uel vulnus, non tenetur de iure pro eo, ut no. de reſtit. ſpolia. capitu. cum ad ſedem. ¶ Et ſcias quòd quãdo ſtatuta terrarum, diſponunt quòd iudices
2 terrarum teneantur pro factis uel delictis † fa-
b miliæ, [b] intelligitur ciuiliter non criminaliter, ſecundum gloſ. in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de officio proconſulis. Et ſic quando tenentur de iure, ut in factis prætextu officij uel ex ſtatuto ex aliis forisfactis, ſolum tenetur ad intereſſe parti læſæ ex facto ſuæ familiæ. ff. de furtis aduerſus nautas. l. 1. §. ſerui, & in auctent. ut differen. iudices. §. ſi tamen. Et plus dicit Bal. in di. §. proficiſci. quòd etiam quòd poteſtas ſe obligauerit pro ſua familia ad ſoluendum pœnam omnem ciuilem, & criminalem per illos incurrendam de familia ſua, ſolùm intelligitur de pœna pecuniaria, non de pœna corporali, quæ per alium pro alio ſolui non poteſt, neque promitti. arg. ff. de interrogatio. acti. l. qui ſeruum. in princip. & quòd no. 23. quæſt. 5. capitu. cum homo. Sed quòd dicitur quòd dominus regulariter non tenetur pro delictis familiæ commiſsis extra officium domini, eſt uerum, quãdo nil ad dominum peruenit. Si aliquid ad eũ peruenit, tũc tenetur per tex. in l. 1. §. quòd igitur, cum ſimilibus. ff. de ui & ui arma. dum tamen immediatè uel ab ipſo famulo in dominum peruenit. Si autem ab alio ad dominum peruenerit, non tenetur ſecundum Innocen. qui ita notat in capitu. cum ad ſedem, de reſti. ſpo. & ad materiã quòd dominus uel officialis tenet de facto familiæ, vide Bar. in l. 1. C. de epiſcopis & clericis, & in Rubric. de pœna iudicis qui malè iudicat. Et dicit vnum uerbum in l. Titius. de teſtamentum milit. quòd quamuis ſtatutum obliget dominum uel officialem pro facto familiæ intelligitur de commiſsis durante famulatu. Non autem de ante commiſsis p l. prouidendum. C. de decurionibus. lib. 10. quę
3 ad hoc notabilis. † Qui autem dicantur familiates, & qui domeſtici, vide text. in dicto. §. familiæ, & in l. prim. §. familiæ. ff. de ui & ui arma. Et uide tex. & Ioann. And. in capit. ſicut nobis. de uerborum ſigni. libro. 6. Et Bald. in l. 1. C. de epiſcopis & clericis. Et ſcias quòd de generali italiæ conſuetudine uocatur ſindicatus, & iudices ſunt iudic. ſindi. Et ideo hanc materiam tractat Ioannes Andr. in addi. ad ſpeculum, in tit. de ſindico. Dicens iudices ſindicatores debere habere gladij poteſtatem. Alleg. quòd no. in §. neceſsitatem. in auctentic. ut iudices ſine quoquo ſuffragio, quòd eſt notandum ꝙ iudices inquiſitores qui generaliter deputantur, & datur illis poteſtas inquirendi & puniendi, qđ
4 uidetur illis attributa poteſtas † gladij. Et id uidetur ſequi Bald. in l. obſeruare. §. proficiſci, de officio proconſulis, dicẽs quòd iudex iſtius ſindicatus eſt princeps. ¶ Item præfectus prætorio. ¶ Item is cui præfectus committit. ¶ Itẽ epiſcopus, allegat. ut omnes, tam ciuiles, quàm militares iudices. l. 1. in fine, & in auctentica, ut iudices ſine quoquo ſuffragio. §. neceſsitatem. ¶ Sed dicit quòd generaliter conſuetudine rationali, iuriſdictio epiſcopi euanuit, ſed quia præfectus prætorio in Italia nõ habetur, debet ſindicari prædeceſſor, coram ſucceſſore, habente merum imperium, de iudiciis. l. pars literarum, ſecundum eum. Et allegat dictum Ioann. And. allegatum. ¶ Sed ex predictis iuribus, tibi deſuper allegatis, tu nõ habes quòd ſiue princeps, ſiue alius iudex ſindicatus a principe, uel a lege datus, poſsint per inquiſitionem procedere, cum tex. allegati dicant, quòd epiſcopi habẽt ſuſcipere conuentiones, & ſic petitiones in ſcriptis, ut ibi in §. neceſsitatem, & in dicta. l. vnica. C. ut omnes, tam ciuiles, quàm criminales. quòd per accuſationem habeat procedi ibi per inſcriptionem, laqueos irretitus, & ſic ꝙ de iure uia agendi contra tales in ciuili eſt petitio, in criminali accuſatio. Sed dicit ꝙ of-
5 ficialis † delinquens in officio, duplicẽ offenſam committit. Vnam ciuitati uel prouinciæ, & reipublicæ, quàm adminiſtrauit uel rexit. Aliam ſingularibus offenſis, de ſententia excómunicationis, ut famæ, & capitu. contingit, & l. licitatio. §. ꝙ illicite, de publi. cum ſimilibus. Reſpectu autem offenſæ publicæ, princeps eſt iudex, poteſt & debet generaliter iquirere cõtra tales officiales. Nam contra omnes officiales procedi poſſunt per inquiſitionem, ut dicit Bald. in d. §. proficiſci. Ibi quinto quæritur, licet

cet dicat quòd damnati per inquisitionem, non sunt infames; quia in eo quòd grauantur præter legem, subleuantur. lege tertia. §. præterea. ff. de suspectis tutoribus. Et si ex generali inquisitione reperiuntur in aliquo culpabiles: contra illos procedetur per inquisitionem specialem, ut notat Innocentius in capitu. bonæ. de electio. & Bartolus in lege secunda. §. si publico. ff. de adulteriis, sic intelligens. leg. congruit. ff. de officio præsid. Et dixi satis latè supra in §. rem non nouam. in uersiculo. Et scias. Et si per talem inquisitionem incidenter constat de damno dato priuato, illam iudex faciet resarcire, etiam quòd sola ciuili actione teneretur, quod est speciale in hac inquisitione, quia quàmuis cũ de delicto constat per inquisitionem specialem iudex debeat facere primo loco iniuriã passo satisfieri, & demum curiæ, ut dicit Innocentius per illum textum in capitu. cum oportet, de accusatio. attamen, quia in ciuili causa, realiter inquisitio est prohibita, ut nota. Innocentius in capitul. ad nostram. in secundo, de iuriurand. quia inquisitio ad priuata iura, non extenditur ut ibi, tamen propter publicum interesse peruenitur ad illam & si incidenter, de damno dato, uel indebite capto ab officiali constet, iudex
6 facit id restitui ne fiscus suorum † subditorum commoda negligere uideatur. argumento legis, interdum. §. qui furem. ff. de furtis, & lege solemus. §. latrunculator. ff. de iudiciis. Et bene probatur in dicto. §. necessitatem, in auctentica. ut iudices sine quoquo suffragio. Et id sentit Baldus in dicto. §. proficisci, licet non ita clarè loquatur. Si autem priuatus uelit agere ciuiliter, uel criminaliter, hæc iudicia regulantur sicut alia, quia per uiam accusationis propositæ, uel actionis intentatæ, uel inquisitionis in casibus a iure permissis, sicut in cæteris reis, licet in forma agendi, est differentia, uti late uidebis infra, in titul. de purgatione grauaminum, quia ibi apertius cadit.

¶ Sed uideamus de iure, quibus causis poterit sindicari, dicit quòd de omnibus forefactis, prætextu officij, puta de summis malè oblatis, & de barateriis & similibus dolo commissis. Ad hoc. l. secunda. quod quisque iuris. ff. Si autem delinquit extra officium, puta adulterando, dicit Guillelmus de Cugno, quòd hoc non pertinet ad sindicatores. Sed proceditur cõtra talem officialem, quemadmodum contra alium priuatum, ibidem delinquentẽ, usque ad uiginti annos, non attenta mora uel ordine sindicatus. iuxta leg. quærelam. C. de falsis. Hoc tenet Guillermus. C. quorum appellatio. non recipian. lege, nulli: Allegat. ff. nautæ, caupones, stabularij. lege tertia. §. penultimo. Sed Baldus in dicto. §. proficisci, tenet contrarium, dicens illud esse uerum, si conuenitur de factis uel commissis extra, puta, Si conuenitur, quia ante promiserat ibi soluere, de constitu. pecunia l. eum qui. §. Iulianus. Sed de eo quòd factum est infra terminos loci, & temporis officij de toto debet sindicari, ut de furto, & iniuria, & probatur in dicto. §. necessitatem. in auctentica. ut iudices sine quoquo suffragio, & in dicta. l. prima. C. ut omnes tam ciuiles, quàm militares. qui text. optimè probant: ex his in iure dispositis, normam accipiens serenissimus rex Iacobus secundus, suo in curiali priuilegio & foro communi, in curia ædito concessit generaliter inquisitionem faciendam, contra omnes officiales, quod uidentes iurati ciuitatis, quod similiter eos tangebat & officiales ciuitatis, supplicarũt principi, quòd illud irreuocaret, uel supersederet, & fuit per sex dies post illius supplicationem supercessum, ut patet per regiam prouisionem, de qua omittenda, nescio si dicam, quòd deus parcat impetrantibus, qui fuerunt in causam destructionis, quia iurati & alij officiales uidentes contra eos non posse inquiri, quòd etiam impetrarunt cũ aliis regibus prouisionibus, multa faciunt, quæ in destructionem ciuitatis tendunt ferè ad interitum.

¶ EXPOST DOMINVS Alphonsus primus in suis foris, Rubrica, de inquisitione officialium. capitu. vnico. prouidit quòd quolibet anno fiat inquisitio cuilibet iustitiæ & accessoribus & nindacassis, per regios inquisitores, dando formam & tempus inquisitioni, uidelicet ꝙ inquisitio habet incipere infra. xl. dies, finito anno administratiõis, & ꝙ cõtinetur inquisitio usque ad finem, & quousq; officialis sit absolutus, uel condemnatus per sentẽtiã, in qua inquisitione olim officiales debent facere ius quærelantibus, & ꝙ si infra dictos quadraginta dies, princeps dictam inquisitionem non fecerit incipere uel continuare, uel ubi officialis esset absolutus, uel condemnatus, nequeat fieri inquisitio denuo contra eũ, sed teneatur facere contra eum quærelantibus rationem coram ordinariis, per petitionẽ, denuntiationem, uel accusationem. ¶ Item rex Petrus in suo foro sanxit quòd gubernator & eius locumtenens, debet dare cautionem de iudicio sisti, & iudicato soluendo coram rege, uel ab eo delegato super omni clamo, contra eum proposito. ¶ Item expost coram domino rege fœliciter regnante in curiis quas in regno Valentiæ celebrauit in Anno dñi. M.ccc. xviij. coram eo in uiam grauaminis offerretur, quare contra gubernatorẽ & baiulum suos locumtenentes & baiulos, non fiebat inquisitio, prouidit ꝙ iuxta priuilegium regis Iacobi, & forum fieret inquisitio contra oẽs officiales gñaliter, ꝙ prouisio nõ fuit facta cũ uoluntate curiæ, iõ nõ acceptata ꝑ curiã finaliter ultimatè ĩ curiis celebratis per regem Nauarræ locũteneñ. in ci-

uitate Valentiæ, in viam grauaminis oblatum & fuit multum altercatum me disputante pro parte curiæ, & domino Ioanne Mercadier tunc baiulo pro parte regia. ¶ Et pro parte regia allegabatur quod dictus forus uel priuilegium regis Iacobi in eadem curia ad suppositionem iuratorum, fuit supercessum, & sic non potest vires habere, quia non receptum, neque moribus utentium approbatum. Ad hoc nota. in capitulo primo. de treuga & pac. ¶ Item quia quòd fieret inquisitio contra omnes officiales, sicut iam primum erat ordinatum per regem Iacobum erat prouisum per regem Alphonsum fœliciter regnantem in curijs. Anni millesimi quadringentesimi decimioctaui. quæ erat quædam declaratio dictorum, & sententia principis respond. super dubio fororum, & in lege, cum de nouo, & quod ibi not. in glo. C. de legibus, & . ff. de legibus. lege, & ideo, eo. titulo. l. nam vt ait Demosthenes. Et sic dicebat ipse quòd illa principis prouisio dicto grauamini facta, erat principis sententia & declaratio, quæ pro lege erat seruanda. C. de legatis. lege finali. ¶ Item allegabat dictus dominus quandam prouisionem regis Petri, anni sexagesimitertij. quæ inhibet inquisitiones officialium & fuit impetrata ad postulationem ciuitatis, ex quo dicebat quòd ex quo inquisitio officialium, inferiorum, & eiusdem generis inquisitionis cuius est superior iurisdictio erat sublata, & per consequens superior. Ad hoc allegat dict. leg. prima. C. de officio. præf. urbis. ¶ Item & dicebat quòd per dictum forum regis Alphonsi recessum erat a dispositione ueteris iuris, & nouissima principis uoluntas, legis conden. seruetur. ff. de legatis, primo lege. si mihi & tibi. §. in legat. & l. si quis, in princip. testamenti. ff. de legat. 3. de adimendis legatis. lege, translatio, in fin. de constitut. capitulo primo. libro sexto. cum similibus. ¶ Pro parte curiæ allegabam quòd ex quo cum consensu totius curiæ serenissimus rex Iacobus forum ædidit & publicauit ex quo cum consensu totius curiæ, sereuit, & ius ex æditione fuit quæsitum omnibus brachijs curiæ & singularibus eiusdem ad supplicationem ciuitatis, uel etiam totius brachij ciuitatum & villarum nequibat reuocari, neque supersederi; quoniam etiam quando ex alterius facto sentio commodum, iuxta iam mihi quæsitã ille non † potest renun-
7 tiare suo fauori, vt perdam ius meum, & in mei damnum. ff. de contratabula. lege, post mortem. Et quòd ibi notat Bartolus. Facit quod notatur in. lege, petendum, de in integrum restitutio. minorum. C. & leg. ampliorem. C. de appellatio. & lege, omnem honorem. C. quando prouocat. non est necesse. ¶ Et pro isto facit quòd notat Innocentius, Hostiensis, & Dominus Anthonius de Butrio, in capit. ex conquestione. de resti. spoliatorum, quòd etiam rescriptum ad partis instantiam impetratum, si fuerit præsentatum pars impetrans ex quo est factum crimen, non potest in præiudicium rei renunciare. Si autem proprio motu sit concessum, etiam ante præsentationem nequit illi renunciare altera partium, & idem est dicendum in priuilegio alicui concesso, ex quo alteri ius porrigitur, quòd impetrans nequit illi renunciare, si vsus est eo, uel si concedens proprio motu concedit, uel concedens omnibus ius quærere intendit. Ad ad hoc quod notat Ioannes Andreas, in capitulo primo, de concessione præbend. libro sexto. Et quod notatur in lege, qui absenti. ff. de acquirenda possessio. Vnde dicit dominus Anthonius de Butrio, in capitulo allegato, ex conquæstione. de restitu io. spoliato. recollectis dictis prædictorum, quòd si concessum est priuilegium capitulo metropolitanæ ecclesiæ, quòd adueniente tempore vacationis, possit eligere vnã cum suffraganeis, quod si vsi sint priuilegio præsentando, uel concedens omnibus quærere intendat, uel proprio motu concedat in præiudicium suffraganeorum, uel sine illo, & consensu, nequit tali priuilegio renunciari secundum eum. Cum ergo dictus forus per publicationem sit factus communis toti curiæ, in illius singular. præiudicium ciuitas, uel unum brachium nequeunt renunciare. Nam eadem solemnitas quæ fuit necessaria in concedendo, scilicet totius curiæ consensus ad faciendum legem communem & curialem erat necessaria in distractu. Ad hoc. l. si ad soluendum. C. de prædijs minorum, & omnis res per
8 quascunque causas † nascitur, per easdem dissoluitur, in capitulo primo, de regulis iuris.
¶ Neque obstat quod allegatur quòd in dissuetudinem abijt, quia contra forum, nequit consuetudo, uel desuetudo allegari de foro. Maximè quia fuit semper in curijs petitum a principe, & sic tanto magis in grauamen potest deduci. ¶ Item ad id quod dictus dominus meus, tunc baiulus dicebat de foro regis Alphonsi, & quòd primæua dispositio erat immutata, etiam dicebam quòd in officialibus ibi expressis claris uerbis bene erat facta immutatio, in alijs autem non, quia dicebam
9 quòd quotiens noua lex in † aliquibus inducitur, ueteris correctio in cæteris firma manet, ut est textus in auctentica de administratione officiorum, colla. tertia. C. de appella. lege, præcipimus. C. de testamen. scimus. Ad hoc optime clemen. prima, de statu regula. in fine, & ibi glo. & in clemen. 1. de hæreticis, & in clem. quia plærisque de elect. & in auctentia de nupt. in prin. collatione, quarta pro quo etiam facit lex, alumnæ. §. qui filias, in fine. ff. de adi. lega.
10 ¶ Et quia quòd iuri antiquo † additur uel detrahitur, nouum ius constituitur, ut leg. ius ciuile.

ciuile. ff. de iustitia & iure, & quod ibi Bald. Ex quo ergo in aliis officialibus in dicto foro expressis certo modo est prouisum per dictũ forum nouum super inquisitione fienda, illa in ipsis seruabitur. In non dispositis, restabunt antiqua iura, maximè quia ille forus non potest intelligi de alijs. Ex quo de certis & specificatis iudicibus loquitur, scilicet de iustitia assessoribus nintacaphis, ad alios non extendam. l. si uerò. §. de uiro. ff. soluto matrimonio. ¶Neque dicebam obstare. l. prim. C. de officio præfecti urbis. quia & si concedatur quòd inferiores iudices habeant meritum superiorum cognoscere, ut ibi, ex quo tantùm habent a lege diuersas dispositiones, ille prouti disponũt, in vnoquoque seruabuntur, quia non est nouum, ut diuersum statuatur in officiis. l. ex eodem fonte procedant, quia omnes a principe ut uides in titulis particularibus officiorum, & in titulo de diuersis officiis & peritorib. ¶ Neque obstat prouisio domini regis Alphõsi fœliciter regnante, facta grauamini allegato, uidelicet quòd seruetur forus regis Iacobi iuxta eius seriem & tenorem, & quòd habebat uim legis & sententiæ principalis: quoniam illud erat potius grauamen, & contra forum regis Alphonsi. Et sic neque potuit dici principis respõsum, & super dubio iuris, quoniã hoc ius certum est per forum regis Iacobi, & limitatum per forum regis Alphonsi, & sic nõ est dubium probabile, sed mens & ratio legis, & significatum uerborum, meritò stãdum est uerbis, neque tunc recurrendum est ad principem consulendum, nisi fortè emergeret iniquitas. l. ille aut ille, de legatis. tert. §. cum in uerbis, & l. prospexit. ff. qui & a quibus. secundùm Baldum, in l. cùm de nouo. C. de legibus. ¶Neque obstat quòd dicas illam principis sententiam, quia non fuit cognitionaliter lata, & sic potius comminatio quædam. l. terti. C. comminationes epistolæ, & quòd notatur in dicta. l. finali. C. de legibus, & in l. ne causas. C. de appellatio. ¶Neque obstat si dicas quòd fuit prouisio grauaminis &c. quia non fuit prouisio cùm uoluntate curiæ, neque per curiam acceptata, uti debebat esse, ad tollendum foralem dispositionem, ut in feud. de prohibita feudi alienatione, per Federicum. capitul. imperialem. Ad hoc quæ latè diximus supra, in titulo de officio examinatorum, & sic uidebatur dicendum quòd in officialibus, de quibus cautum erat in foro regis Alphonsi, seruaretur forus regis Alphonsi, in gubernatore & baiulo locatenentibus, & assertionibus seruetur forus regis Iacobi in tantùm, & ad prædicta adde Baldũ. in l. ius ciuile. ff. de legibus. per Bald. Nam dicit quòd quando quid est additum nouo statuto, non possumus sequi antiquum statutum, sed nouum. Allegat. l. finali. C. de aquæductu. Si ergo in iustitiis assessoribus, nindacassis est qd additum, per forum regis Alphonsi, in illis stemus nouo foro. Et hæc allegabã pro parte curiæ. Et ita fuit declaratum per actum curię, sed nunquam fuit executatum, neque erit, quia iustitia longe recessit, & rex noster non potest uidere, quæ hic geruntur, occupatus in aliis, ut sibi dici potest. Vt quid domine longe recessisti. Et ego de ijs bene debeo recordari, quoniam maledictæ allegationes fuerunt pro me, quia pro ipsis ego sum in exilio, & multa damna passus sum, quemadmodum pro iusti-
11 tia † defendenda debebam præmium habere. ¶ Sed consolor ex uerbo Christi filij dei domini nostri, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam &c. Deus parcat ei qui in causam mihi est, quoniam sibi modicum profuit, nisi quia uenter eius malitia saturatus est, mihi autem cædit in destructionem.

¶O R A D V E R T E & dimittamus ista pro die iudicij, ubi de his & alijs sumus reddituri rationem instructa inquisitione. Sed ecce princeps concessit per suum priuilegium iuratis officialibus ciuitatis, ut contra eos non possit inquiri, dubitatur an tale ualeat priuilegium, quia est contra forum iamdictum regis Iacobi, qui forus est priuilegiatus. Et sic meritò de illo erat specifica facienda mentio, de rescript. capitul. cum ordinem. C. de silentiariis. l. prim. libro duodecimo. & l. decurionibus. Et quòd notatur in lege finali. C. si contra ius uel utilitatem publicam. ¶ Item quia erat necessarium tale priuilegium impetrari ab eo, qui dicto foro poterat derogari, ut lege tertia. §. diuus. ff. de sepulchro uiolato. Et iste erat princeps cum curia. Et quia ex quo forus transiuit in contractum nequit reuocari, ut notatur in lege, digna uox. C. de legibus, & in capitul. nouit, de iudiciis. & de iureiurando, capitul. in nostra, per Innocentium. Et sic tale priuilegium, ciuitas habebat impetrare a principe cum consensu curiæ, aliàs uidetur non ualere. Sed uidetur quòd uoluerit quatenus concernit suos officiales, quia in hoc non præiudicatur aliis brachiis, sed soli brachio ciuitatum, & sic tali fauori possunt renunciare, de pactis. l. si quis in conscribendo, & sic potuit a principe impetrari, & sufficit quòd princeps in uiam priuilegij concedat. Et si non dicat, non obstante iure, uel tali iure, uidetur ualere, ex quo forma priuilegij & bulla regia bullatum est, non est necessaria alia clausula derogatoria, quia statim apparet ipso facto, quòd tunc princeps vult infringere ius commune. ff. de re iudicata. lege, quidam consulebant, secundum Baldum, in lege, lapilli. ff. de rerum diuisione. Sed contra proximè dicta multum facit: quia etiam contra iustitias possent milites & clerici conqueri, uirtute dicti fori regis Iacobi, & in inquisitione facienda emendarentur illorum forisfacta, & sic in

illorum præiudicium uidetur quòd dictæ inquisitioni, nequiuerunt renuntiare, per l. post mortem. ff. de contra. cum aliis superius allegatis, cogitabitis.

¶ SED PONAMVS pro constanti quòd ualeat concessio. Et pone quòd princeps uidet iuratos qui dilapidant bona ciuitatis, nunquid etiam non obstante priuilegio, poterit inquirere: & certè uidetur dicendum quòd sic. ¶ Primo quia non est iustum priuilegium concessum in fauorem publicę utilitatis, contra publicam ueritatem interpretari. ff. de transactio. l. cum ij. §. eam. Et quia in generali mandato non uenit dolus. l. creditor. §. Lucius. ff. mandati, & futurus dolus, non uidetur remissus. ff. de administratione tutorum. l. quidam decedens. & ff. de lib. legat. l. Aurelius. §. Gayus. & l. si quis rationes, & quod notatur in l. cum necessitate. C. de fideicom. C. de transactio. l. actione, Et quod ibi notatur. ¶ Item quia isti sic priuilegiati, qui tali utuntur priuilegio, illud merentur perdere, ex quo permissa sibi
12 † abutuntur potestate, extra de priuilegiis. capitu. ex tuarum. Et quia ex quo priuilegium tẽdit ad noxam, debet reuocari, de decimis, capitu. suggestum. Et quia princeps propter eorum malum regimen se potest interponere, & officium impartiri. Et sic contra eos inquirere. Ad hoc optimus text. in capitu. fundamenta, de electione. libro 6. ubi aciem nostræ considerationis auertimus. Et ibi perinde officij uostri debitum &c. & quia incidunt in l. Iuliã. peculatus, potest contra eos inquiri, ut patet in l. lege Iulia. §. mandati. iuncto. §. fin. eiusdem. ff. ad l. Iulia. peculatus.

FORMA AVTEM inquisitionis officialium, nõ traditur a foro: sed uidetur forma seruanda in foro Enfer inquisitions, Rubrica de curia, sed ille loquitur in particulari inquisitione, quæ fit priuato prosequente. Sed contra istos officiales potest fieri generalis inquisitio, ut l. 3. §. præterea. ff. de suspectis tuto. ut supra diximus, & per reperta in generali inquisitione procedetur etiam per iudicem ex officio in particulari, ut no. Barto. in l. secund. §. si publico. ff. de adulteriis, & Innocent. in capitu. bonæ. de elect. & in hac inquisitione particulari eadem est forma obseruanda, quæ in dicto foro traditur. bene est uerum quòd ex quo de iure talis inquisitio est modico tempore duratura, ut in dicto. §. necessitatem, in auten. ut iudices sine quoquo suffragio, non tam longæ dilationes darentur, & posset procedi diebus feriatis, argumen. l. secund. & tert. ff. de feriis. Imo de iure, quando contra tales officiales proceditur, etiam priuato conquerente, sufficit talis qualis petitio, & sola facti narratio. de quo Bald. in dicto. §. proficisci, remittit ad notata in auctentic. nisi breuiones. C. de sententiis ex periculo recitandis. & prim. quæsti. 4. capitu. quia præsulatus. Facit extrauagans, ad reprimendã. Et scias tamen quòd quicquid sit in ordine ꝓcedendi, siue secundum formam iuris uel fori, quia non multum differunt, semper contra of-
13 ficiales † probationes debent esse euidentes, cum pro eis præsumatur. C. de officio ciuilium iudicum. l. secund. ¶ Sed dubitatur quotidie de quibus possit inquiri contra tales officiales? Et certè de iure iam tibi supra dixi. Sed de foro dicuntur officiales, quòd non possunt cõtra eos inquiri, nisi de forisfactis per eorũ dolum culpam uel negligentiam, per forum regis Petri qui incipit. Item ordinamus. Et quamuis ille forus quòd ante non fiat compositio, cum olim iudicibus antequam satisfiat damnificatis per dolum culpam uel negligentiam, non tamen uetatur inquiri, & si sic uetitum componi, quia ob aliud uenit illius fori dispositio, scilicet ad prohibendam compositionem ante satisfactionem, & sic non inducunt dispositionem in tactando casus inquisitionis. Ad hoc lex, si quis sub conditione. ff. si quis omissa causa testamenti. Et ad hoc faciunt illæ vulgares regulæ, uerba enunciatiua propter aliud prolata, non inducunt dispositionem. De quib. per Bartol. in l. ex hac scriptura. ff. de donat. per Bald. in l. ex his uerbis. C. de milita. testamento. ¶ Sed ponamus quòd iste intellectus esset fori, quòd solùm de commissis per dolum culpam uel negligentiam, possit inquiri, uideamus quòd sub ijs uerbis comprehẽdatur. ¶ Et quia tibi dixi quòd primo tenetur de dolo. Et forus in Romancio dicit. Eugun, an appellatio, de Eugun, ueniat dolus: dicitur quòd sic ut patet in Rubrica, de mal euga, & discursum tituli, ubi eugun in Romancio stat pro dolo, & uerba sunt intelligenda secundum commune & vulgare significatũ. l. cum delanionis. §. asinam. ff. de fundo instructo. l. labeo. §. tubero. ff. de supellect. legata. & l. librorum. §. quòd tamen Cassius, de legatis, ter. ¶ Sed quid sub nomine doli comprætendatur uideamus? Et certè in criminibus per ipsum cõmissis. s. officialẽ non est dubium contra eum inquiri, quia in illis iam est dolus iuris præsumptione. C. de iniur. l. si non conuitij. C. ad l. Cornel. de Sica. l. prim. extra de præsump. capit. prim. nam licet dolus regulariter non præsumatur. l. quotiens. §. qui dolo. ff. de probatio. l. dolum. C. de dolo. Hoc fallit in criminibus qui fieri non possunt citra dolum, & ideo tenetur de omni homicidio, de adulterio, furto, roberia & similibus, & sic est approbata de foro, Baldi opinio, quòd etiam de criminibus commissis per officialem durante officio possit inquiri, etiam quòd non prætextu officij, ut ipse ponit in dicto. §. proficisci, quoniam forus non ponderat, nisi quòd dolo officialis sit quis damnificatus, ad hoc ut possit cõtra illũ iquiri, ut in d. foro, ergo iã fortius si officij prætextu sit factũ maleficiũ: vt puta

ut puta homicidium, pone quia occidit hominem sine defensionibus, quia talis iudex homicida reputatur, etiam quòd aliàs reus mortem mereretur, ut est casus singularis & optimus in l.lex Iulia.§.fina.ff.ad l.Iuliam repetundarum, & per eũdem tex.habes idem esse quãdo ob hominem necandum pecuniam accepit uel ob illum aliàs condemnandum, uel inuiculandum, uel in carceres ponendum, uti iam uidi fieri, & facilius officialis, uel eius amicus posset cùm illius muliere dormire, & adulterari, & uide totam illam.l.per discursum, uel pone quòd habuit a rectorib. uel destructoribus uerius ciuitatis pecuniam pro conseruãdo eis regimen, quia commisit crimen peculatus. Et idem cùm accepit pecuniam, ob sententiam dandam, quia tenetur.l. Iulia repet.ut l. iubemus.C.ad l.Iuliam repetundarum, & est pœna tripli. Et iura multum exasperant pecuniam recipere pro sententia danda, quia sententiæ istæ uenales sunt nullæ, neque est ab eis appellare necesse.secund. quæstion. 6.§. uenales. C. quando prouoca. non est necesse. l. uenales, & iudex talem pecuniam recipiens, ut usuram restituet 16.quæstio. secund. capitu. prim. licet. ¶ Sed pone, probatur in inquisitione iudicem pecuniam recepisse pro danda sententia, nunquid recuperabit illam pars uel fiscus, & quidam dicunt quòd si pars dans pecuniam protestata est quòd illam dabat non ut iudicem corrumperet, sed ut iustitiam faceret, quòd potest repetere. argument.14.quæst. quint.capitul.non sane. Et quod notatur in capitu. super eodem. de testibus cogendis, aliàs si non protestatur non repetit ipse, quia in pari &c. Sed accipiens illam restituet, ut usuram.15.quæsti. secund.capitu. primo. Et sic quòd ab indigno affertur, fisco applicabitur, iuxta regulam.l. Papinianus.§.meminisse.ff. de inofficio.testamẽto, de quo uide notata per collec.& Antonium de Butrio, in capitul.cum ab omni. de uita & honestate clericorum. Vel potest poni exemplum si coegit districtualiter ad nuptias contrahendas puellam diuitem, uel uiduam, cum eo, uel aliquo parente, ex quo imo ex solo conatu incurrit pœnam decem librarum auri, ut in lege, vnica. C. si quacunque præditus potestate. & in aliis exemplis, quę per te quærere potes, capiendo homines sub colore criminis, pro armanda galea & similibus. Omnia ista & similia quæ sapiunt crimen sunt dolosa, & per consequens de illis agi potest, etiam de foro in inquisitione generali & speciali. In ciuilibus autem regulariter dolus non præsumitur, ut in dicta. lege, quotiens.ff.de probatio. Sed habet probari ex perspicuis coniecturis. C.de dolo.l.dolum.& in capitu.final.de renunciat. libro sexto. ut puta, quia fecit sibi fieri ab aliquo donationẽ omnium bonorum forsan per interpositam personam, cui eius nomine & commodo fiebat, talis enim donatio ius dolosa & per dolum extorta præsumitur, & sic nulla, ut in l. unica. C. de contra-

14 ctibus iudicum. Coniecturabitur † autem dolus isto modo, ut puta, quia persona cui facta est donatio, est coniuncta persona, uel multũ curialis iudici.ff.unde cognati.l.octaui, uel statim post donationem iudex uisus est tenere & possidere illa bona donata.ff.de priuileg. creditorum.l. si ventri, &.l.sicut.§. superuacuum. ff.quibus modis ius uel hypotheca soluitur, & quod vtrobique notatur, uel quia inter donantem & donatarium nulla stat amicitia, sed cum præside, & sic illius causa & contemplatione, præsumitur facta.l.sed & si plures.§. in arrogato.ff.de vulgar.& pupillar. & quod ibi notatur, & l.finali.C.de iure dotium, & in l.3.ff.de dona. inter uirum & vxorem, vel potest poni exemplum si iudex qui rem à sua curia emere non potest, vt in l.non licet, de contrahenda emptione. Facit quòd clam hora captata suus amicus ad commodum suum minori precio emat, nam ex qualitate facti, & minoritate præcij, tali casu dolus argum.C.de rescinden.vendit.l.dolus, iuncta.l.si quos. eodem titulo. Ad hoc.l.2.§.1.ff.de admini. rerum ad ciui. pertinentium. Ex talibus uel similibus, habet dolus argui, uel etiam metus per illum illatus ad aliquid faciendum: quia non sufficit dicere, hoc feci pro officiali, puta unam obligationẽ, uel fideiusionem, ergo per metum feci. Ad hoc.l.si ab iuuidiam, C.quod metus causa, sed

15 metus habet aliàs probari, & ex † probatis iudex arbitratur, iuxta nota. in l.interpositas. C. de transact. ¶ Et hoc exempli gratia sufficiãt in dolo, uel de dolo, de quo in inquisitione agi potest contra officialem inquisitum, generaliter, vel particulariter. Quid sit dolus uide.l.1. §.dolum.ff.de dolo, & quod ibi notatur, & ibi quot modis sumatur. Vnum tamen non omitto, quod aliquotiens offi. aliquos cogũt ad faciendos aliquos contractus, & ille talis ꝯtus nihil ualet, ut in l.si per impressionẽ.C.quod met.cau. Et de istis tanq̃ dolo commissis pt agi in inquisitione, & uidi unum officialem, qui per fortes minas de suspendendo hominem, coegit illum ad quandam ducendam in uxorem, cum qua fuit repertus, quæ cum pluribus se sic dietim inuoluebat, & dicebam quòd contractus non ualebat per.c.cum locum, & quod ibi notatur.de sponsalibus, imo iustitia erat puniendus. Et hoc allegabam quod singulariter Bal.scribit in feud.de pace iura.firm. §.iniuria. dicens quòd inhibitiones & iniuriæ potentum, quæ incutiunt erribilem metũ, inducunt uiolentiam impulsiuam, ac si prohiberentur armata manu. Allegat notata per Innocent.in capit. querelam.de electio.& in l. c metum.ff.quod metus causa, imo fortius di-

16 cit quòd † importune pręces potentum in-

ducunt iustum metum si est potens, ut in capi. quia propter, de elec. in nouella. Et ad materiã, uide bonam gloss. C. si rector prouinciæ, in glo. super uerbo pignori, iuncta textui. Et adde qđ ex quo officiales fatentur contra eos posse inquiri ex dolo de foro, per consequens de fraude, cũ fraus sit dolus, ut est casus in lege iusiurandi. §. sed si fraudandi. ff. de pactis.

¶NVNC VIDEAMVS de culpa & negligentia, id est de damnificatis culpa uel negligentia iudicis, ob quas ex dicto foro potest inquiri: & damnificati dicũtur ij, quibus quid abest de suo patrimonio, ut l. 3. ff. de damno infecto, uel quibus aliquod corporale damnum euenit, & hoc ex vulgari interpretatione. l. cum delanionis. §. asinam. ff. de fundo instructo. Et uidetur quòd rex in dicto foro uoluerit facere differentiam inter culpam, & negligentiam, p disiunctam inter illa uerba positam, cuius cõtrariũ iure cauetur, quoniam magna culpa & negligẽtia per omnia idẽ sunt cum dolo, & sic disiuncta ponatur pro coniuncta, iuxta notata in l. Lucius. ff. de hæredi. institu. & l. pri. de uerborum signi. C. & in l. si hæredi, plures de cond. institu. per gloss. ¶ Aduerte quòd hanc materiam culpæ & negligentiæ doctores multum examinant, & signanter Bar. in l. quòd Nerua. ff. depositi, & ibi singulariter Salyce. Iacob. Butri. in l. in rebus. ff. commodati, quæ materia si diffusius tractaretur, esset de ea facere repetitiones, uti fecerunt prædicti doctores, solum ergo quatenus expedit & facit ad fori consideratio-
17 nem, aliquid dicam. Et scias quòd culpæ† tres
d sunt species, [d] lata, leuis, & leuissima. De duabus prioribus speciebus est casus in l. si ut certo. §. nunc uidendum. ff. commodati. C. de negotiis gestis. l. tutori. Et de tertia, scilicet leuissima, est casus in l. Aquilia. ff. ad l. Aquiliam. Baldus uerò secundum Ioannem de Bronosco,: dixit quòd sex erãt culpæ species, siue gradus, quia alia est latissima, ĩ superlatiuo, alia latior in comparatiuo, alia lata, in positiuo. Et alia leuis, alia leuior, alia leuissima. Latissimã dixit esse dolum uerum siue manifestum, qui ex manifestis indiciis probatur, cum alias probari non posit. Quia animi, solus Deus est scrutator. C. de dolo. l. dolum. Latiorem culpam, dicit esse dolum præsumptum, quia ex præsumptionibus non manifestis probatur. Et quia præsumptiones istæ, de necessitate dolum non arguunt, præsumptum dolum inducunt. ff. mandati, lege, si procuratorem. §. dolum, & l. dolus. Et de tali præsumpto dolo dicit esse casum in l. quòd Nerua. ff. depositi. Latam culpam dicũt esse neque dolum uerum, neque præsumptum, sed æqualiter suspicatum, & ob hanc causam leges dicunt latam culpam æquiparari dolo. Nam licet non sit uerus dolus, de eis tamen iudicatur cõmuniter, quòd de uerò dolo. Et ita intelligit iura dicentia latam culpam dolo cõparari. ff. si mensor fals. modum dixit. l. 1. §. hæc. uersicu. planè. ff. ad Trebellia. l. mulier. §. si hæres, & ff. si quis testamento liber esse iussus fuerit. l. prima. §. non autem, &, ut in posse. legatorum. l. prim. §. dolum, & ff. de precario. l. quæsitum. §. culpam. Culpam uerò leuam uel leuissimam fatentur dolum non esse neque ei æquiparari, & de singulis ponit diffinitiones, uerùm quia dictus Iacobus Butriga. & Saly. in aliquibus supplent Barto. diffinitiones, illorum diffinitiones sufficiant enarrare, quia optimè loquunt. Et prim. de lata culpa uideamus, Quid sit lata culpa: & dicũt, quòd lata culpa est imprudenter & sine proposito omittere, quòd communiter cæteri eiusdem conditionis non omisissent, hanc descriptionem dicunt probari, in l. quòd Nerua. ff. depositi; & ff. de uerborũ signi. l. latæ culpæ. & intelligunt cæteri uel maior pars, ut dicit gloss. in dicta. l. latæ, sine proposito. Ideo dicit, quia si cùm proposito scriberetur uero dolo uel præsumpto eiusdem conditionis dicit, ut compræhendat homines suæ professionis, quod dicunt euenire, quãdo res ei commissa consistit in alicuius professionis peritia, non autem sic dixit, ut aliorum maiorem diligentiam excludat, neque de maiori quàm uerè sit sua, cùm teneri nõ uellet, qui dicit quòd malè diceret, siue res cõsistat in alicuius artis uel possessionis peritia siue non. Non tamen dicit eum teneri ubi alij eo diligẽtiores potuissent prouidere uel eidẽ custodire, ut dicit probari, institu. quibus modis re contrahitur obliga. §. item is cui, & ff. locati. l. item quæritur, in princpi. & §. si magister, licet mala electio quocunque sit in culpa, ut institu. quibus modis re contrahi. obliga. §. præterea, in fin. & hoc quo ad latam culpam. Leuem autem culpam describit sic: Leuis culpa est imprudenter & sine proposito omittere, qud quilibet diligens fecisset, uel facere quòd quilibet diligẽs omisisset. Leuissima uerò culpa est imprudenter & sine proposito, qđ qlibet diligentissimus fuisset facturus omittere: uel facere ꝙ nullus diligẽtissimus fuisset facturus, licet diligens uel diligẽtior idẽ fecisset, q̃ dicit ꝓbari per l. in rebus. in prin. ff. cõmodati, & ff. locat. l. si merces. §. pen. De leuiori uerò non curat de ea tanquã de qua iure non cauetur. Sed ponit Salycetus exempla, dicẽs, ꝙ non cogitare casum naturaliter uel uerisimiliter euẽturum, inspecta indigẽtia præsentis status, sit lata culpa, uel de speciebus latæ culpæ, hoc dicit probari in l. si quis bona fide domũ. §. pen. ff. locati, ideo cõductor sumptus quos fecit in fundo fructuario, nõ repetit mortuo fructuario locatore ante finitã cõductione, quia hoc euenire potuisse debuit cogitare. ¶ Item si quis incurrit mare tẽpestatis tempore sine magistro nauis, ut ff. locati. l. item quæritur. §, si. & §. si magister. ¶ Item si qs passus nõ sit sibi uel alij medelã adhiberi, ut ff. ad L. Aquil.

Aquil.l.qui occidit.§.finа.& ff.de edi. edicto.l. quod si nolit.§. si mancipium.uerisimil. culpā. Idē si malum medicū adhibuit, ut ibi dicitur. Et hoc not.glo.in.l.ab hostibus.§.si uir uxorem ff.soluto matrimo.quam glo.Saly.multum commendat. Similiter lata culpa est enormiter errare in arte consueta,& in qua uersatur,ut.ff.si mēsor falsum modum dixerit.l.prima.§.hæc actio &.l.si seruum.§.si calicem.ff.ad.l.aquiliam,&.l. item quæritur.§.si gemma.ff.locati.¶Item onerare equum vel mulum nimio pondere,ut.ff.cōmodati.l.finali,&.ff.locat.l.qui insulam.§. qui mulos.¶ Item non colere agrum uel non seminare temporibus congruis,ut.ff. locati.l.si merces.§.conductor. ¶ Item dicit quòd quidā scribūt latæ culpæ esse asseuerare,qd' quis ignorat, & inducunt.ff.de act.empt.l.Iulianus.l.2. quòd dicit cordi tenendum.Exēpla autem leuis culpæ,sunt in fœneratore, qui res pignoratas minus diligenter excussit a tineis uel a corrosione murium,& idem in fullone, vt.ff.locati.l.itē quæritur.§.si fullo. ¶Item si fullo uel librarius, vnam rem pro alia re, unum librum pro alio libro tradidit,credens illius esse,ut in.§. si fullo, hæ culpæ non sunt latæ,ideo adiudicandæ sūt
18 leues,& † leuissima,quia ueniunt in actione locati,in qua non venit leuissima culpa. ¶ Item ignorare qualitatem rei suæ est leuis culpa. ff. locat.l.sed addes.§.primo.¶Item mercenarios uel negligentes operarios adhibere. ff. locati.l. uideamus,in principio,&.l.si merces.§. penul.
19 † Exempla leuissimæ culpæ consistunt in non faciendo, id quod diligentissimus esset facturus,ideo non diligentissime custodire est commissum,leuissima culpa est,ut.ff.de offi. presid. l.diuus,& de officio præfecti vigilum. l. 3.¶ Itē non diligentissime ægrotum curare uel curari facere. ¶ Item non equitare ut diligentissi-
20 mus faceret,leuissima culpa est. † Et ideo dubitatur si quis commodauit equum ei qui non bene neque competenter equitare solebat,neque sciebat an super illius equitationem equ' læsionem siue deteriorationem est passus, teneatur cōmodatarius,& in hoc dicit Bal.quòd equitando iuxta suam diligentiam culpā non commisit,sed ex sua iustitia hoc processit,ut in scholaribus euenit multotiens,tunc ipse nō tenetur,sed imputet sibi qui accommodauit. Secus si culpam in eo in quo potuit esse diligens omisit, ut eum non pascendo uel illum minus locando uel ad ventum ligatum eum calidum retinēdo,uel in loco non tuto relinquendo, uel ipsum currere faciendo,necessitate non imminente.Nam his casibus,dicerem teneri,licet leuissimam culpam commiserit secundum naturam commodati,quia in contrarium facit,quibus modis re contrahitur obligatio.§. at is qui vtendum.Sed potest responderi,quòd ibi in custodia & diligentia, quam non tantū per se,sed ēt per alium adhibere debet in casu nostro loquitur in equitatura suæ personæ, quām p alios nequit adimplere,sed tantum pro se, ideo diligentia sui ipsius tantum est consideranda, quā habet in equitando.Et hæc sunt exempla tradita a doctoribus dictarum culparum & negligētiæ. Sed quantū ad nostrum propositum uidea-
21 mus. † Et primo, de exemplis latæ culpæ quo ad iudicem, quia omisit capere malefactorem, quem sciebat mei patris homicidam,ad hoc c.
22 præterea.27.q.8.ubi tex. † quòd iudex qui crimina potest emendare, si nō emendat ipse illa committit,qui est singularis in materia,& uide singulariter tex. in.l.prima.C. de desertoribus, lib.7. ubi dicit glo. Nota contra officiales, qui pœnas legibus inditas,uel gratia uel dissimulatione differunt, dum aliquando rixantes uidebant,non se interposuerunt, quod unusquisq;
23 officialis bonus fecisset,est† culpa lata per quā potest ab officio remoueri secundum Petrum, ut not.Cy.C.de noxalibus.l.si seruus,& Bald.in l.prima.§.quies.ff.de officio præfecti vrbis. Pro quo facit quòd non caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desijt obuia-
24 re, extra de hom.cap. sicut dignum. † Vel pone quòd male tractauit hominem captum in carceribus, non dando ei cibaria necessaria vel non relinquendo sibi locum ubi sol & aer intrare possit,ex quo est secuta sibi mors, uel grauis infirmitas. Nam si dolo fecit tenetur Cornel. uel si culpa est aliàs puniendus,ut hoc not. per Bald.in.l.de pecoribus.C.ad.l.aquil.& per Angel.in.l.2.C.de custodia reorum,& per canonistas in cle.prima,de pœnit.& remissionibus.In assessore autem lata culpa non potest exemplificari si omisit requisitus consulere hominem captum pro casu non requirente pœnam mortis uel mutilationis, uel pro ciuili dare fideiussoribus,asserens quod de iure ex quo erat denūtiatus debebat captus stare, cuius contrarium cauetur de iure & foro,de iure in.l. prima. ff.de custod.reorum. per Bart.de foro,in foro quinto de criminibus, cuius ignorantia est lata ex quo
25 sunt iura uulgaria. Et quod dicitur quod † imperita artis [c] est lata culpa, ut in tex.notabili,in l.prima.§.hęc autem. ff.si mensor falsum modū dixerit, est uerum de iuribus communibus & vulgaribus,iura autem difficillima,illorū ignorantia non inducit latam culpam, sed leuē uel leuissimā, & hoc tenet Bar.in l.quod Nerua.ff.
26 deposi. Nam dicit quòd † ignorare id quod excellentissimi tantum sciunt, est leuis uel leuissima culpa, quod dicit probari per.l. lat.ff. de uerbo. significatione. quod eleganter Salyc. ibi sub distinctione limitat, quòd aut quæritur de ignorantia iuris communis, aut iuris municipalis uel consuetudinarij.Si iuris communis, & tunc aut de ignorantia iuris regularis aut iuris special. exorbitantis a iure regulari,aut de alio non speciali uel singulari nec regulari. Sed de alio simpliciter communi. Primo casu talis igno

ignorantia est lata culpa, sed non ita sentit glo. in.l. quod te. ff. si certum petatur. Et est ratio
27 quia † in ijs q̃ exorbitant a iure cõmuni faciliter apertè erratur, & sic intelligit.l.lat.ff. de uerbo.sign.&.l.leges sacratissimæ.C.de legibus. Et
28 hinc dicimus quòd † errans a iure, stultus appellatur.ff.de iuris & facti igno.l.regula.§. pen. & quod not.glo.in.l.liberum.§.penul.ff.de ijs q̃ notantur. Tertio casu, aut est ius vulgatum, & tunc eius ignorantia est lata culpa. Aut est ius peregrinum in communi vsu non existens, ut sunt multa iura in tribus libris. C.quæ etiã doctoribus non sunt cognita, & tunc illius ignorãtia non est lata culpa, sed leuis uel leuissima. Et idem dicit ubi illud ius non est certum & finitum, quia de eius intellectu sunt distinctiones inter glossas & doctores, ut not. glo. C.de legibus.l.leges sacratissimæ, dicitur enim tale ius non finitum, quia de eius intellectu sunt dissensiones, & sic licet eum ignorare, ut notat glo.in. l.2.ff.de iuris & facti igno. Similiter idem dicit Bartho.ubi de iure illo non est casus legis, sed solum habemus argumenta, ad probationem & decisionem eius facientia, quia neque certum
29 neque finitum illud censetur. † Si uero quæras de ignorantia iur. municipalis uel consuetudinarij, dic quod aut querim' de hominibus eiusdem municipij: & idem est dicendum, quòd in præcedentibus propter identitatem rationis. Aut queritur de hominibus alterius municipij & tunc de illis non debet talis ignorantia scribi latæ culpæ. Sed de ea ut de ignorantia facti debet iudicari, extra de consue.c.1.lib.6. Et ꝑ hoc allegant quod not.glo.in.l. item Mela.supra ad l.aquiliam. Et habent locum prædicta, nedum
30 in imperitis, sed etiam in peritis, quia † imperiti habentur pro peritis, ex quo possunt consulere peritiores, quod si non fecerunt, latæ culpæ scribi potest, ut.ff.de uerbo.signifi.l.magna. Ad hoc probandum adducit.l.in bonorum, de bonorum possess.titulo generali. Et pro hac distinctione facit bene quod not.Ioan. fabri, instit.de suspect.tuto.§.suspect.tuto.§.suspectus, dicens quòd si iuris ignorãtia esset lata culpa, uti vult glo.ibi, omnes homines de mundo essent in la-
31 ta culpa, quia † nullus scit omnia iura, maxime ex improuiso. Sed dicit quod doctores intelligunt, de iuribus vulgaribus & criminibus, & quæ frequenter sunt in practica, secus forte de materia de manumissionibus & de vulgari, se-
32 cundum eum. Scias etiam quod † iudex, qui elegit malam opinionem, quam aliqui doctores tenuerũt, nõ est in toto excusatus, sed mitius punitur, ut not.institu.de obli.quæ ex quasi delict.in princip.& Bart.ponit in.l.cum prolatus. ff.de re iudicata, ad materiam uide canonistas, in cle.2.de elec. Et ex præmisis potes colligere multa exempla, in iudicibus assessoribus, quando dñtur esse in lata culpa, & quando in leui uel leuissima si ex leuibus indicijs & non sufficientibus, quem ponunt ad torturam, quam nullus ex tam leuibus arbitratus fuisset, quia non secũdum regulas traditas per doctores, in.l.fina. C. de quæstionibus.l.milites, & in.l.fi.§. eo. & in.l. prima, cod. titu. vel quia vltra solitum tortus est hominem, & quando reus in tortura deficit, & quando per iudicis negligentiam causæ protelantur, quia aliquando non deciduntur per annos, de qua negligentia uel forus disponere quod teneatur iudex. quando autem dicatur negligens dicit Inn. c. significantibus, de officio deleg. quod tunc demum cum requisitus uel expresse denegat uel moratur illam facere. Et quòd de tali negligentia loquatur forus, etiam quod talis possit ascribi culpæ leui uel leuissimæ. aliquando probatur, quia ex quo iustitia negligitur satis dicitur quis opprimi seu grauari, ut dicit dominus Antho.de Butrio, in c.licet ex suscepto, de foro compe. quæ grauamina cupiens reparare, forus ille uoluit iudices teneri de dolo culpa vel negligentia, & de his aduersus eos inquiri. Materiam autem negligẽtiæ iudicum posuimus satis diffuse supra eo.§. restat, in princ. Sed pone quod dicit gubernator, quod id quod fecit, ex culpa uel negligentia uel dolo assessoris fecit, quia sic faciendum consuluit, nunquid excusatur iudex se quendo consiliũ imperiti assessoris. Et certe quo ad hoc quod ex proprio dolo uel culpa puniatur excusatus est, per.l.2.ff.quod quisque iuris. Sed quãtum ad hoc ipse iudex faciat litem suam si inique fecit uel pronũtiauit q̃a nõ est excusat' per l.si iudex.ff.de uar.& extraord.cog. & ita nota. glo.& Bald.in dicta.l.2.ff. quod quisque iur. Et etiam ipsi assessores tenentur de proprio dolo & imperita, vt dicit gloss. Et dicit Bald. quòd assessores imperiti sunt in magno periculo constituti, & tenentur de imperito consilio, quod datur potestati, licet sententia non formetur in personam assessoris, sed iudicis.ff. quod metus causa.l. metum.§.sed prætor, ibi, & per prætorẽ. Sed in regno Valentiæ non credo hoc locum habere, quia etiam eliguntur assessores, uel dantur a principe, quorum consilium iudex habet sequi. Et sic ex quo ipse non habet sibi assumere assessorem, non uidetur quod ex illius facto vel ordinatione teneatur. Ad hoc.C. ut nullus uicarius teneatur.l, unica, lib.11. Et hanc opinionẽ ex post uidi quod tenet Bald. super Rubr.C.de pœna iudic.qui male iudicauit, vbi vide. Si autem iudex sibi assumit assessorem, procedant
33 desuper allegata, quia † mala electio est in culpa, ad hoc insti. quibus modis re contrahitur obligatio.§.præterea, & ubi iudex non assumit sibi assessorem, sed datur sibi a principe uel a populo ex electione, tunc electores seu nominatores tenentur de dolo & eius imperitia. C.de periculo nominatorũ.l.prima, &.2.lib.11. Sed tunc demum in subsidium, vt in.l.aduersus.C. de mag.conueniendis. Sed pone, iudex inquisiuit

uit contra me & non probauit, nunquid in inquisitione debet mihi soluere expensas,& dicit quòd si culpa deprehendi potest,contra iudicem,uel fisci aduocatum, quod tenetur ad expensas,quia temere inquisiuit. Ad hoc. C. de execu.tuto.l.si seueriter,&.l.unica, de sumptibus recuperandis,lib.10.secus si non temere,vt puta, quia informatione præcedente & fama, de qua constat per informationem ex officio susceptam.Ad hoc not. in cap.dilecti, de dolo & contumacia,per Ioan.Andr. & Ant. de Butrio, post glo.& quia præsumitur pro iudice inquirẽte,vt in.l.2.de officio ciuilium iudicum,&.l.iustissimos.C. de officio rectoris prouinciæ. Nam non debet enim erubescere, quòd male inchoauit bene diffinire,& absoluere,de iudic.l.destitisse.melius facit tex.in cap.qualiter & quando de accus.in principio, ubi non pudeat errores corrigere,qui politi estis, & aliorum corrigatis errores. Et quia ex iniustis executionibus multi conqueruntur, non omitto unum dicere, Quòd dupliciter possunt esse iudices in culpa executiones faciendo, nam aliquotiens fit executio contra iustitiæ effectum,quia executatus nullo modo erat obligatus, aut contra iustitiæ modum, ordine prætermisso, primo casu iudex est in dolo & culpa, & facit litem suam.de periculo & commodo rei uenditæ.l.lectos. Secundo casu,aut executionem passo aliquid abest, ut liberatio,ut tunc executio non debet retractari,ut.l.finali.§.finali. ff. quod metus causa:qui est casus singularis,quod executio non rite facta,non reuocatur, si pro debito est facta. Ad hoc quòd notat Innocen.in cap.cum uenissent. de integrum restitu. iudex tamen tenetur iniuriarum si dolo fecit. aut executionem passo nil abest; tunc debet retractari quòd factum est.ff.de iudi.l.si cum nulla,de euic.l. minor, & de accus.c.qualiter,in princip.& de re iud.cap quod iussit,& extra,de appella.cap.cum cessante,&.ff.si mulier uentris nomine.l.prima. §. necessario.Et ad hoc facit,quia iniuriosa executio retractatur,si qualitas facti patitur. ff. de admini.rerum ad ciuitatem pertinentium.l. 2. §. graui,de pig.cap.ex litteris.&.ff.de re iudic. l.a diuo pio.§.si super rebus, & quod notatur in.l. ob maritorum.C.ne vxor pro marito. ubi enim ideo retractatur,quia uergit in iniuriam,& sic hoc summarie. Et nihilominus iudex facit litẽ suam & tenetur in expensis & damnis parti læsæ,secundum Bald.in.l. obseruare. §. proficisci. ff.de officio proconsulis. Et ex his deciduntur quotidiana dubia, quòd si quis executatur a iudice, & tertius se opponit proprietate, quòd sufficit, ꝙ solam proprietatem uel solam possessionem prætendit,ut not.in.l.a diuo pio.§.si super rebus.ff.de iudi. quòd si oppositione posita exequatur iudex, executio retractatur tanquam nulla,quia iudex procedit inordinate & perperam,ad hoc tex.in auten.ut nulli iudicũ, §.super hoc,& quod not.Bal.in.l. ob maritorũ. C.ne uxor pro marito. ¶ Idem etiam dicebam in quæstione facti, quòd iudex qui uelo eleuato sine partis uocatione ad suas manus habuit locum, de alcantera, & uerius spoliauit detentorem,quòd debebat statim restituere,extra de resti.spo.cap.cum uenissent,& quòd ex inordinata executione fecerat litem suam,& sic quòd debebat cõdemnari in damnis & interesse parti læsæ, & ita per actum curiæ fuit declaratum ꝑ prædicta.Neque obstabat quod dicebatur,qđ locus erat curiæ affixus,& sic merito ex quo fue

34 rat alienata in pręiudicium affectionis † iudex ex mero iudicis officio illum poterat reuocare tanquam quasi lite pendente alienata re,quã iudex reuocat per merum iudicis officium,vt notatur in cap.primo,ut lite pendente, & ibi Hostien.& ponit glo.in clemen.2.ut lite pendente. ad hoc glo.in cap.non solum,de appella. lib. 6. super uerbo,reducendum.In isto tamen iudicis officio,dicebam uersari duo. Primum quòd postuletur.l.4. §. hoc autem iudicium.ff.de dãno infect. Secundum aliqualis causæ cognitio, & sic partis præsentia. Ad primum quod in dictis glossis notatur, ad secundum.l.in causæ.§. causa cognita.ff.de minori. Et quòd debeat fieri in talibus partis uocatio,etiam si in fraudem fuit alienata,probatur per tex.in.§. item si quis in fraudem,insti.de actionibus,& tenet Bartho. in repe,l.3.C.de pig.& sequitur Bald.in.l.vnica de alie.iudicij.C.& uide quæ late dixi, in meis notabilibus.57. Cum ergo iudex uocauerit possessorẽ,neque aliquã leuẽ causæ cognitionẽ adhibuisset,dicebam totũ ꝓcessũ nullũ & eum litem suam fecisse.Et sic intelligebam.l. unicam. §.si necessario.ff.si mulier uẽtris nomine,in possessionem calum.causa esse dicatur, & ita fuit declaratum per actum curiæ. Sed dubitatur, quæ sit pœna iudicis, sic per inquisitionem uel aliàs ad partis postulationem, reperti in dolo culpa uel negligentia. Et certe de hoc tradidi tibi regulam non posse, quia aliquotiens uenit amissio iurisdictionis, ut in auten.statuimus, C.de episcop. & cleri.aliquotiens officij priuatio,ut not.Cy.in.l.seruus.C.de noxalibus,& Bal. in.l.prima.§.quies.ff. de officio præfecti urbis.

35 Et communiter traditur pro regula,quòd † delinquens in officio † debet eo priuari,in.l.si aliquid,de suscep.& arca.libr.10.aliquando tamẽ propter nimium dolum posset ad mortem uel exiliũ puniri, vt in l.Iulia.per discursum.l. ff.ad l.Iul. repe.de quo vide Bald.in l.prima.ff.quod quisque iuris,& Ioan.Fabri.inst.de obli. quę ex quasi delicto,in princip. Et aliquando solum punitur in ueram litis contestationem, de quo uide cap.cum æterni tribunal,de re iud. lib. 6. & uide.C.de pœna iudicis, qui male iudicauit, & in.l.ex maleficijs.§.si iudex.ff.de ac. & obl.& in l.si iudex.ff.de uarijs & extraord.cogn. & aliquando in pœnam quadrupli,aliquando tripli con-

condemnatur, ut in.l.consiliarios.C.de assessoribus, ut in.l.unica. C. ut omnes tã ciuiles quàm militares, & in.§.necessitatem, in auctẽn. ut iudices sine quoquo suffragio, col.2.& secundum modum doli & culpæ genus pœnarum in iure
36 reperies variatis † aliquando ex regionũ consuetudine, quæ habet etiam potestatem in sanguine hominis.ff.de extraord.criminibus.l.saecularij. §. sunt quædam. Et illis non dispositis ueniunt pœnæ ad arbitrium iudicis.ff.de pęnis l.hodie. Scias tamen quòd quamuis de foro iudex uel officialis teneatur de leui uel leuissima culpa, tamen propter illas non potest puniri criminaliter, sed ex solo dolo puniatur quis criminaliter, uel etiam ex lata culpa, tamẽ mitius secundum Cy.in.l. si quis non dicam rapere. C. de episc.& cler.& in.l.prima.ff.de legibus, ad ꝙ uide quod notat Bartho.in.l.quid ergo.§.cũ autem.ff.de ijs qui notantur infa. Bald. verò in dicta.l.prima.ff.de legibus, dicit quòd aut pœna requirit attrocitatem delicti, ut quia est pœna similiter atrox & corporalis & talis requirit dolum, & si cessat dolus, cessat illa pœna ita atrox vt.C.de falsis.l.neq; exemptum.ff. de abigeis.l. finali.in fin.de liberali causa.l.illud, & not.C.de plag.l.plagiarij, & de uerbo. signi.l. magna negligentia. Aut pœna non requirit atrocitatem delicti, ut quia est pœna pecuniaria, & tunc ex quo legislator non facit mentionem doli, non exigitur dolus, sed sufficit lata culpa & leuis forte.ff.de incẽdio ruina & naufr.l.qui ędes. † Sed
37 leuissima non sufficit, quia leuissima culpa nõ est maleficium, ut.l.si cuius.§.de pręteritis.ff.de vsufruct.& de hoc uide quæ scribuntur in.l.prima.ff. si quis testamento liber esse iussus fuerit, vide notata in.l.in actionibus.ff. de in litem iurando, & per Dyn.in.l.penulti.ff.de adulterijs.
38 † An autem cum quis remouetur ab officio vel aliàs punitur per inquisitionem, de lata culpa vel dolo, sit infamis, uide notata in.l.3. §. præterea.ff.de suspect.tuto.& uide glo.& Ioannem Fabri insti.de suspect.tut.§.suspectus ¶ Et scias quòd lata culpa quo ad pœnam corpori afflictiuam, non equiparatur dolo, arg.l.cum quidã ff.ad.l.corneliam, de sicar. & hoc communiter sequuntur doctores in dicta.l. cum quidam, & ibi glo.& in.l.in actionibus.ff.de in litem iurando. Fallit tamen in aliquibus casibus, quos dinumerat Saly.in.l.quòd Nerua.ff. depositi. ubi
39 uide. † Et nota quòd in aliquibus iudicibus bestialibus uel assessoribus, ex qualitate & eorũ rudi dispositione, potius præsumitur error, si errant uel non faciunt secundum limites iustitiæ quàm malitia, ad hoc tex.optimus, in.l. qđ adhibitur. C. de his qui sibi ascribunt in testa-
40 mento. † Et sic vbi modice peccarent debent pro excusatis haberi, quia aliquando modicus error non nocet.l.quamuis.ff.de cond. & demõstra. Et multos cognosco, qui sunt ipso iure de talibꝰ excusati, quia (prohdolor) uix sunt boni laici. Si autem sunt periti, & eorũ qualitas malitiosa & uenenosa, semper præsumitur potius malitia quàm error, & multum est cauendum
41 a tali consiliario uel assessore, † quia magis nocere pôt sapiẽs infidelis quã insipiẽs, in auctẽ. de his qui ingrediuntur ad appellandum. §. illud, qui tex.fuit factus pro uno assessore, ꝗ omnem malitiam colorat sagacitate, maledicatur ipse. Et talis non habet excusationem, quia etiam quòd non sit magnus clericus in scientia est sagax & negociorum expertus.l.aliter.§. finali, de execu.tutorum. Qualis debeat esse bo-
42 nus consiliarius, † dicit quod bonus optimus purus undique est cõtentus his qui dantur fisco, aliàs si transgreditur expelli debet, & alius bonus introduci, in auctẽn. de mandatis principum.§.præcipue, col.3.& uide do. Ant.de Butrio, de iureiur.c.quanto. Et hæc sufficiant, de materia inquisitionum.

CAMILLI BORRELLI

ADDITIO.

a ¶HABEANTVR PRO CONFESSIS] Regulariter fuga officialis facta in sindicatu, operatur quòd habetur pro confesso.ut in alleg.l.consiliarios.C.de Assessorib.Reddit namque eundem fugientem suspectum. §.si uero.auct.de Requiren.Reis.& Gloss.in.l.Impuberibus.§.Pœna.ff.de suspect. tutor. & uoluit Paris in tract. sindicatus.§.& in Iuditijs, nu.2. in fi. fol.305. Iason in.l. Admonendi nu.77.ff.de Iureiurand. Est tamen aduertẽdum quòd hoc non debet ita sine scrupulo procedere, sed cum moderamine, ut tunc demum in criminibus fuga faciat eum pro confesso haberi si officialis existens carceratus aufugeret, ut benè aduertit nouissime Iosephus Cumia niculus Catinensis in Praxi sindicatus.cap. 23.num 45. ubi allegat hanc limitationem ad illam regulã, ex sentẽtia Putei, ita inordinate procedentis in illo suo tractatu, sicuti processerat subtilissimè; ita ut iure merito laborauerit & laboret D.Flauius Henricus meus affinis, qui nouissimè, & post omnes totam sindicatus materiam eleganti, ac celebri stilo Volumine uno distrinxit, ita ordinatè, vt iure sibi maximam ex opere laudem consequuturus sit. ¶Quinimmo contra officialem fugientem iurari posse in litem traditum est ab eodem Iasone in dicta.l.admonendi.nume.77.quod post modũ pluribus modis limitat Ioann. Baptista Plotus in Rep.l. si quando, nu.332.cum pluribus seq. C.Vnde ui. Ad materiam tamen poterit Videri Ioan.Bernard.Diaz.Regul. 303, Francisc.Viui.in com.opi. versi. Fuga.Iodoc. Damhoder.in Enchirid.c.10.nu.9.& c.18.nu.1.& plenè c.36. per totum.Iul. Clarus in Pract.q.21.per totum.Ioann.de Amic.in Consil.86.Petrus Duennas Regul.389.Iac. Menoch.de Arbitr.Iud.q.lib.2.Centur.4. Casu. 301. Cyrillus Fulgeon.in summula Crim.tit.de q.§.6.nu.8.& in toto tit.de Custod.Reorum.Iacob.Nouell.in Tract. Ad defensam.Rub. An Iuditia pro reo danda. nu.67. cum pluribus seq.& nu.101.Ioan.Maria Monticell.in Pract. Crimin.Regul.9.num.4.Et si Hæretico carcer sit pro pœnitentia assignatus, & aufugiat, dicetur in Hæresim fuisse relapsum.locatell.Inquisit. Iud.§.Hæreticus, num. 37. & 38.& Anton.Augustin.Controuers.lib. 3. Decis. 3. de Appell.& confess.quos sequitur Francisc. Buriat. in cõsi. 7.num.35.Volu.prim.uide Iacob.Menoch.in Consil.94. nu.35

nu.35.Volu.1.Thob.Nonium.Consil.99.nu.12.Paul. Merend.in consi.10.nu.9.Vol.1.& in consil.36 eo.Vol.

b ¶ VEL DELICTIS FAMILIAE] An & quando Dominus teneatur pro facto familiæ? Curt. Iun. in.l. 1. nu.13.C.de ser.fugit. Francisc. Marc. in Decis. Delphin. 61.Volu.pr.Thom.Grammat.in Decisio.Neapol.34.nume.39.Ioan.de Arnono Dialogo.4.Vdalrich.Zas.in cõsi. 15.Volu.1.Plaza Epito.Delict.lib.1.c.14.& An pro incendio commisso per Famulum Teneatur Dominus? Vide Menoch.in consi.53.Vol.1.Francisc.Bursat. in consil. 59. num.14.Volu.1.latè Remissiuè, & nouissimè Hippolyt. Bonacossa.in Tract.de seruis,& famul.q.57.&.q.160 167 Et habui in facto hoc anno pro quodam Sanctoro de Guardialis bardorum, cuius Famulus incendium posuerat in Tugurio, & alius petebat damnum, quorundam suorum animalium ibidem igne consumptorum.

c ¶ IMPORTVNAE PRAECES POTENTVM] Quod præces importunæ potentum iustũ inducant metum,uoluit Accursius in.libr. 1.in.§. Quemadmodum.ff. Quod Iussu. tractat Ioann.de Imol.in cap.cum inter.R. de elect.& c.Petitio.in princip.de iureiuran.Quibus concinit illud Poetæ.

Est rogare Ducum specie? Violenta iubendi!

Quod procedere solum in superiore,& principe seuero, & solito malè tractare subditos uoluit Felin.in ca. 1.nu. 3.extra de offic.& potest.Iud. deleg.

d ¶ CVLPAE TRES SVNT SPECIES] Culpæ species quot sint, quibus modis distinguantur, & cognoscantur vna ab alia,& in quibus contractibus locum habeant,& an culpa lata æquipararetur dolo? latissimè tractat Alphonsus Aluarez in specul. Roman. pontifi. cap. 80.per totum.¶ Ad materiam est notandum culpã quantumlibet leuem in criminalibus puniri Iudicis Arbitrio uoluit Francisc.Zoannettus.in Rep.l.Vt uim.Parte.2.nu. 86.ff.de Iustit.& Iur.Tractat etiam Iacob.Menoc.in trac. de Arbitr.Iud.quæst.lib.2.Centur.pri.Casu.82.num.61. & Centu.2.Casu.182.nu.59.¶ Et quo casu ex culpa læui vel læuissima quis teneatur in foro conscientiæ tractauit diligenter Didacus de Couarruuias in.Epith.parte 2. cap.6.uum.11.

e ¶ IMPERITIA ARTIS] An, & quando Iuris ignorantia excuset uel non excuset? Vide latissimè tractantem Anton.Mariam Coratium in Tract.de Comm.doct. opin.elig.lib.3.Titul.13.per totum.Ioann.Bapt.Caccialup.in.c.1.parte.7.§.Accedo.nu.8.& 9.de Feud. cognit. Sebastian.Medices in Tract.de Regul.Iur.Regul.7.num. 50.& in Tract de legib.& statut.parte.4.q.7.num 2.Illustrissimus Cardin.Paleot.in Tract.de Nothis, & spurijs, c.9.nu.7.&.11.Felin in Consi.7.nu.6.& in consil.32. nu. 19.Ioan.Thomas Minadous olim in Senatu Neapolitano Regis consiliarius in consi.11.num.7.D.Feder. Scotus.in consi.6.nu.3.lib.3.Thom.1.& in consil.3.num.32, lib.4.Tomo.1.& in consi.43.num.7.8.lib.3.Tom.2.Francisc.Bursat.in Consil.115.nu.16.Vol.1.

f ¶ DELINQVENS IN OFFICIO] Inde dicitur quòd Antiani poterunt remouere officialem ab officio, si non facit id quod debet.Angel.in.l.2. §.finali. ff. de his qui sunt sui,uel alien.iur. Iason in.l. in ius uocari. ff. de in ius uoca.Thom.Grammatic.in Decision. Neapolitan. 40.nu.11.uide ad materiam Lucam de Penna in dicta.l.si aliquid.cuius textus authoritate dixit Bartho. in.l. 3. §. hac lege num.1.ff.ad leg. Iul.repetũd. quòd non creditur instrumẽtis notarij qui in eius officio deligũ,& plenè tractat Pennens.in dicta.l. si aliquid.et Hippolyt.de Marsil. in Rep.Rubricæ de Fideiussor.num.184.Afflic.in Const. Regni Officiales Reipublicæ num.2.Carauit in prag.filiorum famil.§.6.nu.25.

Camillus Borrellus.

## De mutatione monetæ. Rubrica 36.

### In §. Graue damnum.

### SVMMARIVM.

1 *Moneta Hispaniæ, immutabilis.*
2 *Iniuria debet esse a principe remota.*
3 *Priuilegium pecunia obtentum, potest reuocari.*
4 *Priuilegium principis, quod debeat esse mansurum est potius honestatis quàm necessitatis*
5 *Princeps quando prædecessoris contractum, obseruare non tenetur.*
6 *Moneta ex principis caractere, auctoritatem capit.*
7 *Expensa monetæ, debet fieri ex publico.*
8 *Negocium regis est negocium uniuersitatis.*
9 *Bona uassalli qualiter sint domini.*
10 *Conuentiones secundum rei naturam immutantur.*

RAVE DAMNVM ingeritur reipublicæ, ex monetæ mutatione, & ideo solent ciuitates & villæ conqueri, de mutatione monetæ.[a] Et scias quod serenissimus rex Iacobus regni acquisitor pro communi regni utilitate & habitatione eiusdem, pro securitate & perpetua firmitate monetæ regalis Valentiæ, quam tunc nouiter cudi fecerat & formari, ut in futurum per mutationem dictæ monetæ, non posset aliquod damnum euenire, cum deliberatione, tractatu, consilio & consensu illustrium filiorum suorum infantium, Petri & Iacobi primo & secundo genitorum, & procerum ciuitatis

1 villarum regalium dicti regni; † considerans quod inter alias res temporales præcipua & magis necessaria generaliter gentibus esse dignoscitur, quod moneta qua fori habent, esset semp una immutabilis & firma per se & omnes successores & hæredes, qui pro tempore essent, magna cũ solemnitate, statuit perpetuò & ex certa sciẽtia concessit dictis proceribus, & omnibus ciuibus & habitatoribus dictæ ciuitatis & regni Valentiæ, præsentibus & futuris, & promisit & obligauit se & suos successores dictis proceribus, & ciuibus & habitatoribus, & ciuibus & successoribus illorum perpetuò, quòd moneta regalium Valentiæ, quam tunc cudi fecerat & formari in illa forma rotunditatis, figura, pondere & lege, in sui totali firmitate, prout tunc erat, curreret publice & haberet perpetuam permanentiam & durationem in ciuitate & regno prædict. ita quòd neque per dictum regem, neque per hæredes, neque per successores illius, non posset dicta moneta destrui neque mutari neque nouiter cudi, etiam de illa eadem lege, pondere & figura, neque posset diminui vel augeri, etiam casu quo dicta moneta diminutionem acciperet, intantum quòd uix de illa reperiretur quod esset damnum regni, & quòd necessa-

cessarium foret quod de illa cuderetur sub eadem forma rotunditatis, figura, pondere, & leg. prædict. dictus rex neque sui successores, de illa cudi facere non possent, nisi de consensu & uoluntate procerum ciuitatis & regni Valentiæ, & eo tunc cũ & de consilio eorum in dicto casu cudi haberet plus de dicta moneta: uoluit concessit & statuit, quòd dicta moneta in ciuitate Valentiæ, & non in alio loco cuderetur fideliter & bene, Et tunc apposuit duos ex proceribus dictæ ciuitatis quod adessent & viderent, quod dicta moneta cuderetur fideliter, secundũ quòd fieri deberet & promissum est. ¶ Promittens dictus rex proceribus prædictis & eorum successoribus, quòd pro posse viribus laborarent, quòd prædicta & instrumentum inde factũ per summum pontificem confirmarentur, ut cõtra uenientes sententia excommunicationis ligarentur. Quæ omnia & singula proceres ciuitatũ & villarũ, qui præsentes erãt prædictis ciuitatibus & villis, & pro omnibus habitatoribus illarum, & pro alijs habitatoribus in regno Valentiæ præsentibus & futuris, cum gratiarum actione acceptauerunt dictam concessionem, obligãdo se & hæredes & successores suos, & dicti regni habitatores dicto sereni ssimo regi Iacobo, & suis in regno successoribus, ꝙ omnes habitatores in regno soluerent perpetuo, & de septẽnio in septenniũ, ꝓ domo cuiuslibet, qui plus quindecim morabatinorum habet in bonis, unum morabatinũ ualoris septem solidorum dictæ monetæ, ꝙ etiam rex acceptauit, & iurauit, & dicti etiã infantes pari forma, ut hac & alia carta pactionali publica Data Valentiæ 18. Kalen. Maij, Anno

b domini mill. 265. Latius [b] demonstratur regio sigillo signata, quæ omnia ex post per regẽ Petrum confirmata regio priuilegio, Dato Valentiæ 18. Kalẽ. Octobr. Anno domini mill esi. 336. Et habes vnum præsupponere in facto cõsistẽs, quod eo tunc de marquo argenteo secundum pondus, & legem regalium & illorum formam non poterant fieri, nisi. 68. regalia argẽti. Et post dicitur quod sequa siue cudico monetæ, fuit arradenda sub ea forma, quòd de quolibet marquo argenti haberent fieri. 72. regalia, & sic in lege fuit diminuta moneta, & in magna copia facta regalia contra formam dicti priuilegij. Et sic non immerito ciuitates & uillæ se grauatas dicunt, quia illud priuilegium est regis contractus, & sic ligat successores. C. de legibus. l. digna uox, & quod ibi Bald. dicit. de proba. capi. primo, & quod ibi not. & per Inn. in cap. nouit, de iudi. & de iureiuran. capi. in nostra, per eundem. Et ex quo fuit data pecunia principi, & eius successoribus etiam datur, qa soluitur monedaticũ siue morbati. etiã ꝙ princeps utatur uerbo, indulgemus, uel simili, transit in naturã contractus & efficitur irreuocabilis. arg. de prędijs curialium. l. fin. li. 10. & hoc tenet Nicolaus de matharellis. C. de Iustinian. C. confirmando limitans dictum M. de suzaria, qui dicebat indistincte ꝙ princeps nõ põt reuocare priuilegiũ antecessoris, ex quo est efficaciter quæsitũ ius,

2 dicens, quòd per reuocationem fieret aliis † iniuria, quæ maxime a principe, debet esse remota, arg. de vulg. & pupil. subst. l. ex facto. vnde vi. l. meminerint. Sed dicit dictus Nicolaus de matharel. quòd illud nõ credit esse verũ, quia non facit iniuriã, ex quo nõ est obligatus, concedẽs illud obseruare: nam sicut lex põt reuocari, ita statutũ, rescriptũ & priuilegiũ, ut dicit patere ꝑ auct. quas actiones. C. de sacr. sanct. eccl. nisi prętextu cõcessionis concedens aliquid sit lucrat' a suspiciẽte, puta aliquã dationẽ uel factũ, quæ habebat ꝑpetuã cõmẽsurationẽ, cũ re cõcessa: nam tunc potest reuocari, quia reuocans committeret dolũ. ff. de dolo. l. & si. §. cũ mihi. secũdũ cũ cuius opinionẽ cum quadã parua distinctione sequitur Bal. in. l. qui se patris. C. vnde liberi: cum ergo proceres regni principi soluãt monedaticum, & princeps concedit non mutare monetam a forma neq; lege, clare de grauamine uidetur constare. Sed uidetur posse dici cõtrariũ,

3 † quia & si detur pecunia, potest reuocari priuilegiũ, & ad hoc allegatur. l. titius. ff. de obsequis, vbi uidetur casus. Nam datio pecuniæ nõ uidetur quòd tollat illã principis supremã potestatem reuocandi, quod concessit, quia† ꝙ decet

4 priuil. principis esse mansuetũ, est de honestate & nõ necessitate, not. gl. in regula, decet, de reg. iur. lib. 6. Et quia istud priuilegiũ uidetur concessum in præiudiciũ successorũ, & regiæ præeminentiæ, quod est, quod possit mutare monetam, dum tamen populo graue damnũ nõ infe

c ratur, de iureiur. quanto. ¶ Item eam cudi [c] facere. C. de veteris nunismatis potestate. l. 1. & fi. li.

5 11. Et sic contractum in fraudẽ successorũ factũ principis successor nõ tenetur obseruare, etiam iuratũ uel pœnale, ut tenet glo. aurea, in. l. si patronus. ff. de his quæ in fraudẽ creditorũ, maxime quia iuramentum in part. præsent. est personalissimũ, de iureiu. in c. ueritatis. per Innoc. Et quia rex nõ est successor hæreditaris, sed successor iuris. de uoto. c. licet. & ibi no. Et quia legẽ sibi nõ potuit imponere a qua eum recedere nõ liceat, neq; minus successoribus indicare. c. fi. li.

6 6. de legibus. l. digna uox. Aduerte † moneta licet auctoritatẽ suscipiat a principis caractere

d [d] ut in. l. 1. C. de veteris nunismatis potest. li. 11. tamen illa debet esse talis, ꝙ deductis expensis illius fabricæ tantum valeat in metallo: plus di-

7 cunt legistæ, ꝙ † expensæ cudendi monetam, debent fieri expensis reipublicæ, ut nota. in. l. Paulus, alias. l. creditorem. ff. de solutio. ad hoc. l. prima. ff. de contrahenda emptione. Sed canonistæ dicunt, quòd præstans auctoritatem monetæ, non tenetur de suo facere expensam, ut ex officio non habeat compendium neque damnum. ff. ex quibus causis maiores. l. prima. §. Respõso, & l. uidelicet, cum concordantijs, & ita not. in dicto

dicto cap.quanto,de iureiur. Et plus dicunt Inno.& Host.in dicto cap.quanto, quòd principi non licet sine consensu populi, monetã factam diminuere,sed cõsensu populi potest, quia qui libet potest iuri suo renuntiare.7.q.1. ca.quam
8 periculosum.Et quia † negocium regis reputatur negocium uniuersitatis regni, sufficit consensus maioris partis regni.C. de iuramento calum.l.2.§.si autem.ff.de condi. & demonstra.l. ciuilibus.ff.ad municipales. l. quod maior. Et hoc credunt cum pecunia est expẽdenda in regno:inquantum autẽ pecunia pro maiori parte esset expendenda extra regnum,non sufficeret consensus totius populi secundum Inn. allegat Hostien.de iur.om.iud.l.fi. Et sic uides qđ dicta conuentio facta per populum cum principe,habuit fomentum & auctoritatem ab ipsa iustitia naturali & æquitate,& uel fuit principi & successoribus, qui habuerunt & habẽt ius monedatici siue morabatini,concedendo, qđ de iure & æquitate fulciebatur, & in reg.& successorum tendebat utilitatem, merito debet a successore obseruari,iuxta not.in c.fi.ne prælati uices suas. maxime quia quilibet rex antequam sibi fidelitas promittatur, id iurat ex forma dictæ conuentionis, & sic ex proprio iuramento obligatur,maxime stante regula,de qua diximus:quòd priuilegium in quo data pecunia transit in contractum, efficitur irreuocabile,etiam inter subditos, nisi subsit causa reuocationi iusta,ut nota.per Bar.in.l.omnes populi, de iusti.& iure,& per D.Ant.de Butrio in repe. c.cum Martinus Ferrarien.de const.ad hoc nota.per doct.in c.fin.de rebus eccle.non alienan. & in cap. constitutus,de relig.do.neque obstat quòd princeps potest suum priuilegium reuocare,ut notatur in dicto capi.decet, de regulis iuris,lib.6.quia ibi de priuilegio non transeunte in contrarium,qui principem obligat,de ꝓba.capit.1.& not.in dicta.l. digna, qui contractus eo quod conuentiones sunt de iure naturali,ut ibi not.merito illos obligant principes, neq; obstat quòd dicitur quod etiam ubi datur pecunia uel pro beneficio consequendo,potest fieri reuocatio per concedentem, & allegatur.l.titius.ff.de obsequijs, quia illa. l. nihil facit, quia loquitur in pecunia data per seruum domino,quæ pecunia est domini,quia quicqd acquirit,domino acquirit.ff.de acquirẽ. rerum do.l.seruus,cum similibus. Et quia obstante dominica potestate nequibat celebrari inter eos contractus neque cautiones interponi, ad trebel.l.Imperator,&.l.namque: hic autem loquimur in pecunia data per subditos quæ erat propria subditorum & non domini, ut scribit dominus meus,in.l.fi.ff.solut. matr.& est uerum,
9 quia † bona uassalli non sunt domini, nisi protectiue,ut in.l.bene a Zenone.C.de quadrienni præscrip. Et ideo illorum dominium non tollit sine causa,ut nota.in.l.fin.C.si contra ius uel uel utili.publ.& in c.quæ in ecclesiarum,de cõstitutionibus,merito illis nõ reuocat priuilegia quæ in emptionẽ uel alium transierũt cõtractũ Et quia omnes essent in dolo successores accipiendo morbatinũ,uti accipiunt. & infringendo priuilegiũ.ff.de dolo.§.si cũ mihi,& tunc bene succedunt dicta dicti M.de Suzaria,quę Bal. refert in dicta.l.qui se patris. Quid ergo dicendũ?dicas ꝙ respectu diminutionis monetæ in.l. ꝙ sicut antiquitus fiebat de marqua.68.regalia argẽti,hodie fiant.72.nõ uı̃ fore grauamẽ,quia re ipsa hoc immutatum est,quia argentũ ascendit in precio,& sic conuenit diffinire legem illorum,& sic plura facere. Et hoc est quòd dicitur
10 quod etiam † conuentiones secundum rei naturam immutantur,ut.l.fundi,de fundis patrimonialibus,lib.11.Et ad hoc allego tibi duo iura,id optime probantia,in.l.cura.§.deficientiũ. ff.de munerib.& hono.& in.l. his honoribus.§. autem.ff.de execu.munerũ: unde quòd disponitur tẽpore paupertatis, non habet locũ tempore ubertatis,uel econtra,ut ibi. Et quia esset durum priuilegium, ꝙ ad noxam principis rẽdit ex rei natura non posse cõtraueniri,extra de decimis.c.suggestum.Sed in hoc est regium præiudicium & grauatum,quia sine populi consensu nouiter cuditur moneta,& forma priuilegij nõ seruatur, quia populus uidens maximum ualorem argenti,necessariò habuisset condescendere,ex dicta causa ad præstandum consensum,ut moneta similis cuderetur ob patriæ necessitatem ad respectum precii argenti, ut officium regium non esset in damno sibi, ut expensas de proprio facere haberet, iuxta opinionem legistarum, quæ euanuit amplexa opinio. canonistarum fere per totum orbem,quia ubique deducunt expensas metalli & operariorum.Et ad hoc ꝙ dixi ꝙ necessario populus habuisset condescẽdere est uerũ,aliàs procẽd. illorũ dissentione uel iniusta nolentia principis arbitriũ, ut in l.1.C.de nupt.& l.in conuẽtione,& instit.de satisda.tu.§.sinautẽ.&.ff.de adm.tut.l.3.§.fi. imo etiam stante casu necessitatis principis dicit Inno.in c.quanto.de iureiu. quòd potest princeps propter potestatem,iurisdictionem,& auctoritatem,quam habet,a qua & cuius caracteris auctoritate monetæ recipiunt communẽ facere monetam aliquantulum, sed non multum minorum ualorum quam metallum etiam deductis expensis,non ut modicum,sed non multum lucrum,inde sentiat princeps,& quod licite id fit data illius indigentia,& moneta extra regnum non spargeretur,secundũ eũ,hoc tamẽ obstante dicto priuilegio in dicta moneta regalium nequiret fieri,& sic solum posset locum habere in alia moneta, de qua non loquitur priuilegium prædictum. An autem creditor cogatur recipere solutionem in istis regalibus nouiter factis, qui de antiquis mutauit, & an debitor obligatus ad restituendum florenos auri il-

 lorum

lorum ualore argumentato teneatur, de illis soluere uel antiquam æstimationem, de hoc sufficiat remittere, quia non est de libri materia, uide Inno. in dicto ca. quanto, de iureiur. & ibi late per do. Antho. in cap. cum olim, de censibus & uide Bar. in l. Paulus, aliàs, creditorem, de solu. Cy. & Petrus, in l. cum quid mutuum. ff. si certum peta. & in l. in minorum. C. in quibus casibus, in integrum resti. non est necessaria, & uide not. in l. eleganter. §. qui repertos. ff. de pign. ac. Et caue ne consules principi monetæ mutationem in damnũ populi, quia non eris conscius, sed deceptor, ut papa de consiliarijs reg. Arragonum, qui ei consuluerunt, ut malam patris monetam iuraret conseruare.

## CAMILLI BORRELLI ADDITIO.

a ¶MONETAE MVTATIONEM] Moneta ærea, Argentea, & Aurea, quando primum cudi cœperit. latè Plin. lib. 33. capi. 3. quem sequitur Aimarus Riuallius Historiæ Iuris ciuilis, lib. 1. in Seruio Tullio. Didacus Couarru. de Veter. numismat. potest capit. 2. Andr. Tiraquell. in Tract. Retract. consang. §. 1. glo. 29. nu. 9. Verum non prætereundum est quòd eo loco Plinius asserit, Argentum fuisse signatum anno ab urbe condita. 585. quinque annis ante primum bellum Punicum tempore consulatus Q. Fabij Maximi, quia Couarru. ubi supra ex Holeandro, Glareano, Polibio, Gellio, Vassæo, & Liu. dicit hoc fuisse anno Vrbis 484. ¶ Ego autem animaduerte, nec Pliniũ, nec Couarruiam, nec annorum curricula bene computasse, ex quo primum bellum Punicum fuit anno urbis (secundum Eutropium. lib. 2) 483. uel melius ut ex chronologia Caroli Sigonij fuit anno Vrbis 489. tempore consulatus Appij Claudij Caudicis, ac M. Fuluij Flacci, qui A. Claudius primus de Pœnis triumphauit, ut uoluit Eutropius. licet Sigonius dicat hunc Triumphum egisse primum M. Valerium Maximum Messalam. Plinius est mendosus etiam quia anno vnico fuit consul ante primum punicum bellum Q. Fabius Maximus Gurges, ὁ de illo Gurge loquuntur, uel forte uoluit dicere de Q. Fabio Pictore, & tunc dicere debet numerum annorum Plinij 485. Sed dicendum quòd Eutropius omniũ rectè sensit, quòd Argentum fuit signatum post captum primum bellum punicum Consulibus M. Aemilio Paulo, & s. Fuluio Nobiliore, qui captis nauibus pœnorum, ob diuitias inde populo Rom. illatas argentum signari cœpit. Verum de hoc non loquar amplius dicam alibi longiori stilo. ¶ De Mutatione monetæ, vide latissime Socin. in Consi. 48. dubio 2. Vol. 1. Iason. in l. Puniri. C. si contra ius uel utilit. pub. & Hieroni. Cagnol. in Rep. l. 2. nu. 217. C. de Pact. inter emp. & uend & Philipp. Deci. in l. Quod te nu. 8. ubi etiam D. Præceptor meus Ioannes Bolognettus. & tradidit etiam nonnulla ad materiam Ioann. Anton. Fortiatus Castellutianus in Rep. d. l. Quod tè. ff. si certũ. pet. & Idem D. Meus Ioan. Bolognett. in consi. 11. In facto proponitur nu. 34. usque ad nu. 50. ubi latißimè.

b ¶LATIVS DEMONSTRATVR] Hunc locum Bellugæ allegat Iacob. Menoch. in consi. 49 nu. 37. Vol. 1

c ¶ITEM EAM CVDI FACERE] Monetam signari facere spectat ad principem, & est de Regalibus, cuius iniussu signari nequit, ut uoluit tex. in. l. 1. & l. fina. C. de uet. numismat. pot. & in. l. pen. C. de falsi. mon. And. Præposit. Afflict. Hotoman. & alij in tit. Quæ sint Regal. in uersi. Monetæ. ubi plenè. & Anton. Capic. in Inuestitura Feud. tit. de Regalib. in uersiculo Monetæ. Francis. Marchus Decis. Delphin. 152. nu. 1. Vol. 1. & Decib. 186. nu. 1. Deci. 187. nu. 3. Vol.

d ¶EX PRINCIPIS CARACTERE] Adeo ꝙ Imago, & nomen Principis facientis est de substantia monetæ, & inde dominus in Euangel. Matth. c. 22. Dixit, Cuius Imago hæc. ex quo dicitur, pecuniam principis imaginem continere debere. Ob quod Isidorus lib. Etimolog. 16. dicit quòd Numisma est solidus aureus, uel Argenteus, uel æreus sic dictus, Quia nominibus Principum, effigieque signatur & propter nomen principis debet Numisma appellari, nisi fuerit mutata littera ò in u, ita ut dicatur Numisma. & ad hoc uide Lucam de Pena. in Rub. C de Ver. numism. pot. & Matth. de Afflict. in ubi sicu. monetæ. nu. 6. Quæ sint Regal.

Camillus Borrellus.

## De executionibus regijs sine processu & sententia. Rub. 37.

In. §. Inhumanum.

### SVMMARIVM.

1 *Papa nec princeps defensionem naturalem potest tollere.*
2 *Iudex exceptionẽ non admittens, qualiter punitur.*
3 *Sine citatione & partis auditione, iudex nõ potest*
4 *Iudices appellationem denegantes in causa criminali, debent puniri ultimo supplicio.*
5 *In notorijs, non admittitur appellatio.*
6 *Iudex non debet imponere pœnas insolitas.*

NHVMANVM inoleuit 1 nouercante iustitia fomentum accipiens, quòd principes imo & præsides sine processu & sententia, nonnullos executant & furca suspendũt, quod grauamen notorium est, utriusque iuris pagina attestatur. Nam in primo mundi peccato, quod fuit in primis parentibus, de pœn. c. primi parentes. iudex ipse qui fuit deus omnipotens, qui regnum mundi per se regebat, licet notorium esset illos peccasse, tamen etiam illorum excusationes audire uoluit; dicens, Adam ubi es, quid fecisti? quasi illum personali citatione apprehendens, audire quod uolẽs illos in suis defensionib⁹, licet sibi occultum esset. Qui se defendendo, Adam dixit, mulier decepit me, & Eua dixit, serpens decepit me, quasi peccatum confitentes, ut legitur Genesis. 3. & in c. serpens, in c. Adam, de pœ. di. 1. dans nobis exemplum, ꝙ quamuis delictum sit notorium iudici, tamen etiam iudicialiter, & ut iudex de illo informetur, etiam legimus, ꝙ quamuis peccatum sodomorum esset grauissimum & publicum, attamen dominus ait, descendã & uidebo clamorẽ qui uenit ad me utrum opere compleuerint, Gen. 18. dans nobis exẽplum, ut

& si

& si subditorum delictum sit publicum, etiam iudex de illo se debeat informare & audire illius defensiones. Et hoc etaim lege noua euangeliorum, probatur, Luce.16.cap. Nam uillicus ille esset diffamatus, de mala administratione, dixit dominus illi, quid hoc audio de te, redde rationem uillicationis tuæ, iam enim non poteris uillicare, & sic uoluit dominus audire illius excusationes, iure etiam naturali, etiam est defendendi facultas data. Nam & litis defensio etiam contra fiscum est, de iure naturali, in l. defensionis facultas.C.de iure fisci, libro 10. Et præsertim ubi agitur ad pœnam sanguinis, ut est tex.in clem.pastoralis. de re iudi.unde dicit Bal.in.l.vt vim, de iustitia & iure, quòd ea per quæ vita hominis conseruatur, & eius contrarium repellitur, sunt de iure naturali. Vnde ne-
1 que † Papa neque [a] Imperator naturalẽ defen-
a sionem potest tollere, per dictam cle. pastoral. Et unicuique dandus est terminus ad se defendendum, nisi sit reprehensus in fragranti crimine.ut.ff.de re mili.l.3.§.si ad diem, nam contra notorium factum facti permanentis, quæ defensio cadere potest, ideo tunc nõ est danda dilatio, ad quid enim daretur super impossibili, arg.ff.de statu homi. l. arethusa, & sic põt planè intelligi.ff.de adulterijs.l.in crimine. Et defensio in lite a quocunq; audienda est etiã excõmunicato, de excep.c.cum inter priorem, imo dicit singulariter Bal.in.l.presbyteri.C.de ep.&
2 cle. † quòd iudex non admittens exceptiones iure puniretur ac si nõ admitteret defensiones naturæ.& idem Bal.dicit, in.l.additos.C. de ep. audi. quod paria sunt occidere innocentem & eum qui confugit ad iustam iuris defensionem allegat casum, in.l.lege Iul.§.finali.ff.ad.l Iul.repe.& no.illum casum qui non est alibi, imo si iudex procedit nullas dando dilationes processus est nullus, quia ordo iudiciarius conuertitur, vt not.archid.17.qu.4.c.uxor fœlic.& Bald.in.l.3. C.de episcopali audi. Et quamuis princeps sit legibus solutus, tamen in cognoscendo ad partem audiendam citare debet eam, ut notat. in.l.finali.C.de legibus, facit.l. ne causas. C. de appella.& quod not. in capitu. in causis, de re iudi. Et id etiam cauetur foro regni in foro la cort, & in foro, enser inquisitioni Rubr. de curia. Et ideo quamuis in criminalibus except.vt puta hæresis, læsæ maiestatis & simoniæ, a iure sint sublatæ aliquæ defensiones, ut puta aliquæ iuris obiectiones contra testium personas. Nunquam tamen reperies quòd obiecta, quæ fomentum trahunt a iure naturali, sint ablata: ut puta testium inimicitiæ, ut in cap. per tuas, de simonia, & in.ca.fide, de hæret. lib.6.ubi hòc tenet Dominus Petrus de Anch.allegans quòd nota.Bartho.in.l.filius, de donationibus. Aduerte quoniam regulariter uerum est, quòd neque princeps neque alius iudex inferior, potest neque in ciuili uel criminali, iam fortius tollere defensiones in litem, quæ de iure naturali sunt(ut prædiximus)sed fallit in aliquibus casibus, in quibus si iudex non audiat defensiones
b non grauat. Primo quando quis capitur[b] in fraganti crimine, & dicit se nullam defensionem habere, uel nolle se defendere: unde dicit Bald. in.l.raptores.C.de epi.& cle. quòd licet aliquis tanquam malefactor capiatur & ducatur ligatus ad potestatem, potestas non potest eum punire, nisi primo legitimas exceptiones, & iuri cognitas probationes admittat. Et ideo oportet quòd detur terminus ad faciendum defensiones suas.ff.de mili.l.3.§.si ad diem. Si tamen reus cõfitetur se nullã habere defensionẽ, & nõ vult terminũ, nõ est dandus terminus, ut.l.1.de furi.balnear.Nõ obstat.l.nõ tantũ. ff.de appell. quia hic delictũ erat notoriũ, ibi non secundũ Bal.vbi supra.¶Item fallit ubi iudex deprehendit testem præsentem in falsitate quòd ex quo est præsens, nõ ẽ necessaria alia citatio, imo posset per iudicẽ puniri: ad hoc nota.in.l. nullũ.C. de testibus.ff.de his qui notantur infa.l.ictus fustium. Ad hoc facit tex.in auct.nulli iudicum.§. si quis non comprehensorum, de quo uide Cy. in.l.ubi.C.ad.l.corn. de fal. & uide Guil. in Spec. ti.de teste.§.1.uers. sed nunqd iudex falsum testẽ.¶Itẽ fallit quãdo factũ est notoriũ, & nõ reqritur sentẽtia siue cõdẽnatio, sed sola iudicis ordinatio uel inhibitio, ut puta quia est facta aliqua ordinatio notorie, contra libertatẽ ecclesiæ, quæ nõ ualent, ut in auct.cã.C. de sacrosan. eccl.de sent.excõi.c.nouerit superior.Nõne citatio potest ꝓuidere & mãdare ne talia obseruentur, ut not.archi.in c.quæ Lotarius.2.q.1.& not. Bal.& in.l.presb.C.de epi.& cle.¶Itẽ istud fallit quãdo agitur ꝓ reddẽda rõne official. offic. administ.qa uisis libris administrationis introitus & exitus, põt fieri cõdẽnatio in absentia, ut no.Bar.i.l.2.§.ꝙ si de frumẽtaria de admin.rerũ ad ciuit.pertinentiũ.¶Itẽ & istud fallit quãdo princeps est ueridice iformat⁹ de negocio, quoniã tali casu nõnunquã exceptiones repellit, ut no.Inn.in c.ex parte, de offi.deleg. Et istud fallit quãdo princeps cũsulitur a iudicib⁹ inferiorib⁹ sup iure, qm̃ eo casu a principe nemo vocatur neq; datur dilatio.C.de dil.l.cũ a nobis. Et tunc princeps scribit, si sic ꝓbabit, sic iudic.vel qa sic est, ꝓbatũ sic iudica, ut in auct.ut in medio litis nõ fiãt sacræ iussiones.§.1.col.8. & quod no.gl. & Bar.in.l.1.§.1.ff de appell, & Bal.in.l. prim.C. quomodo & quando iudex, & minor quòd non allegat dictum Innoc.in c. quæ in ecclesiarum, de const.neque dictum tex.in glo. per me allegatur. Aliàs autem regulariter etiam in noto-
rio ubi factum est tale, in quo certè condemna-
3 tio speratur † quantumcunque sit iudici notorium, tamen non potest ꝓcedere ad cõdemnationẽ sine citatione & auditione partis.l.3. §.si ad diẽ.ff.de re mil.in dicta cle. pastoral. ad hoc ꝙ not.extra de diuortio.c.porro, licet non sic in

notorijs ordo iuris hucusque seruandus sit, in reiur.c.in nostra. Et ideo non est in talibus necessario sententia ferenda in scriptis, ut notatur in auct. ut iudices sine quoquo suffragio.§. necessitaté,col.2. Et potest esse ratio. quia audito reo talia poterit allegare & probare, quæ notorium offucarunt, ut notatur in ca.pri.de offi. delega.lib.6.& in ca.Romana,de appell.eo.lib. hoc tamen fallit in principe procedente super notorio, quia si constat de notorio crimine, potest procedere absente parte & nõ citata, & dicit D.Ant.de Bu.quod est casus in c.cum olim, de re iudi.licet videatur casus in contrarium,in dicta cle.pastoral. de re iud.Sed potest dici qd' ideo annullata fuit sentētia, quia notorium, uel quia rex Scicilia non erat subiectus Imperio, vt ibi notatur.

¶ Item & istud fallit cum proceditur super notorio, & agitur ad pœnam spiritualem excommunicatronis, quæ medicinalis est, de sent. excommun.cum medicinalis, quia tunc absens &
c irrequisitus [c] potest excõmunicari, ut fecit Paulus corinthiũ, notoriũ fornicatorẽ quẽ absentẽ & irrequisitum apostol' excõicauit, de quo est casus in cap.cum sit Romana,de appella. ¶ Itẽ istud fallit quando aliquis latro manifestus capitur, uel aliquis seditiosus, & in crimine fragrãti, tunc iudex potest leges transgredi, nõ admittendo eius defentiones, ut est casus singularis in.l.si quis filio.§.finali.ff. de iniusto rupto, ad quod facit quod notat Innoc.in c.primo,de cõsti. Scias tamen quod licet regulariter reus in criminibus debet citari, & audiri in suis defensionibus. Sed eo audito si constat de crimine, etiam absente accusatore, & non citato, potest sequi condemnatio ex probatis uel confessione, ut est casus singularis, in.l.quam uis indubitati.C.de adulterijs, & asignat Bald. rationem in.l.ea quę C.quomodo & quando iudex, quòd iudex potest supplere ratione publicæ seueritatis. Ad hoc facit.l.2.C. de abolitionibus. Et ex præmissis uidere potes, qualiter & quomodo iudices debeãt defẽsiones admittere, aliàs multum grauant, & sunt seuerissime puniendi, aliquando morte, aliquando exilio, ut in text. notabili, in l.lex Iulia.§.finali.ff.ad.l.Iul.rep. Et hoc
4 facit contra † iudices qui denegant in casu capitali appellationem: nam ultimo supplicio puniri debet iudex, ut.C.de appella.l.a proconsulibus, in ciui i uerò causa punitur triginta pondo auri, ut.C.de appellatio.l.quoniam, in casibus tamen bene potest denegari appellatio, vt in.l.2.C.de appella.recipiendis, & in quibus casibus etiam ex priuilegio regni Valentiæ, est inhibita appellatio & mulcta indicta appellanti, aliàs autem regulariter, in maioribus & minoribus, admittenda est appellatio, imo tertius pro condemnato potest appellare, de appella. non tantum.C. de episcopali audientia. l. additos, imo fortius dicit Innocen.in cap.si quando,de officio delega. quòd si in causa criminali est interposita appellatio in casu permisso. Et in omnibus iudex vult exequi, quòd potest iudici de facto resisti & exec.de facto impediri. quia per appellationem ablata est iurisdictio iudici, a quo: & sic tanquam priuatus exequitur, merito iuste sibi resistitur, ad hoc.l.prohibitum C.de iure fisci, libro decimo. Et quia recisa est sententia per appellationem. ff. ad turpil. leg. prim. merito interim pro non condemnato habetur, neque iudex potest neque debet exequi, quòd hodie non currant iudices inferiores in contemptum principis & superiorum: non currant nisi denegata appellatione procedere ad executionem capitalem. Et tales iudices merentur quòd princeps remoueret eis caput. Bene est uerum quòd multotiens ego consului in criminali causa denegandam
d appellationem ab interlocutoria [d] tormentorum, quando reus est conuictus per uehementissima indicia, quia tunc dicitur notorium ipsum maleficium, vt quia uisus est fugere malefactorem per plateam gladio euaginato sanguinolento, uel quia repertus in domo furando aliquibus rebus ablatis reconditur vicinatu intrantur, uel quia nudus in lecto, & solus cum sola repertus, per iustitiam per talia & similia iudicia notoria conuictus non appellat, ad hoc not.Innocen.in capit.1. de offi. delegat. lib.6.& Bald. in.l.additos.C. de episc.audien.& idem dici potest in appellatione diffinitiua,
5 quoniam † in notorijs non admittitur appellatio. de appella.c.Romana,lib.6. quando autem dicatur notorium, & per quod tempus probetur, & quid manifestum, quia nõ est præsentis libelli speculationis sufficiat remisisse, & uide nota. in cap.de manifesta.2.quæst.& in cap. uestra de cohabita.cleri.& mulie.de purga.canonica, cap.dilectio, & vide ibidem Innocen.& domin. Anton.de Buttrio, vide Barth.& Bald.in.l.ciues. C.de appell.& Ioan.Fab.inst.de iure naturali, & in Spe.ti.de notorio crimine, & in mille alijs locis. Vnum tamen volo tibi dicere, quod in his criminalibus causis, iudices debent esse multum pij & misericordes & multum abstinere ab executione corporali, nisi ad casum necessitatis, in tantum q; si iudex uidet sententiam iniustam, quæ sibi consulitur, nunquã dēt illã exeq, sed debet referre uel cõsulere superiorẽ, & omni ingenio quo põt executionem debet impedire, ut est casus.ff.de quæstio. l.prima.§. si quis ultro, & notat Bald.in l.additos. C. de episcopali audientia. ¶ Item etiam tu nota aliud quòd quamuis constet de delicto contra reum,
6 & hodie pœnæ sunt arbitrariæ, tamen † iudex non potest neque debet imponere pœnas insolitas, imo debet imponere secundum consuetudinem regionis, quia consuetudo distinguit genus pœnarum, ut in.l.saccularij. §. sunt quædã, de extraordin.criminibus. Vnde dicebat quidã

ualens

valens doctor Florentinus Paulus de Castro, q; iudices pro homicidio, non debebant hodie ad bestias dare, uel alias pœnas, hodie insolitas inferre.

## CAMILLI BORRELLI ADDITIO.

a ¶ PAPA, NEQVE IMPERATOR] Quod Papa Imperator, statutum, & princeps quilibet non possit defensionem tollere, plura dixi in Regia Aragonum. quibus adde ad materiam quæ traddidit nouiter D. Simon de Prætis, in consil. 14. nu. 9. Vol. 1. Nouissimè D. Thom. Minadous in consil. 30. nu. 5. Idem Minadous in Decisio. Neap. 42. num 7. Hierony. de Tortis in consi. pro Repub. Florentin. nu. 53. post consil. Butrij. Arius Pinellus in Repub. l. 2. parte. 1. cap. 2. nu. 21. C. de Rescind. Vendit. Marcus Mantua Dialog. Denarrat. 34. nu. 1. classe. 4. & Dialo. 52. nu. 7. eadem class. 4.

b ¶ CAPITVR IN FRAGRANTI] Nullam competere defensionem capto in fragranti crimine. Voluit etiam Paris de Puteo in Tract. sindic. in uersi. condemnatio. c. An potestas. Hippolyt. Marsi. in l. unius. §. cogniturum. per totum. ff. de quæstion. & in l. unica, nu. 171. C. de Raptu Virgin. Text. in Const. Regni. Iustitiarij non per calendas. ubi, Afflict. Petrus Foller. in Pract. Criminal. §. Item quòd fuit captus in fraganti crimine per totum. & latè etiam Tractat Iulius Clarus in Pract. Crimin. quæstio. 8. nu. 3.

c ¶ IRREQVISITVS POTEST EXCOMMVNICARI] Quòd nulla citatione prævia excommunicari quis possit. Voluit Anton. de Butr. in c. uestra, col. 4. uer. n. nunquid autem omissa. extra de cohabit. cler. & mul. Nicola. Mil. in Repertor. in uersi. citatio. Glo. & Pan. in c. cum sit Romana, col. 1. in fin. de Appell. Innoc. in ca. ex parte & primo circa finem. de verb. signifi. Abb. Pan. in c. fin. de iuram. calumn. Aretin in c. 1. col. 6. de iud. Felin. in c. sacro col. 2. de sent. excommunica. Lapus allegat. 73. ubi Mandosius in Apostill. & latissimè tradit Anto. Gabr. lib. 2. titul. de Citationib. concl. 1. nu. 165. ubi late tractat, & declarat quando procedat. & pro materia uideas M. Anton. Cucch. insti. Canonic. lib. 4. Titul. 11. & per Foller. in Pract. crimin. canon. Parte. 2. §. Rep. si culpabiles citentur nu. 5.

d ¶ AB INTERLOCVTORIA TORMENTORVM] sed regulariter appellatio interponitur non solum a Decreto de torquendo, sed etiam a comminatione torturæ, & est commune dictum. Aud. de Isern. in uersi. Maiestatis. Titul. quæ sint Regal. & in const. Regni. intentionis. uoluit Guido Pap. deci. Gratia Neapol. 74. Thom. Ferrati. Cautel. 239. Sebastian. de Neapoli, Barth. de caoua, & Ioan. Anton. niger. in c. Regium si Iustè. Fràcisc. Marc. decis. Delph. 907. Vol. 1. Iul. Clar. in pract. q. 64. nu. 30. Brunor. à sole in Consil. Crimin. nu. 171. cum pluribus seq. Carauit. Ritu. 259. nu. 14. Ioan. Monticellus in pract. crim. Regul. 100. nu. 24

Camillus Borrellus.

## De præsidibus usurpantibus iurisdictionem inferiorum iudicum Rub. 38.

### In §. Conqueruntur.

*SVMMARIVM.*

1 *Priuilegium uel consuetudo, ubi dant inferiori iudici ordinariam, excludunt superiorem.*
2 *Delegati sunt maiores ordinario.*
3 *Iudex quando denegat iustitiam, recurritur ad principem.*
4 *Reatus, omnem honorem excludit.*
5 *Ordinarius, quibus modis se intromittat de causis delegatorum.*
6 *Assignatio iudicis, habet uim interlocutoriæ.*
7 *Præceptum iudicis, est sententia.*
8 *Vbi quis appellat a captura, potest interim detineri.*
9 *Torti iniuste, confessio nulla.*
10 *Vnus officialis, non debet se intromittere, de officio alterius.*
11 *Si dominus negat facere iustitiam uassallo, iurisdictio deuoluitur ad superiorem.*

ONQVERVNTVR quotidie ciuitates, & villæ regales de gubernatoribus regni, qui omnimodam iurisdictionem suorum officialium vsurpant. Nam cum de foro regni iustitia habet cognoscere de omnibus causis ciuilibus & criminalibus, ipsi tum per miserabilitates, uel viduitates, tum propter stilos gubernationis in causis corporum in vassallis sarracenorum per uiam recursus, & aliàs omnem iurisdictionem absorbent, imo dogmatizant, de totali iurisdictione nihil est ab eis detractũ per concessionem iurisdictionis, iustitijs factum in foro Vn sol, vehi, de curia, quia saltim in habitu restat sibi iurisdictio ad libitum assumenda per leg. primã. C. de officio præfecti urbis, quæ lex in mille errores facit cadere sapientes in hoc regno. ¶ Aduerte clarum est quod forus Vn sol, vehi, Rubrica de curia & baiulo. ponit regulam affirmatiuam & exclusionem negatiuam, dicendo quòd unicus solus uicinus ciuitatis sit curia ciuitatis & termini, & ipse solus audiat & determinet oẽs causas uel lites ciuiles & criminales, & non sub examine alicuius alterius. Et sic uidetur quæsita iurisdictio ipsa lege regni, excluso superiore uel alio quocunque iudice, ex quo ipsa lege hoc agitur ut cæteri excludantur. Ad hoc decretalis, cum contingat, & quod ibi notatur per Dominum Antonium de Butrio, de foro competen. qui dicit nota, quòd ubi † priuilegium
1 uel consuetudo, tribuit iurisdictionem inferiori ordinariam, illam tribuere uidetur, excluso superiore, ex quo specifice actum est. Hoc etiam probatur de iure, nam cum alicui etiam subdito a superiore datur ex priuilegio, uel consuetudine, iurisdictio semper uidetur actum quòd superior excludatur. Ad hoc quod notatur in glossa ordinaria, de officio ordina. capitulo, pastoralis & capitu. cum ab ecclesiarum. Et facit capit. ad hæc, de excessibus prælatorum, & quæ latè diximus isto generali titulo. §. & quia, uersiculo, nunc dicamus, ubi diximus de intelle-

intellectu dictæ legis primæ, ubi uide. ¶ Sed uerum est quòd quamuis in causis regulariter præsidis iurisdictio sit coarctata, & exclusa, saltim ī exercitio, iurisdictio tamē regia, neque in exercitio, neque in habitu ē exclusa: quia licet princeps illā concesserit, iurisdictionē non concesit a se expropriando. Ad hoc quod notat Bald. in feud. in rubrica, quid sit inuestitura. Ad hoc facit. l. legatus. ff. de officio proconsulis, & le. præsid. & quod no. in c. super quæstionum, de offic. delegati, & sic per dictum forum, non est exclusus princeps, neque eius † delegati, qui in causa sibi delegata maiores quocunque sunt ordinario, de officio delegati, ca. sane. propter principis autoritatē, & plenitudo potestatis principis per dictā concessionem non uidetur sublata, ad hoc. ff. de damno infect. l. 1. & quod ibi no. ¶ Pro quo facit, quia papa uocando prælatos in partem solicitudinis non abdicat a se plenitudinem potestatis. 2. q. 7. c. qui se scit. &. 3. q. 7. cap. multum stupeo. Ad hoc facit, quod no. Bald. in dicta. l. 1. ff. de damno infect. & in. l. iudicium soluitur. ff. de iudicijs, in prima quæst. & in. l. finali, in fine. C. de legibus, & quòd scribit Cy. C. qui pro sua iurisdictione. l. unica. Et quòd non obstante dicto foro rex posit se intromittere de causis principalibus, & eas delegare, probatur in. c. quanta lgu. de sent. & actis. Et in foro tots. de appellationibus, & in foro, no puga negu. de iurisdictione omnium iudicum, & de iudicijs. c. 9. & de malefactoribus. c. 2. & de verb. sign. c. la sententia. Et sic principis suprema potestas, non est abdicata, sed sic præsidis iurisdictio coarctata, nisi in casib⁹, in quibus infra dicemus, & hac suprema potestate non vtetur gubernator, etiam rege absente, ex priuilegio regis Iacobi, quoniam hæc sunt de reseruatis in viam supremæ potestatis, merito virtute talis concesionis, utetur, de officio deleg. c. ꝙ translationem, male ergo facit regni ꝓcurator, si tali vtatur preeminentia, pasim de omnibus causis cognoscendo principaliter, uel eas delegando. Nunc uideamus de quibus ergo causis regni gubernator potest cognoscere, citra grauamen, etiam foro non obstante, & dicit quòd de illis de quibus per alios foros sibi datur facultas cognoscendi, vt puta in causis [a] pupillorum, uiduarum, hominum senium, & debiliū, & sic miserabiliū ꝑsonarū, ut in foro, nos & la cort. in rubrica, de curia, quia tales sunt sub protectione regia & iurisdictione, ut. l. unica. C. quando imperator inter pupillum & viduā. Ad hoc no. de foro competen. c. ex tenore. & de offi. delegati. c. significationibus. ¶ Sed uidetur obstare forus regis Alphonsi, de elect. iustitiæ, in fine, vbi de criminibus uiduarum, & pupillorū cognoscit iustitia & non alius, quia hoc est uerū, ipsis non petentibus euocationem, & in eius fauorem est concessum ipsis autem uolentibus & euocationem petentibus nō est dubiū procuratorem regium de illorum causis cognoscere posse, & hoc erat eis a iure concessum secundum veram doctrinam & intellectum dictæ. l. vnicæ. C. quando imperator. merito iura loquētia, prouti ius commune secundum illum intelligatur. C. de noxalibus. l. si serui uestri, & quod ibi Bald. scribit. Et quia ex quo erat concessum viduis & pupillis, in vim singularis priuilegii, per sequentem generalem dispositionem, nō uidetur reuocatum, secundum glo. in. l. si grauius. C. de dignita. lib. 12. Imo quod fortius est, quāuis uidua proroga sset iurisdictionem in iustitiam, ipsa petente euocationem, gubernator audiet illius casum. Vnde dicit dominus Anthonius de Butrio, in cap. significasti, de foro competen. quòd in ijs quæ sunt supremi imperij, & reseruata principi, non habet locum prorogatio. Cum ergo ad regium imperium & sui procuratoris in regno, pertineat tales uiduas, & pupillos, & miserabiles, in sua protegere iurisdictione, nihil obstat prorogatio. ¶ Ad primum. 23. q. 3. cap. ab imperatoribus. 23. q. 5. c. administratores, & dicta l. unica. C. quando imperator. Sed quæ sunt istæ personæ, de quorum causis procurator regni, se potest intromittere, & forus ille finalis, de curia solùm loquitur, de pupillis, viduis, & hominibus senibus, & debilibus, & de illis quibus natura mouetur ad miserādum. Dicta autem lex unica, loquitur de viduis, pupillis, & diuturno morbo fatigatis & debilibus quòd Bar. dicit hoc relinqui in iudicis *arbitrio* ¶ Item de iure, senex habet illud *priuilegium*. 87. distinct. ca. liberti. ¶ Item expositus, ea. dist. cap. fina. ¶ Item cæci, mutilati membris, captiui, leprosi, & debiles: & alij ad quos miserandum natura mouetur: ut notat Innocentius, & Antonius de Butrio, in capit. significantibus, de officio delegati. Allegant dictam. l. unicam, de censibus. c. licet, &. C. de episcopali audientia, l. iudices.

¶ DE VNO vidi sæpius dubitari. An gaudeat illo priuilegio. l. de orphano? Et Odofredus sup illa rubrica. C. quādo imperator, inter pupillū & viduā. tenet orphanum gaudere priuilegio pupilli, & viduæ. Et idē tenet Do. Antonius de Butrio, in c. significantibus, de offic. deleg. Ego fui semper opinionis, quòd hoc esset in iudicis [b] arbitrio relinquendum. Nam non [b] omnes orphani sunt miserabiles, neque de eis natura miseretur, quia possunt esse tam opulenti, & tales qui in suis negocijs possunt multum bene interesse, & forsan ꝓ alijs interesint, & non est iustū ꝙ tales gaudeāt priuilegio, cuius cā fuit quā supra dixi, uel qa natura de ipsis miseret, vel quia propter debilem ætatem & indispositionem, suis negotijs interesse non possunt, sup quibus fundatur ratio priuilegij, ut in dicta. l. vnica. C. quando imperator, inter pupillum & viduam, & in foro fina. rubrica. de curia, esset talis orphanus qui propter fragilitatē sexus

non

non posset suis negotiis interesse, ut puta, domicella maior uiginti annis orphana, non habens uirum, uel alius orphanus, sine parentib. uel indispositus. Et iste proculdubio, gaudebit priuilegio, quia stat causa concessionis priuilegij, ergo idem ius. l. adigere. §. quamuis, de iure patronatus. Et hoc bene probatur per capi. desolatis. 87. distinct. ubi dicit text. desolatis, proprie defensionis auxilio, qui suis actib. interesse, propter infirmitatem ætatis non possunt, exoratum decet pontificem: Pro quo facit forus, Fem fur. nou, quæ si algu. rubrica, de malefactoribus. Si autem esset orphanus maioris ætatis, iã nupta mulier, uel uir opulentus, prætextu orphanatus, nõ gaudebit priuilegio, ex causa priuilegij cessante, de appella. cũ cessante. C. de episcopis & clericis. l. generaliter, & quòd ibi notatur. Et hoc totum puto pendere in arbitrio iudicis, ut prædixi. ¶ Item est & alius casus, in quo procurator regni cognoscit principaliter in casum appellationis interpositæ in casu fori vnici, de elect. iustitiæ, ad fin. Non dico quòd ipse sit iudex a foro omnium appellationũ, sed in casum illius fori, quia imo communiter fit sibi generalis commissio per principem, omnium causarum appellationis, a delegatis interpositarum, & secundarum ab ordinariis, & in illis est delegatus. Quã generalẽ commissionẽ ob publicam utilitatẽ consuetudo tollerauit, ne partes magnis cum expẽsis habeant quærere principem, quòd aliàs de iure tam latę commissiones non ualerent, extra de rescrip. capit. quia nonnulli, & quod ibi notatur. ¶ Item cognoscit gubernator regni, de crimine læsæ maiestatis, falsæ monetæ, plagij, & de raptoribus itinerum, & de resistentia commissa officialibus regiis: quoniam ista crimina, principaliter tangunt principem, & sic illi est reseruata iurisdictio, & habenti locũ suũ in regno. Ad hoc quod notatur de iudi. cum uenissent. ff. de his quę in testamento delentur. l. proximè, & in l. & hæc Tiberius Cæsar. de hæredibus instituendis. Neque obstant nota. in cap. no podem, qui accusare possunt, ubi notatur quòd ista negocia non sunt propria fori ad illum effectum quòd princeps posit accusare, uel denuntiare, uti permittitur ab illo foro. Sed quoniam talia crimina, non tangant principaliter eũ, & suam maiestatem, non dicitur, imo ibi notatur quòd de his criminibus ipse est iudex, de quo etiam uide notata in foro stablim, de procuratoribus. imo ex prædictis commissis, gubernator potest tales reos abstrahere de baroniis & infanconiis: quoniam talibus non uidetur data immunitas de foro. Et sic merito de illorum criminibus principaliter iudicat, & inde potest dici idem ius esse in crimine priuati carceris, cum sit secundariò crimen læsæ maiestatis, ut l. 1. C. de priuatis carceribus. Merito ergo ꝓcurator regni de illo potest cognoscere, ut de crimine læsæ maiestatis, ut prædiximus. ¶ Sed quomodo quæ diximus, possunt procedere de foro, cum curia de foro posit inquirere, de publicis infamatis, de raptoribus itinerũ, de crimine læsæ maiestatis, & falsæ monetæ facta sibi denuntiatione. Quomodo ergo dicis cognitionẽ taliũ ad præsidem pertinere: quòd non est inconueniens, quòd curia posit de criminibus illis in foro expresis cognoscere, iuxta fori formam, & quòd præses, siue gubernator etiam de illis posit cognoscere, & ꝙ ad utraque pertineat cognitio etiam principaliter, & de per se, ut si iustitia capiat & puniat talem criminosum, in casibus fori bene faciat, & idem de gubernatore, iuxta. l. 1. & quod ibi Bal. ff. de officio consulis. ¶ Sed quid dices, ubi quilibet concurrit in inquisitione, uidetur ꝙ fit locus gratificationi rei, ut notat Petrus de Bella pertica, in l. 2. §. 2. ff. si quis cautionibus, & quòd reus cogatur eligere, aliàs quòd quilibet iudex posit illum reputare contumacem. ff. de adulteriis. l. 3. uel qd sit illius iurisdictio, qui præuenit, iuxta notata per Dynum, in l. pupillus. §. territorium, de uerborum significatione: & per doc. in l. iurisperitos. §. cum oriundus, ff. de excusator. & per Ioannem Andream, in regula, in obscuris, de regulis iuris. li. 6. in mercuriali. & Barto. in l. si maritus, in princip. ff. de adulteriis. Sed ex quo gubernator est superior iudex, uidetur ille præferendus, & quòd posit a se totam causam euocare, quia principalis iurisdictio ad pręsidem pertinebat. Vnde quãuis de foro, ex illa iurisdictone quid sit attributum iustit. non tollitur principalis iurisdictio. Nam a minori non fit nouatio. ff. de uerborum obligat. l. qui usufruct. ¶ Iste est casus singularis in l. prima. C. de officio præfecti urbis. Et sic uidetur posse dici, quòd præside euocante causam iustit. non se posit intromittere, arg. notato. per Innocen. in capitu. cum. M. Ferrarien. de constitu. de concess. præben. capi. quia cunctis, gloss. fina. Et quod notat Archidiacon. in §. his ita. 34. q. 6. ¶ Sed prædicta iura loquũtur in habentibus iurisdictionem subordinatam, & inferiorẽ, secus in non subordinatis, ut est iurisdictio iustitiæ, quæ quo ad primarias causas habet distinctam & separatam iurisdictionẽ, excluso superiore, ab ipsa lege regni, quo casu non uidetur habere locum dicta. l. 1. C. de officio præf. urbis, scilicet quod index, cui hoc specialiter lege regni est commissum exequatur, etiam excluso generali præside. Ad hoc quod notat Iaco. de Arena, in l. seruum. §. si quis post. de legat. primo. Et hoc uidetur tenere Bal. in l. 1. ff. de officio ꝓconsulis, dicens, quòd tali casu vnus officialis non debet applicare se officio, ad alterum pertinenti, & allegat. l. 1. C. de executoribus & apparitoribus, lib. 12. Et hæc possunt habere locum regulariter in aliis casibus in quibus iudex habet cognitionem, uirtute fori,

Vn sol

Vn sol uehi, quia in illis exclusus est gubernator, quo ad primariam cognitioné. Sed in istis casibus, qui regiam præeminentiam tangunt, non est exclusus gubernator, imo a iure & foro est sibi reseruata potestas, merito ut superior poterit reuocare p pdicta, & hoc iure utimur. ¶AD HOC AVTEM dubia remouenda, cum iustitia incipit inquirere, & gubernator euocat causam, uterque cognoscit pro illo ad quem pertineat, quod est remedium miserorum. ¶Itē cognoscit procurator regni, de causis corporum, uel vniuersitatum. Ad hoc. ff. ad municipa. l. de iure. in princi. Imo est stilus curiæ gubernationis, quòd si singularis agat cōtra vniuersitatem uel ecōtra, cognoscit gubernator, quod aliqui foristæ dicunt iure fundari: quia iustitia esset suspecta, cum habeat pronunc, cum consilio vniuersitatis, ut in titulo de curia, cap. la cort. ¶ Potest etiam melior ratio assignari: quia causæ corporum vel vniuersitatum sunt consistoriales, ut dicit Bald. per illum tex. in l. fina. C. de diuersis rescriptis, & sic per principem, & eius procuratorem, & consilium sunt determinādę. ¶Item gubernator cognoscit in fatica tacita, uel expressa iudicum inferiorum expressa, ut si dicit. Nolo iudicare tacita, si taceat & nolit procedere, ut notat Innocētius, in cap. significantibus, de officio delegati. qđ
3 est de iure fundatissima. Nam quando † iudex denegat, uel negligit facere iustitiā, potest haberi recursus ad superiorem, per uiam simplicis quærelæ. Iste est textus optimus, in auctentica de quæstore. §. super hoc. colla. 6. & ita tenet Bald. in l. 2. C. de iurisdictione omnium iudicū. Et refert Bal. l. sed & si per prætorem. §. sed & si magistratus. ff. ex quibus causis maiores, dicēs nota quòd aduersus dissimulationem, negligentiam, & protelationem iudicis, cōpetit restitutio in integrum. ¶ Sed Guillelmus. de Cugno quærit, an possit appellari ab isto grauamine? Et dicit quod aut iudex grauat dissimulando, & non potest appellari, sed per uiā simplicis quærelæ, debet adiri superior, & corā eo tarditas inferioris iudicis in quærelam deduci. C. de tempo. appellationum. l. fina. §. illud, in auctentic. de quæstore. §. super hoc. Aut iudex procedit, & lædit partem pronuntiando, uel procedendo. Et tunc potest appellari secūdum Guillelm. de Cugno. in d. l. nemo. & in d. §. sed & si magistratus, imo iudex iste uel q denegat, uel qui non vult facere iustitiam, incurrit principis indignationem, in aucten. de mādatis principum. §. si tibi quoq;, merito extra ordinem procedi potest, in auctent. ut litigantes iurent. §. 1. colum. 8. de quo uide Bal. in auctén. statuimus. C. de episco. & clericis. ¶Item potest gubernator refrenare inordinatos processus ordinariorum & delegatorum a principe ex stilo curiæ gubernationis, qui stilus fundatus est de iure. Nam quamuis delegatus sit maior quocunque ordinario in causa sibi commissa, de officio delegati. capitu. sane, tamen si delinquat in causa sibi commissa litem suam faciendo, de hoc potest conueniri coram ordinario, vt notat Bald. in authent. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oportet, secundum Cy. qui dicit ibi quod quamuis in pcedendo sit maior eo, tamen cum delinquit, est
4 sub eo, quia † reatus omnem honorem exclu-
5 dit, ut. l. 1. C. vbi senatores, vel clarissimi. † Et scias quòd tribus modis superior ordinarius se potest intromittere de causis delegatorum a principe. ¶Primo cum delinquit extra causam sibi commissam, uel in causa sibi commissa, litem suam faciendo, & de hoc in d. authen. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oportet, per Cyn. & Baldum, & per canonistas, in c. 1. de offic. ordi. in clemen. Et ibi per dominum Ioannem de Imol. ¶Secundo ex desidia uel negligentia illorum, vel ex illorū ineffrenatis processibus, ut notatur per canonistas, in cap. significauit, de officio ordinarij. uide per curricum. ¶Tertio si procedit extra formam suæ commissionis, vel non purificato rescripto, de quo per Ioann. Andr. in cap. fina. de rescrip. in nouella, & posuit vnum verbum Arch. in c. si eo tempore, de rescrip. lib. 6. ¶ Et scias quod in his querelis vel recursibus, de quibus Gubernator cognoscit, est istud sciendum, quòd si ordinarius, vel delegatus in causa, procedunt interlocutoriè vel diffinitiuè pronunciando, ex quo de foro regni ab interlocutoria est petēda correctio infra decem, vel transit in rem iudicatam, quo ad partem, vt notatur in l. quod iussit. de reiudicata, in cap. quod ad consultationem, de re iudica. & in cap. fina. de appella. lib. 6. in gl. ordina. & a diffinitiua est interponenda appellatio, quæ sunt remedia ordinaria: & sic querelæ, uel recursus, quod est extraordinarium non habent locum. ff. de noui oper. nuncia. l. & in prouinciali: nam appellare debuerant, si sibi sententiæ displicebant. l. 2. C. si sæpius, de in integ. restitutio. postuletur. in talibus casibus gubernator nequit se intromittere. Et idem posset dici de iudice procedente ad vlteriora, quòd q.s se debet munire appellatione, vel correctione: quoniam ex tali transitu ad vlteriora, non discussis exceptionibus tacitis, iudex interloquitur, extra de appella. cap. ex parte, & ibi nota. & not. extra de appella. cap. dilecto. C. de dila. l. à procedente, vnde quando iudex procedit ad executionem, non discussis exceptionibus, locus est appellationi, vt notatur in l. ab executore. C. quorum appellationes nō recipi. Et sic
c videretur, non posse superiorem quis adire, per querelam: ex quo sibi á iure est indultum beneficium appellandi, uel a foro beneficium petendi correctionem, infra decem, quod idem videtur esse: tunc ergo locus erit querelæ, vel recursui, cum iudex recusat, uel negligit, uel cū aliter

aliter quàm diffinitiuè uel interlocutoriè pronuntiat.¶Sed quomodo hoc? † quia iussus iudicis,habet uim interlocutoriæ. ¶Itē assignatio termini.l. qualem.§.dicere.Et ibi glossa in uerbo,iussus.de arbitris,per quam.l. dicit glos. singu.in auctē.de litigiosis,colla.8. quòd omne præceptum iudicis,quod fit ad causam,facienda est interlocutio.Ad quod facit.ff.de arbitr.l.diem.& quod scribit Dominus Antonius de Butrio,in repe.cap.cum.M.Ferrariensis, de constitu.Et Innoc.in cap. inter cætera. de præbend.in addi.Ad quòd facit.l.præsenti, de his qui ad eccle.confu.Quinimo glo.in l.cum non solum.§.necessitatis.C.de bonis quæ liber. di-

6

7 cit quòd † præceptum iudicis,est sententia, & ex eo datur actio in factum.¶Sed hoc tu intellige uerum, quando mandatum uel actus fit p iudicem,cum causæ cognitione præcedente,& sic parte præsente.Ad hoc.l. in causæ. §. causa cognita.ff.de minoribus:tunc autem tales prouisiones iudicum,sunt interlocutoriæ, uel suo casu diffinitiuę.s.iudicum comminationes, ut in l.2.& 3.C.comminationes,epistolæ, & ita tenet Hostien.in cap.ad aures. de tempo. ordin. & ibi Ioan.And.in nouella.in capi.ex literis. de in integ.restitu.& per Bald. in l. error. C. de iuris & facti igno. Et ex prædictis uidere potes, quando est locus quærelæ,uel recursui, & quādo appellationi uel correctioni.

¶SED NVNQVID de hoc recursu, uel de hac quærela cognoscet iudex in scriptis?Et certè nō regulariter. quia cum de iudicis iniqui-

d tate cogatur, sufficit [d] q̄ summariè cognoscatur,& uerbo pronuntietur, ad hoc quod notatur in auctē.nisi breuiores.C. de sententiis ex periculo recitandis.Et melius probatur in ꝓpria materia,per notata in §. necessitatem, in auctē.ut iudices sine quoquo suffra.Sed si aliquid extrinsecus recursum ex fatica, uel aliàs iustum fundam.allegetur in scriptis per partē, si iudici uideatur ad solam memoriam loco talis qualis petitionis, iuxta not.in clemen.sæpe. de uerbor. signi.iudex illam admittet, & summariè cognoscet, neque a declaratione recursus appellationem admittet, quia regulariter intermedia causę de iure ciuili,neque fororum non admittitur appellatio, ut lege. ante sententiam. ff. de appella. recipiend. neque correctio, cum iam iudicis prouisio per superiorem sit confirmata,quòd forus aliud non requirit in iudicum prouisionibus,nisi quod per adiunctum accessorem confirmetur, captum in correctione.Et quia forus loquens de correctionibus petendis, loquitur de prouisionib. & interlocutionibus iudicum, non autem de recursuum,& quęrelarum cognitionibus.Is tamen qui se grauatum dicit, bene posset principem adire,ut in dicto.§.super hoc,auctent. de quæstore,sed inferior iudex interim procedet, donec inhibeatur a superiore,arg.capi.non so-

lum. de appella.libr.6.¶Sed pone quod iustitia.ex aliqua cognitionali prouisione grauauit partē,grauatus dicit. Domine iustitiar.uos me grauastis,ego recurro,uel recursum emitto ad gubernatorem,nunquid iustitia.ante inhibitionem poterit procedere, & si procedit sit nullū? uidetur quod non sit nullum, imo potest procedere,quousque inhibeat, ut in dicto capitu. non solum,de appella.libr.6.& hoc est uerum. Tamen si grauatus haberet bonum procuratorem prope,& sibi consuleret quod sic formaret recursum. Domine iustitia.uos me grauastis ex tali uel tali causa, & sic statim ego emitto recursum ad gubernatorem,& submitto me sub protectione,& salua gardia ipsius, & statim ad eum accedo, & iter arripio, quicquid faceret iudex inferior esset nullum, ut hæc probantur in l.vnica,& quod ibi per Cyn.& Bal. C. si quacunque præditus potestate,& quod not.Bald. in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori. ff.de noui ope.nuncia.Ad hoc quòd no.in cap.dilecti,de appella.ad quod nota.per Innocen.& Anto. de Butr.in cap.ut debitus,de appella.Et latius in dicto capitu.dilecti.& in cap. meminimus, de appella. Et tali casu deberet gubernator retractare acta per inferiorem, quemadmodum si ipse inhibuisset: quoniam tali casu est sub sua protectione.Ad hoc quod no. Bald. in auctentica, si quis litigantium, de episcopali audientia.¶Sed pone casum quod uidi de facto, pronuntiata fuit quædam interlocutoria tormentorum,reus appellauit, fuit sibi denegata appellatio,& positus in tortura,interim suus procurator emisit recursum, & gubernator inhibuit iustitiam, iustitiar.relinquit hominem in tortura,& accessit ad purgandum grauamen, dicebam quòd fecerat cōtra inhibitionem su-

8 perioris, quia quāuis † ubi quis appellat a captura,possit interim detineri per l.eos.§.super his.C.de appellatio. & quod notat Innocētius in capitu.ut famæ.de sententia excommunicationis,quamuis per detentionem oriatur nouum grauamen,quia est appellatio ab interlocutoria,per quam iudex non inhibitus procedere potest,ut in capit.non solum,de appellationibus,lib.6.Et quia est timor,ne ille reus fugiat, si pronūtietur malè appellasse. ¶Sed hic iudex iam erat inhibitus,& dolor & cruciatus durabant,quæ cessare debebāt. Ad hoc l.minimè.§.absq; iis.C.de appellationibus. Et quod eleganter Baldus scribit in l.2.C. de episcopali audientia,ubi eleganter dicit, quòd si ex forma constitutionum non potest innouare aliq̄d contra appellantem ab interlocutoria,tunc allegans nō poterit detineri in carcere,quia successiuum grauamē est,nisi appellatio esset friuola manifeste &c. Et sic dicebā q̄d iustitiarius erat puniendus de transgressione mandati, & plus quidam Datianus,qui ei consuluit. Et dicebam,quòd quicquid secutum erat uel confessio

c fessio delati, uel alia acta, sunt nulla, quia c †ubi
9 quis torquetur, ubi aliàs torqueri non debet, non præiudicat sibi confessio, secundum Ang. in l. qui aliena. §. Celsus. ff. de acq. hære. qđ not. ¶SED PONE & in hoc multoties præiudicatur inferiorib. iudicibus ordinariis, quod causa est corā gubernatore per recursum, gubernator de tota causa vult cognoscere, & sic appropriat sibi omnes causas. Quærit an grauet? & certè si reperit iudicem inferiorem non grauasse, & tunc gubernator nō potest inhibere iustitiam, ne procedat: quia etiam superior non potest inhibere inferiori iudici, ne sua iurisdictione utatur, ut notat Archidiaconus in capitu. de persona. 12. quæst. prima, nisi ex causa deuoluta ad superiorem, ut ex causa appellationis & nullitatis, coram superiore intentatis. C. de accusationibus. l. 4. argu. C. de transactioni. l. si causa cognita, & nisi inferior habeat iurisdictionem concessam ad nutum domini sui, id est iudicis: ut in l. iudicium soluitur. ff. de iudiciis, secundum Bald. in l. prim. ff. de officio consulis. Merito dictus gubernator finita causa quærelæ, non potest iustitiis uel iudicibus inhibere, neque de illorum causis se intromitte-
10 re citra grauamen: quia † vnus officialis, non debet se intromittere de officio alterius officialis, neque officio alterius se implicare, ut in l. 2. C. de executoribus & exact. l. 2. lib. 12. Et qđ notatur. ff. de manumissionibus. l. apud eum. Et quia iurisdictio redit ad iudicem qui non grauauit. ff. de minoribus. l. intra utile, imo vult forus regis Petri, quòd fiat condemnatio in expensis duplicatis tali casu. ¶Sed est dubitatio cum per gubernatorem reperiatur grauamen, & sic quærelā procedere, an possit de tota causa cognoscere. ¶Aduerte, quia si iudex denegat, uel negligit facere iustitiam, & ex hac causa subditus emittit quærelam uel recursum ad superiorē totius cāæ cognitio est ad superiorē delata constito de fatica iustitiæ, ¶Iste est casus in §. si uerò forsan, in auten. de quæstore, colla. sexta. Et ibi hoc tenet Iacobus de Beluiso, dicens quòd si iudex inferior denegat iustitiam subditis, quòd iurisdictio deuoluit ad superiorem. Allegat. C. de episcopis & cleric. auctenti. statuimus. Et dicit quòd hoc est argumentum
11 ad feudum quòd † si dominus denegat facere iustitiam uasallo, quòd iurisdictio deuoluatur ad principem, uel comitem, uel alium superiorem, ut in feud. pro quo tempore miles inuesti. petere debeat. §. finali. & si de inuestitura lis oriatur inter dominum & uasallum. §. 1. uersic. si testes. secundum est. Et ideo practica est, qđ gubernator mandat iudicibus, quòd faciant in tali causa iustitiam, aliàs quòd ipse faciet: & tunc illo negligente inferiore iudice, nō est dubiū quòd talis causæ cognitio est ad superiorem deuoluta. Ad hoc quod magistraliter scribit Bald. in feud. de pace tenē. §. publici latrones, dicens, ad hoc sume argumentum, quòd si habens castrum in feudum, malè tractat burgenses castri quòd dominus potest monere ut eos tractet modo debito & consueto, aliàs curia domini potest auferre sibi castrum, quod dicit summe notandum. Et quotiens superior iudex aditur per quærelam potest mādare inferiori iudici, si inuenerit quòd grauauerit partem adhærentem, quod reuocet grauamen. & si periculum fuerit in mora, ipsemet potest reuocare: uel narrato sibi grauaminne, pôt mandare, si ita est quòd grauamen reuocet. Ad hoc quòd legitur & nota. extra de rescript. capitu. ab excommunicato, & de senten. excommuni. capitu. per tuas. sacrosan. de offic. ordin. capit. ad reprimendam. ¶Si autem ex iniustitia facta per iudicem inferiorē parti est omissus recursus uel quærela, & tunc si constat grauasse. Et ex hoc iudex amodo suspectus habetur, uidetur quod uolēte grauato, de tota causa possit superior cognoscere, quia sic transfertur totius causæ cognitio superioris per appellationem ab interlocutoria si pars doceat de grauamine, ut est casus in capitu. cordi, de appellatio. libro 6. Et idem tenet Cynus, de iure ciuili esse in l. per hanc. C. de tempo. appellationum, nihil allegans, sed pro suo dicto est casus cum glossa secundum lecturam Placentin. in l. si quis prouocatione. C. de appellationibus. De quo uide Bartol. in l. eius. ff. de appellatioñ. recipiendis, sic per recursum uel quærelam. Et sic tali casu nō uidetur gubernatorem grauasse, qui reperta iniuria uel iniustitia, per inferiorem iudicem facta ad instāriam grauati, de tota causa cognoscit: sed super hoc cogita, quia practica est in contrarium, uidelicet quod purgato grauamine, remittatur causa ad iudicem inferiorē, uel a quo est recursus emissus, & minimè sunt mutanda, quæ longam consuetudinem habuerunt. ff. de legibus. l. nunc, & mos relinquendus est antiquissimę uetustati. Ad hoc C. de testibus. l. testamenta omnia. Pro quo facit forus regis Martini, de modo & forma qualiter uasalli magistri minutesiæ, possunt habere recursum, capitu. vnico. Et uide forum montisoni, anni. 63. capitu. item cani segons, & regis Ioannis Anni. 74. capitu. itē com, & in multis priuilegiis, & in stilo curiæ gubernationis. ¶Item cognoscit gubernator regni ex stilo curiæ gubernatiōis de uasallo militis uel baronis delinquentis extra districtum uel territorium baronis uel militis. ¶Sed de hoc prætendit iustitia quod habet forum regis Petri pro se, & sicut stilus contra forum, nequit de foro allegari. Sed dicitur quod ille forus non est auctenticus, quia non habetur bulla plumbea principis, neque matrix scriptura, merito exempla quæ exhibentur, non faciunt fidem, de fide instrumentorum. §. si scripturam. Et quod notatur in l. sempronius proculo. ff. de legatis secūdo, &

do, & in Rubrica. C. de fide instrumentorum, per Bartol. & sic præualebit stilus qui est scriptus in curia, iuxta notata in l. prima. C. si mulier secundo nupserit, & in auctentica, cui relictum. C. de indicta uiduitate, & in l. tertia. de testibus.

¶SED DICITVR quòd ille forus est confirmatus per regiã prouisionem regis Alphonsi, fœliciter regnantis, qui facit mentionem de illo foro. Et sic merito ex quo sup illo foro fundatur intentio principis dictam prouisionem facientis illi statur, de proba. cle. literis. Et qđ ibi notatur, & in l. ex hac scriptura. ff. de donatio. & sequitur etiam aliud notabilius, quòd ex quo ille forus commemoratur a principe qui habet potestatem foros condendi & leges, qđ ille habetur pro foro auctentico. ¶ Nec obstat auctentica, si quis in aliquo documento. C. de edendo, ubi instrumentum faciens mẽtionem alterius instrumenti, non probat, quia ratio est: quia fabricator talis instrumenti, nõ habet potestatem aliquem obligandi. ¶ Sed in nostro casu princeps de lege uel foro faciens mentionem, bene habet potestatem hoc disponendi de nouo, merito etiam quòd de ueteri statuto, uel foro non appareat, standum est narratis. argumentum. ff. de legatis secundo. l. Lucius. §. quisquis, & C. de donationibus. l. si donatio, & ibi bona glossa probat solutionem. Et hoc uidetur tenere gloss. in l. admonendi. de iureiurando. Et ibi Salycetus, ubi dicit quòd ex hoc habes in practica quòd si consilium prouideat populo sub ista forma, quod inficiatus depositum soluat triplum, secundum dispositionem statutorum, neque aliquid apparet de dispositione. Ad quod facit etiam quod notat Baldus in l. si donatio. C. de donationibus. Et hoc idé uidetur determinare Bal. in l. prima. C. de episcopis & clericis. dicens, quod quotiens in ultimo statuto inseritur tenor primi statuti, ad qđ fit relatio, & quòd nõ expedit scire de illo quia statur narrationi, ut in prima constit. C. §. quibus, aut non inseritur tenor, & tunc aut ex statuto referente apparet certitudo dispositi. Et idem est, ut est textus in lege prima. C. de episcopis & clericis, ubi iuxta factione, Aut nõ apparet certitudo, & tunc nisi constet de statuto referentis, ad quod fit relatio, & tunc non sufficit statutum, maximè in pœnalibus. Allegat. l. in testamento, in princi. ff. de condi. & demonstra. secũdum eum. Et ista allegaui in quæstione facti isto anno, & ita iustitia illum executanit, licet gubernator fuerit protestatus, quod non fieret sibi, neque suæ curiæ præiudicium, neque posset trahi ad usum neque consequentiã. Et finaliter gubernator cognoscit de causis, ex stilo suæ curiæ pertinentibus de quibus specifice non cauetur, quia ut est dictum, stilus curiæ maximè scriptus debet custodiri multũ a iudice, de quo per Baldus. in l. prima, C. de summa trinitate, & per Cynum in l. prima. C. quæ sit longa consuetu. Et quod notat Bartol. in l. 3. ff. de testibus. §. lex Iulia. Et quod notatur in l. 2. C. de consti. pecu. Et quod notatur in clementina, sæpe, de uerborum significatione. Et ex his satis clare uidere potes, quando grauat, & quãdo non, gubernator de causis ad forum ordinarium pertineñ. se intromittendo, & hæc sufficiant, quia de cæteris claræ sunt determinationes.

## CAMILLI BORRELLI ADDITIO.

a ¶IN CAVSIS PVPILLORVM, VIDVARVM] Et in reg. magnus iustitiarius, ac eius magna curia uicariæ cognoscit de criminibus, ac de causis uiduarum, & pupillorum, & possunt eligere forum dictę magnæ curiæ, omisso proprio eorum foro. ut in c. requi. subditorum. & in c. de uiolentijs. & in c. iniunxit & in constitu. regni. statuimus. 2. ubi Iern. & Afflict. & Ioan. Anto. Niger. in dicto c. de uiolentiis. nu. 9. & 10. Matth. de Afflict. in decis. Neap. 257. per totum Antonius Capici. in decis. Neapo. 160. Anibal Troisius. in ritu. 266. numero. 9. & 10. ad materiam uide Bernardin. Alfanum collectan. iuris. 350.

b ¶NAM NON OMNES ORPHANI] Quod orphani, & pupilli tunc demum miserabilium personarum priuilegio gaudeant, quando sunt pauperes. ut multos allegans uoluit Andr. Tiraquell. in tract. de priuileg. piæ causæ in præfat. uersi. Et uidetur hoc plenè. Menoch. de arbitr. iud. quæst. libr. 2. centur. 1. casu. 65. & casu. 66. per totum.

c ¶AB EXECVTORE] Vult dicere. l. ab executione. in qua tractatur materia an, & quando ab exequutore iniustè exequente posit appellari. de quo uide Alexan. in l. 4. §. condemnatum. nu. 25. ff. de re iud. Bartol. Veronens. in cautel. 2. Socin. regul. 19. Corn. in consi. 221. uolum. 4. & Hierony. Grat. in consil. 16. & in consi. 119. uolum. 2. & Ferrane. Gargiarium in patrocin. 50. plures sunt. nu. 2. Guidon. Papæ. in decision. gratianorum. 574. Matth. de Afflict. in constitution. regni. Pœnam eorum. num. 64. & Anton. cap. in decis. Neap. 34. nu. 4. Vbertin. Zuccard. in rep. l. fin. num. 363. C. de edict. diui. Adrian. toll. Achilles personalis in trac. Adipiscend. poss. nu. 335.

d ¶SVFFICIT QVOD SVMMARIE] In causis breuibus aliqua scriptura non exigitur. Matthesilan. Notab. 1. & 2. Socin. regu 5. limi. 1. Felyn. in cap. sciscitatus. extra de rescrip. Ludouic. Rom. in singul. 52.

e ¶QVIA VBI QVIS TORQVETVR] An cõfessio facta in tortura iniustè illata, ac non præcedentibus iudicijs ualeat, & præiudicet confitenti uide plenè Bart. in consi. 39. Gandin. in titul. de quæstionib. & torment. num. 13. Ange. in uersi. fama publica. uersic. aduertas tamen. ubi Augustin. de Arimino. Paul. de Castr. in consil. 273. in princip. uolumin. prim. Fulgos. in consilio. 106. nume. 4. Raph. Armens. in consi. 139. Ludouic. Ro. in singul. 131. & Corn. in consi. 134. uolum. 4. Hippolyt. de Marsil. in consil. 8. num. 13. consil. 12. numer. 59. Item grammat. in consil. crim. 15. numer. 9. & in consil. 21. nu. 18. capric. in decision. Neap. 145. Imo. in consi. 109. Cataldin. in tract. Syndic. quæst. 212. Item grammat. uoto. 6. per totum.

Camillus Borrellus.

De peti-

De petitionibus quæ fiunt per principem, Iudęis, & Sarracenis. Rubr. 39.

In §. Nouissime.

1 *Damnum sentiens, debent sentire emolumentum.*
2 *Scripturam aliter intelligens, quàm sensu Spiritus Sancti, hæreticus est.*
3 *Princeps potest auferre bona Iudæorum, quia illa habent ut peculium.*
4 *Tempore necessitatis, nullus excusatur.*

NOVISSIME altercantiũ est an ciuitate regales & uillæ sit grauatæ, ideo q͂a rex Nauarræ, locumtenens generalis curias cælebrans in regno Valẽtiæ, nomine regis, promisit quòd usque ad quinquẽniũ, non faceret petitiones uel demandas, ubi aliquo casu posset facere brachiis curiæ uel singularibus eiusdem, ex aliqua causa quantuncũque eminenti, & ita iurauit quod expost fuit confirmatum per serenissimum regẽ Alphonsum fæliciter regnantem, denuo mandato regis Petrus de Bissulduno, regis secretarius exegit a moreriis regiis & alianiis Iudæorum, & ab aliquibus singularibus eorum aliquas demandas, uel petitiones. Dicebant ciuitates, & uillæ regales, quòd hoc erat contra actũ curiæ, quæritur quid iuris?

¶ET PRIMO videt̃ dictos Iudæos & Sarracenos debere gaudere dicto actu curiæ, & sic lege regni. ¶ Primo ex eo quia dicti Iudæi & Sarraceni, suam partem exsoluerunt, in donatiuo curiæ, ob q̃d dictus actus curiæ fuit factus,
1 & sic ex quo † damnum sentiunt, debent sentire emolumentum. ff. de regulis iuris. l. secundum naturam, in clemen. qui sentit. de regulis iuris, libro sexto. ¶Item quia Iudæi & Sarrace-
a ni uiuere debent secundum [a] legem regni, sicut alij Iudæi imperij, secundum legem imperij, ut C. de Iudæis. l. Iudæi Romano, quę lex per actum curiæ confecta, habet quòd infra quinquennium, princeps dictis brachiis & illorum singularibus petitiones facere nequeat, cum ergo sint singulares ciuitatum & uillarum, sequitur ad eos actum curiæ se extendi. ¶ Item quia Iudæos & Sarracenos, clarum est habere bona, & possunt illa possidere, & illorum dominio non sunt spoliandi sine causa, quæ causa potest esse si delinquunt in lege naturæ, ut notat Innocen. in ca. quod super his, extra de uoto. Et constat de iure talibus posse legari. ff. de rebus dubiis, lege, quod senatus, & sic eis acq̃ri potest, per priuilegium.

¶ITEM QVIA iudex cum suis bonis conseruare eos debet, & nõ a quoquam inuadi, uel molestia inferri. C. de Iudæis. l. nullus, & de Iudæis, cap. multorum. Et intantum rerum suarũ dominia, retinent Iudæi, ut & contra Christianos possint præscribere. 15. quæst. tertia, capit. rogo, & ibi notatur. Et sic ex quo iuste sua bo-
b na possideant, nõ debẽt ab aliquo bonis [b] suis spoliari, ut notatur. 14. quæsti. 7. non de rebus. Et ibi Archidiaconus. Vnde princeps si sine causa bona sua eis aufert, peccat, quia licet sit dominus quo ad petitionem subditorum, non tamen subditos sine causa bonis suis spoliari debet, ut notatur. C. de quadrien. præscriptiõe. l. bene a zenone, ut notat Innocentius in d. cap. super his. Et etiam Papa, nõ debet eis bona auferre, imo debet eos quãdiu potest tolerare. 45. distinct. cap. qui sinceram, & de Iudæis capi. & si Iudæos. Et est ratio ut per Christianorũ consortium, eos deo lucrifacere possit. 24. quæst. 4. infideles. Et argum. 11. quæst. 3. ca. ad mensam, & de diuortiis, gaudemus, & cap. quanto. Si ergo prĩceps terræ, Iudæis & sarracenis posset facere petitiones ad nutum per indirectum bonis suis eos spoliaret fraudem legi faciendo q̃d esse non debet, de priuilegiis, capitulo quanto. ff. de legib. l. fraus. Et dicit Oldradus in suis consiliis, consilio ordine meorum. 87. q̃ maximè sunt tolerandi Iudæi, qui utiles sunt fidei nostræ. Allegat illud Augustini sup psalmo. 40. Iudæi tanquam campsarij nostri, nobis seruiũt. Nam studentibus Codices nobis præstant, ut p eorum Codices, in quibus sunt lex & prophetæ, per quos Christus prædicatus est fidem nostram, probemus cum paganis & aliis incredulis. Nam cum Codices nostri sint suspecti eis, melius eos per Codices inimicorum cõuincemus. Et Gregorius super Homelia Innocentiũ dicit quòd in fine mundi a Christo illuminabuntur, & sic reliquiæ Israel saluæ fient. Et sic uidetur concludere in dicto cõsilio, quòd sunt tollerandi, & non bonis suis spoliandi. Allegat in fine sui consilij quandam epistolam missam per Gregorium procuratori patrimonij in Sardinia, ubi dicit Gregorius quòd nõ augeat pẽsiones Iudæis, sed quòd permittat eis remissiones pensionis. ¶ Ad hoc ut citius conuertantur secundum eum. Quid dicendum uidetur quod nullum sit factum grauamẽ ciuitatibus, neq; uillis minusq; ipsis Iudæis & Sarracenis.

¶PRIMO QVIA actus curię, & sic priuilegium ex illo concessum non porrigitur ad Iudæos, uel Sarracenos: quia infideles non habentes catholicam communionem, ut est textus in rubro & nigro, in auctentica, de priuilegiis, dotes hæreticis mulieribus non præstando, & in auctentica, Item priuilegium. C. de hæreticis.
c Nam [c] priuilegium dotis quòd datur mulieribus in proprietate & prioritate ratione suæ dotis per l. assiduis. C. qui potiores in pign. habeantur, non habent mulieres non catholicæ, uel quia catholicam communionem non habent, quod est notabile p̃ Sarracenis & Iudæis nostris quòd illorum mulieres nõ habent prioritatem

ritatem aliis creditoribus, iuxta. l.assiduis, allegatam. Non obstat q ille textus autenticorū loquitur de mulieribus hæreticis, quia non est uerum, imo de omnibus mulieribus non habētibus catholicam communionem. Et quia Iu-
d dæi & Sarraceni, sunt [d] quasi hæretici, ut notatur per Innocētium in dicto c. quòd super his, de uoto. Ego dico q sunt plenè hæretici, ut probatur in l. 2. C. de hæreticis, ubi hæreticorū uocabulo continentur, & latis aduersus eos sanctionibus, debent succumbere, qui uel leui argumento a iudicio catholicæ religionis, & tramitibus detecti fuerint deuiare. Cum ergo in pluribus deuient, quia Iudæi in Mesia, & in noua lege non seruanda, Sarraceni in trinitate & nouam sectam contra legem dei inducendo a fide apostatare & hæreticos dicere, de iure clarum est. Ad hoc facit cap. hæresis, & cap. hæreticus est, & capit. qui in ecclesiam. 24. quæstio. 2.
2 † Nam [e] quicúque aliter scripturam intelligit,
e quàm sensus Sancti Spiritus, a quo scripta est, hæreticus est. Merito ergo cum Iudæi & Sarraceni sunt tales, merito hæretici iudicādi, & sic talibus priuilegia concessa per principem non extenduntur. Maximè, quia uerba actus curiæ, illos non comprehendunt, neque comprehendere possunt, ergo extra illa pro eis non fiat interpretatio l. non aliter. ff. de leg. 3. C. de hæreticis, quæ loquuntur in propria curia. Nam ipsi non sunt brachia curiæ, neque singulares brachiorum, neque uasalli eorum, imo sunt solidi uasalli regij & principis serui, extra de Iudæis. c. & si Iudæos. Nam ut ibi uides, propria culpa illos perpetuæ seruituti subiecit, & hoc p mortem Christi, quorum executio fuit commissa a Deo Constantino imperatori, ut notat Hostiēsis extra de Iudęis, c. consuluit. Et hoc dicit Archidiaconus. 45. distinct. capi. qui sincerum. Si ergo serui sunt, uendi possunt, per principem eorum dominum. C. de seruis exportandis. l. 1. & secūda. Et si dicis quòd hoc est uerum in Iudæis, dic quòd maiori persecutione digni sunt. ipsi Sarraceni, ex quo contra nos sæpe pugnāt, ut est casus in c. dispar. 23. quæ. 8. quia ipsi ubique seruire parati sunt, merito minus coercendi, licet sit uerum dicere quòd minus mala sit in se secta Sarracenorū, quàm Iudæorum, iuxta uerbum domini Matth. 11. Tolerabilius est sodomis, quàm uobis in die iudicij, innuens maius peccatum esse Iudęorum, quàm sodomorū. Et Propheta Ezechiel dixit eis. Iudicastis sodomam, Ezechielis. 16. quod exponens Augustinus dicit, id est comparatione uestra, iustificata est sodoma, dicens quod Iudæi priores sunt gentilibus, prima quæst. 1. c. nonne. Et uide ibi
3 rationē per doctores, † Et quòd princeps possit eis bona auferre, probatur, cum illa solū habeant ut peculium, ut notat Archidiaconus in 54. distinct. fraternitatē. Et sic potest princeps illorum bona auferre, secundum eum. Allegat extra, de Iudæis, capitu. Iudæi. Vbi dicit text. quòd si tales conuertantur, non sunt bona auferenda. Et Oldradus in dicto consilio qui allegat dictum Archidiaconi dicit quod melius facit cap. sicut. de Iudæis, ubi est tex. quòd Iudæi uel Sarraceni, non sunt molestandi, neque priuandi bonis, sine licentia terrenæ potestatis, ergo cum licentia possunt a contrario sensu, & sic non obstat dicta lex, nullius. C. de Iudæis, quæ loquitur in priuato, inuadente bona Iudæi uel Sarraceni, cui est uetitū propria auctoritate id facere, ut in l. Christianis. C. de paganis. Principi autem ut eorum domino licitū est ab eis exigere quodlibet, maximè consueta seruitia: & ista sunt istę petitiones temporis, necessitate principis & belli, ut fuit factum tēpore domini regis Petri. Et sic merito Iudæi uel Sarraceni non debent id ad iniuriam reputare, ex quo sunt consueta principi præstare seruitia, quæ consuetudo inducitur per vnicum actum, ut in capitu. cum de beneficio, de præbendis, libro sexto. Et a talibus seruitiis exigēdis a Iudæis, uel Sarracenis, ex quo sunt solita, nemo prohibetur, ut est textus optimus in capitu. sicut. de Iudæis, ubi neque aliquis ab eis coacta seruitia exigat, nisi quæ ipsi tempore præterito facere consueuerūt. Et sic exigere ab eis talia consueta non est grauamen. argumen. nota. in capitu. 2. de excess. prælatorum. Et officialis nullus ad exequendum non habet de alio curare, nisi exigere consueta, ut in lege, missi opinatores. C. de exact. tributorum, libro decimo. Et sic dictus secretarius non errauit, attēta persona executata, quia est principis seruus, misericordia conseruatus, & bona ut peculium relicta, & sic ad nutum domini, vnde serenissimus rex Petrus, eos in vulgari confratres regij, uel tecacia principis allegat, uti uolens innuere, q princeps illa posit aperire ad libitū uoluntatis, quanto plus stante regia necessitate, temporis bellorum, tenetur tales ad subuētio-
4 nem, † quia tempore talis necessitatis, nullo quis priuilegio excusatur. l. 2. C. de nauibus nō excusandis, & in l. prima. eodem titulo, in fine, libro vndecimo, & in l. cū ad fœlicissimam. C. de criminibus, muneribus, & præstationibus, nemini liceat se excusare. Et argum. l. vnicæ. C. ut nemini liceat in specierum cōparatione se excusare, libro decimo: quando plus dicti serui, & ex consuetudine obnoxij exigi poterunt. ¶ Ad hoc optimè facit text. in ratione in l. 1. C. de hæreticis. Nullum ergo grauamen ingeritur ciuitatibus uel uillis, neque ipsis Sarracenis, si pro uiribus patrimoniorum eorum faciāt petitiones. ut notat Inn. de senten. excommu. ca. graue Ad hoc. l. 1, & fi. C. de munerib. patrimoniorum, li. 10. Et q nota. Bar. in l. 4. §. actor municipium. ff. de re iudicata. Et sic dicti Iudæi & Sarraceni in nomine dñi, ex quo stant in domib. suis quieti, & non sentiunt armorum strepi-



tum,

tum, adiuuent dominum suum, & principem in pecuniis, qui cũ multo, & innumerabili labore corporis & infinitis expensis satagit regiã exaltare coronam.

CAMILLI BORRELLI

ADDITIO.

a ¶SECVNDVM LEGEM REGNI] Et dicuntur de corpore ciuitatis, in qua habitãt, & illius statutis utũtur Iudæi. Voluit Felin. in c. sicut, de Iudæ. Inde Bald. in l. spadonem. §. iam autem. ff. de excus. tutor dicit quod statuta ciuitatis extenduntur ad Iudæos, sicut ad Christianos, & alios incolas. uoluit etiam Alex. in cons. 75. uidetur uol. 5. And. Sicul. in consi. 63. uol. 4. uoluit bene Marquardus de Susannis in tract. de Iudæis parte. 2. ca. 2. nu. 7. Iason. in l. 5. § in eas. nu. 10 ff. de iureiur. Philipp. Deci. in c. 1. nu. 90. extra de prob. Parisius in cõsi. 2. uol. 4. Ferrat. Cant. 24. & Gozardin. in consi. 24. col. pen. Portius latè in consi. 4. lib. 1. & in consi. 94. libr. 2.

b ¶BONIS SVIS SPOLIARI] Pro ista opinione quòd nõ possint auferri bona Iudæis tenuit Marquard. in d. tract. de Iudæis parte 1. c. 7. Contrarium tamẽ quòd imo possint eisdem bona auferri uoluit Ioann. de Anania. in c. Et si Iudæos extra de Iudæ. Anto. Corset. in trac de potest. & excell. reg. parte ultim. q. 81. uolum. 3.

c ¶NAM PRIVILEGIVM DOTIS] Contra Bellugam hic quod immo priuilegium dotis competens mulieri. arg. l. Assiduis. C. qui pot. in pigno. competat & mulieri Iudeæ. Voluit Hostiens. Ioann. Andr. & alij in c. gaudemus. de diuort. ubi etiam hoc tenuit Ant. de Butrio Anto. Neguss. in tract. de pignorib. & hyppothec. parte. 2. Membro. 4. & Marquard in dicto tract. de Iudæis parte. 2. cap. 1. num. 9.

d ¶SVNT QVASI HAERETICI] Quòd Iudæi sint quasi hæretici controuersum est inter doctores. Tamen perfectè, ac diligenter multos casus annotauit Ioan. Calderin. in tract. de Hæretic. capit. 36. per totum. Marquard. de Iudæ. parte. 2. c. 6. num. 15. & 16. & Iacob. de Simancas. in tract. Hæreseos. tit. 17. ubi declarat quãdo procedat.

e ¶NAM QVICVNQVE ALITER SCRIPTVRAM] Sine dubio, qui sapere uoluerunt plusquã oportet, & propriis ipsorum opinionibus, ac ipsorum spiritibus ducti. Volentes scripturæ sensum spiritu proprio, ac nouis eorum intellectibus sarcire, in maximos errores ceciderunt, & non modica in ecclesia dei catholica, Schismata produxerunt, indeque tot hæreses ecclesiam dei infestarunt, Sanctus namque Spiritus in Sanctorum uirorum pontificum, constihorumque mentibus scripturam sacram, uerũque sensum, & intelligentiam subministrauit, & subministrabit, & intulit uim mentibus ad ueram ipsarum declarationem, quãdoquidam, spiritus (ut ait Apostolus prima Timot. capitulo. quar) manifestè loquitur. & ecclesia, pontificesque, & uiri sancti ab eodem Spiritu edocti scripturæ sensus interpretati sunt, Spiritu. n. Sancto in Spiritu loquuti sunt dei homines. ut patet, secund. Petri. capitu. prim. Inde Matthe. capitul. decim. dicitur. Non enim uos estis, qui loquimini, sed Spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. Hinc dicit Damascenus. Per Spiritum Sanctum & lex, & Prophetæ, & Euangelistæ, Apostoli, & Pastores loquuti sunt, & doctores. & alibi idem Damascenus. Simili quoque pacto, & Apostolicæ gratiæ, & dignitatis successores, pastoresque, & doctores illuminatricem Spiritus gratiam adepti, tum miraculorum uirtute, tum sermonis gratia, obscuratos illuminarunt, & errore deuios conuerterunt; exempla patent in Moyse homine prius rudi, qui (Exodi. c. 3.) dixit, quis sum ego vt vadam ad Pharaonem, & educam filios Israel de Aegypto? & iterum cap. 4. Obsecro (inquit) domine non sum eloquens ab heri, & nudius tertius, & ex quo locutus es ad seruum tuum impeditioris, & tardioris linguæ sum. vnde audire meruit, Perge igitur, & ego ero in ore tuo, doceboque quid loquaris. In Petro etiam, & alijs infinitis. Inde idem Petrus. 2. epist. c. 3. dicit illos, qui suo consisi sunt ingenio, turpiter in sacris literis hallucinatos extitisse. Vnde etiam 2. Petr. 2. dicitur futuros quosdam in Ecclesia magistros mendaces, qui perditionis sectas introducerent. Propterea Augustin. in libro de Speculo peccatoris. cap. 6. inquit, erubescat ergo superbus, & infælix peccator, & timeat, elatione cæcatus, ira inflammatus, impatientiæ uitio fœdatus, scientia inflatus, cui placet Ars Aristotelis, quàm scientia de apostolis, plus codex Platonis, quam liber diuinus, quem nulla lectio lætificat, nulla scientia ædificat, nullus sermo sapit, nisi fuerit grãmaticè conceptus, dialecticè imaginatus, rethoricè purpuratus, stultus es, qui hæc ignoras, & erras, quoniam, qui talia agunt, & in talibus dies suos consumũt, peccatum sibi generant, & mortem parant, qui ex simili studio similem concipiunt sciẽtiam, hoc est folia colligunt, non fructus, subaudi uerba & non uirtutes Verba in uentum proferunt, & aerẽ uerbis uerberant, uerbositatem sonant, & iactantiam ostentant, de isto tamen articulo ne addentis metas transgrediar multa dicerem quæ relinquo, & de his habetur per Ioannem Roffensem in lib. contra assertiones Lutheri in proæm. per totum. ei diligenter &c. per Melchiorem Canun. de locis Theologalibus lib. 4. & plenius lib. 7.

Camillus Borrellus.

## De mercatore Valentino sub nomine extranei negocian. Rub. 40.

### In §. Nouiter.

NOVITER ortum est dubium in regno ex quo dubitatur: An granamen inferatur, & est tale de foro regni. Mercator Valentinus nõ soluit lendam vel portorium, de rebus suis proprijs, sed solum de commodatis, & mercibus extraneorum, vt in foro, si mercator de lenda. Nunc mercator Valentinus propter bella, quia aliàs tunc nauigare non potest, faceret onerare multas res sub nomine mercatorum extraneorum, qui de mercibus suis pedagium soluere habent, vt merces sub illorum nomine, salue & secure possint nauigare, quærebatur an de illis debeant lendam vel pedagium soluere? Et videtur de iuris rigore illos compellendos ad dicta iura soluendum, cum de iure ab illo est facienda actio, qui rem detinet. Ad hoc. l. 1. & 2. C. de annonis & tributis. & quod ibi no. in glo. ordinaria. & in l. 1. C. de impo. lucra descriptione lib. 10. & in l. vnica, de mulieribus. & in quo loco. per Bart. eod. lib. Ad hoc facit. l. fina. C. sine censu, vel reliquijs. Nam non curatur, nisi de tenuta rei, per quem detineatur.

Ad hoc

Ad hoc.ff.de publicanis.l.imperatores,p quas leges Bal.in capi.1.per quos fiat inuestitura in feud.dicit quòd usufructuarius feudatarius & maritus,ratione possessionis, tenentur soluere collectas. De quo etiam per Bar. in l. lucius. §. idem respondit.ff.ad munici. Et ex hoc dicunt doctores,quòd onus impositum per superiorẽ alicui dignitati, sequitur possessorem ĩ dubio, & si duo contẽdant super illa dignitate, etiam onus sequitur possessorem,ut no. Ioann. Andr. & Antonius de Butri.in cap. per uenerabilem, qui filij sint legitimi. ¶ Item quia pedagiũ seu gabella, quæ soluitur reale munus est, ut notatur in l.2.C.de priuilegiis ueteranorum, & in l. fin.C.de canone largitionalium titulorum. Et ibi notatur in glossa,quòd gabella est imposita personæ pro rebus, & sic solum uidetur consideranda persona, quæ illas merces detinet,siue portat,& ex illa habemus metiri priuilegiũ. ¶SED IN CONTRARIVM facit, cum debeat solũ considerari primæuus titulus bonorum cuius sit,quàmuis ad obligatum perueniat,iuxta nota.in l. prima. C. de imponenda lucra.descriptione, & quod ibi notatur in glo. 1. Et quia ex quo de domino constat de accõmodato nomine in iure non curatur, ut in rubro & nigro.C.plus ualere quod agitur, & in l. multum.C.si quis alteri,uel sibi,& in l.ab Anastasio.C.mandati.¶Itẽ quia ex necessitate bellorum impelluntur mercatores ad accommodãdum nomen, merito non obligantur uectigali,uel pedagio,iuxta legem finalem.§.si propter necessitatem.ff.de publicanis, per quem textum dicit Barto. alibi multum singulariter in l.prim.C.de naufragio lib.11.Quòd si in tẽpore necessitatis & siccitatis, homines uicini ciuitatis ueniunt ad nundinandum in territorio nostro, quòd posset reportare bladum sine solutione gabellæ, quia propter necessitatem famis uenerunt. ¶ Item etiam id uidetur multum bene fundari foro. Nam de foro non attẽditur quis rem teneat, sed cuius sit ad soluendum uectigal,vnde si mercator Valentinus qui non habet aliquid de pedatico uel lẽda soluere,pro alio extraneo negotietur, soluit pro illis rebus,ut in foro,si mercader, & in foro primo, de lenda.Et sic uides q quæstio est dubia in iure & foro,merito princeps consulendus, ut C. de legibus. l.cum de nouo. Et sic merito regij officiales, exigendo ius a rerum possessoribus non grauant,quousque princeps declaret propter dubium iuris, in quo dubio debent officiales regij principem cõstituere reum.ad hoc allegat Oldradus in suis consiliis,dictum Inno. de uerborum signi. capitu. ex parte. Credo tamẽ quòd princeps debet declarare, ob publicam utilitatem, & temporis necessitatem, qđ fraude cessante sint mercatores liberi, quemadmodum sunt per forum primum de lenda, in propriis rebus, & quòd de accommodato nomine non curetur, ex quo fit ob necessitatẽ belli per prædicta. Sed quomodo constabit qđ illa bona siue merces, sint mercatoris Valẽtini,& non extranei sub cuius nomine onerãtur: dic quòd si mercatores sint fide digni, cum illorum iuramento,facit.l. non omnes.§. a Barbar. de re militari. & istud tenet Bald.in l. vniuersi.C.de uectigalibus. Sed bona esset cautela ad fraudes euitandas,quod princeps statueret quòd ante onerationẽ mercium, alicui ꝓbo uiro fieret secrete manifestum medio iuramento amborum mercatorum,tam Valentini, quam extranei. cogita tamen propter hominum malitiam superexcrescen.

## De materia censualium. Rub. 41.

### In §. Leges regni.

*SVMMARIVM.*

1 *In solo tempore,non potest fundari obligatio.*
2 *Vsura quid sit.*
3 *Quotiens ex pacto, naturalis obligatio uertitur in ciuilem,est contractus usurarius.*
4 *Peccatum usurarũ,quare sit maximum.*
5 *Contractus,qualiter probetur usurarius.*
6 *Duæ fictiones simul concurrere non possunt.*
7 *Fatica, quid sit.*
8 *Vsura non committitur nisi in mutuo.*
9 *Mutuum debet reddi in eadem specie & bonitate.*
10 *Deceptio qui iura tollerant.*
11 *Annui redditus inter immobilia computantur.*
12 *Actio personalis non sequitur fundum.*
13 *Longa præstatio inducit omnia solenniter acta.*
14 *Consuetudo dat robur contractui.*
15 *Leges præteritis & non futuris certum est dare formam negotijs.*
16 *Quo ad ordinẽ executionis, inspicimus locũ iudicij.*
17 *Illa sola in iudicio ueniunt,de quibus agitur.*
18 *Sententiæ quæ nullæ sunt, nullum robur accipiunt.*
19 *De euidenti nullitate,quando possit excipi.*
20 *Allegatio falsitatis contra instrumentum non impedit executionem.*
21 *Exceptio quando opponatur lata sententia.*
22 *Compensare est soluere.*
23 *Exceptio nullitatis ꝓcessus põt quandocũq; opponi.*
24 *Sententia nulla non potest ius excludere.*
25 *Ratificatio fit tacitè & expressè.*
26 *Nullitatis processus.*
27 *Quis in iudicio non admittitur,ut talis nisi se probauerit esse talem.*
28 *Exceptio quæ opponitur post sententiam.*
29 *Quod quis recipit pro se,debet recipere contra se.*
30 *Omnis exceptio superueniens post sententiam, potest contra sententiam opponi.*
31 *Sententia quando prætextu instrumẽti nouiter reperti retractetur.*
32 *Iudex iudicãs sciẽter cõtra iura,reddit snĩam nullã.*
33 *Quamuis lex prohibeat exceptionem non uetat officium iudicis implorari.*

EGES REGNI, contractus & instrumenta censualium multis munierunt singularibus priuilegiis & prærogatiuis, uidelicet ꝙ nullæ ponātur exceptiones seu defensiones, nisi quæ statim per publicum instrumentum demonstrent, uel solutionem uel luitionem uel contractus notoriam nullitatem. Et ꝙ non possint alongari uel guidari, etiam propter hostem uel bellum, ut in c. actus curiæ Cathaloniæ, de quo factus est forus in Valentia, & in foro muri ueteris facto per dominum regem fœliciter regnantē; & demum per suam pragmaticam, etiā ad contractus responsionis interesse extensum, ut ex illorū inspectione clarius dictæ prærogatiuæ uel priuilegia poteris denumerare. Cūque aliquādo sit supercessum, in illorum executionibus regio mandato, quæritur an sit grauamen. Et quia hæc materia est quotidiana & non tacta, necesse est ut aliquantulum hanc discutiamus materiam. Et primo est uidere an contractus censualium uel uiolariorū, sint liciti & permissi, etiam in foro animæ. Secūdo, si contractus iā facti potuerint sic legis priuari. Tertio, de affectibus priuilegiorum a foro inductorū. Quarto si possint aliquo casu alongari uel impediri, illarū executiones citra grauamē. Ad primū, an contractus censualium uel uiolariorū, sint a iure permissi & liciti, etiam in foro animæ. Et primo uidetur ꝙ non, quia ipse contractus cōficitur, pecunia interueniente, & in illius recisione est necessaria pecunia & tantundem pecuniæ restituitur, & sic est mutuū. l. 2. §. appellata, & l. cū quid. ff. si cert. peta. merito cōtractus usurarius ex quo aliquid interusurium soluit, ad hoc illud Lucæ. 6. mutuum dantes, nihil inde sperantes, vnde dicit canon, ꝙ, usuræ actus nequissima faciunt, ut ex auro aurū nascāt. 47. d. c. sicut. Et ꝙ sit usura probatur, ex quo aliqđ lucrum sentit is qui pecuniā dedit, siue statim siue ex post facto, & sic annuatim, ut tex. in ca. 1. 3. & 4. 14. q. 3. & ita notatur in d. c. 1. per archi. imo dicit gl. in summa dictæ causæ & quæstionis, quòd non solum omne lucrum, sed etiam ipsa spes facit contractum usurarium, allegat dictum c. primum, de quo per Ioan. And. extra de usur. c. consuluit. Neque obstaret si diceremus, quòd in dicto contractu agitur, quod sit uenditio, quia dicit Archi. in c. si fœnerarius, ꝙ pecunia impropriè locatur uel uenditur, sed propriè mutuatur, & ad hūc usum est apta, vnde licet in domo, equo & aliis cadat emptio & locatio, non tamē in pecunia, quia non reperitur in ea usus separatus a corpore siue a substantia rei locatæ uel uēditæ, & sic merito usura. Ad hoc etiam facit quod scribit Bald. in l. cunctos populos. C. de summa trini. dicens, qđ ratio est quare usuræ sunt prohibitæ, quia ī eis est figura, siue materia, sine substantia, & sine causa. Nam omnis præstatio excepta donatione, debet proportionari ad aliquid. Sed quando transfertur usus rei cum dominio, sicut est in rebus mutuabilibus. l. 2. ff. si cert. peta. usura enim non potest proportionari nisi tempore. Sed cum tempore nulla est proportio, quia est commune sicut aer & sol. Ex quo sequitur qđ præstatio usurarum non habet causam, † quia
1 in solo tempore non potest fundari obligatio. l. obligationum fere. §. placet. ff. de act. & obligat. ad hoc quòd nota. Innocent. extra de usur. ca. in ciuitate. Et sic uidetur ꝙ iste contractus censualis nullam habet substantiam & causam saltim efficacem, nisi temporis discursu ad pariēdum pensiones, & sit usurarius, quia in pecunia (ut uidisti) non cadit contractus empti & uēditi, qui sibi attribuitur, & nomē emptionis ꝙ ei attribuitur, non minus tollit esse usurā. de emptione & uenditione. cap. ad nostram, & de pigno. c. illo uos, & in nomine non debemus facere differentiam, cum in fraudem usurarum videa-

uideatur nomen accõmodatum, ad hoc quòd notat glo.& Bald.in.l.cum allegas. C. de vsuris. Ad hoc ad duco etiam auctoritatem beati Thomæ in secunda secundæ quæst.78.argu.2.dicentis, quòd si quid ultra percipitur siue pecunia siue quòd possit pecuniæ commensurari, peccatum incurritur & usura committitur. Nam illud habetur pro pecunia quòd potest pecuniæ commẽsurari, ut dicit philosophus.4.ethicorum, & in l.1.ff.de contrahenda emptione, pro cuius dicto facit, c.plerumq;.14.q.3. Et pro hac parte ẽt facit, quia pensiones quæ parit cẽsuale vel uiolarium sunt superabundantia sortis, merito usura, cũ † omnis [a] usura est superabũdãtia,
2
a in l.de vsur.c.consuluit.facit.c.in ciuitate eo.tit. ¶Item in contractu censualis naturalis obligatio, uertitur in ciuilem, quia ex mutuo, ex quo solũ naturalis, quo ad alia quã mutui restitutio nẽ oritur obligatio, & fit promissio, de soluẽdis annuis pensionibus, merito est usura. Nã regula
3 traditur a canonistis quod † quotiens quis ex pacto naturalem obligationem uertit in ciuilẽ est contractus usurarius, ut not. Ioã. And. in nouella, in c.consuluit, de vsuris, & posuit gl. ordinaria, in c.vnico, de usu. in cle. ¶Item istud uidetur probari ex diffinitione vsur. quæ uidetur ad aptari ad contractum censual. igitur usurarius. Diffinitur autem usura secundum Ioan. And. in regula, peccatum, de reg. iur. in mercuriali. Vsura est lucrum ex mutuo pacto debitum uel exactum. Gotus uerò aliter diffiniuit usuram, uidelicet, quòd quicquid sorti accidit, usura est, pacto uel conuentione præcedente. ad hoc.14.q.3. capi. plærique. Si ergo in contractu censuali aliquid ultra sortem accipit, ut pensio, est usura, & sic etiam dicam in contractu uiolarij. ¶Item in alijs contractibus locati uel similibus non transit dominum in recipientem, sed solum usus rei, & penes tradentem remanet proprietas. l.non solet. ff.locati. Non mirum ergo si ex re, quæ non desinit esse mea possum de illo usu alteri concesso aliquid recipere, puta mercedẽ, ff.locati.l.in operis, &.l.si merces, & quasi per totum. ff.locati. Sed in rebus consistentibus, in põdere, numero, uel mensura, dominium & possessio & usus rerum transit in recipientem, & nil remanet pœnes concedentem uel mutuantem nisi sola actio personalis, ad tantundem habendum, ut puta certi condictio, quæ datur ad tantundem recuperandum in eadem bonitate, numero, pondere, & mensura. l.2.&.l. cum quid, & l.certi condictio. ff.si certum peta. ultra ergo in his aliquid recipere & sub nomine pensionis est iniquum & iniustum, ut ex re mea aliquid recipiam. Nam usus & consumptio in prædictis rebus adeo sunt connexæ, quòd nõ potest una ab alia separari: nam pecunia unum & similia consumitur ipso usu, quòd non contingit in alijs rebus in quibus salua rei substantia reperitur usus. l.prima. ff. de usufruct. ¶Item pecunia & alia mutuabilia non producunt naturaliter fructum. Sed usurarius germinare illa facit, unde dicit canon, quòd usuraria arte nequissima, ex auro aurum nascitur. 67. di. ca. sicut, imo etiam contra naturam facit dum rebus destinatis ad usum unum ipsas trahat ad usum non sibi naturaliter deputatum. Sic ergo faciendo mutuans ad censuale uel uiolarium usuram committit, ad quod facit quòd late Ioan. And. prosequitur in dicta regula, peccatum, in mercuriali. Et ibi
4 dicit † quòd malum quòd cummittit usurari' est maximum, propter quatuor. Primo, quia cõtemnit deum audacius. Secundo, quia contemnit naturam expressius. Tertio, quia contemnit scripturam deterius. Quarto, quia contemnit iura diutius, quod prosequere, ut ibi per eũ. ¶Itẽ iste contractus censual. est contra politiam, & bonum regimen regni & conseruationem illius merito potest dici usurarius. Nam per hos contractus censualium & uiolariorum homines studentes auaritiæ deserunt actus uirtuosos & industriales, & deserunt agrorum culturã, gregiũ cultum, domorum emptiones, & sic ruinis dantur ciuitates & uillæ. Et hæc fuit causa usuræ prohibitionis secundum Inno. in cap.1. de usu. Bald. uero super Rubrica. C. de usur. dicit quòd obligatio usurarum, ideo est ꝓhibita, quia aut nos dicemus quod contrahatur re, & est falsum. ut. ff. si cer. petatur. l.rogasti. §. si tibi. Aut dicemus quod contrahatur uerbis uel consensu, & istud est iniustum, quia omnis obligatio relatiua requirit extremum æquipollens, & sic ꝓbat debitor, qui promittit usuras habet dominium usus, quia usura non consistit, nisi in rebus mutabilibus in quibus usus rei non distinguitur a domino reipræstans ergo usuras, præstat eas ei, qui nullum ius habet in dominio rei, & sic uidebitur. Et si dicatur, quòd non præstat illas ꝓ re, sed pro beneficio: respondetur quòd remutatio istius beneficij non est tachata a iure naturali, neque ab aliqua ratione intellectus, quia ꝓpter deducere uolendo ad necessitatem & obligationem informem ad obligationem formatam non est secundum naturam iustitiæ naturalis, neque est ex debito iustitiæ, licet sit ex debito amicitiæ ex quo non indicatur necessitas, sed spontanea uoluntas, secundum Thomam. Ad hoc facit secundum Bald. capit. consuluit, extra de usur. ubi text. dicit, quòd omnis usura ex superabundantia prohibetur, unde secũdum eum est nedum contra charitatẽ, quæ est uirtus theologica, sed est etiam contra temperãtiam, quę est uirtus moralis, & ideo dicit, quòd etiã apud Aristotelem, usuræ dicuntur esse lucrũ naturaliter prohibitum. Et ideo iste contractus censualis uidetur esse contra iustitiam naturalem, & sic ab ipso foro fomentum accipere non
5 posse, ad hoc cle. prima, de usuris. † ¶Item & quòd contractus censualis uel uiolarij sit usurarius, probatur ex facultate data uenditori,

de redeundo pro eodem pretio, & cũ hoc plus pensionibus & portatur, ad hoc capit. illo uos, de pignoribus. Maximè quia aliquotiens fit oneratio censualis modi prætij super re magni ualoris, ex cuius minoritate pretij cum illa restitutione lucratis pẽsionibus potest iure præsumi, in fraudem usurarum contractuum, censualis uel uiolarij celebratum, de emp. & uend. capit. ad naturam. Aduerte quia in hoc Valẽtino regno nos habemus plures species cõtractuum censualiũ, vulgo sic appellator. Primus est cum aliqua res immobilis cõceditur ad plenam emphyteusim per illius dominum cuidã in perpetuã cum respõsione certi census. Alius est cõtractus censualis cum fatica & laudimio & omni iure emphyteutico super aliqua certa proprietate assignatus. Est & alius contractus censualis, in censu mortuo super aliqua re immobili, & talis contractus est perpetuus, & non potest lui siue quitari, & nõ habet laudimium neque faticam. Alius autem est nudus contractus censualis cũ speciali obligatione siue laudimio & fatica, cum alio tamen iure emphyteutico cum certa pensione, instrumento gratię mediante. Alius est contractus censualis, sine speciali obligatione, in sola generali cũ instrumento etiam gratiæ. ¶ Ad primum cõtractum emphyteuticum ueniẽdo ille permissus est iure ciuili & canonico, quia hic non cõcurrit mutuum. Sed dominus rei per contractum in scriptis cælebratum, retento dominio suę rei directo, concessit utile perpetuo emphyteu. ut in l. 1. ff. si ager uectigal. uel emphyteuti. petatur, & in l. prima, & ibi per Cyn. C. de iure emphyteutico, & quòd scribit Bald. in Rubrica. C. de iure emphyteuti. ponens differentiam inter contractum emphyteuticum, & libellarium, & alios contractus, de quo uide ibi per eum. Et istum contractum approbat ecclesia, de locato, capi. potuit, imo ecclesia istis utitur contractibus, in causis de quibus in auten. de non alienandis uel mutand. §. quia uerò leonis. columm. 2. & in auten. de alien. & emphyteuti. §. hoc quidem, colum. 9. & in auctenti. qui res, cum sequen. C. de sacrosanctis ecclesijs. Et in hoc cõtractu nõ datur pecunia ex parte concedentis, sed emphyteu. Aliquando quoniam hoc non est de esse, quòd necessariò pecunia habeat interuenire, licet glo. uideatur innuere cõtrarium, in dicto cap. potuit, de locato. Sed doct. ibi tenent, quòd dixi. Et scias quòd (ut ibi notatur) iste contractus solum consistit in rebus immobilibus, & in hoc differt a contractu locationis, vnde non possunt donare librum uel equũ in emphyteusim, sed solum rem immobilem, uide ibi latè dom. Anton. de Butri. post glo. in quibus differat iste contractus, a locatione, & uide Guilielm. in spec. in titu. de locato. §. nunc aliqua, & Cyn. in l. 2. C. de re emphyteu. Et sic iste cõtractus non subiacet periculo usurarum. Nã quod datur annuatim pro censu, ut dicunt doctores est pro recognitione dominij directi. Ad hoc ca. fin. & quod ibi notatur, de causa posse. Et quia dominus directus caret utilitate rerũ, & fructuum in emphyteusim concessorum, vnde iniustum est quod suus census uel annua pensio sibi soluatur, argum. l. curabit, de actio. empt. C. cum similibus. Et in tali contractu non obstant argumenta in contrarium facta, quoniam loquuntur omnia, quando super datione pecuniæ formatur contractus, hic autem ex utili dominij translatione, qui contractus a iure propriam habent naturam, ut in l. prima. C. de iure emphyteu. in tantum quod si ex imperitia tabellionis diceretur, uendo tibi talem rem in emphyteusim: uerbum, uẽdo, impropriaretur, & staret pro concessione emphyteuticaria secundum naturã contractus, secundum Bald. in Rubrica. C. de iure emphyteutico, allegat. ff. de don. a. l. donationes in concubinam. §. species. Sed melius facit. l. vbi ita donatur. ff. de dona. causa mortis, & facit. l. species. ff. de auro & argento legato, & l. proculus. ff. de usufru. extra de pigno. cap. illo uos. Cætera autem in materia huius contractus, uide per Bal. in dicta Rubri. & in l. prima & 2. C. de iure emphyteu. Ioan. And. & Anton. de Butrio, in dicto capi. potuit, & Cyn. in l. 2. C. de iure emphyt. & plenius per Guil. in Spe. in titu. de locato. §. nuc uerò de aliqua. Et de hoc contractu, ut plurimum loquuntur fori regis Iacobi, Rubric. de re censita. ¶ Nunc uideamus de censuali cum laudimio & fatica, sed cũ alio pleno iure emphyteutico, super aliqua certa proprietate assignato. Et uidetur quod iste contractus iure fulciatur, quia ex tali contractu transfero rei meæ super qua tu istud oneras utile, & directũ dominium, & quadam breui manu tu mihi restituis utile & constituis contractũ emphyteuticũ, & est simul naturæ contractus, primitiuus & emphyteuticarius, solum differt, quia per illum in te rei meæ transfero perpetuo directũ dominium, & a te utile accipio, & sic plenã emphyteusim constituo.
6 † Sed quomodo de iure iste contractus potest sustineri, quia tres concurrunt factiones, & duæ simul concurre non possunt. l. 1. C. de dotis promi. Nam ibi cõcurrit fictus titulus directi dominij transferendi rei specialiter obligatæ in dominium censualis & ficta retraditio utilis in emphyteutam, & ficta traditio per conductionẽ uel præcarij rogatũ, quæ non sunt habilia ad dominij translationem, & hoc tenet gl. in l. ei a quo. ff. de usuca. & uidetur ibi probari in tex. & quod notatur in l. qui rem. C. locati. Et istud eleganter tenet Barto. in l. si aliquam rem. ff. de acqui. posse. dicens quòd quando interuenit fictus titulus, & ficta traditio, ut quando conduco a te rem meam scienter, tunc non sufficit ad translationem dominij. & sic dicit loqui legem, ei a quo, &

quo,& quòd ibi notatur.ff.de vsuca. & in.l.qui rem.C.locati,& per hoc dicit determinasse quęstionem de facto. Quidam nobilis habẽs suum prædium proprium,recepit illud prædium proprium in emphiteosim,& fuit factum instrumẽtum per talia uel similia verba,talis abbas talis monasterij,concessit in emphiteosim, tale prædium tali nobili, demum ille nobilis uendidit illud prædium,monasterio irrequisito modo. Monasterium volebat vendicare ab eo emptore ipse dixit quòd nullum transfertur dominium in ecclesiam per hoc,quia fictus titulus,& ficta traditio,vt.l.ei a quo.ff. de vsuca. &.l. qui rem. C.locati,& ita dicit quòd consuluerunt omnes doctores Pisis. Et sic uidetur quòd in isto contractu emphiteotico,sic causato super re mea, quam scio meam, nullum sit dominium translatum in dominum censualem, & sic contractus nullus.

¶ ADVERTE quia superius dicta, non tangunt casum nostrum, quia in isto contractu est verus titulus emptionis & uenditionis,quia habens rem suam uendit super illa cẽtum solidos censuales cum laudimio & fatica,& cum pleno iure emphiteotico habendos & percipiendos quolibet anno suis terminis,& sic est uerus titulus,scilicet cõtractus emphiteoticarius,qui habet propriam naturam,ut in.l.prima.C.de iure emphiteotico, & uenditionis directi dominij rei emphiteoticariæ,quod sonant uerba uenditionis,& tali casu ex ficta traditione transfertur dominium,ut.l.quædam mulier.ff. de rei vend. & sic merito clausula precarij, quæ habetur pro ficta traditione,ut ibi, non est dubium dictum contractum habere efficaciam. ad hoc facit qđ nota.glo.in dicta.l.si aliquam rem.ff.de acqui. possess. Et quia in isto contractu interuenit precium & scientia uenditoris, quæ proculdubio faciunt transferre dominium in emptorem, ex quo non errat,quia tunc non transferretur, l.3. §.subtilius.ff.de condi.ob causam,merito sciẽs transferret dominium, ad hoc quod notatur in propria materia, per Bald.in.l. cum falsa.C.de iur.& fact.ignorantia, & in.l. ad probationem. C.locati,& in.l.qui rem.ad fi.eo.ti.Nam ex quo contrahens, potest dictum contractum facere habiliter,transferendo rem in dominium censualem,& ab illo illam recipiendo,ex quo sciẽter contrahit,uidetur firmiter contrahere,& ex necessitate sequi uidetur contractus emphiteoticus iure formatus. Ad hoc nota.in.l.prima. §.1.ff.de superficiebus.nã si recognitio talis iuris scienter facta facit præsumi dictum contractũ emphiteoticum legitime præcessisse, ut notatur in dicta.l.cum falsa.C. de iuris & facti ignoran.& in.l.censuales.C.de dona.per Bal.meritò multo fortius per contractum habiliter factum etiam quòd aliquis actus occultetur expressæ vẽditionis iuris directi, quoniam hoc aliquando in iure fit,quòd ille contractus occultatus, a iure præsumitur, postquam alia habiliter fiant.l. cuius per errorem.ff.de regul.iur.ad hoc facit. l.3.ff.de dona. inter uirum & uxorem. Meritò potest concludi dictum contractum iure fulciri, & esse plene emphiteuticum. Et de foro talis contractus uidetur approbari, saluo quòd in ecclesiam non transferatur directum dominium, quòd est uetitum transferri. alias super re sua quis potest censum uel tributum statuere,& transfert directum dominium in illum cui est facta concessio. ad hoc probatur in foro stablim.quæ res possunt alienari. Et iste cõtractus est etiam perpetuus, quemadmodum alius superior,quia eiusdem sunt naturæ, & quia natura iuris emphiteotici est perpetuitas,quoniam directum dominium perpetuo alienatur,& ita probatur per Bald.in dicta Rubrica. C. de iure emphiteotico.¶ Alius autem contractus cẽsualis mortui, super certa possessione assignari, eiusdem est naturæ: solũ ab illo admittitur laudimium & fatica, quæ sunt in superioribus cõtractibus emphiteoticarijs. Et hoc ideo, quia de foro in tali contractu uenisset fatica & laudimium nisi partes excepissent, ut in foro los senyors,de recensita.Et sic in dicto contractu, nihil aliud deest a superioribus, nisi fatica & laudimium,quia ex conuentione partium fuit remotum uirtute fori,in cæteris regulatur, ut superiores contractus. Sed quid importent illa uerba, laudimium & fatica, dicit quòd laudimium est de foro extra pars rei emphiteotecariæ,quæ uenditur uel alienatur, ut in foro.3. de re censita,quæ etiam habet locum in permutatione, quia permutatio similis est uenditioni, ut est forus,in c.ille qui tenebit, de feud. & hoc etiam uidetur probari de iure,arg.ff. de excep. doli.l.apud Celsum.§. actoris autem in quibus causis in possessionem eatur.l.finali. C. de rerũ permuta.l.2.ff.quando actio de peculio est annualis.l.prima.§.in alienatione, ad hoc.l. finali. §.penult. ibi vel æstimationis.C.de iure emphitheo. Et de foro regni regis Alphonsi fæliciter regnantis,Anno millesimo.418.etiam debetur ex generali donatione annuum bonorum,ubi sũt bona emphiteuticaria.

7 † Fatica autem est facultas retinendi rem quam habet dominus directus infra triginta dies ꝓ eodem precio quo uenditur uel alienatur,ut in foro los senyors,de re censita,qui dies incipiunt currere a die notificationis sibi factæ,ut in foro el dia,de re censita.& in aliquibus in his recessum est a iuris dispositione in foro,ut potes uidere in. l. finali.C. de iure emphiteotico,quia ibi quinquagesima pars est nomine laudimij soluenda. Et scias qꝰ hanc faticam habet dominus pro se, & ad sui vtilitatem,& sic pro altero uel ad opus alterius non potest faticam retinere, sed reuera sibi ipsi hoc uidetur expressum.ff. de in diem adiecti.l. cum qui.§.cum igitur.Ad hoc.ff.de iure dotiũ. l.si mulier.§.ex asse,de vsucap.l.labeo.§.primo,

de

de testamen. tutela. & de sacrosanct. eccl. l. sacro sancta. Et pro hoc bene facit. C. ut de cætero nõ fiant conui. re ecclesiæ aliæ. §. primo, columm. 5. ¶ Sed contrarium practicatur, quod dominus rei emphiteoticariæ directus concedit faticam cui vult, & per tantundem prætium quod offer tur habet illam, tam ipse quàm alius cui faticã concesſit, & minimè sunt mutanda, quæ longã interpretationem semper habuerunt. ff. de legi bus. l. minime. Sed pone quod emphiteota dixit se maiori precio rem emphiteoticariam uẽ didisse quàm in veritate reperiret, quæritur an res cadat in commissum? & uidetur quòd sic, p l. si uenditor simulauerit. ff. de in diem adiectio ne, in principio, pro hoc. ff. quibus modis pign⁹ uel hypotheca soluitur. l. sicut re corporali. §. si debitor, uersi. sed si concesserit, dic quòd illa iura non probant, quòd ex mendacio sit res cõ missa, fateor tamen quòd si dominus concesſit faticam, & habuit laudimium, quòd potest p vero precio retinere rem, ad hoc. ff. de acquirẽ. hæred. l. si quis mihi bona. §. sed si coram. Ad hoc casus feudi, de prohibita feudi aliena. per Frede. c. Imperialem. §. callid. Cætera autẽ circa has materias laudimij & faticæ, nõ curo hic recitare, quia satis doct. in locis allegatis latè prosequuntur, & foristæ non omittunt.

¶ NVNC videamus materiam censualium, cũ speciali obligatione sine laudimio & fatica. Sed cum omni alio pleno iure emphiteotico cũ instrumento gratiæ, & iste contractus nõ habet dubitationem in iure, cum sit legitimus, quia hic illius specialis obligationis fit translatio do minij directi in emptorem censualis, & sic pars fundi alienatur. l. fundi partem. ff. de contrahẽ. emp. & cõtractus est emptionis & uenditionis unitus cum contractu emphiteotico, illo dempto, quòd ex pacto contrahentium admittitur laudimium & fatica, quod esse potest per dictũ forum, los senyors, in cæteris restat contractus emphiteoticarius censualis licitus & permissus omni iure, quia non uetatur in contractu quan tuncuq; perpetuo concedere instrumentum gratiæ, quod instrumentum facultatis redimen di pro precio empto, ut habes duos casus singu lares, qui directo loquuntur instrumento gratię in. l. si a te. C. de pact. inter emptorem, & in l. prima. C. quando decreto opus non est. Sed illa iura loquuntur quando datur facultas redimendi uel luendi ad tempus, & sic quando temporaneè conceditur instrumentum gratiæ. Sed quando conceditur perpetuò quandocunque placuerit, licet redimere, habes casum, in. l. si fundum. C. de pactis inter emptorem. Et sic in ipso contractu nil aliud additur, nisi quod ex pacto in ipso contractus initio, uel in eius limine inito partes paciscuntur, de instrumẽto gratiæ concedendo, quod pactum operatur proprios effectus, si statim, uel incontinẽti opponã tur. C. de dona. l. legem. C. de præscriptis uerbis l. rebus, & quòd notatur in. l. 2. C. de pactis inter emptorem. in glo. ordinaria. Et sic dixit glo. in pacto legis commissoriæ & adiectionis in diem, quòd debet apponi re integra, & in principio contractus in l. ab emptione. ff. de pactis, ex qua glo. dicit Bald. quòd pactum legis com missoriæ & adiectionis in diem, ad hoc vt possit operari proprios effectus, requiritur, quòd apponantur in principio contractus. Et credo quod his rationibus moti, conditores fororum regis Alphonsi fœliciter regnantis, in muro veteri cauerunt, ut instrumenta gratiæ apponantur iuxta instrumenta originalis carregamenti adiecta pœna tabellioni. Sed ego credo quòd adeo debuerunt illud statuere, ne perderetur instrumentum gratiæ, & reperto instrumento carregamenti fieret executio & nequiret fieri luitio, & sic ne vnum sine alio posſit reperire sancitum, ut simul fiant, quia aliàs de iure, postquã partes in ipso contractu hoc essent pactæ, seorsum possent concedere instrumentum, & operaretur illum effectum, ar. l. Modestinus. ff. de solutionibus. subtiliter inducendo, facit. l. pacta. ff. de contrahenda emptione, & l. lecta. §. dicebam ff. si certum peta. & l. petens. C. de pactis. Non obstat quod notatur in dicta. l. 2. C. de pactis inter empto. in glo. ordina. quia verum est quòd ipsa conuentio habet fieri in ipso limine contractus, vt ibi. Sed instrumentum etiam separatum fieri potest, ratio autem quare in ipso limine contractus habent talia pacta apponi, est, quia re non integra pacta non possunt operari recisſionem contractus, imo actus retro similis est necessarius. l. prima & secunda. C. quando liceat ab emptione discedere, & in. l. ab emptione, de pactis. Et scias quòd istud instrumẽtum gratiæ, id est facultas de redimendo potest fieri per verba obliqua. vt in. l. si a te. C. eo. titu. secus est in pacto legis commissoriæ & adiectionis in diem, qui habent fieri per verba directa, ut notat glo. in. l. prima. ff. de dona. in magna glo. de ratione, uide Guiller. de Cugno. & Bald. in. l. ab emptione ff. de pact. ¶ Vnum tamen scias, qđ habes singulare, quòd prodijt virtute instrumẽti gratiæ, quia si solum sit factum, per verba obliqua, & quæ sunt illa uide Barth. in. l. centurio. ff. de vulgari & pupilla. & Bald. in. l. finali. C. de sacrosanctis ecclesijs, si uenditor sensualis vult illo uti instrumento, & est paratus soluere precium & emptor recusat illud recipere facta cõsignatione, oblatione & depositione, non currunt fructus siue pensiones, imo si ab alio recipiebat emptor, illos restituit, ut est casus singularis, in dicta. l. si fundum. C. de pactis inter emptorem.

¶ SI AVTEM est concessum instrumẽtum per verba directa, ut sit res inempta, uel sit luitum uel quittatum vel similia, & tunc facta oblatione consignatione & depositione, habetur pro facta, & non currunt fructus, ac si nunquam fuisset

fuisset causatum censuale, ut in.l.finali.ff.de lege commissoria,& in dicta.l.si a te. Et statim directum dominium specialis obligationis quòd erat penes emptorem censualis deuenit uel reuenit ad uenditorem, etiam quòd illud directum dominium esset minoris, etiam citra decretum iudicis,ut est casus singularis, in.l.prima.C.quando decreto opus non est, quia illa alienatio,quæ fit per luitionem est necessaria & fide cõuentionis & pacti,de reuendendo facta. Et sic non est necessaria iudicis auctoritas uel decretum,ut ibi. Sed dubitatur quotidie in regno Valentiæ, ecce factum est instrumentũ uel contractum onerationis censualis,super aliqua speciali obligatione cum instrumento gratiæ emptor censualis antequam ego facerem luitionem contractauit obligationes & hypotecas, ergo uirtute instrumenti gratiæ feci luitionem, & sic rehabui illud dominium quòd fuerat alienatum per uenditionem censualis, & sic illã fundi partem,quæ erat in posse emptoris, ut in allegata.l.fundi partem. Et ex quo in bonis illius erat fuit contracta hypothetica, per illius creditores. Et sic cum est in posse meo, creditor illius emptoris intentat actionem hypothecariam contra me,quæritur an procedat. Et uidetur quòd non, quia illud ius directum qđ fuit pœnes emptorum censualis reuenit ad me de necessitate,quia uirtute instrumenti gratiæ.merito omne ius pignoris & seruitutis sit extinctũ ut.l.2.§.sed marcellus.ff.de in diem adiectione, & in l.3.ff.quibus modis pignus uel hypotheca soluitur,in princip.ubi sunt casus singulares,q quando res deuenit ad primum uenditorem, uirtute contractus,præambuli uel pacti,de necessitate astricto emptore,uirtute primæui contractus,omne ius pignoris est extinctum. Et ita firmat gl.singularis in dicta.l.3.§. sed Marcellus,quam tene menti,& Barth.in.l.in diem adiectio.ff.de qua pluuiali arcen. idem tenet: cõtra quos casus legum habes multas senteñ. in regno Valentiæ, & nedum in censualibus quitatis cũ speciali obligatione,sed sine ea est fortius quia in illis sunt omnes etiam rationes prædictæ. Et quia ex quo est solutus contractus,& exactio extincta per luitionem,quomodo poterit ampli' reuenire l.si rem.§.area.ff.de solutionibus. Sed dicunt quòd est extincta, sed reuocabiliter, & sic potest per hypothecariam euocari,ut leg.ex sextante.§.latinus largus.ff. de excep.rei iudi.& quòd notatur in l.prima. C. si antiquior creditor.per Cy.in.3.quæst. sed illa iura non tangunt casum nostrum. Nam in quæstione præposita, res quæ debent ad me reuerti erãt pacto & obligatione affecta,ut ad me haberet reuenire quotiens precium restitueret, & sic quamuis a principio teneat pignoris constitutio,quia interim est in dominio emptoris,tamen si ego vtens instrumento pacto & obligatione, quibus mihi est emptor obligatus,facio luitionem, extingui tur ius pignoris, ut est tex.formatus in dicto.§. sed Marcellus.l.3.ff.de in diem adiect.& in dicta l.3.ff.quibus modis ius uel hypothe.sol.neq; obest finis dictæ.l.3.ff.quibus modis, neque.l. bona.§.pignus.ff.de edilicio edic.quia ibi res deuenit ex sola uoluntate emptoris,ut not. glo.in dicta.l.3.§.sed Marcellus,& Barth.in dicta.l.in diem,simile uidemus quotiens legis dispositione res uenit ad dominum principalem, quia uenit extincto iure obligationis & hypothecæ, ut in l.lex uectigali.ff. de pignoribus. In dictis autem iuribus,in.l.sextante.§.latinus largus,ibi res deuenit ad creditorem, & fuit extincta hypotheca solutione uel satisfactione, si illa euincitur, reuincit ius pignoris, quia habetur pro non satisfacto, quia acquisitio domini non debet nocere creditori,neque pignus extinguitur tali casu,ut.l.debitor,ad trebellianum, de quo uide Bartho.& ibi remissiones in dicto. §. latinus largus, & sic uides quòd malissime tales scientiæ promulgantur, & est communis error in hoc regno, & sic amodo me actore a tanta iniustitia caueant pronuntiantes. Quæ sententiæ possent habere locum de iure,ubi per uiam reuenditionis censuale esset in potestate prioris domini, ad quam forte non erat astrictus emptor ex primæuo contractu.

¶ET AD OMNE dubium remouendum, soleo consulere tabellionibus, ut in instrumento gratiæ apponantur talia uel similia uerba. Et quia in ipso contractu & eius limine, est inter uos & me conuentum stipulatum, & in pactũ deductum, ut uobis facerem & cõcederem gratiæ instrumentum. Ideo astrictus uirtute pacti promissionis & stipulationis prædictorum,promitto quòd quotiens per uos & uestros, uel aliquem loco uestri, dictum precium fuerit p uos mihi restitutum &c. Luam & quitabo uel concedam luitionem,& quitamentum,& uobis restituam omnes uoces, actiones & dominia per uos cum præsenti contractu in me translata, & cætera. Vel quòd ipso iure & facto habeantur pro translatis contracti.immunes ab omni obligatione & hypotheca,pro factis & dictis contracti.meis & a me causam habentibus, & ad hoc obligo generaliter omnia bona mea, & specialiter omnia iura, dominia & actiones p uos in me translat. & cætera. & sic cum alijs clausulis ponatur in tali forma. Et si sic ordinet facta luitione,tu luens non habes timere hypothecas quia quancunque præcedit tua,& specialis illa obligatio impedit in præiudicium tuũ aliam causari,ut in casu singulari secundum Pisanam lecturam,in.l.creditor.§.finali. ff. de distrac. pignorum. Ad hoc not.in l.ea lege.C.de condi.ob causam,per Bal.& in l.si ita stipulatus.§. ea lege ff.de uerbo.obliga.per Barth. Et nota prædicta quia neque forista neque aliquis doctor in regno,unquam hanc materiam tibi declarauit,& multi eam non intelligebant, qui illam lingua mater-

materna poterunt prædicare, laudetur deus.

¶ SED veniamus ad materiam censualium sine speciali obligatione, qui solum constituuntur in nuda perceptione, ut sunt omnia censualia vniuersitatum, & aliquorum magnorum diuitum, de quorum obligatione generali multũ confiditur. ¶ Item omnia uiolaria, quia illa nõ habent specialem obligationem. ¶ Item retrocensualia, quia quamuis habent specialem obligationem alicuius proprietatis, ex quo dominus directus habet iam directum dominium. nihil de illo potest alienari, & sic solum ius quod habet obligat, & sic utilitatem. l. si domus. §. finali. ff. de lega. primo, & sic isto respectu posset dici, quòd iam ista retrocensualia habẽt specialem obligationem, & sic de ipsis ut de alijs est censendum. Dicamus ergo de censualibus, quæ nullam habent obligationem specialem, sed solum constituunt in nuda perceptione, de quib' est dubium an sint licita, quia in ipsis possunt formari contraria, de quibus prædiximus. Sed uidetur quòd de iure dici posset tales contractus censuales iure permissos citra usuram. Et primo hoc probatur ex regula tradita doctori-

8 bus, † quia vsura b non committitur nisi in mu

b tuo, ut not. Hostien. in summa in ti. de vsur. §. an aliqua, uersi. quid de his quæ emunt, & ibi Ioã. Andr. in addi. ad Spe. Idem tenet Do. Petrus de Ancha. in quæstione per eum disputata, de emprætitis factis per ciues Venetos, communitati Venetorum, de quibus aliquid recipiunt nomine pensionis, de qua etiam per eum in repetitione, cap. peccati uenia, de reg. iuris, libro. 6. Sed in isto contractu non est mutuum, imo emptio & uenditio, & sic non obstant iura dicentia, mutuum dantes nihil inde sperantes, &c. Et quicquid sorti accedit, vsura est, quia hic annuus redditus qui emitur est res empta, & pecunia quæ datur est precium. Et quod non sit mutuum, probatur, quia non habet reddi necessario precium, imo illud pertinet perpetuò ad uẽditorem & censuale uenditum, & annui redditus ad emptorem, & sic uẽditio, & nõ mutuum,

9 † quia in mutuo necessariò habet reddi in eadẽ specie & bonitate. l. 2. & l. cum quid. ff. si certũ pe. neque obstat si dicas, quòd in luitione habet reddi precium, quia illud est ad rem uenditam rehabendum, quia semper pro simili precio habet recuperari uirtute instrumenti gratiæ, ut in. l. 2. C. de pact. inter emptorem, quæ actio est, uel præscriptis uerbis uel ex empto, ut ibi, non autem certi condictio, quæ daretur ex mutuo, ut in l. certi condictio, & l. 2. ff. si cer. petatur. Ad hoc facit quòd dicit dictus dominus Petrus de Anchara. in repe. dictæ regulæ, peccati uenia, de regul. iuris, lib. 6. in. 12. q. ibi. Sed dices quare est magis permissa emptio cæterorũ reddituum, perpetua uel ad uitam, & non ad tempus certum. Respondet, quia primo casu est uera emptio, cum redditus perpetuo spectet ad emptorem, & precium ad uenditorem. Sed in secundo casu, cum sit talis emptio ad breue tempus res uendita, hoc est redditus reuertuntur ad uenditorem & precium, cum augmento reperitur pœnes emptorem uendi, accedit potius ad naturam mutui quàm emptionis licet sit sub nomine emptionis contractum. allegat notata per Barth. in. l. cum stipulatus sim. de verbo. oblig. Et per illam differentiam dicit quòd licet emprætita Venetorum posit licitè & salua conscientia emi perpetuo, pro se & suis hæredibus uel ad uitam, tamen emendo ipsam ad certum tempus, puta quatuor uel quinque annos, quicquid plus percipit emptor quàm sit precium, reputatur usura, postquam certum est vsurarium plus certè ex tempore esse recepturum. Cum ergo in emptione censualis, sit certum precium & perpetua uenditio annui redditus, non est dubium omnem usurariã prauitatem in illo cessare.

¶ Item hoc probatur, nam sicut super re mea singulari possum constituere censum & emphiteosim, sicut super omnibus bonis meis cẽsum, cum iure emphiteotico, dempto laudimio & fatica, quia quod iuris est de parte quo ad partẽ, est de toto quo ad totum. ff. de rei uendic. l. quę ad tota, & idem operatur generalis obligatio, quò ad omnia. quòd specialis quo ad singula. l. finali. C. quæ res pignori obligari possunt. Ergo possum super omnibus bonis meis uendere cẽsuale annuum ex parte recipiendũ, quia in hoc cõtractu censuali quòd stat in nuda perceptione uenditor in re quam dat, nihil habet remittere, sed prorsus in suum censuaterium transferre, ut rem uel pecuniam, & censatorius promittit respondere de censu: quod secus est de iure emphiteotico, quia ibi est retentio directi dominij, & hæc singulariter colliguntur ex text. & gloss. in cap. Constitutus, de religio. domi. & ibi Inno. Meritò ergo iure etiam canonico, iste contractus approbatur, iam enim fortius si per emptionem & uenditionem perpetuò faciendam

10 causentur, in quo contractu, † etiam deceptio-

c nem c dum non ultra dimidiam iusti precij, iura ciuilia & canonica tollerant, ut in l. 2. C. de resci. uendi. & in cap. cum dilecti, de empt. & uendi. Et sic non obstant cap. ad naturam, de emp. & uendi. neque cap. illo uos, de pign. quia cap. ad naturam, loquitur quando cum paruitate precij concurrit pactum de reuendendo ad certum tempus, quo casu ex dictis coniecturis ius præsumit contractum simulatum, uel in fraudẽ usurarum conceptum. Sic in capi. illo uos, ex quo erat pactum adiectum, de fructibus in sortem computandis, quod est de natura pignoris, & quia solitus erat fœnerari mercator ius præsumit contractum usurarium, illis enim cessantibus, cessarent dictæ præsumptiones secundum Hostien. Innocen. & Dominus Anth. de Butrio, in dictis cap. ad naturam, de emp. & uend.

&

& in dicto cap. illo uos, de pignoribus. Cum ergo in onerationibus censualium, quæ fiunt per uenditionem, cessent dictæ præsumptiones, sicut merito talis contractus nec dicit usurarius iudicari. ¶ Item hoc probatur iure expresso, nam Imperator Christianissimus qui quatuor consilia seruanda decreuerat, per quæ usuræ erant reprobatæ, ut in auctent. de ecclesiasticis titulis, in princ. col. 9. iuncto cap. quia in omnibus, extra de usur. cupiens omnem materiam peccati amputare, ut ipse dicit in aucten. ut hi qui obl. perhib. habe. res minorum, in princip. ut in §. licebit, eiusdem auctenticæ, col. 6. dat licentiam tutoribus & curatoribus præscrutari si aliquos forte cautos inuenire poterunt redditus & comparare minoribus, etiam data illis licentia, ut dicit ibi gloss. quod uerbum (redditus) stat propriè, & quia tales redditus inter immobilia cõparantur, allegat in aucten. de non alienandis §. alternæ, & licet glo. non alleget, est text. optimus in clemen. exiui. de verb. signi. ubi textus.

11 Cumque † annui redditus inter immobilia cõputentur, quos habere solum prohibet canon fratribus minoribus, quibus omnia immobilia sunt prohibita possidere, ergo alijs uideantur permissa, arg. ff. de iudic. l. cum prætor. Maxime quia tales redditus possidere ecclesiam lex auctenticorum permittit, in aucten. de non alienand, col. 2. §. alterna, & in §. nos igitur, ibi etiã prohibet tales redditus alienari ab ecclesia, ibi cum dicit, aut ciuiles annonas, & ibi, nec ciuilẽ annonam, quæ ciuilis annona dicitur esse redditus, quòd singulis annis in festo percipitur, uel etiam in priuato, ut ibi in glo. in priuato, super uerbo, ciuiles, sed annui redditus aliter iuste cõstitui non possunt quàm per emptionem & uẽditionem, quia aliàs esset usura, igitur tales contractus censualium dicam approbatos.

¶ Item hoc probatur auctoritate domini Innocentij, qui fuit magnus canonista & legista, & papa, & quamuis ut papa non condiderit librum, non tamen de eo dogmatizaret opiniones, quæ nutrirent usurarum prauitatem. Et vt ipse ponit in capitulo, in ciuitate. de vsuris, & sequitur eum Ioannes Andre. & dominus Anthonius de Butri, quod licitum est emere pro certa pecuniæ quantitate redditum perpetuo sibi & suis hæredibus dandum a uenditore & suis hæredibus, uel ad certum tempus, uel ad tempus uitæ alicuius, quòd licitus est ille contractus: dũ tamen redditus annuus & perpetuus, communi æstimatione non excedat redditum quem haberet uel habere posset. Si certam uel aliquã possessionem ex tanta pecunia emisset, & si excederet communiter non est licitum, de usuris consuluit. Aliqui dicunt quòd quando imperpetuum emit, licitus est semper cõtractus, quia licitum est contrahentibus se decipere in precio. ff. de minoribus. l. in causæ. §. penulti. Aliis uidetur, & forte melius secundum eum, quòd siue ad tempus siue imperpetuum, quis emat redditum per contractum & constitutum semper licitus sit contractus secundum Innoc. ultimum tenet etiam Hostien. dummodo neuter decipiatur, ultra dimidiam iusti precij, & in fraudem usurarum nil fiat, aliàs secus. allegat, de empt. & uendi. cap. ad naturam, & idem dicunt aliqui secundum Innoc. Si quis emat redditum, de nouo constitutum, sed quòd consulẽdum est fidelibus, quòd nouas constitutiones redditum non emant secundum eos. Merito ergo emptio redditus annui, etiam pecunia data, licitus est, quanto plus quòd sapit naturam iuris emphiteotici, dempta fatica & laudimio, quòd ex pacto partium innititur, & iste contractus uniuersum patrimonium uenditoris afficit, & uulgo censuale appellatur, sic dictus ab annuo censu, ut in cap. constitutus, de religiosis domibus, solum differt in hoc ab eo censuali, quod habet specialem obligationem, quia ex illa nascitur hypothecaria expresse in re, quæ sequitur quencumque possessorem, de foro & iure, & pro omnibus debitis pensionibus, nouus detentor poterit hypothecaria conueniri directa uia. Sed in executione uenient bona hypothecata, ut est tex. optimus in iure, in aucten. de non alienandis: §. scientiæ. Ad hoc nota. in. l. finali. C. sine cẽsu uel reliquiis, in alijs aũt censualibus, licet sint bona hypothecata, ex generali obligatione, tamen executiue non possent conueniri detentores bonorum, nisi tunc demum facta discutione, ut in alijs hypothecarijs actionibus intentãdis, ut in aucten. hoc si debitor. C. de pignoribus. Et hoc facit uirtus contractus emphiteotici, cum speciali obligatione, & ita uult etiam forus regis Martini, quòd etiam quòd cum honore talis censualis non emerit res specialiter obligatas, pro omnibus pensionibus executabitur, & directa uia conuenietur detentor, licet eius bona non sint obligata, nisi pro tempore quo tenuerit, & onus sciuerit. De iure autem non erat dubium, quòd de pensionibus, quæ currebant, durante possessione noui possessoris conueniebatur nouus possessor, etiam quòd bona non essent in patrimonio noui possessoris, ut in l. finali. C. sine censu uel reliquijs. ibi, & si nondum perfectio censualis, coniuncta gloss. & ibi Barth. Et idem tenet in l. si negocium, de negociis gestis, ad quod facit. l. si pendentes. §. si quid. ff. de usuris. Sed de pensionibus præteritis tempore antiqui possessoris debitis dubitatur de iure, quia Speculator in titulo de locato. §. nunc aliqua, uers. nono quæro, & uers. quæro, dicit quòd non potest pro illis conueniri nouus

12 possessor, & est ratio secundum eũ, quia † actio personalis non sequitur fundum. l. primæ. §. si hæres. ff. ad trebel. ad l. Imperatores. ff. de publicanis, quæ posset pro contrario allegari. Respõdet quod est ibi speciale in fisco, de quo ibi per eum. Saluo honore non credo eum bene dicere,

quia non est uerum, quòd sola nascatur actio personalis, ad pensiones ex contractu censuali emphiteoticario re specialiter obligata, imo nascitur hypothecaria, per dictum textum in dicto. §. scientiæ, in auct. de non alienandis, quem ad hoc magistraliter allegat Bald. in auten. si quas ruinas. C. de sacrosanctis ecclesijs, quæ habent concomitantiam, cum personali, quæ oritur ex ipso contractu, merito illa sequetur fundum & nouum possessorem, etiam si esset clericus uel papa, ut not. Bald. in auct. Item nulla cōmunitas. C. de episcopis & clericis. Ad hoc notata per Angelum, in l. Imperatores. ff. de publicanis. Sed an pro pœna retardationis solutionis posit conueniri nouus possessor, uide quæ latè scripsi in meis notabilibus, notabi. 55. Et sic uide quòd iste contractus censualis, etiam cum sola generali posit sustineri, & etiam in quo differat ab omnibus alijs contractibus cēsual. cum speciali. Et ex proxime dictis potest soluere ad contrarium quod ex aduerso formatur, quòd solum datur actio personalis ex mutuo, quæ dicitur certi conditio. &c. quia hoc est falsum, quia licet ex isto contractu, duæ actiones oriantur, personalis & hypothetica, neutra istarum datur ad precium recuperandum, cum illud perpetuo transeat in dominium uenditoris. s. ad pensiones habendas, nisi in unico casu ex defectu specialis obligationis, uel quia uenditor sit effectus non soluendo, & hoc non ex natura ipsius contractus, sed ex prouisione facta per uenditorem, de clausula adiecta, de faciendo, hēre licere tenere & posidere &c. & ex qua clausula si dictum censuale emptū, & eius possessiones emptor non potest habere, quia debitor non habet unde soluat, ut quia discussus, & sic notorie constat non esse soluendo. ff. de actionibus empti. l. emptorem. Ad hoc no. ff. si certum peta. l. finali, & in. l. decem. ff. de verb. obliga. vel quia res erat in speciali obligatione est euicta, & sic illa non potest habere & posidere emptor, neque consequi pensiones, quæ committ. p stipulationem in illa clausula, cōtētam de habere licere, ut. ff. de euict. l. habere licere. eodem titu. l. si seruus uenditus. §. 1. Et quòd notatur in l. stipulatio ista. in princi. de uerborum obliga. ¶ Et ex ijs solent assessores pronunciare in istis censualibus esse casum & locum luitionis, & sic emptorem posse habere suum precium censualis uenditi. Aliquando tamen quando specialis obligatio est euicta, solent pronunciare sic conditionaliter, quòd illam rem æquiualentem reponat in speciali obligatione, per. l. si quis accepto. ff. de condic. causa data. Bene facit cap. ecclesiæ sanctæ Mariæ, in secundo, ut lite penden. Aliàs pronunciant esse casum & locum luitionis. Et utraque practica, potest de iure sustineri. Et sic uides quòd actiones quæ prodeunt in ipso censuali, non sunt certi cōdictiones, ad habendum precium, quòd perpetuo est factum uenditori, & non recuperatur, nisi ex luitione, uirtute instrumenti gratiæ, ex euictione. sicut recuperaretur quodcunque aliud precium alterius rei. l. 3. C. de euic. cum similibus. ¶ Ad id quod dicit Archidiaconus in capit. si fœnerarius. 23. q. 3. & Bald. in l. 1. C. de summa trinitate. Et Innocen. de vsuris in ciuitate, quòd in pecunia non cadit emptio, & quòd in solo tempore non potest fundari obligatio. Respondetur qđ hic non emitur pecunia, quia imo est precium emptæ, quod est ipsum censuale, & ius percipiēdi annuos redditus, & pensiones siue canones ciuiles a priuato, quæ possunt a quocūque emi & uendi, sicut alia immobilia, quia inter illa cōnumerantur, ut in clemen. exiui. de uerborum significa. sola ecclesia prohibetur sic alienare, quia neque alia immobilia potest alienare, ut in auct en. hoc ius porrectum. C. de sacrosanctis eccle. Ad hoc in aucten. de non alien. §. a leone, col. 2. Et quòd ista iura maxime, quæ de se uel ratione contractus habent ius percipiendi, posint uendi & emi, & in contractum deduci, probatur, quia est uera emptio iuris percipiendi talem redditum, ut. ff. de periculo rei uēditæ. l. necessario. §. ultimo, & de contrahenda emptione. l. ultima. §. fina. secundum Oldr. *qui* hoc prosequitur suis consilijs, consilio. 207. *Et* ideo dicebat Dominus Petrus de *Ancharano.* in repet. regulæ, peccati ueniam, de regulis iuris, lib. 6. in. 8. quæstione, ubi mouet quæstionem de empræstita Venetorum, quòd faciunt ciues communi, & commune illis respondet certum interesse quòd habet aliquam similitudinem cum nostris censualibus, quòd tributa census a iure pensionis, seruitia personalia, & similia, reperiuntur in rebus & personis ab antiquo causata, ut decima Deo, tributum Cæsari, censum superiori, pensiones annuæ, & ciuiles canones monasterijs & ecclesijs. ¶ Item de nouo ista iura præstationum in rebus immobilibus creantur, ut in rebus proprijs, usufructus, alias concesio in emphiteosim in perpetuum, pro annuo canone, ut probantur ista de decimis, capi. tua nobis. 11. q. 1. cap. si tributum, de relig. domibus. capit. constitutus, de elect. capit. quærelam. C. de sacrosan. ecclesijs. l. iubemus. 28. quæstio. cap. Eleutherius. 12. quæstione. 2. §. apostolicæ, & in cap. bonæ, & capit. concesso, & capit. si quos, ubi manumittitur seruus ecclesiæ, constitutus in bonis ipsius. 20. pro annua pensione. Et prædicta dicit habere similitudinem cum dictis empræstitis Venetorum, quia sunt perpetua, & regulariter in pecunia consistunt, & relationem habent in principio, cum creantur ad aliquod certum tempus, siue causam, & tamen nulli dubium quòd dicti annui redditus ex iure censuali, decimali, tributorio, & quandocunque alio prouenientes, sunt in commertio hominum, & uenduntur, permutantur, donantur, & alijs legitimis titulis, de uno in aliū transmutantur,

tantur, siue transferantur, sicut bona immobilia, vt. C. de sacrosan. eccl. l. iubemus, de locato, c. 2. de decimis, c. quamuis, clemen. prima. de rebus ecclesiæ non alienan. l. 1. de iure emphiteoti. C. l. 3. & per totum. ff. de vsufruc. ¶ Si ergo dicta iura canonica & ciuilia, & alia quamplurima approbant hunc contractum emptionis & venditionis annui redditus, absurdum esset dicere, quia talia emere & mercari iuris auctoritate esset peccatum, siue usura. ca. qui peccat. 14. q. 4. & l. gracchus. C. de adult. secundum eum. & pro isto dicto faciunt. c. finale, & quod ibi notatur, de causa posses. & proprieta. de censibus c. cum uenerabilis. ¶ ET QVOD ISTE contractus censualis licitè posit formari, de iure probatur, quia si tacito consensu potest formari, a fortiori expresso, ne plus operetur tacitum, quàm expressum. Quod tacito consensu constituatur, probatur, dum tamen scienter. Nam est casus in l. si functionis. C. de dona. Vnde dicit Bald. in l. in censualis. C. de dona. per illam leg. quam allegat pro casu, quòd si rem propriam recognosco a monasterio censualem, ex certa scientia, statim efficitur censualis. Et dicit qđ est casus in dicta. l. si functionis. Si ergo ipso tacito consensu efficitur & causatur censuale, a fortiori expresso. ar. auctenticæ, multo magis. de sacrosanctis eccle. ¶ Item etiam hoc probatur, nã si quis multo tempore soluit censum tanquàm ex contractu præambulo censuali, postquã diutius formiter sit præstitum, efficitur censualis. Nam tunc solum tempus non inducit obligationem. Sed causa prætensi census probatur ex patientia tanti temporis, ut notatur de censibus cap. peruenit. de causa posses. cap. cum ecclesia. de elect. capit. quærela. Ad hoc. C. de pactis. si certis annis, &. ff. de usuris. l. cum de in rẽ uerso. Ad hoc. C. de fundis patrimonialibus. l. iuris emphiteotici, &. l. finali, libro. 11. Ad hoc facit quòd no. Specu. in titulo de locato. §. nũc aliqua, uersicu. 54. qui dicit, quòd si quis longò tempore soluit censum, uidetur emphiteosis esse concessa, licet instrumentum concesionis

13 non appareat. Nam dicit quòd † longa præstatio inducit coniecturam, & omnia solemniter acta esse, argumen. ff. de usuris. l. cum de in rem uerso. institu. de fideicomm. §. finali. ¶ Item & quòd contractus censualis sit licitus, probatur ex uniuersali regni consuetudine, cum scientia, & patientia principis, & apostolici. Et quòd in talibus omnes ecclesiæ regni uersentur, & in illis ut plurimum stat eorum redditus. Ad hoc quòd eleganter scribit ille famatus iurium monarcha Oldradus, suis consilijs, consilio, 207. dicens in propria materia, quòd tales contractus approbat & roborat, & ab omni suspitione illiciti reddit alienum, ipsius regni, imo fere totius mundi consuetudo, secundum quam tales contractus continue celebrantur. Allegat. ff. de contra. emptio. l. si in emptione. §. 1. ff. communia prædiorum. l. uenditor. §. si constat, cum similibus, secundum eum. Ad hoc quòd dicit Bald. multum eleganter, in. l. unica. C. de his qui pœnæ nomine, dicens quòd quando contractus frequentantur in regione, & inter bonos si fiant, uerisimiles sunt permissi, argu. l. 3. §. finali, cum sua glo. ff. de eo quod certo lo-

14 co. Merito † consuetudo [d] dat robur contractui. Ad hoc. ff. si certum petatur. l. certi condictio. §. si nummos, secundum Bal. in l. non aliter. ff. de adop. Ad hoc. ff. de ædilicio ædicto. l. quòd si nolit. §. qui assidua. Facit. l. fin. C. de fide inst. & quòd no. in l. ex ea parte. ff. de uerb. oblig. per Bart. Et patientia & scientia apostolici, quam consuetudinem ignorare non præsumitur, de postu. prælatorum. c. 1. ualidet, & det etiã robur istis contractibus. Facit quod notat Bart. in l. 1 §. denique. ff. de aqua pluuiali arcen. Et quod no. ff. de re iudica. l. quidam consulebant, de filijs præsbyterorum. c. ueniens, & c. diuersis fallacijs, de clericis coniugatis, per Innocentium. Maximè quia tales contractus conseruant regni policiam, uiduas, & pupillos, clericos, & ordines, & hospitalia, & sic bonũ publicum, merito illos impugnare non debemus. ¶ Scias tamẽ quòd censuales isti debent uendi precio rationabili & communi in regione, imo dicit Innocentius in capit. in ciuitate, de usuris, quòd debent emi ad illud precium, ex quo tot redditus haberentur, ex prædio empto, quod facit contra illos qui emunt decem mille pro millenario, uel duodecim, quia talis contractus non differt ab usura, quia non est secundum consuetudinem regionis. Ad hoc de legatis primo, lege, apud Iulianum, cum similibus. Et quia nunquam ex prædio empto, tantus fructus communiter haberetur. ¶ Et ex prædictis satis fundatam habes de iure materiam censualium, & uiolariorum permissam, & iure fundari. Sed consulo quòd si habes emere de nouo censuale quòd sit cum speciali obligatione, quia talis contractus melius a iure fulcitur.

AD SECVNDVM, An contractus censualium, uel uiolariorum, iam facti possint, sic posint sic leges priuilegiari, quòd non posint aliquæ rationes, uel exceptiones, vel defensiones poni, nisi de solutione, quæ monstretur per instrumentum publicum, etiam prouti in dictis foris est uidere. Et uidetur quòd non, quia uenditor censualis ante dictum forum contractando, uidetur se subijcere legibus tunc in foro contractus uigentibus. ff. de euictio. lege, si fundus, & quòd notatur in lege, cunctos populos. Codic. de summa trinitate, & in capitu-

15 lo, quòd clericis, de foro competen. † & leges cum conduntur, ad futura negotia, & contractus dant formam, non ad præterita Codic. de legibus, l. leges, imo in causa nouiter a-

ctitetur post legem nouam, si super contractu, ante e inito ante legem nouam facto lex uet⁹ debet in illius iudicio obseruari: in auten. vt cum de appell. cognoscitur. in principio, & in auct. consti. interpretatur constitutionem, & C. de testamentis. l. iubemus. ¶ Aduerte regulariter lex imponit formam futuris negocijs, non præteritas calumnias excecat. C. de decurionibus. l. 1. lib. decimo, & in c. cognoscentes, de const. ¶ Sed istud fallit, nisi expresse id in l. caueatur, ut in dicta lege, leges. Cod. de legibus, & in c. secundo de constitut. prouti in dicto foro ædito in materia censualiũ, per regẽ fœliciter regnãtẽ in muro ueteri, ubi expresse disponitur quòd for⁹ habeat locum in executionibus omnium contractuũ censualium iã factorũ. de quibus non sunt lapsi decem anni quibus sit petita pẽsio. Et sic non est dubium forum uel legem tales contractus, etiam præteritos, posse priuilegiare, maximè quia disponit de litis ordinatione, & sic meritò noua lex de illo bene disponit, etiam si nõ dicatur, licet non de validitate uel inualiditate actus intelligatur lex noua disponere. Ad hoc optima glo. in cap. licet canon. de elect. libro 6. Nam cum agitur de validitate uel inualiditate contractus, pars non potuit nouã legẽ diuinare C. de testibus. l. testium. C de test. l. iubemus. 82. distin. ca. proposuisti. Et ita tenet Guido de Sudaria, ut refert Bald. in dicta. l. leges. licet illã glo. nõ alleget. Sed dicit quod ius formatũ in esse & solemniter, non debet immutari in casu superuenienti, arg. C. de dona. quæ sub modo. l. perfecta. ¶ Sed si cõstitutio loquatur circa ordinationem sẽtẽtiæ uel processus causæ, tunc dicit debere attendi statutum nouum, quia licet causa prima sit de præterito causatum super quo disponitur, ipse modus procedendi est de futuro, secundum Archidiaconum, qui ita notat, de officio delegati. §. deliberatione, lib. 6. ¶ Et scias quod processus executiuus, & ordo executionis concernunt litis ordinationem, secundum Angelum, qui ita notat in leg. si fundus. ff. de euict. Meritò uidetur quòd si id forus non statuisset quid de præteritis contractibus, dum tamen solutiones pensionum non fuerint decennio retardatæ & non petitæ iudicialiter, intelligatur forus quòd in omnibus futuris executionibus, forus esset seruandus, ex quo ordo executionis concernit litis ordinationem. Sed iam melius ex quo fraus clare loquitur comprahendendo præteritos contractus, aliquos excipiendo, ut omnem iuris dubitationem amputaret. Et nõ est dubium principem cum curia, dictã legem astrictam dicere potuisse, etiam contractibus iam factis: quia in curia est consensus tacit⁹, omnium de regno, imo uerius expressus, quia ex quo omnes uniuersitates, & eorum sindici & milites & alij ecclesiastici, sunt conuocati pſentes & cõsentientes uel pars illorũ. ff. ad munici. quòd maior totum regnum uidetur consentire & esse in factione talis legis. Argu. glo. notabilis super Rubrica. Codic. quæ sit longa consuetudo. & habes aliam. ff. de dolo. l. si ex dolo, merito per suum consensum præiudicium poterit parari prædictis contractibus, quia quilibet potest iuri suo renunciare. Codic. de pact. si quis in conscribendo. Maxime quia lex & consuetudo dant auctoritatem & fomentum aliquibus contractibus, & prohibent exceptiones aliquas proponi, nisi certas contra illorum executionem, ut in instrumentis garantigiatis in Tuscia, & in aliis partibus per statuta particularia. De quo uide Bartholum in lege prima. ff. quod ui aut clam. Cyn. in lege, itaque pudor. Codic. ad lege Iulia. de adulte. Et dominus Antonius de Butrio. in capitu. item cum quis de restitu. spoliato. ¶ Et si uis uidere plenius hanc materiam, quando noua lex comprahendat iam factos contractus, uel negocia, & quando non, vide Iacobum de Beluiso, in aucten. vt cum de appellat. cog. in princ. ubi ponit quæstionem quam in hac materia disputauit, & uide eum in auct. ut factæ nouæ. constitutio. in fi. uide Cyn. & Baldum in dicta. l. leges. Codic. de legibus. Et Bartholum in leg. omnes populi, de iustitia & iure. De quo uide per canonistas in cap. 2. de ctonstit. per glo. & doct. in capitu. licet canon, de elect. libro sexto, & ibi per Petrũ de Ancharano, & per Ioannem Andream in capitulo finali de uerborum significa. libro sexto. Et per modernos in prohemio cle. quos tu uidere potes, han cmateriam repetere, quæ ut longa & non multum fructifera, non curo eam plenius tibi recitare, uideas eam plenè in locis per me allegatis. ¶ Solum uolo tibi commemorare duo uel tria nota. digna. ¶ PRIMVM est, quòd quotiens lex loquitur declaratiue ad legem ueterem semper [c] lex noua trahitur ad prę terita, dum tamen non decisa. Ad hoc. l. non dubium. Codic. de legibus, & C. de episcopis & clericis. lege, si quis in conscribendo, ultimo reſpõſo. & ita dicit Baldus in dicta. l. leges, in principio. ¶ Item quando lex noua interpretatur ueterem semper trahitur ad retro. Nam lex noua, nihil noui facit, sed quòd est iam statutum detegit, ut nota. in aucten. de filijs ante dotalia instrumenta natis. ¶ Item quando lex noua disponit super aliquo actu de futuro, quamuis habeat dependentiam ab actu de præterito, extenditur ad illum futurum actum, per quod dicit Petrus de Ancharano in capitu. licet canon, de elec. lib. 6. quòd si statuto cauetur quòd mortua uxore in matrimonio sine liberis, quòd maritus lucretur certam partem dotis, quòd habebit locum in dotibus datis ante statutum, si post istum statutum talis uxor moriatur, & assignat rationem: quia illud propter quòd debetur cauetur post statutum, ergo habeat locum in dotibus datis, ad quæ no. cętera uide per te.

AD

AD TERTIVM de effectibus priuilegiorum a foro introductorum super ijs cōtractibus sensualiū, & illarum executionibus. ¶ Et scias quòd antiquitus contractus censualium & iuris emphiteotici, ut plurimum non erant executorij. Merito in eis non procedebatur ad executionē. Sed ex quo cēsareri⁹ uel emphiteota erat obligatus medio instrumēto publico ad aliquid dandum uel faciendum iuxta priuilegium regis Petri, sequebatur condemnatio pœnæ quarti. Nam condemnabatur emphiteota ad decem dies ad soluendum pensionem sub pœna quarti, saluis rationibus, & lapsis decem diebus facto retro clamo, fiebat mādatum executorium. Nam de foro talis sententia transit in rem iudicatam, sicut aliæ sententiæ & meretur executionem, ut in foro unico de exceptionibus regis Alphonsi. Et sic uidetur approbari opinio Innocen. in c. fi. de cohabit. clericorum & mulierum, & gl. in ca. ex parte. de uerborum signific. quòd mandatum iudicis, de soluendo ad certum terminum cum f modificatione quòd si habet iustas rationes, illas ponat, quòd non positis rationibus, habet uim sententiæ diffinitiuę. Si autem rationes ponuntur in uim simplicis citationis resoluitur. Et hoc sequtur Bald. in l. actione. C. de transact. & Angelus & dominus meus Ioannes de Imola, in l. de pupillo. §. meminisse, de noui ope. nuncia. Et cum tale mandatum iudicis transit in rem iudicatā ex eo datur actio in factum, ut ex aliis sentētijs. Istud dicit glo. notanda in l. cum non solum. §. necessitatem. C. de bonis quæ liber. ¶ Istud tamen credas uerum, cum tale mandatū fit per iudicem cognitionaliter, parte præsente, & sententiante iudic. uirtut. conditionaliter prout ei est dictum, ex quo reperit aliquem obligatū cum instrumento publico. Nam tūc est uerum quod non positis rationibus, habet uim sententię. arg. c. qui nubent. 12. q. 3. de re iudic. l. quod iussit. Nam aliàs non omnis uox iudicis habet rei iudicatæ auctoritatem. C. de sententijs. l. stipulatione. l. 2. §. 3. C. comminationes epistolę. Et in hac condemnatione, causæ cognitio, quæ uersatur, est quòd sit pars præsens, & quòd monstretur instrumentum per quod mōstretur reū esse obligatum ad dandum uel faciendum. Et tunc si non ponantur rationes, est uera sententia, & habet effectum sententia de iure & foro regni, quia mandatur executioni, ut uera sententia, & habet executionem priuilegiatam, ut in dicto foro unico, de except. ¶ Et ex hoc potest dici quòd talis condemnatio non posset fieri parte absente, etiam intimāte per nuncium, ex iudicis mandato. Et hoc uidetur tenere Ioannes Andr. in additio. Spec. in titulo, de aduocato, dicens tale mandatum factum per iudicē, absente parte, uel per nuncium mandato iudicis, in omni materia esse nullum, nisi in materia noui operi nunciationis.

¶ PRIMO, quia illud fuit per nuncium factum, quod non potest fieri, ut. C. de sententijs ex periculo recitandis. l. fi. & in cap. fin. de re iudicata, libro sexto. ¶ Secundo, quia prolatum causa non cognita, quia absente parte & non citata. C. de sententijs. l. prolatam, extra de constitutionibus. ca. ex clam, cum similibus. ff. quæ sententiæ sine appella. re. l. 1. §. item cum ex dicto. Alibi tamen idem Ioan. And. aliter loqtur in titulo de sentētia. §. species, uersi. habeo quæstionem, aliàs dubium solemniter disputatum. Dicit quòd ubi tale mandatū emanat sup eo qd iudex parte pręsente & inuita, percipere potuisset, tunc tanto maius illa absente, & ignorante. l. qui potest. ff. de regulis iuris. l. sed si unius. §. filio, cum similibus. ff. de iniur. ut puta si esset timor rixę, uel armorum terror, si iudex in hoc nō expedisset, quia tunc hoc posset inuita parte. l. quòd iussit. & ibi gloss. ff. de re iudica. l. relegatorum. ff. de interdic. & relegatis. Facit. ff. de usufru. l. æquissimum. Aut tale præceptum emanat super eo, quòd requirit causæ cognitionem & parte præsente, forte iudex non fecisset dictam condemnationem, tunc tale præceptum non valet secundum eum pro quo facit. Nam talia iudicis præcepta incognitionalia sunt nulla, ut notat Cynus. C. de fideiuss. lege, quotiens. Et Dyn. in lege filiusfamilias. ff. de lega. primo. Ad hoc not. in lege finali. ff. de lege commissoria. Et dicit singulariter Innocen. in capit. quærelam, de elect. quòd ex quo est notorium talia præcepta fore nulla, statim sunt per iudicem reuocanda, sine aliqua causæ cognitione, & ita sequitur eum Baldus in lege secunda, Codic. de seruit. & aqua, & in lege, si pacto quo pœnam Codi. de pactis, & in lege finali Codic. de edicto diui Adriani. ¶ Et hæc omnia tu intelligas in iudicialibus, in quibus iudex habet seruare ordinem iudiciarium, quia in extraiudicialibus, omissio causæ cognitionis, non reddit nullum præceptum, quando quòd præcipitur, spectat ad iudicis officium. Istud est dictum singulare Innocen. in cap. uenissent, de resti. in integrum. Cum ergo istæ condemnationes sub pœna quarti fiant iudicialiter, & pariant in factum actionem, ut uidisti, causæ cognitionem desiderāt, & sic per nuncium, uel libellum nequeunt expediri, neque mandatum etiam in scriptis missum. ff. de re iudica. l. omnia. Et per hoc dicit Ioannes Fab. inst. de pœna temerè litigantium. §. omnium, uersicu. illa enim mandata quæ emanant quotidie a curia regis Franciæ, per quæ mandatur solui, nisi se opponant, sint iusta & c. quæ omnia nota, quia utilia sunt. Ex quo supra diximus, quòd positis rationibus, resoluitur mādatū in uim simplicis citationis, ostenditur esse mala practica, quæ in regno seruatur, quæ est quòd sicut positis rationibus infra decē fit retroclamum, & datur mandatum executorium, ut posit procedi usque ad realē executionē ex

clusiue, quia uidetur mala practica, quia dicta condemnatio fuit conditionata, vt dicit Bald. in d.l.actione.C. de transac.

¶ ITEM quia positis rationibus, iam non est sententia, sed citatio. Et sic merito non exequenda, neq; per actionem in factum, nec iudicis officio. vt no. Bar. in l. intra dies. & l. à diuo pio. §. sententiam. ff. de re iudica. ¶ Sed contrarium videmus seruari consuetudine. Sed credo quòd male, maxime si instrumenta, cuius virtute fiunt condemnationes sunt conditionata, & non pura, & agitur de illorum purificatione. Nam dum de tali purificatione altercatur, non est autem ad executionem procedendum, unde dicit Bald. multum singulariter in.l. siquidem. C. de executionibus, quòd cum aliquid conditionale deducitur in iudicio, debet conditio liquidari. Ad hoc. ff. de uerborum obliga. l. hoc iure. vbi dicit esse tex. singularem & dicit probari multis casibus legibus argumen. & communibus. Et ideo dicit
g quòd instrumentum [g] conditionale non meretur executionem, quia oportet conditionem iudicialiter liquidari secundum eum. Et idem Bald. in l. cum testamento. C. de testamentaria manumissione, dicit ad finem. Et nota ad instrumenta garantigiæ, quòd si habent conditionem re uera purificatam, sed in iudicio nondum probatam, dicuntur instrumenta pura, & non conditionalia, licet ad executionem facti non possit procedi, donec liqueat iudici, & allegat dictam leg. hoc iure. ff. de uerborum obligation. quam dicit esse ualde notabilem. Ad hoc adde quod notat Baldus in lege si causam. Codic. de execu. rei iudicatæ, ¶ Secus tamen esset dicendum, si instrumenta cui' virtute instatur condemnatio, non erant purificata, respectu quantitatis, uel aliàs, quia erant confecta super uniuersalibus iudicijs: quia tunc sufficiat quòd durante instantia executionis purificentur, & proceditur in eis, ac si esset pura sub dubio, si purificabunt, ut tenet singulariter Bartholus, in lege prima. ff. de iudicatum solui, & est ratio. Quia talia iudicia, ex illorum uniuersalitate sunt incerta, & sufficit quòd durante executione liquidentur, ut notatur in lege prima in principio, in glossa magna. ff. de ædendo. Et sic intelligitur lege prima, & secunda Codic. de sententijs quæ sine certa quantitate proferuntur. Et ita dicit Bartholus ibi quotidie practicari in instrumentis confessionatis, siue garentigiatis, quæ merentur exectionem secundum formam statutorum Italiæ. Nam si non continent certam quantitatem meretur tamen executionem, declarata prius & limitata quantitate durante executione, ut prædixit. Et hoc cum instrumenta sunt non executoria: quia tunc in illis proceditur per condemnationem sub pœna quarti. Si autem sunt instrumenta confessionata executoria super censuali, uel iure emphiteota facta, uti hodie fiunt, etiam antiquo iure fororum, procedebatur in eis executiue: quia curia tales conuentiones de foro ad executionem deducit, ut in foro la cort. Rubrica, de executione rei iudicatæ. Et quia in talibus instrumentis, ex speciali pacto, uoluit partes executionem fieri posse, uti de re iudica. & condemnatione pœnæ quarti, retro clamo subsecuso, ut contra eos possit fieri executio, ut adaptetur forus regis Alphonsi, de exceptionibus, & priuilegium domini regis Iacobi ibidem enarratum. Ad hoc leg. tale pactum. §. qui pronocabit, & quod ibi notatur. ff. de pactis. Facit. ff. de re iudicata. lege, si conuenerit. ¶ Et quia talia instrumenta de uniuersali curiarum consuetudine, merentur executionem, ad hoc quod notat Bartholus in lege, a diuo pio. §. sententiam Romæ dictam. ff. de re iudicata, ad finem. dicens. Et per hoc dicimus idem in instrumentis, in quibus continetur præceptum garentigiæ secundum consuetudinem Tusciæ, ut possint ubique executioni mandari, nullius expectata requisitione. Et idem tenet Baldus in lege, si causam. Codic. de executione rei iudicatæ, imo dicit Baldus in lege prima Codic. ne filius pro patre, quòd si dictat statutum, quòd instrumenta ubi est præceptum garentigiæ mandentur executioni, etiam de citatione non permissa, uiso instrumẽto, dicit quòd habebit locum in instrumentis etiam extra locum confectis, nam dicit q? procedere ordine prætermisso est quidam ordo irregularis. Nam ordo est non seruare ordinem in talibus. Sed quantum ad ordinem inspicimus locum iudicij, siue ordinem executionis, lege secunda Codic. quemadmodum testamenta aperiantur, & lege, missi opinatores. Codic. de exactoribus tributorum, libro decimo, & allega. quòd notat Bartho. in dicto. §. sententiam Romæ dictam. leg. a diuo pio. ff. de re iudica. Et nota. multum dictum Baldum in
16 eo quòd dicit quod † quo ad ordinem executionis inspicimus locum iudicij: quia de isto dicto facit Angelus magnum festum in lege, si fundus. ff. de euict. Et sic uides quòd in talibus contractibus executorijs procedebatur executiue, & seruabantur illa quæ per dictum priuilegium regis Iacobi & forũ regis Alphonsi erãt ordinata super exceptionibus reo competẽtibus, & exceptio solutionis, seu quæuis alia exceptio per partem apposita, non ualebat executionem impedire, nisi cum instrumento publico probata fuerit, quod quidem instrumentũ habebat produci coram ipso iudice exequente in
h fra tempus executionis. Et ita etiam [h] uult forus, quòd exceptio executionis hẽat p publicũ instrumentũ productum coram iudice probari & si nullitas allegetur, habebant monstrari euidentes per monstrationẽ actorũ uel sententiæ.

Et sic

Et sic contra talem executionem ad illam impediendam, nil poterat allegari per testes probandum. Et sic in instantia executionis, quæ instantia per se dicitur, ut in l. 1. & quod ibi notatur C. de iu. & fact. igno. Sed p modū petitionis uel actionis principaliter intentatæ bñ poterit reus suas exceptiões in sūmario iudicio executiõis repulsas, vel in alia instātia reseruatas ĩ sua reqsitiõe deducere. Ad hoc no. i. l. iij. §. ibidē, ad exhibendum. ff. & l. si is a quo. ff. vt in posse. leg. & in c. cum dilectus, de ordi. cogn. Ad hoc faciunt no. in Spe. de sententijs. §. iudex propositionis seriem versu. Nunquid ergo parte condemnati, & de libelli conceptione. §. nunc dicendum, versu, quid si sententia dicitur nulla, imo & si iudex repellit fori auctoritatis exceptiones. Denuo reus per viam requisitionis iura sua poterit deducere, vt notat Cynus in. l. ad peremptorias. C. sententiam rescindi non posse. Et plus dixit ibi Baldus, quòd ille qui habet electionem, vtrum velit agere vel excipere non tenetur excipere. ff. de euict. l. vendicantem. licet sit ei assignatus terminus ad exceptiones proponendas: quia scit ius suum durare per uiam agendi, quod dicit notandum. Et maxime, quia de foro in uiam exceptionis non potest opponere exceptiones, quæ per testes habeant probari. Et sic merito iudex per suam sententiā illos non uidetur excludere, de quibus non co-
17 gnouit, cum † illa sola ueniant in iudicio, de q̃bus agitur, ut ueniant. ff. de iudiciis. l. solemus. De causa posses. cap. cum ecclesia Sutrina. Sed de foro agitur ne tales exceptiones requirentes longum tractum admittantur, uel executionē possint impedire. Merito uidentur reseruare ad hoc. l. quod in diem. §. si rationem. ff. de compēsa. Ad hoc faciunt notata per Bal. in l. si contra maiores. C. de inoffi. test. pro hoc etiam facit q̃ scribit Bartho. in l. j. §. & parui refert. ff. quod ui aut clam. ad finem, ubi dicit quod quando exceptio non potuit examinari in iudicio executionis, uetante statuto, non uetatur quin condictione indebiti, uel sine causa posit agere. Allegat quod scribit Cyn. in l. j. C. de conditione indebiti, & cap. debitores, de iure iurando, ubi debitores coguntur soluere usuras, & repetunt, & est ratio secundum eum, quia per iuramentum in uiam exceptionis non potuit de usura opponi, ad quod cap. constitutus, de appella. & quod ibi no. & c. suscitata. de resti. in integ. Et iustum fuit sic statim quod exceptiones quæ executionem habebant impedire haberent per publicū instrumentum probari, quoniam iam alias de iure exceptiones nullitatis, quæ longum tactū habebant in probando non impediebant sentētiæ executionem, ita dicebat Gulielm. in Specu. titulo de libelli conceptione. §. nunc dicendum uersi. penul. Et hoc etiam sentiebat Inno. in duobus locis, in c. cum in iure. de offi. deleg. & in c. ex ratione, de appella. & Bar. in l. iii. §. condemnatum. ff. de re iud. qui dicebat quod quando ex parte eius qui ponit exceptionem nullitatis, nihil erat probandum, ut quia dicit non fuit citatus, uel non fuit procurator qui egit, & tunc exceptio nullitatis impedit executionem, ut in. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. C. de procurl. licet. l. ij. C. de sententiis quæ sine certa quantitate, & ita intelligit dictum Innocen. in ca. cum in iure allegato, & l. si cum nulla. ff. de re iudica. & l. 1. C. de execu. rei iudic. quandoque est aliquid prodand. in causa nullitatis, Et tunc aut ista cognitio habet altiorem indaginem. Et tunc dicit non impedire executionem, ut in l. ultima, in fine. C. de ord. cognitio. l. ii. C. ad legem Corneliam, de fal. ¶ Si uero incontinenti posset probari, & tunc impeditur executio, ut in l. iudicati. C. si ex falsis instrumentis, & de iudi. l. si prætor, §. Marcellus, ubi dicit hoc probari, & sic intellexit dictum Guillermum, in Speculo, titulo de senteutia. §. quid autem. Baldus uerò in auctem. quæ supplicatio. C. de precibus imperа. offerend. simili utitur distinctione. Nam dicit quòd si in promptu offertur probatio nullitatis, non fit executio. Allegat. l. quartam. §. condemnatum. ff. de re iudicata. Si non offertur in in promptu probatio, non differtur executio. l. fina. C. de ordi. cogna. dicens quod non obstat dictum Innocen. in cap. cum in iur. dicentis, quod nulla. l. cauetur quod pendente iudicio nullitatis, non posit fieri executio, quia dicit se credere quod Innocen. senserit quod si fiat, non retractatur per uiam attentati, sed spectabitur finis negotii, non autem intelligit quod Innoc. tradat regulam super executione interim fienda, quoniam diceret falsum secundum eum. Nam cum interim sit dubium iudici, non debet esse uelox ad exequendum, quod est not. dignum. Et ex hoc pluries dixi, quod quando ex processu requisitionis constat iudici de intentione rei, etiam quòd non sint lapsa tempora obiiciendi, ex quo est dubium saltim iudici, si est licita executio, debet in executione tardare, & non esse uelox in exequendo, & hoc in omni alia materia quam censualium, quia de eis specifice foro nouo cauetur, quod super requisitione habeat habere sentētiam in rem iudicatam transactam. Ad hoc facit quod notat Innocen. de re iudica. cap. de cætero. & in cap. primo de offic. ordin. Nam iudex exequens si quid uidet quod sententia sit iniusta moratur in executione. Et uide quæ scribit Angelus in l. si prætor. §. Marcellus. ff. de iudi. ¶ Sed dictum Innocen. in dicto cap. cum in iure, alibi idem Bald. melius intellexit in l. 1. C. Ne liceat in una, eademque causa tertio prouocare, uidelicet quòd causa nullitatis pendens principaliter & agendo nō impedit executionem, & est ratio, quia exceptio est præiudicialis, sed non actio. Et de iure dicebat in promptu offerri probatio, q̃ infra triduū offerebatur secūdū Arch. qui ita not. 3. quæstio. 1.

stio.1.in summa.gl. tamen in l. is a quo.ff.ut in poss. legato. tenet esse in iudicis arbitrio. Et hanc opinionem ubique tenet Bal.tam in l.3.§. ibidem.ff.de exhi.quàm in.l.2.C.de ædicto diui Adriani,& in.l.fi.C.de ordi.cogna. & in. l.nam, & postea.in principio, de iureiurando.Et ideo forus ad tollendas ambages quando diceretur constare in promptu de nullitate,statuit ꝙ quæcunque sit exceptio siue solutionis falsitas, uel quæuis alia habeat probari per publicum instrumentum,de qua habeat fieri iudici infra tēpora executionis fides,uel si exceptio nullitatis quòd de eis habeat constare per inspectionem actorum,uel sententiæ,ut in foro regis Alphonsi sæpe allegati. Et ideo pars contra quam instatur executio potest petere iure quòd non procedatur ad executionem,nisi edatur sententia, & processus, ut ex illis possit redarguere de nullitatibus. Nam ut dicit Innocen.in c. G. perpetuus,de fide instrumen. quando petitur sententiæ executio, debent produci acta causæ, quia sententia fundatur ex processibus secundū eū, licet contrarium uideatur tenere, in capit.quoniam contra falsam.C.de ꝓb. Sed loquitur quādo ex exhibitione actorum,non potest dephēdi sententiæ iniquitas. ¶ Sed pone quòd post tres sententias latas cum executantur, dicit reœcce quòd per inspectionem sententię uel actorum,constat de nullitate,& sic sententiæ nō possunt executioni mādari iuxta forū: quia solum pōderat quòd de nullitate cōstet per inspectionē sententiæ uel actorū, dicit petēs executionē ꝙ casus est in cōtrariū in cle.ut calūniis,de re iudi.in cle.post tres sētētias latas in petitorio vel possessorio,nō agitur de nullitate,nisi facta plenarie executione.¶Sed in contrarium est dicēdū,quia talis nullitas impedit executionē, primo ex fori dispositione, a cuius uerbis nō est recedendū.l.prospexit.ff.qui & a quibus.l.3.§.hęc verba,ff.de negotij gestis. Nam forus solū pōderat nullitatem per inspectionem actorū uel sententiæ probari,& non curandū etiam de millæ

18 sententiis. † Nam sententiæ quæ nullæ sunt,nullū robur accipiunt,neq; tribuunt. ff. de app.l.si expressim,& ꝙ nullū est nō debet ex eo seq. aliquis effectus,de legatis.2.l.cum pater.§.curatoris.¶Et quia canon ex quo super temporalibus disponit,& lex non nutrit peccatum,seruabitur canon in suo foro, & lex siue forus secularis in suo,ut notatur de noui ope.nuncia.ca.1.de appella.c.si duobus.¶Item nullitas quæ monstratur per inspectionem actoris, uel sententiæ, dicitur euidens.Ad hoc quod not.Innoc.extra de

19 appel.c.ex insinuatione. Sed † de euidenti nul

k litate. potest[k] excipi post trinam sententiam, & impedit executionem, non obstante dict.cle. ut calumnijs,ut dicit singulariter Bald.in.l.prima.C.ne liceat in una eademque causa tertio ꝓuocare,dicens quòd sunt notanda uerba in dicta cle.in ratione, ut calumnijs occurratur, ergo si nullitas est euidens, quia constat de non calumnia opponentis, potest dici de nullitate, neque fit executio, quia petens executionem, debet iurare quòd non petit animo calumniæ, aliàs non fit executio.ff.ad exhi.l.thesaurus, unde & si non excipiatur, tamen officio iudicis impeditur,ut no.de transact.l. ubi pactum.C.secundum eum.& hoc idem tenet Oldr.quem ipse non allegat in suis consiliis,consilio.6.qui dicit quòd quotiens ex acti. principalis causę potestate nullitatis offertur probatio, nulla potest ibi præsumi calumnia, quæ est ratio dispositionis dictæ clemen.& sic talis nullitas habeat impedire dictam executionem, & dicit quòd est casus expressus,qui quęstionem decidit.C.quādo prouoc.non est necesse.l.prima, extra de restit.spoliat.cap.literas,penulti.responso, ubi & probationes accesserunt incontinenti parato. Nec dicit obstare tex.in dicta clemen. ubi nullatenus admittatur, quia debet ciuiliter intelligi, scilicet quòd saluæ essent exceptiones, quarum probationes esset in promptu,& altiorem indaginem non requirerent,sicut habetur. ff.ut in poss. legatorum.l.is a quo, ad exi.l.3.§. ibidem,ad trebel.l.ille a quo. §. si de testamento.C.de ædicto diui Adriani.l.2. Et quòd talis uniuersalis sermo aliorum iurium terminationem recipiat,probatur expresse,secundum eū. ff.quod ui aut clam. l. 1. & ibi notatur in gloss. sed tali ratione.ff.de peti.hæredi. l. & non tantum,quòd si peremptorie,& ibi notatur in glossa,nimis large locutus est &c. secundum Oldradum. Pro quorum determinatione, allego tibi glossam ordinariam, id bene probantem in l. prima.ff.de tabu.exhiben. in glossa, super uerbo,infectam, de qua Oldradus alibi facit magnum festum, dicens, quòd licet statutum repellat exceptiones, non intelligitur repulisse notorias,uel euidentes nullitates, ex inspectione apparentes, sed non recordor ubi sufficit quòd habeas glossam quam ipse allegat,quam tene menti. Et sic non est dubium, quòd tam fori, quam iuris auctoritate, etiam post sentētiam ter confirmatam possit talis nullitas euidens impedire executionem, & sic uidetur casus in dicto foro unico,pro decisionibus doctorum in dictis locis,& tene menti.

¶SED MULTOTIENS dubitaui, quid forus dicti domini regis Alphonsi addiderit, ad priuilegium regis Iacobi, quod priuilegium iam prohibuerat, quòd quamuis exceptio non impediat executionem,nisi esset probata per instrumentum publicum, frustra ergo id est superadditum, de nullitate probanda per inspectionem actorum uel de exceptione solutionis. Sed dic quòd nullitas non est propriè exceptio, unde dicit Baldus in lege prima Codic. de iuris & facti ignorantia; quòd terminus statutus a iure,uel statuto municipali ad excipiendum, non comprehendit exceptionis

nis nullitatem,quod dicit notatu dignũ. Meritò necessario in foro erat superaddendum. ¶Scias tamen quòd per dictum forum solum erat statutum, quòd exceptiones non haberẽt impedire executionem uel nullitaté obiectus, nisi essent probatæ per instrumẽtum publicũ, uel actorum inspectionem: nil tamen in eo cauetur quod de officio iudicis prĩcipaliter im-
l plorato ad sententiæ rescisionẽ, ut puta de[l] restitutiõe in integrum postulata, an illa habeat impedire executionem, & hoc dimissum erat in iuris dispositione, ad municipales. l.1. & in proemio fororum. Et communiter doctores p capitul.sciscitata.de in integ.restitu. sic distinguunt, aut impetratur restitutio bona fide, aut temere. Si bona fide, interim omnia stãt in suspenso.C.de transactionibus.l.si causa cognita. Si temere, refert, aut est temeritas eiusdé, quia in colorante petitur restitutio, tunc non suspéditur exceptio, ut.ff.de minori.l.minor, aut magistratus, aut temeritas est uelata, tamen lex p̃sumit contra petentem, tũc fit interim executio, satisdatione tamen præstita, & non aliter, secundum auctẽn. quæ supplicatio.C.de præc. imper.offic.ubi hoc tenet Bald. ¶Item scias ꝙ dictus forus non prohibet aliquam exceptionem, neque ullam admittit, nisi quæ possunt probari per instrumentum publicum. Sed quæ sic probatæ impedient executionem, hoc non dicit forus. similiter restat in iuris dispositione, uti est dictum in præcedẽtibus. Et ideo uidendum est quæ sunt exceptiones, quæ impediunt executionem. Et dic quòd exceptio quæ
m reddit iudicium retro nullũ, ut exceptio[m] falsi. extra de excep.capitu.cum uenerabilis.ff.de excep.l.qui agit. Sed intellige ut est dictum, ꝙ de dicta falsitate constet per inspectionem prætensi instrumenti, ut quia nõ erat notarius, cuius signum est appositum, uel quia iam priuatus, uel defectus numeri testium, & sic instrumentum nullũ uitio uisibili ut in l.2. C. de edi-
20 cto diui Adriani toll. cum similibus, † alias si causa morandæ solutionis allegaretur falsitas, nõ differretur executio.C.de falsis.l.satis apertæ, & quòd ibi nota. ¶Item possunt opponi exceptiones, quæ non detrahunt sententiæ, sed modificant executionem.l.prima.C.de iuris & facti ignoran. ff. ad Macedo. l.tametsi, ut non exigantur, nisi inquantum facere possunt.ff.de re iudicata.l. Nesennius. §. finali.ff. soluto matrimonio.l.ex diuerso. §. finali. Et idem de exceptione compensationis, de qua domi. Anton. in capitu.exceptionum, de excep. remittit ad nota.de fide instrumen.capit.cum Ioannes, in ultima glo.& ad Innocen.de ordin.cog.capit. super spoliatione.dicens, quòd taliũ exceptionum ius non tollitur per sententiam. Et idem dicit de exceptionibus criminum, cum opponuntur contra electum. Idem in hypothecaria, quo ad ius probationis.ff.de excep. rei iudica.

l.si duobus. ¶Item dicit quòd potest opponi exceptio quæ oritur in ipsa prolatione sententiæ, uel post sententiam, uel in ipsa sententia renouatur, ut in muliere condemnata ex alterius obligatione, quæ iuuatur Velleiano, quia pro alio intercedit, sententia fortificat ius intercessoris, ideo obstat exceptio post sententiam, ante non opposita, aliàs dicit quòd regulariter non potest opponi exceptio post sententiam.
21 ¶SED DICIT quòd fallit in milite qui illam potest opponere, ut in l.prima. C. de iuris & fact.igno. Fallit in Macedoniano, odio creditoris.l. tametsi. ff. ad Macedonianum. ¶Item dicit etiam fallere quando sententia non transijt in rem iudicatam. de re iudic.capitu.lator. & capitu.consanguinei. ¶Item dicit fallere in minoribus, ecclesia, uel absentibus causa reipublicæ qui restituuntur, ut in capitu. secund.de restitutio in integrum. Et ita dicit intelligendum Archidia.3.quæst. 7. capitu. exceptio. Et ad hoc dicit quòd possunt reduci casus quos ponit Specu.in tit.de excep.§.dicto uersu.Hoc tamen fallit. Et in hoc residet dominus Anto. de Butri.in dicto capitul. exceptio. de excep. Sed inquantum dominus Anton. dicit de exceptione compensationis, quòd potest opponi in executione, est clarũ de iure, quia habes casum in l.si cum militi.§.si intra.ff. de cõpensat.& in l.ex causa.C.de compensa. Et est ratio,
22 quia † compensare est soluere, ut l. si debitor. ff.qui pot. in pignor. habeantur, & l. amplius ff.rem ratam haberi, & hoc ponit Bald. in l.de hæreditate.de petitio.hæredita.& domi.Anto. c
in capitu.suborta, de re iudic. Quod de iure est limitandum, si exceptio est liquida, uel possit liquidari infra breuem terminum, ut in l.fin.C. de compen.quod arbitrio iudicis est relinquẽdum secundum Baldum ibi. ¶ Sed Barto. in l. aufertur.§.qui cõpensationem. ff. de iure fisci. dicit quòd liquidatio debet fieri infra tempora executionis. Sed de foro, per dictum forum de exceptionibus regis Alphõsi, haberet probari per instrumentum publicum, licet si aliqđ esset dubium, sufficeret liquidari secundum Bartolum infra tẽpora executionis, quod nota. Bart. uerò in l.prima.post glossam. ff. de iuris & facti ignoran. aliter & plenius loquitur dicẽs: regulam esse quòd exceptio peremptoria nõ potest opponi post diffinitiuam uel habentem uim diffinitiuæ, & est ratio secundum
23 eum, quia † ex ipsa sententia oritur nouũ ius, quod exceptionẽ non concernit, ut ff. de euict. l.fundus.§.si plures.ff.de fundo instructo. l. nepoti.ff.fami. erciscundæ. l. cum præsentare. institut.de except.§. Item si in iudicio. & plenè legitur & notatur.ff.de condi.indebi.l. Iuliani. Sed iam dictam regulam dicit fallere in multis, ut in d.l.prim.fauore militiæ, in qua repræseratur publica utilitas. ¶Secundo fallit. ff. de iudi.l.Nesennius.§.fina.ff.solut.matrimon.l. ex diuerso.

diuerso.§.fina.& in aliis casibus notatis in glo. in d.l.1. Quam tamen Bar.dicit ibi imperfectā: quia ponit casus, & non rationes casuum. Et ideo dicit Bar.quod ideo aliqui volentes comprehendere casus & rationes casuum sic dicunt. At exceptio concernit nullitatem processus,& omni tempore potest opponi, vt.C. de procur.l.licet. Aut concernit iniquitatem processus de quo agitur, & ista debet opponi ante sententiam, ut.ff. de exceptio.doli.l. qui æquitatis. Aut concernit reuerentiam personæ vt in parentibus & patronis, vel similibus, vel forū, vt in militibus, vel odium, vt in Macedoniano,& tunc possunt post sententiam opponi,vt.l.ex diuerso.§.finali.& l.nesennius.§.fi. & in l.1.allegata.ff.ad Macedo.l.tametsi, secundum Cynum.qui ita no.C.de proba.l.exceptionem,in addi.suis,& idem Iacobum But.in d.l. 1.C.de iuris & facti ignoran.Imo licet prædicti doctores non dicant illa exceptio quæ competit ob reuerentiam personæ, vt in parentibus & patronis,nedū potest òpponi in executione. ¶SED si in initio processus opponatur,impedit litis ingressum,ut no.Bar.in l.vir bonus iudicatum solui,& sic illa exceptio est addenda ad cap.vnicum,de litis contesta.lib.6. & ad nota.in l.fina.ff.pro suo.quod no. Sed reuertamur ad propositum,& dic secundum Bal.in d.l.j.C. de iuris & fact.igno. quod aut per exceptionē declaratur nullitas processus, tunc potest semper opponi:quia ista non est proprie exceptio, sed defensio. Et quia semper sumus ab initio,
24 cum processus sit nullus,& quia† sententia nulla,non potest excludere ius. Facit.ff.de interroga.actione.l.si filius.el secundo. de iure patronatus.l.Carmelia Pia.ff.fam.ercisc und.l.quædā mulier.C.quomodo & quando iudex.l. si vt proponis, præses.C.de accusa.l.absentem.ff.de re iudi.l.4.§.condemnatum, & l. si cum nulla. & de purga.uulga.cap. significantibus. Aut exceptiò non concernit processus nullitatē, & tunc aut natura sui tendit ad excludendum condemnationem,& non potest opponi post condemnationem, nisi in causa appellationis, ut.C. de temporibus appella.l.per hanc,&.C.de appella.l.ampliorem.Et est ratio,quia per sententiā talis exceptio excluditur ,ppter duo.¶Primo ratione contrarietatis.¶Secundo ratione termini legalis,quia sententia est pro termino peremptorio ad opponendum. Et dicit Bal. addend.quod notat Innocen.in c.cum in tua, qui matrimonium accusa.possunt. Aut exceptio non ordinatur ad excludendam condemnationem, quinimo præsupposita cōdemnatione tendit ad moderandum condemnationem,siue eius executionem, tunc talis condemnatio compatitur se cum sententia, & potest proponi cum executione,ut.l. ex diuerso.§.fin, cum simil.secundum Iacobum Burrig. Et dicit ibi Bald.quòd per hoc cognosces quod compariatur se cum ciuili & naturali obligatione, ex qua agitur.ff.quòd cum eodem l.prima, secūdum Baldum. ¶Aduertè quia in primo capite distinctionis cum exceptio concernit processus nullitatem,prædicti doctores solum exemplificant in materia falsi procuratoris.per l. licet.C.de procur. & licet sit uerum quòd illa exceptio reddit iudicium retro nullum, ut in dicta.l.& ff.de iudi.l.licet. Est tamē uerum, nisi pars uiderit eum procuratorem agentem uel defendentem,& tacuerit,quia tunc tacitè acta sunt per dominum approbata, & non resultat nullitas,ut notat Innocentius in capit. ex parte decani,de rescriptis.Et Angelus in l. cū ostē-
25 dimus, de fideiu. tutorū. † Nam sicut expressè possunt ratificari acta, sic tacitè. De quo uide notata in l.si tutor. C. in quibus causis in integrum restitu. non est necessaria. De quo uide plenius Bald.in l.Iulianus. ff. qui satisdare cogantur. Et tali casu de tali nullitate,non potest opponi.

26 ¶ITEM† ET EST ALIA NVLLITAS processus,quia ex falso uel non autētico instruto fuit pronuntiatum comperta falsitate, uel alio uicio instrumenti redarguitur nullitas.De exceptionibus,capit.cum uenerabilis. ¶ *Item* tione personæ agentis, qui ut hæres obtinuit, uel ut hæres,& uel ut successor agit cum re uera,non sit,& sine actione experitur cōtra regulam.l.si pupilli.§.uideamus.ff.de nego. gestis, meritò agens antequàm fiat executio se hæredem monstrare,ne iudicium fiat nullū.Ad hoc ff.de peti.hæredi.l.si debitor,& in foro fina. eodem titul. & in l.prim. ff. famil. ercisc und. non dico ante litem cōtestatam,ex quo agit nomine proprio,sed antequàm fiat executio,de quo per Guillelm.in specu.in titul. de actore. §. sed pone. Quidam dicens se episcopum, & uide Compostellanum,in capitu.nihil,de elect.poterit ergo opponi contra petentem executionem,tu non es hæres, uel successor, neque habes ius agendi,imo hæc exceptio elidens personam actoris,est priuilegiatissima, quia quāuis ad eam liquidandam, requiratur altior indago, attamen nisi ipsa liquidata non sit executio. Vnde dicit Bal.in l.3.§.ibidem.ff. ad execu. quòd si exceptiones non tangunt factum, sed personam actoris, etiam quòd requirāt altiorem indaginem, nōn debent repelli, neque etiam sufficit quòd sint propositis, probentur semiplenè,ut notatur in Speculo de summaria cognitione, uersicu. quid si opponitur actori. Ad hoc quod not. Bart.ff.de testamen.l.si quæramus. Ex quo pluries dixi quòd quamuis dictus forus regis Alphōsi, requirat ad exceptiones probandas instrumentalem probationem, tamen quia obiectus exceptionis ad repellendum actorem,non requirit,ex parte rei proba-
27 tionem: † quia cū quis in iudicio vult admitti,ut talis ante se,talē debet probare, aliàs non admitti-

admittitur ad talem exceptionem proponendam, & actor plenè fundare debet de iure agédi, & si de hoc est contentio, etiam plenè talis exceptio est discutienda in summario etiam iudicio. Nam in omni iudicio ciuili & criminali, prius animaduertenda est persona, & in omni iudicio quantuncunque summario plenarie discutiendum, ut iudicium fundetur soluto matrimonio. l. Titia. ff. de uentre in possess. mittendo. l. prima. §. si ea, in glo. secundum Bal. in l. fin. C. de edicto diui Adriani. ¶ Et hæc sufficiant de dicto membro, cum exceptio cócernit nullitatem processus. Solum addas quòd nedum talis exceptio est admittenda, & plenariè discutiéda, sed etiam iudex de per se debet talem actorem ius agendi non habentem repellere, & potest supplere defectũ personæ excipientis. ff. de hæredi. peti. l. planè, & l. final. secundum Bald. in l. ubi pactum. C. de transact. Pro quo facit quòd notat idem Bal. in l. ne quis bella. C. ut nemo priuatus. Et quòd notat Bal. in l. edita, ad finem. C. de edendo. Cum autem exceptio quæ opponitur non est exclusa p sententiam, tunc datur pro regula quòd potest opponi post sententiam secundum Bald. in dicta l. prim. C. de iuris & facti ignoran. Sed quomodo potest excludi exceptio, ex quo non fuit obiecta neque uentilata in iudicio. Respondet quod excluditur indirecte, quia ius agentis qđ fuit uentilatum est exceptio in contrarium, & posito vno cótrariorum remouetur reliquum.

28 † Sed quando est talis exceptio quæ examinatur seorsum a principali, & nó elidit ipsũ principale, ista bene opponitur post sententiam secundum Baldum, ponens tria exempla. ¶ Primum est in exceptione cedendarum. ff. de fideiusso. l. si fideiussor. §. idem respondit. Et hoc vult dicere, quia actor qui non potest cedere actionem, repellitur ab agendo, obstante exceptione cedendarum. l. stichum. §. si creditor. ff. de solutioni. & l. si pupillus alterum, de admini stra. tutorum, quod latè Bartolus examinat in l. si stipulatus esses a me. §. si ex duobus. ff. de fideiusso. Modo reus qui executatur ante solutionem, iuxta notata in l. Modestinus, de solutionibus, petit cessionem, tunc si actor nó potest cedere, fortè quia alios conreos liberauit, repellitur: & talis exceptio admittitur post sen tétiam. Et hoc est quod Baldus in duobus uerbis dixit in dicto exemplo. ¶ Secũdum exemplum ponit in exceptione prætij non soluti, q̃a tanquam in expleto modo potest exequendo peti in excipiendo sententiæ. ff. de rescin. uendi. l. fundum, qui Lucij Titij.

¶SED QVOMODO potest esse uerũ dictum Bald. quod dicta exceptio præcij non soluti possit opponi in executione cum uenditori uideatur præclusa uia, ex quo nó eam posuit ante sententiam. C. sententiam rescindi non posse. l. ad peremptorias. C. de prædiis minorum. l. ueteris. Et quia non excipiendo fuit in mora. Ideo sibi imputet. ¶Item exceptio prætij non soluti, non est propriè peréptoria, sed magis dilatoria solutionis rei uéditæ, quod patet: quia non est perpetua, nam quandocunque soluetur præcium debet res tradi, ut l. si p emptorem. ff. de actio. emp. Sed certum est quod dilatoria solutionis, non potest opponi post sentétiam, quia debet opponi ante litem contestatem, argum. C. de procura. l. ita demum, in contractibus autem innominatis & in pactis, quæ debent uestiri rei interuétu exceptio de non implendo implemento agentis est peremptoria. Et hoc est utile scire, propter allegata pacta, quæ apponuntur in contractibus nominatis, si ad ipsa pacta agitur, & agens non impleuit pro parte sua, quia licet pactum nondum uestiatur cohærentia contractus, tamen si est appositum per relationem ad aliquid implédum, non nascitur actio præscriptis uerbis, nisi impleat secundum Iacobum de Arena & Pet. vnde exceptio non implementi est obuiare natiuitati actionis, ut. C. de rerum permuta. l. ex placito. Et his & aliis rationibus Bal. & alij uidentur tenere non posse opponi exceptioné præcij non soluti, per condemnatum, ut ipsi dicunt in l. si duo patroni. §. si quis. ff. de iureiurãdo. Sed his non obstan. Bal. in l. peremptorias. C. senten. rescindi non posse, tenet quòd exceptio præcij non soluti, potest opponi in executione. nam dicit ipse, sicut possessio potest iure pignoris retineri pro præcio, ut. ff. de acqui. emp. l. Iulianus. §. offerri, & de edilit. edicto. l. quod si nolit. §. Marcellus, & de ista hypotheca non est pronuntiatum, ergo potest opponi de ea, ut l. sextante. §. latinus largus. ff. de exceptio. rei iudi. & l. debitor. ff. ad Trebellia. & hoc tenet Archidia. secundum eum. 3. questio. 6. capit. tibi semper. Item præcium debetur ex eodem fonte, ex quo agitur, ut. C. de euic. l. si post, & l. prim. §. prim. ff. de excep. rei. Et ita dolo facit emptor, post sententiam non soluendo præcium sicut ante, vnde exceptio opponit, quasi ex nouo dolo. ff. de except. doli. l. pater. §. ex quadrante.

¶ITEM dic quod hæc exceptio inest ex eodem contractu, ergo &c. iuxta doctrinam Bal. in l. eum qui. §. cum ita. ff. de uerborum obliga. ¶Item contractus non debet claudicare. ¶ Itẽ præcium est pars contractus. ¶Item contractus non debet diuidi, quia totum est vnum instru-

29 ctum, & † quod quis recipiat pro se, debet recipere contra se, secũdum Bal. ubi supra. Quinimo dicit Bald. in l. si pater. C. de actio. emp. ad fin. quod si iudex uidet præcium non solutum ex suo officio potest mandare emptori agenti quòd soluatur præciũ, licet ad hoc non sit actum: & est ratio secundum eum, quia est quid connexum actioni. facit. C. de sententiis. l. cum eorum. quod dicit menti tenendum. Et sic vi-

sic uides quod aduerso præcij non soluti potest opponi in executione. Sed cũ hodie in instrumentis, cuius uirtute instãtur executiones apponantur confessiones præcij soluti, & rennuntiationes pecuniæ non numeratæ, & cũ instrumento, uidetur quod non habeat locum exceptio, neque posit opponi talis exceptio, neq; impediat executionem. l. in cõtractibus. C. de non numerata. cum similibus. ¶ Aduerte si q̃dem sumus in instrumento confessionato debiti. Et tunc serua distinctionem. l. si ex cautione. C. de non numerata pecunia, iuncta. l. finali eodem titul. & capitu. si cautio. de fide instrumen. Si autem in aliis contractibus, & tunc si tempora suffragantur, ita quòd non sint tempora lapsa non numeratæ pecuniæ, potest talis exceptio opponi, quoniam illa confessio apponitur, ex consuetudine tabellionum. Meritò potest opponi exceptio infra tempora. l. si intra, & l. si cui. C. de non numerata. & in autentic. quòd locum. C. de dote cauta, nisi interuenerit bina confessio, quia tunc non admittitur ad dictam exceptionem proponendam, ut in l. ex contractibus. §. sed quoniam. C. de non numerata pecunia, in glos. & in l. vnica. C. de plus pe. de quo uide notata per Bald. in autenti. sed iam necesse, de dona. ante nup. & uide quod not. Angelus in gloss. asiduis. C. qui po. in pignorib. habeantur. ¶ Item Bald. in dicta. l. prima. C. de iuris & fact. ignoran. ponit aliud exemplum in exceptione inuentarij non confecti, quòd potest opponi in executione, argum. ff. de confesis. l. cum fideicommis. Et sic dicit quòd per sententiam augetur effectus in his quæ opponuntur præter sententiam, ad hoc allegat in ratione sui. l. si soror. ff. de colla. ¶ Et concludendo dicit quòd quædam licet opponere secundum sententiam, puta in sententia continetur conditio uel modus, cer. licet opponere de effectu conditionis, uel modi. ff. ad lege. Aquiliam. & in lege. si deletum, & de sententiis & interloc. omnium iudi. l. cum eorum. ¶ Quædam opponuntur præter sententiam. Et ista similiter possunt opponi, puta quòd sententia non sit liquida. Verbi gratia, super expensis nondum taxatis, & ideo non exequendis in expensis, ut in materia. l. terminato. C. de fructibus & litis expen. & in l. hoc autem. §. r. ff. quibus caus. in poss. eatur. in uerbo, liquere constareque prætori. Finaliter ponit pro regula ubicunque exceptio non redarguit sententiam de iniquitate potest opponi, ut nota. Cy. in l. prima. C. de condict. indebi. Interdum autem exceptio opponitur contra sentẽtiam, tũc dicit quod regula est, quòd non potest opponi propter auctoritatem rei iudicatæ, fallit quando exceptio superuenit post sententiam, ut ff. de condic. sine causa. l. si fullo. Ex qua. l. secun-
30 dum eum, potest dari alia regula, quod † omnis exceptio superueniens post sententiam potest contra sentẽtiam opponi. ratio quia in ueteri iudicio non potuit includi, & sic neque per illud excludi, quia ius & causa superuenerunt postea, ad hoc. ff. de transf. l. & post rẽ. §. primo. Secundo fallit quando talis exceptio est seruata a iure post sententiam, quod non contingit nisi in casibus expresis, in iure, in quibus concurrit ratio fauoris uel odij, ut in l. tam & si. ff. ad Macedo. cum similibus. Et ideo Martinus fil. disputãdo tenuit, quòd exceptio banui, quæ est mero odio introducta, etiam in forma peremptoriæ posit opponi post sententiam, quia lex tacitè restituit ad opponendum, per dictã. l. tam & si, secundum eum.

¶ ITEM fallit in casibus ubi conceditur restitutio in integrũ iud. ministerio, quod est, quãdo est obreptum in probationib. ff. ad Trebellio. l. seruo. §. cum prætor. Nam obreptio solius libelli seu petitionis, non inducit restitutionem in integrum, ut l. cum putarem. famil. ercíscun. nisi fortè in causa criminali secundum quosdam, ut in l. si quis obrepserit. ff. de falsis. Sed glossa intelligit illam. l. in obreptione ꝓbationis, & hæc est ueritas. Interdum exceptio non opponit sententiæ, sed actioni de nouo intentatæ, tunc ista exceptio potest opponi, quia nõ fiat ipso iure per sententiam sublata, & denuo agens non innititur sententiæ, vnde imputet sibi. hoc dicit gloss. ordina. ff. de excep. rei iudic. l. duobus. & probatur. ff. de minoribus. l. minor. 35. annis. cui fideicommissum. in ratione sui. Ergo sententia non proderit ad replicandum cõtra excipientem, quod fortè non est uerum. ¶ Nam cum ex sententia oriatur actio, multo fortius oritur replicatio, opinio tamen glos. est ut est dictum, & gl. sequitur Petrus Cyn. & Barto. secundum Bald. in dict. l. prim. Sed ex prædictis uidetur quod non habeas perfectam doctrinam, an exceptio instrumẽti nouiter reperti post sententiam posit opponi, & impediat executionem quod uidetur de foro prædicto, quia aliud non requirit, nisi exceptionem probari per publicum instrumentum. ¶ Sed in cõtrarium uidetur per l. imperatores. ff. de re iud. & per capitu. inter monasterium, & capit. suborta, de re iudic. Nam prætextu nouorum instrumentorum sententia non debet restaurari.
31 † Aduerte si sententia est lata non integra probatione, retractatur ex instrumẽto de nouo reperto, ut. ff. de iureiurand. l. admonendi, & notatur de purgat. canoni. capitul. ex tuarum, & de purga. vulgar. capitul. secund. Sed si est lata ex plena probatione dubitatur Specul. in titu. de sententiæ excep. §. postremo. uersic. illud aut dicit, quod sibi subuenitur, petita restitu. in integ. Nam si soluisset posset condictione sine cã repetere, & ergo fortius retinere. Ioannes And. ad Specu. titu. de instrum. edi. §. postquam, super uerbo, quod si solui decẽ. Recitat Hug. tenuisse, quod potest agere ad interesse, cur cre-

ditor

ditor non redditur instrumen. debiti, quando soluit, quòd facere tenebatur, per l.si quis argentariis.§.ultimo.ff.de edendo. & hoc tetigit Specu.in titulo præallegato.Sed Ioannes And. in addi.in loco præallegato,post Cyn. in l. prima.C.de condi. indebiti, dicit cessante etiam dolo acto. potest petere restitutionem ex clausula generali,allega.l.si is ad quem.ff.de acqui. hæredi.in fina.ad Trebellia.l.seruo. §. cum prætor. Et idem tenet Ioannes And.de purga. vulga.capitu.secund.post Iacob.de Arena.ad hoc l. si mater.ff.de excep.rei iudic.ad hoc.ff.mandati.l.fideiussor.§.in omnibus, & hoc sequitur domi. Anton.de Butrio,in capitu.cum Bertoldus. de re iudica. ¶ Ad iura quæ dicunt,quòd prætextu nouorum instrumentorum nō restauratur sententia, potest dici non uia ordinaria uel iure communi,sed sic petita restitutione ex clausula generali, & sic etiam sentit gloss.in capitu.inter monasterium,de re iudic.gloss. finali.Et inquantum supra diximus,quòd quando est obreptio iudic. in probationibus est sententia nulla,& de hac nullitate potest post sententiam opponi.Et hoc intelligas uerum, quando est aliquid obreptum prætori exprimendo falsum uel narrando, ita qđ subreptio est in falso exprimendo, & licet quidam dicant hoc casu opus fore restitutione: tenetur tamen communiter quòd sententia est nulla, secūdum gl. in l.si prætor.§.Marcellus.ff.de iudic. quoniam scienter falsum allegauit. secus si dolus fuit re ipsa,& non ex proposito,quia tunc est opus restitutione, ut vult glossa notabilis ibi in uerbo scienter,quod bene nota,quia multi errant,qa uolentes deducere nullitatem,non curant articulare sententiam. Sed idem putamus si dolo tacuit aliquid, propter quod aduersarius obtinuisset: maximè illo absente,ut in dicto.§.Marcellus.l.si prætor,ut no.Innocen.in capitu.fina. de accusa. & domi.Anton.de Butrio, in capit. si dolus,de appellat. Et de intellectu dicti. §. Marcellus,uide Innocen.in capit. cum dilecta, de rescrip.& in capitu.Bertoldus,de re iudic. & ibi Anton.de Butri. uerticu. inde. de quo latè uide post Angelum,domi.Ioann. de Imola,in l. seruo.§.cum prætor.ff. ad Trebellianum. Sed in quantum forus prædictus de excep. regis Alphonsi requirit nullitatem probandam, ex inspectione actorum,& siue quomodo,hanc nullitatem iudex poterit perscrutari,& potest poni exemplum,quando iudex non uisis actis uel sine causæ cognitione,ex corrupto pronuntiauit,quia non seruādo ordinem a foro introductum,in procedēdo dicitur nulliter procedere. C.de sententiis.l.prolatam. Et cum iudex non plenè instructo processu pronūtiat nulliter ꝓnuntiat,ad hoc de elec.capitu.dudum, & de re iudic.capit.cum Bertoldus.Et assignat ibi Innocen.rationem,quia tunc reperitur sententiā latam sine causæ cognitione, & sine ordine iudiciario, quia iudex probationem partis non uidit,ut dicta.l.prolatam.secund.quęst.prima, per totum. Hoc tamen magis considerandum est ex breuitate temporis quàm ex non uisis probationibus. nam in secundo casu præsumitur pro sententia,ut notat Barto.in dict.l. prolatam.Ad hoc de restitut.in integrum, capitu. cum ex literis. In primo casu quando ex abrupto & breui termino pronuntiauit nulliter est pronuntiatum,ut nota.gloss.de constitu. capi. ecclesia, & Innocen. de conces. præbendæ, post electionem,vnde dicit Butriga. in dicta.l. prolatam,quod si compromissum est in arbitrum cum plenaria potestate,quòd non potest immediatè post compromissum pronuntiare. Nā dicit quod est contra ius,qđ ita fulminet omisso ordine.Facit quod notatur.ff. ex quib. caussis maiores.l.sed & si per prætorem.§.quotiens: nisi iudicaret de consensu partium. ff. de re iudi.l.si conuenerit,uel partes emologarēt: quia ratihabitio trahitur retro secundum Bald. in dicta.l. prolatam. vnde dicit Bald. in proemio fforum.in §.sed cum nos.in fine, quòd non potest fieri processus iudici. totus vna die,ut notatur.ff.quibus ex caussis maiores.l.sed & si per prætorem.§.quotiens.& factus non ualeret secundū Cy.quod nō possit esse,probatur secun-
32 dum eum, quia nimis est festinatum. † Et iudex qui sic pronuntiat contra iura cū illa sciat, dicitur per socordiam pronuntiare, & sic nulliter secundum gloss.& Angelum.in l.prima.ff. de feriis, vbi uide. Cum ergo talis nullitas allegatur,necessario iudex habet uidere acta ꝓcessus, & ex illis deprehendere an ex abrupto an seruato ordine fori sit processum. ¶ Est & aliud exemplum per quod iudex potest deprahendere nullitatem ex actis, quando sententia habet specificam rationem ad acta, ad illa se restringendo: ut puta cum iudex in sententia dixit,quòd ex actis erat probatum uel non ꝓbatum, quo casu propter relationem expressā uicium actorum uidetur in sententia, & apparet iudicem applicuisse animum ad solam probationem actorum propter relationem ad illa se restringendo,quo casu sententia est nulla. Secus forte esset si sententia haberet aliquam relationem ad acta,si ex alijs iudex qui ad illa sola non se astrinxit,potuit informari: quia iudex ex multis motum sui animi potest informare, & pro eius præsumitur sententia,extra de renūtia.capitu.præsentia. Et hanc distinctionē sentit Innocen.in capitu.cum Bertoldus, de re iudi.& sic potes intelligere,quòd ipse ponit in capitu.quoniam contra falsam,de proba. ubi latè hoc prosequitur Dominus Antonius de Butrio, & ad hoc uide dños de rota sua quæstione 335. ubi tenent sententiam nullam,quando error paret ex actis. allegat dictū Pauli de Leazariis,in cle.pastoralis,de re iudi. & archi. de sententia excommuni.Romana,libro 6. Et idem no.

not. per dictos dominos sua conclusione.334. Et hoc uidetur tenere Cyn.in l. prima. C. de errore calculi. Et sic cum hac limitatione potest intelligi quod notat Bald. in l. prolatam. C. de sententiis. licet ibi dicat: quod communiter dicitur, quòd per auctoritatem sententiæ, sententia ualeat, etiam quod dictam falsam relationem ad acta habeat, & allegat. ff. mandati. l. si fideiussor. §. fina. & dicit expressum, in l. argẽtarius. §. cum autem. ff. de edendo, in uerbo, nõ curauit, sed remittit ad notata per Innocen. & Ioannes Andreas in dicto capitul. cum Bertoldus, sed dic ut ibi dixi, & uide quod Bartol. & dominus meus Ioannes de Imola. scribunt in l. si is ad quem. ff. de acquiren. hæredi. ubi uidetur tenere opinio. Innocen. in dicto capit. quoniam contra falsam, de probat. opponit de dicto capitu. cum Bertoldus, & non soluit, quia uideatur concedere contrarium, sed intellige ut ibi dixi, quoniam optima est limitatio ad materiam.

¶ITEM potest opponi exemplum, quando in sententia exprimitur falsa causa, quæ reddit sententiam nullam. ff. de execu. tutorum. l. qui testamento, & idem est in decreto iudicis, in l. cum uerò. §. subuentum. ff. de fideicommissariis liber. Sed hoc decreto tu intellige, quando falsitas causæ concurrit ad ius agentis, ut tãgit Barto. in dicta. l. si is ad quem, & in l. institu. ff. de acqui. posses. & facit. l. prima. §. hæc uerba. ff. ne uis fiat ei. Sed quod dictum est, quòd falsa causa adiecta in sententia reddit sententiam nullam, est uerum sine dubio, quando est falsa in facto, & iure, uel iure tantum, & sic loquitur dicta. l. qui testamento. ff. de execu. tutorum. & C. quando prouo. non est necesse. l. secund. & de appell. l. si expressum. Aut fuit falsa in facto tãtum, ut quia dixit, cum reperimus talem soluisse, ideo absolu mus, cũ de solutione nõ mõstretur, uerum sentẽtia est, opus est appellatione, ut l. si præses, de re iudic. & ita potest intelligi gloss. in l. is ad quem. ff. de acquir. hæredi. secundum Barto. ibi, qui etiam dicit quòd si ex alia causa iudex potuisset idem iudicare, & ex alia causa sententia per iudicem confirmabitur, allegat. l. finalem. ff. quod cum eo, quæ incipit. titianus aliàs Lucianus, quæ est. l. singul. sed saluo honore, non credo eum bene dicere. Primo, quia uidetur tenere contra gloss. in dicta. l. si is ad quẽ, quæ dicit quod ex alia causa, etiã uera non iustificatur. Non obstat dicta. l. Titianus. ff. quod cum eo, quia ibi falsa causa non erat expressa, scilicet minus sufficiens. Meritò ex uera fit iustificatio sententiæ, & sic nobiliter intelligit illam. l. Bald. in l. prima. C. de condic. indebi. Et miror quòd oblitus est, de dicto Innocen. in capitu. in præsentia, de renuntia. qui dicit quod quãdo duæ causæ non legitimæ exprimuntur in sententia, quarum vna est legitima, alia non, uideretur sentẽtia nulla, ex capite illegitimæ, sed potius iuuaretur ex capite legitimæ, ut in dubio potius res ualeat quàm pereat, & præsumatur potius pro sententia. ut in dicto. capit. in præsentia, & l. quotiens. ff. de rebus dubiis, quasi dicat sec^{us} si falsa esset expressa & tacita uera, quia nunquam ex uera confirmatur, ut dicit gloss. in dicta. l. si is ad quem, de acquir. hæredi. quod nota.

¶DE MVLTIPLICI nullitate potes uidere notata per dominum Antonium de Butrio, in capitu. Bertoldus, de re iudic. de proba. cap. quoniam, de renuntiã. in præsentia, uide domi. Ioan. de Imola, in dicta. l. si is ad quem. ff. de acquire. hæred. ff. ad Trebellianum. l. seruo. §. cum prætor. ff. de re iudica. l. diuus, post Bartol. & Angelum, & uide in aliis locis desuper tibi allegatis, & uide etiam notata extra de probat. ba. cap. licet causam. Sed quid dices, pone q^{d} reus opposuit suam exceptionem, quam per suum instrumentum fundauit, in forma publica, actor ad obfuscandum instrumentum articulat, de falsitatis fictione, uel simulatione uel de alijs quæ possunt instrumentum eneruare, & dicit quòd ista requirunt altiorem indaginem, & iudicium executionis est summarium, & sic discordia in alia instãtia. l. 3. §. ibidem ad exhibend. l. si is à quo, ut in posse. legatorum. cũ similibus. Sed dic contra. Primo quia sola negatio actoris non facit rem dubiam, ex quo habet de iure, præsumptionem contra se, quia pro instrumento præsumitur, de ædicto diui Adr. l. 2. & finali, & sic merito ex quo negatio habet pręsumptionem contra se. s. instrumentum rei, illa non facit rem dubiam, ut tenet glos. singularis in l. si uero pro condẽnato. §. qui pro rei quali. ff. qui satisd. cogantur, quæ glos. limitat. l. 3. C. quibus ad libertatem proclamare non licet, & l. plures. C. de fide instrument. Et pro hoc facit quod not. glo. in cap. primo, de officio delega. libr. 6. glo. super uerbo conseruatores, & quod no. Archid. in cap. deus omnipotens. 2. q. 1. Fateor tamen quòd si actor allegaret defectus instrumenti per reum producti, qui possent ipsa inspectione uideri, quod tales obiectus repellerent instrumentum. l. 2. & quod ibi notatur. C. de ædicto diui Adr.

¶ITEM scias quòd exceptio quæ non potest examinari seorsum a principali, etiam quòd requirat longum tractum & altiorem indaginem non reseruantur, sed in ipsa executione plenariè discutiuntur. Et ideo si reus qui habet actorem sibi naturaliter solum obligatum, in uiam exceptionis sibi opponit compẽsationẽ, potest iuxta. l. etiam, quod natura. ff. de cõpensat. quod talis exceptio est plenarie discutienda secundum Iacobum de Rauẽna, ne exceptio pereat, nam id uidemus in aliis exceceptionibus, quæ per se moueri non possunt, ut in exceptionibus præscriptionis & pacti licet non sint liquidæ, sunt tamen examinandæ, & non

& non negligendæ, allegat Bald. in l. fina. C. de excep. ff. de re uendi. l. officium.

¶ITEM pro hoc dicit Bald. quod facit dicta l. finalis. C. de compensa. quæ intendit prouidere utrique parti, actori, scilicet in consequẽdo, & excipienti in iure seruando, sed hoc casu nõ posset reseruari, quia super naturali obligatione non potest iudicium principaliter fundari, ergo exceptio omnino discutienda est, arg. C. de temporibus in integrum restitut. petend. l. petendæ. Neque obstat secundum eum, si dicas quòd fauorabilior erit exceptio, ex sola naturali, quàm ex naturali & ciuili. Respõdet quòd hoc nõ procedit ratione maioris efficaciæ, sed ratione maioris periculi secundum Iacobu. de Ra. & Cyn.

¶OR TV VIDISTI multa bona circa intellectũ dicti fori, qui forus solum coarctat exceptiones, non defensiones excludit, uti diximus. Ad hoc quòd notat Bald. in dicta. l. prim. C. de iuris & facti ignoran. Neq; excludit quin
33 possit implorari iudicis officium, nam † quãuis lex prohibeat exceptiones proponi, non tamẽ prohibetur iudicis officium implorari. Ne agens faciat illicitam extorsionem & iniquum lucrum, ut l. planè. §. finali. ff. de peti. hæredi. & l. 3. ff. naut. caupo. & hoc dicit Batol. in l. prima. ff. quod ui aut clam. & Bald. in dicta. l. planè, ꝙ dicit esse argumentum, quòd si ex forma statuti accusatus, non potest audiri excipiendo, nisi comparuerit personaliter, tamen etiam per ꝓcuratorem poterit implorare iudicis officium, in locum deficientis exceptionis si euidens sit calumnia aduersarij uel impunitas facti, arg. ff. de peti. hæredi. l. postquam. in fin. & ff. de bo. li. l. qui cum maior. §. si pars. facit, quod notat Cyn. C. de accusa. l. reos. & Innoc. in capit. primo, de officio uica. Et non est mirum, quia pro exceptione mihi competenti possum iudicis officium implorare, ut aduersario simile enim imponatur, ut notatur. ff. de liber. lega. l. Aurelius. §. centum, & in l. si concedat. ff. de fideiusso. per Barto. & latius posuit in l. si finita. §. eleganter. ff. de damno infect. Ad quas ambages, & iuris intricationes, quæ saluæ restant, in aliis executionibus, quàm contractuũ censualium serenissimus rex fœliciter regnãs, in curia muri ueteris, in materia censualium forma ædidit in effectu, continentis, quòd si ratione censualis uel uiolarij, impetrabitur, uel fiet mandatũ executorium contra aliquam vniuersitatẽ uel singulares, quòd contra tale mandatum executorium, non possit poni exceptio aliqua, solutionis, falsitatis, nullitatis, uel alia quæuis exceptio, similis uel dissimilis, neq; defensio aliqua, nisi talis exceptio uel defensio posita fuerit, & complete probata per instrumẽtum puplicum, uel aliam publicam uel autenticã scripturam plenam fidem facientem, infra decem dies in mandato executorio cõtentos, aliàs iudex teneat cõtinuare & perficere exceptionẽ, non obstante quacũque exceptione seu defensione, saluis exceptionib. & defensionib. in alia instantia iudicij probãdis testib. uel instrumẽtis, uel prouti opponenti uidebitur, quæ instãtia dictam executionem non habeat impedire nisi illa fuerit obtenta sententia, quæ in rẽ transiuit iudicatam, de qua fidem faciendo impeditur executio, ut in principio dicti fori, usque ad uer. ordenam, seriosius lingua materna iuxta morem patriæ cauetur. Ex quo principio habes multum notare, quæ supra dicta sunt foris & dispositionib. antiquis, & signanter dicto foro regis Alphonsi, de exceptionib. Nam per illum (uti diximus) non erãt sublatæ defentiones. Et sic neque officium iudicis, hodie autem neque exceptio neque defensio potest proponi: & sic neque iudicis officium implorari, ut notat Bar. in l. 1. ff. quod ui aut clam. & Bald. in d. l. planè. ff. de peti. hæredi. nisi quòd habeant probari cum instrumento publico.

¶ITEM superadditur, nam sicut exceptiones per dictũ forum poterant probari quandocũque, saltim durante tẽpore executionis, & per dictum forũ, & per notata per Bart. in l. aufert. §. qui compensationem. ff. de iure fisci. Hodie autẽ ab ipso foro & l. regni habet proponi & ꝓbari, infra decẽ dies, in mãdato executorio specificatos. Et sic quãuis a iudice in d. mandato executorio fiat assignatio ad proponendũ rõnes, ab ipsa l. regni, intelligitur data dilatio ad probãdum, completæ omnes exceptiones seu
34 defensiones, & sic † lex supplet ꝙ omittit iudex, arg. l. 3. §. si qs condemnatus. ff. de re iud. secũdũ Iacobũ de Are. ¶Sed nunquid iudex hãc dilationẽ decẽ dierum a l. datam possit saltim cã cognita alõgare? ꝙ uidetur, nã hoc expressè tenet Bar. in l. qui ꝓ tribunali. ff. de re iud. dicẽs ꝙ
35 ipse tenet qđ indistinctè † iudex dilationẽ legalem potest abbreuiare & alongare cã cognita. Nã dicit qđ id uidet in exceptionib. peremptoriis, ad quas ꝓponẽdas est statutũ tẽp. a l. sine iud. mysterio, nã potest prorogare tẽpus. Et dicit ꝙ hoc tenet Dy. in regula, in dubiũ, de reg. iur. & dicit qđ est tex. in c. pastor. de exce. & allegat sua iura, breuiter, uĩ tenendũ esse contrariũ, quia ista dilatio datur a l. sine aliqua causæ cognitione, meritò non spectat ad iudicẽ illã modificare uel ampliare, ut in auten. hodie. C. de appellat. & in capitu. pia, de excep. libr. 6. & eod. libr. de restitu. spo. §. frequens, & hoc tenet Bald. in autenti. offeratur. C. de lit. contestar. & in auten. iubemus. C. de iudi.

¶ITEM quia iste terminus datur ad ꝓponẽdũ & ꝓband. per instr. solũ, excluso alio genere ꝓbationis, & completur, qui terminus & eius lapsus habet uim renuntiationis & conclusionis, quo ad probationes facti, licet non allegationis iuris, ut not. multum singulariter domin. Anton. de Butr. in c. licet causam, in 4. co-

rondello, de prob. meritò nullum est mysteriū in differendo dilationem legalem. Maximè, qa a foro imponitur iudici necessitas executionē continuandi, nisi taliter infra terminum sit fa-
36 cta probatio, & ꝙ præcipitur imperat: ꝙ† imperatur, necesse est fieri, & si non fiat pœnā habet. 14. q. 3. c. quàm præcipitur. ¶Sed quid dices, pone ꝙ infra decem dies, pars fuit impedita, nunquid erit admittenda post decem dies, saltim ex clausula generali per resti. in integ. &
37 uidetur ꝙ sic, quia† legitimè impedito nō currit tempus, etiam ipso iure, de conces. præbendæ, c. quia diuersitatem, de elec. c. si elect. lib. 6. de appel. ex ratione per Inn. ff. si quis cau. l. nō pignus, per Bal. & ibi uide de aliquib. impedimentis. Sed quomodo probatur impedimentum? & uidetur ꝙ per solum iuramentum, tam iure ciuili quàm iure canonico: de iure canonico probatur, ꝙ per solum iuramentum probetur impedimentum, extra de elec. c. quia propter. §. illud, & 4. q. 5. c. fin. de iure ciuili probatur, de excu. tutor. l. scire oportet. §. sufficit. ff. de re mili. l. 3. §. si ad diem, & l. qui comeatus, dum modo persona sit honesta, ut eo. tit. l. non omnes. §. a barbar. ad idem facit. l. 3. §. sciendum. ff. ad exhi. & l. Thesaurus. & C. de fide inst. l. fin. & C. de bonis autoritate iudi. poss. l. fin. Et hanc partem tenet Guil. in Spe. ti. de dila. in fine, uer. in summa. Et Compostellanus, extra de elect. c. quod sicut, & idem tenet Guil. de Cug. in l. 2. §. si quis. ff. si quis cautionibus, & Iacob. de Beluiso, in autē. ut nulli iudicum. §. quia uerò. & pro hoc facit ꝙ notatur in Spec. ti. de appel. §. hic uidetur, uer. sed quid ergo, & per Inn. in c. cum olim, de priuil. pro quo facit tex. in c. ex literis, de integ. resti. In contrarium tamen facit, ꝙ nō sufficiat iuramentum, quia alia dilatio non datur, nisi cum causæ cognitione, id est probato impedimēto, ut C. de dila. l. a procedente, & per actionem in summa. & pro hac parte facit quod notat Inno. in c. præsentium, de testitut. & extra de elect. cupientes. §. quòd si post uiginti, & C. de tempo. appella. l. fina. §. finali.

¶ADVERTE do. Bal. post alios, hunc passum examinat, in duobus locis, in l. 1. C. de dila. & in l. 2. §. si qs. ff. si quis cautio, & ex ipsius Theorica, collige decisionem quæstionis: nam dicit ipse, quòd aut prætenditur tale impedimentum, quòd potest de facili probari, tunc non sufficit iuramentū, sed ualet interueniente tali quali probatione uel coniectura impedimenti cum iuramento, arg. ff. de Carbo. ædic. l. 3. §. causæ duæ. Aut est difficilis probatio, tūc uidetur stari iuramento si persona sit honesta, ut in d. §. a Barb. cū similib. Vel dicit ꝙ aut agitur de magno præiudicio aduersarij, & nō stat iuramento, vt. l. fi. §. fin. de tempo. appella. Aut non agitur de excludendo iure aduersarij, sed solum de admittendo probantem, & tunc statur iuramento, vt dict. l. Thesaurus. Et finaliter dicit, quod quid sit si iudex arbitratur standum iuramento & differt, iuramentum præsumitur rectè factum. Ad hoc adducit quod notat Innocen. extra de eo qui fur. ordi. recepit, cap. innotuit, secundum Bald. Cum ergo hic agatur de termino probatorio, videtur iudicem rectè arbitraturum, si deferat iuramentum. Et adde quod notat Nicolaus de Neapoli post Bar. in l. scire oportet. §. sufficit, de excus. tutorum. Sed pone quod post terminum decem dierum, comparet reus, & ponit suas exceptiones, quas probat cum instrumento, iuxta forum. videtur quod in hac instantia executionis, non sit admittendus propter termini lapsum. ff. de opt. legata. l. mancipiorum. C. de ingenuis & manumissis. l. diffamari. C. qui accusa. non possunt. l. si ea. qui ma. accusare possunt. ca. cum in tua, de remi. pig. l. si eo tempore, de proba. licet, & quod ibi notatur, & hoc uidetur tenere Guil. in Spe. de dila. §. uidendum quid si datus, nam boni iudicis est lites dirimere, de dolo & contu. c. finali, maxime quia iam restat saluum ius in alia instantia iudicij. Sed dic quod aut reus, qui objicit exceptiones post terminum, illas probat per instr͞m liquidum & clarum solutionis, contra qd͛ actor verisimil. nequit allegare, & tunc admittitur, non obstante lapsu termini, quia monstratur de calumnia petentis executionem, & notorie de non iure agentis. & sic iudex etiam de per se posset actorem repellere, iuxta notata. C. de transl. l. vbi pactum, de off. uic. c. 1. per Inn. multo fortius, de partis postulatione. Nā quamuis sit exclusa per lapsum termini, ex quo ius aduersarij nō est illæsum uel perditum, nō obstante termini lapsu, potest & debet admitti. ut not. glo. in cle. sæpe, de uerbo. signi. in glo. super uerbo, non obstante. Aut illud instrumentum ꝙ producit, habet aliquos uerisimiles obiectus, ex parte actoris iuris uel facti, ad iudicis arbitriū, & tunc fit executio dilata discussione exceptionis post terminū propositū, tū obstāte termini lapsu, qa
38 †terminus (uti diximus) habet uim renūtiationis & cōclusionis in causa, uti dicit D. Ant. de But. in d. c. licet. de prob. & instrumēta produci nō posūt, post dictā renuciationē. & conclu. de fide instru. cū dilectus, & de causa posse. pastoralis, & quod ibi not. Tum quia nō constat, de calūnia executionē petentis, ex quo per eius allegationes obfuscat instrumētū productū, maxime uerisimi. ad hoc not. extra de appel. c. cū specialis, & in l. plures. C. de fide instru. ex quo nō exuberat iudicis officiū, ad repellendū actorē, uti in casu supra posito. non obstat quod officiū iudicis est sublatū per forū (uti diximus) quia uerū est postulatū non notabile, quod reperit corā se calūniantem, & sine actione experiuntē, ut est dictū. Sed cōtra hoc multū facit, cōtra ꝙ not. Bar. in l. prima, ꝙ ui aut clam, q dicit quod

cit quòd non habet remediũ, nisi quod soluat & repetat, ut in capitu. debitores, de iureiuran. quia ibi propter iuramentum quod est seruandum in foro, specificat, de iureiur. ad nostram, hic iudicis officium quo fit executio, non necessitatis ubi nulla subest actio uel obligatio, quæ est sublata solutione, de qua cõstat per publicum instrumentum, pro quo facit quod no. Archi. in cap. iudicantem. 30. q. 5. & ad materiã uide Barto. in l. mancipiorum. ff. de op. lega. & Cy. in l. si ea. C. qui accusa. non possunt. Sed cogita, si autem instrumentum est repertũ de nouo per reum, hoc medio iuramento adiuerante, uidetur dicendum quòd termini lapsus non impediat illius productionem, ad hoc. c. pastoralis, de excep. Sed illa decretalis loquitur in dilatore.

¶ITEM ibi terminus non erat peremptorius, meritò ex quo in dicta decretali duo statuuntur, contra regulas iuris communis, uidelicet quòd post peremptorium audiatur, & quod in causa propria stetur iuramento non fiat extensio, ut in regula, quæ contra, de regul. iur. lib. 6. secũdum Compostellanum, in capit. quod sic, de elec. Sed hoc non obstante, est dicendum contrarium, per capi. ut circa, de elec. lib. 6. & quia exceptionem antiquam, quæ de nouo ad mei uenit notitiam † & quæ non est
39 de facto meo, quia in illa nõ præsumitur ignorantia, de rescrip. ca. ab excommunicato, & ff. pro suo. l. fin. nisi sit antiquum. l. peregre. C. de acqui. posse. uel implicitum. l. emptor. §. Lucius. ff. de pac. tũ possum opponere post terminũ ꝑemptorium, secundum Paulum de Leazariis, in cle. constitutionem, de elect. & idem tenet do. Anton. in dicto capitu. pastoralis. Neque obstat quòd hoc casu lapsus termini habet uim renuntiationis & conclusionis in causa, uti diximus. Et sic meritò omnis productio instrumẽtorum, uidetur prohibita, de procurato. capit. auditis, de fide instru. capitu. cum dilectus, & cap. cum Ioannes. de causa possessionis, capit. pastoralis, & quòd ibi notatur. Sed dicit quod illa iura non uendicant sibi locum, quo ad productionem instrumentorum, quæ nouiter ad notitiam deuenerunt, hoc probando proprio iuramento, ut ponit Barto. in l. admonendi, de iureiur. Sed domini de Rota. sua conclusione. 30. & 85. dicunt tutius esse, quòd reperiens instrumentum ueniat per uiam in integrum restitutionis, allegat quòd no. Inno. de restitu. in integrum, cap. coram, & idem tenet domi. Anton. de Butr. in cap. pastoralis, de excep. & domin. Matthæus de Math. suo notabili. 58. Sed nunquid si dato mandato executorio, currentibus decem diebus partes compromittunt, nunquid current tempora, uel suspenduntur per compromissum, ut in cle. quamdiu, de appel. & in auten. si tamen. C. de tempo. appella. Sed dicit contra, quia ex quo terminus decem dierum datur uni parti tantum, scilicet reo ad proponendum & probandum suas exceptiones compromiss. non impedit cursum decẽ dierum, ad hoc quod no. Paulus de Leaza. in dicta cle. quamdiu, de appella. ubi dicit dictam cle. non habere locum, in termino dato ad appellandum, quia datur alteri parti tãtum, secus in tempore ad prosequendum, quia datur utriq; parti, ideo, communis consensus impedit cursum. Et per illud dictum, in propriis terminis hoc firmant domini de rota, sua conclusione. 354. dicentes quòd si terminus est communis ad probandum utrique parti, per compromissum, impeditur cursus, si est statutus alteri parti, non secundum eos, & hoc etiam sequitur dominus Antonius de Butri. in capitulo. licet causam. de probat. Sed quia noster forus restringit genus probationis ad instrumentalem probationem, pone quòd reus articulauit suas exceptiones, ponamus de soluto, non habet instrumẽtum, dicit iudici quòd exigat responsiones medio iuramento, & clarum est de iure, quòd infra terminum cogitur actor respõdere de iure & de foro (uti diximus) in capitulo, si post præcium, de confessis, libr. sexto. Sed post terminum quòd ponens exceptiones non admittatur neque actor cogitur respondere. Nam post terminum datum ad probandum, nequit fieri positio, ut tenet Guillelm. in Spe. ti. de dila. cap. uidendum, uer. item quid si datus, & de pensionibus. §. qualiter, uersi. sed si autem, nam cum illa succedant loco probationis, non poterunt dari a parte, quæ est exclusa per lapsum termini. Dicit tamen quòd iudex ex officio poterit interrogare partes, per capi. cũ Io. de fide instr. 25. q. c. iudicantẽ, & l. ubicũque interrog. actio. Quod no. quia uult ꝙ dictũ c. iudicante, & dicta lex ubicunq; habeat locũ post renuntiationẽ in causa, ꝙ bene probatur per dictum c. cum Ioan. Heremita, de fide instr. imo plus dicit d. Ant. de But. in c. pen. de iuramẽto calumniæ, ꝙ dictæ interrogationes ex officio post renuntiationem in causa, habeãt iuuare probationem, per text. l. generaliter. C. de rebus cred. Sed quæ dicta sunt, ꝙ post terminũ probatoriũ, non sunt admissibiles ꝓbationes, est uerum in plenariis causis, in summariis in quibus potest procedi summarie, & de plano potest fieri positio, post lapsum termini, & etiã post conclusionem in causa, & ad instantiã partium. ut est tex. & gl. in cle. sæpe, de uerb. sig. in gl. super uerbo, interrogauit, ꝙ multum facit ꝓ causis, quæ in nostro regno uentilantur, in quibus de foro est procedẽdum summarie. Sed ecce posita exceptione, actor confitetur solutionem. Nũquid cessabit iudex ad executionẽ, & cõdemnabit actorem in expensis imposito illi silentio. Et uidetur quòd non, obstante foro, quia non est probatio per instrumentũm. Sed dicas contrarium quia lapsus cuiuscunq; ter-

mini probatorij nō excludit probationem per confessionem, ut in capitul. Ioanne. de fide instrument.

¶ITEM quia confessio non est proprie probatio, sed probationis releuatio, ut notat dom.
40 Ant. de But. in Rub. de ꝓb. Et quia † præsumptionem iuris, & de iure elidit confessio, ut no. in auten. sed iam necesse. C. de don. ante nupti. & in c. quia plerique, de immunita. ecclesiarū,
41 per Inno. † Item idem operatur confessio, qđ publicum instrumentum factum de cōtractu, neque est minor probatio per confessionem, quam per publicum instrumentum, iste est casus singularis secundum Bald. in leg. cum te. C. de transact. ad hoc facit in auten. de æqualitate dotium. §. aliud. Maximè quia non est iudicialis, quæ æquipollet instrumentali probationi, ut in l. rura. C. de omni agro deserto, li. 11. Ex quibus iurib. sæpe dixi, in practica, ꝙ licet forus & priuilegium, de cōdemnationibus, sub pœna quarti loquentes, dicant, ꝙ illæ fiant uirtute publici instrumenti, qđ quis confitetur in iudicio se albaranum ꝓpria manu scripsisse. per qđ monstretur quem obligatum ad aliquid dandum uel soluēdum ꝙ poterit condē-
42 nari, & ita practicatur, & bene: quia † confessiones iudiciales habent paratam executionē, ut in l. tale pactum. §. qui prouocabit. ff. de pactis. Et ideo etiā de iure obligationes, quæ sunt in curia executantur, ut publica & executoria instrumenta, & ponit Bal. in l. cum eorum. ff. de in ius uocando, & idem sequitur dom. Ant. de But. in c. de p. & g. de offi. delega. & hoc sentit etiam forus regis Alphonsi, de excep. in princi. in narratione priuilegij. Sed quia forus regis Alphonsi fœliciter regnantis, prædictus restringens modum probationis, in exceptionibus probandis, uoluit illas solum probari per publicum instrumentum, uel autenticam scripturam.

¶EST uidere quid dicatur publicum instrumentum, & quid autentica scriptura, de quo uide gl. & Inn. & do. Ant. in c. 1. & 2. de fide instru. Et aduerte quod priuata scriptura, potest dici autentica, in auten. de instru. cautela, §. sed & si, de quo. ff. de iureiurand. l. admonendi per Bar. C. de proba. l. instrumenta, & l. rationes, de quo plenè in d. cap. secundo, de fide instru. per do. Anto. & in l. scripturas. C. qui potio. in pig. habeantur. Sed pone producitur albaranū ꝓpria manu confectum actoris, ille negat, quòd sit propria manu scriptum, & sic negat autenticum: admittetur ne probatio per literarum comparationes, & aliàs per testes, qui uiderūt scribi, in hac instantia iudicij executionis, qđ uidetur, ex quo facto partem suam scripturam negantis id euenit, argument. notatorum per Innocen. de testibus, tam literis.

¶ITEM quia ex quo id negatur ꝙ notorie habet elidere intentionem super eo, probatio est recipienda. Ad ꝙ no. gl. in c. 1. de offi. dele. lib. 6. maximè, si id prima facie uideatur iudici ex aliarum literarum inspectione, & sic de calūnia petentis executionē. Ad hoc. ff. ad exi. l. thesaurus. Et quia forus solum requirit probationem per autenticam scripturam illa producta, si de illius uiribus altercatur, facto partis discutiendum est, (ut supra diximus) in aliis dubiis. Sed erit ne aliqua exceptio, quæ possit opponi, etiam ꝙ probetur instrumento publico, dic qđ sic, ut exceptio incompetentis iudicis. Nam illa exceptio non uidetur a foro repulsa. Nam quid a iudice competente mandatur uel agitur coram illo est nullum. C. si a non competenti iudice, per totum, de iud. c. at si clerici. Et hæc exceptio quæ sic reddit iudicium retro nullum potest quandocunque proponi, notat Bal. in l. fi. C. de excep. imo & post sententiam, de tali nullitate potest opponi secundum glo. de qua canonistæ faciunt magnum festum in clemen. ad competēdas. de sequest. pos. & fruc. pro qua tu legista, uide pulchrum casum, in l. scire opportet. §. fi. ff. de exec. tutorum, & uide quod no. gl. in l. non erit. §. dato, de iureiurand.

¶SED QVIA forus dicit, qđ probatio exceptionis habeat fieri publico instrumēto, *uel* autentica scriptura. Habui de facto quæstionē, dato mandato executorio uirtute instrumenti censualis, de pensionib. 20. anno. reus obiecit de solutione, & produxi appocham, per quam apparebat, ꝙ vno semel soluerat tres pensiones trium annorum proximorum, de quibus *vna* uice solutio erat facta, vna appocha, dicebat reus, ꝙ ex illo instrumento iuris præsumptione, præsumebatur omnes pēsiones esse solutas, ut l. quicunque, de appochis publicis, li. 10. & sic se dicebat consequutum liberationem, quæ lex habet locum, in solutionib. quæ fieri debēt ex contractu emphyteutico, ut no. Bar. in l. 2. C. de iure emphyteutico, & Dñi de rota, sua conclusi. 299. imo habet locū in quolibet censu, ut no. Spe. in ti. de locato. §. nunc uerò aliqua, uer. 27. & duob. sequentib. & Host. in summa, eo. ti. §. hoc quoque uerendum, & Ant. de But. extra de dila. §. literæ. Nam iuris præsumptiones, liqdæ sunt probationes, ad hoc. C. de peric. tutor. l. tutor si petitus, de leg. 1. l. licet imperator. ff. de manumissis testamento. l. si quis locuples. Et istius opinionis erant ferè omnes doctores in ciuitate me existente iudice, uidelicet quòd lex, quicunque, allegata, haberet locum, etiam quòd vna præstatione esset facta solutio trium pensionum. Sed non obstante hoc in contrarium pronuntiaui. Primo argu. eorum quæ notat Cy. in l. si certis annis. C. de pac. dicentis, qđ præsupposito. leg. cum de in rem uerso. ff. de usuriis, quæ est quod causa allegata probetur, ex decennali præstatione., non habet locum, si quis vno anno soluerit pensionem decē anno. nam ex illa vnica solutione decennalium pensio-

pensionum, non oritur præsumptio, de qua in d.l. cum de in rem uerso, & idem tenet in l.2.C. dotis promissione, & est ratio secundum eum, quia in præsumptione dictæ. l. cum de in rem uerso. sunt necessarij actus repetiti annuatim p decenniũ, ad inducendã dictã præsumptionẽ. ¶ITEM quia is qui annuatim soluit magis de libertate uidetur soluisse, quàm is qui vnã semel decennales soluit præstationes secundũ eum. ¶Et ex prædictis Bald. argumentatur ad decisionem quæstionis nostræ in d.l.2.C. de dotis proui. decidens q præsumptio dictæ. l. quicunque. nõ habet locum in eo qui vna die triũ annorum soluit pensiones, & secundum eũ ita pronuntiaui, & per dei gratiam transiuit in rẽ iudicatam, sicut cæteræ, quas usque nunc pronuntiaui, quæ uel partes acquiuerunt meæ pnuntiationi, & transiuerunt in rem iudi. uel in finalibus uel ultimæ sentẽtiæ sunt confirmatæ, laudetur deus. Reuertamur ad fori intellectũ. Dicit forus, q si talis non allegetur, exceptio probetur per publicum, uel autenticum instrumentum, iudex teneatur continuare & perficere executionẽ. Sed quomodo perficiet executionem, pone q reus positis rationibus, uel nõ positis infra decem obtulit rẽ specialiter obligatam censuali, nunquid illa habebit prius distrahi antequàm fiat mobilium executio uel aliorum immobiliũ? q uidetur, quia facultas est data reo, infra decẽ offerendi, qua reus fundari non debet.
43 † Sed contrariũ practicamus, quia uerba iudicis recipiunt iuris interpretationem, nam aliter salua esse non possunt, quia grauarent creditorem, qui a iure habẽt ordinẽ in executione, ut prius mobilia denuo immobilia executentur, ut in l.a diuo pio. §. in uenditione. ff. de re iud. bene est uerum qd illa debẽt immobilia prius uendi, quæ minus nocent debitori, ut no. in gl. & Bar. & idem in immobilibus, ut no. in l. quamdiu. C. de distra. pign. Et p hac opinione uidetur forus, in c. si. de dila. Et p hoc priuilegium domini regis Petri Datũ Valentiæ, Kal. decembr. Anno dñi millesi. 254. Sed quid si debitor & possessor rei specialiter obligatæ pro censuali petat bona p censulali obligata adijci insolidum domino cens. aliàs instãtis, de re executione, & uidetur qd de iure procedat si in illis bonis nõ reperiatur emptor uel ad iustum præcium dãs, cum illa de iure æquiparentur, in l.2.C. si in causam iudicati, & l. non dubium. ff. de lega. 3. & glo. in l.a diuo pio. §. in uenditione. ff. de re iud. Et quòd ista adijcio insolutum posit fieri creditori certo præcio reæstimata uidetur text. in auten. de fideiussoribus. §. q autem, col. 1. & in auten. hoc nisi. C. de solu. & in autẽ. de alie. & emphi. §. postquã uerò, & in autẽ. hoc ius porrectũ. C. de sac. san. eccle. & in l.2.C. si. in causã iudi. & in l.a diuo pio. §. si pignora. ff. de re iudic. & ibi dicit glo. nota. quòd ita seruat consuetudo, & illam gl. all. Bal. & eam sequitur in l. ordo. C. de excep. rei iud. & eam sequitur Bar. in illa. l.a diuo pio, & hoc ẽt tenet Bald. in d. authen. hoc ius porrectum, pro hoc videtur facere forus finalis, de dila. in fine. Sed communiter contrarium practicarunt nostri antiqui, videlicet quod nisi volentibus creditoribus non fiat à dictio insolutum, & eorum ratio erat, quod cum de foro in executionibus faciendis sit forma introducta, vt in foro, si la cort, & in foro sem, fur, nou, de euict. videlicet, quod fiat triginta dierũ subhastatio, & distrahatur plus offerenti, vt ibi: ab illa forma nõ est recedendum. ff. de iur. fisci. l. certa forma. lib. 10. &
44 ff. de censi. l. forma. Et quia talis est mos vel stilus curiarũ, qui p lege seruandus est. ff. de testi. l.3. cũ si. Et pro eorum opin. allego tibi illud elegans dict. Bal. in. l. ordo. C. de excep. rei iudi.
45 qui dicit † si statuta ciuitatis, de materia executionum aliquid disponũt, talia statuta sunt ad vnguẽ seruanda, tam in tpe quàm in forma, vt no. in l. fi. C. de iure domin. impetrand. quod si contrarium foret esset nullum ipso iure, qa fieret contra ius, quod non insuper ordinat dictus forus, quod si ante impetrationẽ mandati executorij litigiũ aliquod fuerit motum contra instrumentũ censualis, vel violarij, allegando illũ esse falsum, nullũ simulatũ fictum cancellatum extinctum, vel aliqd ius litigium natum fuerit, qd non obstãte dicto litigio, põt impetrari mãdatum executorium, & fieri executio, nisi super dicto litigio fuerit obtenta sententia, q in rẽ iudicatã legitimè transiuerit, cuius virtute tunc dicta posset impediri executio: ex quibus verbis hẽs notare, hoc esse statutum contra regulas iuris communis satis iustè, pp dolosam mẽtem, & absconditã machinationem partium, vt in illa materia, dicit tex. in l. fi. C. de litig. Nã partes facientes censualia & violaria, videntur instare diem pensionis in iudicio, in plenaria instantia impugnabant. Et dicebãt contractum esse litigiosum non liquidum, & sic non exequibilem. Et sic ex eo non posse emendare mandatũ executorium. Nã intẽtato litigio super actione reali, vel personali uon est dubium, quod saltim interpretato litigio vel actione facta litiscontestatione actio sit litigiosa, ut in l.2.C. de litigiosis, vt oẽs diuersas doctorum sententias cõprehendamus, Bal. in l.1.C. communi diuidun, & Bartol. in l.1. ff. de litigiosis. Si ergo litiscontesta. erat facta, aut primus actus, per partes in iudicio summario uti sunt omnia in nostro regno, quod habet uim litiscontest. secundum gl. aureã quod in c.1. de elec. lib. 6. & notant legistæ. in l. nihil arbitramur, de proc. non erat dubium dictam actionẽ esse litigiosam, quinimo ipsa res. Nam per litiscontestationem factam in actione non est dubium, etiã ipsam rẽ effici litigiosam, ut est glos. ordinaria singularis in l. Iulianus. §. quanquam. ff. de aqu. plu. arc. & habes aliam in l.2.C. de litigiosis, licet sit gl. contraria

traria, in l. si quis missum. §. fin. ff. de damno. infect. cuius opinionem sequitur Innocen. & Ioan. And. in cap. cum M. ferrariensis, de constit. & Bald. in l. prima. C. communi diui. & Barto. in dicta l. secund. C. de litigi. Sed contrarium ipse tenuit in l. 1. ff. de litigiosis. Sed dominus, meus, domi. Ioan. de Imola in dicto. §. Iulianus, tenet opinionem glo. in dict. l. 2. & fere omnes moderni, & hoc probant per tex. in auten. de litigiosis. §. hoc autem litigiosi uocabulo. ubi tex. excipit ab actionibus intentatur rem litigiosam facientibus actionem hypothecariam tantum, ergo patet quòd in omnibus aliis vult
46 remanere regulam firmam, uidelicet † quòd quacunque actione intentata, siue reali siue personali, dum modo pro re res litigiosa efficiatur,
47 exemptio enim in vno firmat regulam in alio, ut in auten. de non alie. §. ut autem, & ff. de penu. legata. l. nam quod liquide. §. final. ff. de legibus. l. in his, in gloss. & per Dyn. super Rubrica, de regulis iuris, præterea auten. litigiosa. C. litigiosis, posita super dicta. l. 2. corrigit illam tãtum, in hoc uidelicet quòd ibi vult, siue personali siue reali actione intentata, rem effici litigiosam, per litiscontestationem tãtum, quòd hoc non sit uerum in hac reali, quia in illa efficitur res litigiosa, per actionem. Si ergo tamen in hoc corrigitur illa lex ergo in aliis suis partibus, remanet firma dispositio, argu. C. de testa. l. scimus, cum similibus. ¶ Si ergo secundum hanc opinionem, tam res quam actio erant litigiosæ, & sic non liquidæ uidebantur non exiquibilis, arg. l. hoc iure. ff. de uerborũ. obliga. & quòd no. magistraliter, per Bald. in l. si causam. C. de excep. rei iudic. qui dicit, quòd dum pẽdet per obiectum exceptionis liquidatio instrumenti, ex quo non potest liquidari neque exequi, uide ibi. Sed ad istud fugiẽdum, quòd inoleuerat in practica, & mille executiones impediebat, factus est forus prædictus quo expressè cauetur, quòd quousque super tali processu sit lata sententia, quæ in rem iudicatam transiuit nõ impediatur executio. Sed ego credo quòd etiam de iure communi pẽdentia talis litigij, non poterat impedire executionem, quicquid dicti cauillantes, & perfidi aduocati allegabant, quia si res & actio essent litigiosæ, non uetebatur is qui in possessione, uel quasi erat illarum pensionum, iura sua experiri corã suo iudice, quia uicium litigiosi solum facit rẽ uel actionem ne alienetur, non quominus suas pensiones recipiant possessores, ut lite pendente, c. ecclesia Sanctæ Mariæ, in 2. de consti. capi. cum M. neq; obstat liquidatio, quia ex quo instrumentum est purum, & habet formã instrumenti, & non impugnat uicio uisibili. Sed alio intrinsecus meretur executionem, casus est in l. 2. C. de ædicto diui Adria. imo & si ante impugnetur quàm executio petat, fiet executio, in l. fi. eo. ti. & ibi notatur. Et pro hoc allego tibi dictum Inn. sing. in c. cum in iure, de officio delega. qui dicit quòd nullo iure cauetur, quod quæstio nullitatis agendo, motam impediat executionem, quam sic intelligit Bald. in l. 1. C. ne liceat in vna eademq; causa tertiò prouo. Et sic talis processus ordinarius requisitionis, ad euitandum contractum, & illum annullandũ, non habet impedire executionem secundũ eũ. Et ideo est dicendum quòd forus statuit quòd iã a iure communi inest, qđ nota pro illis contractibus, qui non sunt censualium. Sed fatendum qđ hoc est superadditũ, ad iuris dispositionẽ, & quod requiratur sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, quoniam de iure sufficeret probatum esse, contra instrumentum, etiam quod alias probatio non deberet admitti, nam non curamus ex quo probatum est, de inoffic. testa. Pap. §. si quis ex his, & no. de accus. c. super his, per Inn. arg. ff. iudicatum solui. l. 3. §. nunc uideamus, in uerbo admiserit, imo plus dicit alibi Inn. quòd si contra sententiam probatio uoluntarie admittatur, quòd constito de iniquitate per probationes, quia notorie constaret, sententia retractaretur, ut ipse tenet de rescri. c. cum dilecta, de re iud. c. cum Bertoldus, de appella. c. ex ratione, de frigid. c. fraternitatis. licet contrariũ sentiret, & non bene, in c. quoniam contra falsam, de probatio. secundum do. Ant. de But. in c. quia plerique de immunitate ecclesiarũ, & sic ratio secundum eum, nam dato quòd sententia, ut habens probationem iuris & de iure non admittat probationem in contrarium ea tamen facta uoluntarie, ut notoria tollit præ-
48 sumptionem sententiæ, quia † plus potest notorium probationis, quàm notorium præsumptionis, ut dixit in materia notorij, in c. uestra, de cohab. cler. & mulierum. ¶ Neque dicit obstare si dicatur quòd acquiescendo consentiat, quia ille non est uerus, se interpretatus a lege fori contentiosi secundum eum. Sed hoc intelligas si pars consentiat probationi recipiendæ, uel saltim non contradicat, quasi uelit nouari sententiam. C. de exce. rei iudicatæ. l. si causam, aliàs esset uerum dicere quòd esset iudicis arbitrio eneruare res prius iudicatas, quod non est de iure. l. 1. C. quando prouoca. non est ne-
49 cesse. ¶ Neque obstat si dicas † quòd pars nequit renuntiare transitui in re iudicatam, ut not. gl. in l. si diuersa. C. de transact. & no. in l. actorum
50 uerba. ff. de re iudi. & † sententia contra sentẽtiam etiam de uoluntate partium non teneat ut ibi, quia hoc est uerum, nisi notoriè constet de iniustitia primæ. Et ita tenet dominus Anton. de But. in c. cum Bertoldus, ad finẽ quòd multum nota, quia ualde limitat notata, per glo. & Bald. in dicta. l. si diuersa, & dictam. l. primam. C. quando prouoca. non est necesse.

¶ SVBSEQVENTER vult dictus forus, quòd ubi aliquæ rõnes, positæ fuerint in processu executorio, ad impediendũ mandatũ executoriũ, & super

& super illis fuerit pronunciatũ mandatum executorum valere & tenere in totum uel in parte non obstantibus prædictis rationibus, quòd a tali sententia non posśit appellari, neque peti correctio recurri, reclamari, uel supplicari remedium uel iudicis officium implorari.

¶Sed quòd debeant a iudice repelli, sicut per dictum forum illa repelluntur adiecta pœna centum librarum aduocato, & quinquaginta procuratori, quia a tali causa ceciderit per sententiam in rem iudicatam transactam, etiam in alia instantia iudicij, & impugnauerit contractum censualis uel uiolarij. Et ut melius & facilius contra facientes posśint puniri dicta pœna, uult forus quod fiant interrogationes quis ordinauit, & usque ad §. uolumus tamen, ut latius hæc ubi & alia describuntur. Et sic vides quòd omnis appellatio, supplicatio, quærela, correctio, recursus, remedium, uel officium iudicis sunt inhibita, & sic uictus destitutus omni remedio habet necessariò soluere & repetere, ut not. Barto. in dicta lege prima. ff. quod ui aut clam. Facit capit. debitores, de iureiuran. Sed quid si pars uicta opposuit exceptiones etiam a foro permissas aduocari sine pœna, ut sequitur in di. §. uolumus, & usus est probatione permissa a foro in principio fori scilicet instrumentali, uel per autenticam scripturam, tamen iudex forte contra iustitiam partis pronunciauit mandatum executorium ualere, pars uicta appellauit, quæritur an talis appellatio sit inhibita a foro, quòd uidetur, quia forus in fine, & si permittat aduocari & poni aliquas rationes sine pœna, tamen quo ad executionem faciendam, uel non faciendam, uult seruari quod est prædictum in principio fori.

¶SED IN contrarium uideretur prima facie, quia † remotio appellationis per principem facta, non tollit nisi appellationes friuolas, & eas quæ ius expresśe non permittit, ut in cap. pastoralis, & in capit. ut debitus, de appel. Sed si appelletur adiecta iusta causa ius expresśe permittit, ut in capit. cordi. de appella. libro sexto appellationem, ergo talis appellatio non uidetur reiecta. ¶ Aduerte, nam aliud est appellationem prohiberi in rescripto, quo casu vt sit stricti iuris, & semper legitimè exceptiones videntur reseruatæ, de offi. delega. cap. ex parte. aliud cum per legem communem per principem, cum populi consensu factam, quia tunc ex quo concedens est princeps, ad quem omnis causa appellationis est deuoluenda, & omne tribunal est sub eo, non est dubium remotionem appellationis de iure ualere, ut notatur de iureiurando, capitu. uenientes. l. prima. §. si quis. ff. a quibus appellat. non licet. & in capit. fina. de appella. per Ioannem Andream, in nouella, & per Barto. in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure, maxime cum consensu populi: quia etiam ex pacto, posśunt appellationi renunciare. Co-

51

dic. de tempo. appellationum. l. fina. De cuius intellectu per Bald. in l. prima. Cod. de pactis. Et sic non est dubium appellationem esse sublatam, quo ad omnem eius effectum, unde dicit dominus Antonius de Butrio, in capit. pastoralis, de appellationibus, quòd quando a iure legitime appellatio, quod est quando omnia tribunalia sunt sub iudicio remouentur, illa tollitur quo ad omnem effectum, ut dicit in statutis Italiæ, quæ tollunt facultatem appellandi in instrumentis guarant. Idem dicit cum appellatio remouetur a partibus, quia partes sũt sibi in hoc præiudicatæ. Allegat dictam leg. fina. Codic. de tempo. appella. Cum ergo hic sit & l. superioris & populi consensus per illos qui in curijs interuenerunt, ut notat gloss. super Rubrica Codic. quæ sit longa consuetudo, est dicendum appellationem sublatam, quo ad omnem illius effectum. ¶ Sed aliqui uolunt dicere quod mens fori, quæ attendi debet. ff. de excu. tutorum. l. scire oportet. §. oportet, est quod repellatur appellatio, solum ad illum effectum quòd per illam non impediatur executio, quo ast hoc autem, ut de iustitia negotij uideatur, non uideatur inhibita, & hoc dicunt probari ibi, & incontinenti, per iudicem repellitur, & illis non obstantibus continuatur executio &c. quasi dicant quòd ad illum effectum est appellatio repulsa, & sic denegant appellationem, quo ad executionem faciendam sed admittunt quo ad merita discutienda coram superiori. Sed nescio si de iure procedat, quia ex quo est delatum per iudicem etiam ubi appellatio inhibetur ligatæ sunt manus deferentis, ut in capitu. cum appellationibus friuolis, de appella. lib. 6. Sed dicunt quòd non est delatum ad illũ effectum: cogita.

¶SVBSEQVENTER in foro uolumus tamen & prouidemus quòd in casibus subscriptis, aduocatus sindicus, uel procurator, uel pars non incurrat pœnam aliquam in ordinando uel ponendo uel aduocando, rationes, exceptiones, uel impugnationes sequentes.

¶PRIMO si in processu executorio uel in alia instantia iudicij positum fuerit uel allegatum contractum esse falsum, extinctum, redemptum, luitum, uel quittatum, uel non obligatus in contractu dicet se rem obligatam non detinere tali modo quòd contra eum posśit dirigi executio, uel dicet bona per eum detenta non esse obligata, uel dicet se singularem successorem esse, & sic contra eum ut detentorem non posse dirigi mandatum executorium, uel dicet se non hæredem obligari, uel non acceptasse hæreditatem, uel si aliqua uniuersitas ecclesiæ, baroni, milites, uel generosi fecerint aliquã onerationem censualis uel uiolarij. Cuius uirtute sit impetratum mandatum executorium, & cõtra illud instrumentum censualis uel uiolarij, allegabitur nullitas, quia factus sine contractus

sine

sine licentia & auctoritate domini contra forum regis Martini de re censita, & actum curiæ brachio militari concesso per dictum regem, uel si is contra quem est directum mandatum executorium dicet & allegabit quod talis contractus non fuit factus, & sic requiret contractũ exhiberi quòd in talibus casibus quælibet prædictarum exceptionum posit ordinari & poni & allegari incursu pœnæ. ¶ Tamen si prædictæ exceptiones habeant impedire dictas executiones prouidet seruari quòd in principio fori est prædictum &c. Nunc dicamus de singulis exceptionibus reseruatis, quæ sine pœna possunt in iudicio deduci. ¶ Et primo de exceptione falsitatis, & hæc exceptio est semper priuilegiata. & potest usque ad uiginti annos opponi per uiã accusationis C. de falsis. lege quærelam, & de exceptionibus capitu. cum uenerabilis, imo & ibi post sententiam, quia ut ibi nota. reddit iudicium retro nullum. Sed cum morandæ solutionis gratia allegatur, differtur falsi discussio facta executione, ut Codic. de falsis. l. aperte, nisi habeat probationes in promptu, ut ibi notatur, & hoc de iure, de foro autem falsitas haberet probari per instrumentum publicum, uel aliam auctenticam scripturam, ut in pricipio fori. ¶ Sed quomodo per instrumentum publicum poterit probari aliud instrumentum esse falsum? dicit quòd ex eodem instrumento producto ex rasura, & in loco suspecto, ex falso signo, quæ colliguntur ex notatis, in capitu. inter dilectos, de fide instrumento. uel quia aliter est scriptum in protocollo quàm in not. uel extenso, quod de iure esse non debet, quia non plus debet continere instrumentum quam matrix scriptura, in auctent. de tabellionibus, colla. 4. §. finali. Ad hoc nota. per Bald. super Rubrica. C. de fide instrumen. & in lege Sempronius Proculo. ff. de legatis secundo. Vel quia per instrumentum publicum probat se alibi fuisse die confecti contractus, & sic falsus. lege, qui ueluti. C. de falsis. Ad hoc. l. optimam, C. de contrahen. & committen. stipula. ¶ Sed quid si opponatur contra instrumentum aliter gestum, quàm sit scriptum, iuxta notata in capitu. cum Ioannes, de fide instrumen. & in lege secunda. ff. quemadmodum testamenta aperiantur, & in cap. ad audientiam, de præscript. Forte ex inaduertentia tabellionis, erit ne hæc exceptio de reseruatis? certe sic, quia species falsitatis est, ut notat. in dicto capitulo, cum uenerabilis. de except.

¶ ITEM est reseruata exceptio extinctionis, redemptionis, luitionis, & quittamenti. Et hæc quasi sunt synonimę, quia soluendo precium cẽsualis, uirtute instrumenti gratiæ, de quo supra diximus, extinctum est censuale, redemptum, & luitum: quia solutione eius quòd debetur, omnis tollitur obligatio: institu. quibus modis tollitur obligatio, in principio. Et quia reddito precio extinguitur contractus, argum. leg. si à te. Codic. de pactis inter emptorem. ¶ Sed & aliter potest dici extinctus contractus, puta per cancellationem contractus factam animo liberandi, ut in lege prima. ff. de his qui in testamẽto delentur. aliàs regulariter cancellario restringitur ad causam cancellationis. lege, cancellauerat. ff. de his qui in testamento delentur. Et ideo instrumentum cancellatum non meretur executionem, etiam aliàs sit extinctum, & ob aliquam causam habeat reuiuiscere, puta quia errore sit facta cancellatio, & ita sentit Bartol. in lege prima in principio, & §. fina. ff. de his qui in testamento delentur. Et est ratio, quia cancellario tantum operatur quantum sententia, & dicit Bald. quòd est casus qui non reperitur alibi. in l. si præses. C. quomodo & quando iudex, sed illud loquitur in cancellatione actorum, & quando iudex expresit causam cancellationis secundum Baldum ibi. Sed cancellatio instrumenti facta creditori facit præsumi extinctionem contractus, iuxta notata in c. ecclesia, 2. ut lite pendente.

¶ SED PONE quæstionem quam habui de facto, quædam uniuersitas faciebat unum magnum censuale magnæ quantitatis cuidam militi, qui miles partem censualis uendidit tertio. Et quia maior pars censualis restat penes cum retinuit originale instrumentum originalis carricamenti, dato alteri transumpto autentico. Denuo dicta uniuersitas redemit illam maiorem partem censualis ab illo milite, & sic rehabuit instrumentum originalis carricamenti, & fuit in forma cancellatum, ut est moris per rasuram, alter qui emerat dictam partem uirtute instrumenti exemplati, abstracto ab exemplo originalis carricamenti instabat executioni de sibi debitis pensionibus. Nunc quærebatur an posit eo quia exemplum exempli. Et quia originale erat cancellatum, & in posse uniuersitatis. ¶ Ad primum dicebam quòd † exẽ-
p plum [p] exempli non probat, neque fidem facit secundum Richardum Malumbræ, & Cygn. & Bald. in lege sancimus. C. de diuersis rescriptis, allegant. l. fina. C. de fide instrumen. secundum eos. Et uide Dominum Anton. de Butrio in capit. primo, de fide instrumen. ¶ Ad id quod
53 dicitur, † an per redditionem instrumenti, &
q reperto eo cancellato [q] præsumatur liberatio & solutio, dicebam quòd si constabat instrumentum originalis debiti, esse redditum & cancellatom, antequam fieret uenditio partis censualis & nõ erat a dicta causa cancellationis, tunc præsumitur pro debitore, & sic liberatus, ut in foro. Si ei creditore, de pactis, &. ff. de pactis. l. Labeo & in cap. ecclesia sanctæ Mariæ, in 2. & quod ibi notatur, ut lite pendente. Et hoc si debitor probet uoluntate creditoris instrumentum ad se peruenisse, ut notat glo. in. l. quòd debitori. C. de solutionibus, quod intelligit Bald. in lege si post-

postquam.ff.de pact.quòd debeat probare per duos testes, uel forte per famam sufficeret, ut dicit notari in l.secunda.§.primo, de excu.tuto. Et quod redditio instrumenti facta a creditore debitori, animo liberandi, liberationem inducat: probatur, extra. de pactis, capit.cum pridem.C.de remi.pigno. l. creditorem. C.de donat.causa mortis.l.mortis causa.§. titia.Si autē non probetur redditum, sed reperitur cancellatum, tunc recurrendum est ad distinctionē notatam in l.prima. §. sed ne furandi. C.de lati. liber.tollenda, & in l.si chirographum.ff.de prob. & in dicto capit. ecclesiæ sanctæ Mariæ, in 2. & ibi remi. per Dominum Antonium de Butrio. Si autem post uenditionem factam de parte dicti censualis facta fuit redditio instrumenti, & tunc nō uidetur extincta, nisi illa pars quæ erat pœnes tradentem instrumentum, quia tunc expresse non potuisset facere quittationem, uel liberationem, nisi de parte sua, quia plus iuris in eum transferre non poterat, quàm habebat, de iure patrona. cap.quòd autem, & solum ius quod in eo habebat uidetur transtulisse.ff.de lega.primo.l.si domus.§. fundus municipium. Si ergo meritò tacite non uideatur transtulisse ꝙ non habebat. Et idem dico si causa cancellationis appareat, uidelicet quòd pro maiori parte redempta, reddit & cancellat instrumentum.l. cancellauerat, & quòd ibi notatur.ff.de his qui in testamento delentur. Et est alius modus extinctionis contractus censualis, quotiēs res specialiter obligata, deuenit ad dominum cēsual. uel cum successit debitori.C. de pact.l.debitori tuo.ff.de solution.l.stichum.§.aditio.Cod.ad l.fal.l.licet.C.de fideicommiss.l.cum secundum de nego.gest.l.si ab eo.ff.de fideiussoribus.leg.si debitori. Et quando rés obligata peruenit ad dominum censual. fiat extinctio contractus, quia est facta consolidatio utilis cum directo dominio, & sic res sua amodo sibi seruire non potest.ff.de seru.urba.prædiorum leg. iure com-
54 muni. Et sic res sua sibiipsi nequit esse obligata.ff.de regulis iuris l.neque pignus, & lege. ex sextante.§. Latinus largus.ff.de excep. rei iud.

¶SED PONE quæstionem quam habui de facto: erat censuale oneratum super alcarea specialiter, & generaliter sub omnibus bonis domini alcareæ, & cuiusdam militis: per retardationem pensionum alcarea fuit capta in commissum per dominum censualis.denuo pro pēsionibus agebatur contra militem. Miles dicebat censuale esse extinctum per consolidationē utilis, cum directo, uti est dictum, & quia illa obligatio censualis est indiuidua, ut in l.communi diuidundo.ff.communi diuidundo. Et sic merito ex quo in re est extincta sit prorsus sublata.

¶ITEM quia dominus censualis repelli debet ex eo, quia efficaciter non poterat actiones contra conreum cedere, & sic merito repellatur. lege, si stipulatus.§.ex duobus.ff.de fideius. ubi late Bart.ut supra diximus, quòd non possit cedere actiones efficaciter contra conreum, probatur: quia non contra bona quæ erant conrei, & specialiter obligata, cum sit illa obligatio extincta consolidatione.

¶SED IN CONTRARIUM uidebatur, quia ex ipso contractu censuali oritur hypothecaria quo ad rem specialiter obligatam, & hāc concommittatur personalis, ut tenet Bal. in auten.si quas ruinas. Codice de sacrosan. ecclesi. per textum in auten.de non alienan.§.sciētiæ, ergo si deficiat hypothecaria, quo ad rem specialiter obligatam, non deficit personalis, quæ potest exerceri contra personaliter obligatos, qui sunt illi qui ex eorum personali obligatione, ad dandum, uel faciendum tenentur.l. actionum genera.ff.de ac.& obli.& inst.de ac.in principio. Et quòd no.in l.fina.ff.de contrahē. emp.

¶Item quia res deuenit ad dominum censualis ipsa lege contractus, & sic omnium aliorum obligatio est perempta, & contra eam nō teneatur aliquam cedere actionem, argu.ff.de pign.l. lex uectigali. Et sic restat dubia hæc quæstio, q̄ pendet de facto inter parentes meos. Sed quid si dominus censualis succedit uni ex obligatis in censuali, nunquid ex additione erit confusa omnis actio contra conreos alios non uidetur, quia solida actio quemlibet tenet.l.si non singuli.C.si certum petatur, ex ficta omnium numeratione, maximè factis renunciationibus solitis & sic contra alios solide poterit experiri dicens si re uera pecunia uenerit ad defectum, quamuis quo ad dominum omnes sint conrei, tamen quo ad effectum erant fideiussores. Et sic per additionem illius ēt fideiussores liberantur per aditionem.ff.de fideiusso.l. hæres. §. quod si stipulator.

¶Si autem de hoc non constat non poterit solide executare, saltim partem defunctū contingentem, ad quam ipse idem obligat⁹ est & quam conrei, & cum cessione, & sine ea sub illo erant habituri, ut notatur in lege prima.C.de duobus reis, per Bald. Sunt & aliæ exceptiones reseruatæ ex dicto foro, uti est dictum, quando non obligatus in contractu dicit se re obligatā non detinere tali modo quod contra eum possit dirigi executio, uel dicit bona per eum detēta, non esse obligata, uel dicet se singularem successorem esse, & sic contra eum, ut detentorem non posse fieri executionem, uel dicit se nō esse hæredem obligati, uel non acceptasse hæreditatem &c.

¶Sub isto enim uerborum inuolucro, multæ sunt reseruatæ exceptiones.

¶Et primò uideamus de eo qui dicit taliter se non possidere rem quòd contra eum possit dirigi executio. Et pōt poni exemplum in eo qui ex auitino testamento prætendit rem possidere, quam pater hæres in primo gradu non poterat alienare, neque obligare demptis casibus in iure & foro reseruatis, in auten.res quæ.C.communia de legatis, & auctentica, cōtra rogatus quis.C. ad

ad trebell.& in foro si aquel.de hæred. institu.& circa hoc sunt quotidianæ altercationes in regno. Primo quia aliquando est dubium si subiaceãt res obligatæ restitutioni uel ne, & hoc ideo, quia in substitutione non uocauit auus nepotem. Sed apposuit illam clausulam, & si filius meus morietur sine filijs, & euenit casus q̃ fuerunt filij qui dicunt se uocatos iudicio testatoris auitino per l.Lucius.ff.de hæred. institut. licet contrarium ibi dicat glos. & uidetur probari, per.l.filiusfamilias.§.cum quis rogatus. ff. de legatis primo. De quo per Cyn.& Salycetũ. in lege prima C.de conditionibus insertis. Cõmunis tamen schola in hoc regno habet tali casu, filios filiorum non uocatos iudicio auitino, sed in uiam conditionis adiectos, nisi testator adiecerit illam clausulam, & si filij filiorum defecerint sine filijs &c. Quoniam tunc filii filiorũ uidētur uocati iudicio testatoris secundũ theoricam Bart.in l.Centurio.ff. de vulga. & pupill. Ad hoc nota.in l.fisci.ff.de lega.3. Et in l.ab eo. C.de fideicommissis, per Bald. Nam opinionẽ Barto.uidetur approbare isto casu consuetudo in hoc regno, quam utique uidetur mordere dominus meus Ioannes de Imola, in prææallegata. l.Centurio, sed iudicantes in hoc regno, imo regiæ sententiæ amplectuntur opinionem Barto. & sunt pro lege seruandæ.l. fina. C. de legibus, uel si ex aliquibus uerbis præcedentibus, uel subsequentibus deprehendatur nepotes uocatos ad substitutionem.ff.de hæredi.insti.l.qui non militabat.facit de lega.primo.l. licet imperator.

¶ITEM & est dubium quotidie quando heres in primo gradu super re subiecta restitutioni onerauit, & potest detrahere legitimam quia per testamentum non priuatur ab ea. quòd per quæ uerba uideatur priuatus. Vide Barto. in l. Centurio.ff.de vulga.& pupil.& Bald.in l.precibus.C.de impub.& alijs substi. De quo.ff.de lega. 3.l.fideicommissa.§.si quis. Ita & in l.Paulo Calimaco. Et tunc dicit dominus cẽsualis, q̃d licet res sit subiecta restitutioni, tamen heres uẽditor & censualis potuit pro concurrenti qualitate suæ legitimæ, uel trebellianicæ, suo casu alienare, & alienata imputat in suam portionẽ, & bene dicit.ad trebell.l.Marcellus, & in dicto forosi aquel.de hæredi.insti. ¶ Sed est dubium, si forte primitus aliud alienauit, quòd correspõdeat suæ legitimæ, & hæc facti quæstio dirimenda est per inuentaria hæreditaria, & alias legitimas probationes.

¶ITEM POTEST dicere non obligatus, rem possidere obligatam. Non tamen eo modo quòd contra illum possit dirigi executio, uidelicet quando dominus alicuius loci possidet iure domini terras uel possessiones, alicui censuali obligatas, quas emphiteotæ relinquerunt, ut euenit in locis depopulatis, & habui isto anno in facto, in quadam quæstione nobilis auunculi mei, Ianfridi de tous, super quodam censuali onerato per homines d' Orpesa tempore quo erat populatum, & contra eum nunc dirigebatur executio tanquam detentorem terrarum, & possessionum, quæ fuerant quo ad utilitatem uassallorum olim suorum. ¶ Sed dicebam q̃d non erat obligatus: quia ex priori titulo domũ possidebat, & non mutauerat sibi causam possessionis, ex qua noua causa extrinsecus non aduenerat.C.de acquiren.posses. l. cum nemo. ff. eo.l.3.§.illud quoque.&.ff.de usuc.l.non solum §.quòd uulgo, cum similibus. Et ex eadem causa præsumitur possidere, ex quo causa mutatæ possessionis, nou monstratur.l.sicut.§. superuacuum.ff.de quibus modis pig. uel hypo. soluitur Et quòd no.singulariter Bald.in leg. prima C.de dona.ante nuptias. Et unum est ius domini, quòd habet dominus in omni suo territorio, per quod colligit iura domini, aliud dominium quod habet uassallus in re sua quam censuali obligauit, & scribit singulariter dominus meus, dominus Ioannes de Imola, in l. finali.ff. soluto matri.dicens, quòd aliud est ius domini, aliud ius uassallorum, & sic nobilis *pro iure* suo domum possidens, non possidet ut *pro iure* uassalli. Si autem coleret agros, tunc quatenus pro iure domini posset deducere quòd solitus erat recipere, deductis expensis, cætera essent in obligatione censuali, quia illa utilitas erat vassalllorum, & sic censuali obligata. Et dominus iure domini, & primæui stabilimenti, quod communiter fit, ad usum boni laboratoris, & quòd teneantur prædia quæ eis in populatione dantur in condirectum, sic fertilia, & alia non tantum fertilia, ut.l. qui fundos, C.de agro omni deserto, &.l.quicunque &.l.qui vtilia.lib.11. potest si laboratores illa non tenẽt in condirectum, uocatis illis per ædicta alijs stabilire, ut in l.locorum domini.eod.titu. Nam dominus propter censuale obligatum, per suum vassallum non debet suo iure priuari, quod ex tali fundo percipiebat, imo forte tali casu, omne ius censualis euanesceret, ut in l.singulari, lex uectigal. ff.de pig. ¶Et has rationes allegabam pro domino auunculo meo & obtinui, quia pro sua parte fuit pronunciatum.

¶EST ET alia exceptio de reseruatis si dicat reus bona per eum detenta non esse obligata, & hoc ex inspectione originalis carricamenti, & ex illarum confrontationibus cerni potest.ff. de censibus.l. forma censualis. ¶ Item est alia exceptio priuilegiata, cum dicit quis se singularem successorem esse, & sic non posse conueniri, ut detentorem, & est ratio: quia † actio perso-
55 nalis non sequitur fundum.l.prima. §. si hæres, ad trebel. Hypothecaria autem quæ ut diximus nascitur ex tali contractu concernit & de iure & foro possessorem rei specialiter obligatæ, non autem aliarum rerum uenditoris; quia ad *illa* nequit ueniri, nisi per hypothecariam discussis bonis.

bonis.C.de pig.auctẽn.hoc si debitor. ¶ Item est alia exceptio. Non sum hæres. uel non acceptaui hæreditatem, quia quem esse hæredem uel non, ex inspectione testamenti cerni potest, uel si est de illis ad quos proxima linea attingit ut in auctentica, de hæreditatibus, quæ ab intestata. deferuntur. §. primo, & auctentica, in successione. C. de suis & legitimis. ¶ Item aditio hæreditatis probabitur per uerba & facta per hæredem talia, quæ non posint fieri per alium citra ius & nomen hæredis. l. pro hærede. &. l. gerit ff. de acquiren. l. potuit. C. de iure deli. ¶ Sed qs habebit probare aditionem, an hæres, uel dominus censualis agens, quod uidetur per leg. quotiens. ff. de proba. &. l. si uero pro condemnato. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisda. cogantur. Et hanc partem tenet gloss. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. sol. matrimo. quòd creditor habeat probare immisionem, & non hæres sus, ostensionem. ¶ Item hoc probatur. Nam filius non tenetur creditoribus ex quasi contractu, inducto per immisionem iuris ciuilis, sed p suã immixtionem, ut insti. de obli. quæ ex quasi cõtractu. §. etiam. aliàs est. §. hæres autem, ergo antequam se immisceat, non quasi contrahit, ergo non tenetur. ¶ Item hoc probatur, quia in suo actus immisionis est necessarius. ff. de acquiren. hæredi. l. cum bonis. ¶ Item suus redigitur ad instar emancipati per beneficium prætoris, quod habet abstinendi. ff. de lega. primo l. nam neque emancipatus. ¶ Item hoc agitur de onere dicti filij, meritò non habetur pro hærede. ¶ Sed in contrarium uidetur quòd filius suus & necessarius, ipso iure est hæres, ex. l. 12. tabularum. ff. si quis omissa causa testamenti. l. 1. §. qui sunt in potestate. ff. de acquiren. hæredi. l. necessariis. insti. de hæred. quali. & differentia. §. suo. ¶ Item in suo non est dare hæreditatem uacantem, uel iacentem, ut notat gloss. in l. cum hæreditas. C. depositi. ¶ Item inter mortem & immisionem in suo hærede non est dare medium, ita tenet gloss. in lege, si alienum. §. in extraneis. de hæred. institu. ¶ Aduerte si loquimur de hærede extraneo scripto in testamẽto uenienti, dico extraneo ad exclusionem suorũ, & tunc clarum est quòd indiget aditione ad hoc ut posit conueniri, quia ex aditione quasi contrahit. l. apud alienum. ff. ex quibus causis in posses. eatur, & ideò creditor habet probare illum adijsse, & ideo statuitur a iudice tempus ad adeundum hæreditatem infra quod habeat adire, uel repudiare, & ad hoc debet statui tantum tempus de iure, quantum datur a iure, ad bonorum possesionem agnoscendam. Nã prætor extraneis indulget centum dies, descendentibus annum, & illud ædictum habet prætor imitari consimilem dationem concedendo secundum Bartol. in l. si quis instituatur. ff. de hæred. institu. quod dicit probari, in l. 2. ff. de iure deli. & in lege prima. §. largius. ff. de successorio ædicto. quòd dicit menti tenendum quia assessores, in hoc multum errant statuendo minus tempus ad delibe. Et sic dicit notandum quòd si iudex facit aliquem citari ut sciat si uult esse hæres uel non, debet dare tantum tempus quantum datur bonorum possesioni, & non potest minus tempus statuere, ut in præallega. l. Et per hoc dicit quòd mille processus de uastantur & cum eodem errore idem sequitur Barto. in lege prima. ff. de iure deli. & in lege quamdiu. ff. de acquiren. hæred. & interim nil debet attẽtari per creditores, arg. ff. de dila. siue pars, & lege finali. §. donec. ff. de iure deli. Bald. uerò in Rubr. C. de succ. ædicto. dicit glo. tenere contrarium, sed quòd debet implorari auxilium prætoris uiui qui ex æquitate poterit tempora hæredi abbreuiare ad petitionem creditorum. ff. de iure deli. lege prima. Sed dicit q quidam non fatentur hoc, sed dicunt quòd citabitur, si quis vult esse hæres uel bonorum possessor, & defendere bona, & si nemo ad defensionẽ compareat, tunc fiet misio in possesionem ad instantiam creditoris, tanquam in bonis indefensis. Si autem compareat aliquis, cui competeret beneficium ædi, & imploraret illud nõ debet sibi denegari. Nam successores præcipitandi non sunt. ff. de successor. ædicto. l. prima. §. largius. ff. de hæredi. institu. l. si quis instituatur. & de iure deliberan. l. prima & 3. Et quòd ibi per Iacobum de Arena. sed secundum Bald. dici potest quòd terminus abbreuiari potest ad instantiã creditoris, ut ei cui delata est hæreditas, non acceptan. infra terminum curator asignetur hæreditati, qui satisfac fiat creditorib, quorum debitum est liquidum, & qui stet cum eis in iudicio, ut dicit notari in simili C. quando fiscus uel priuatus. lege, si in causam, & l. sequen. Et dicit quòd propterea, non perdit ius succedendi, ut C. de iure deliberan. l. cum antiquioribus, secundum Iacobum Butrigarium.

¶ SED MIRANDVM est de tantis doctoribus qui non aduertunt, quòd Bart. male dixit in eo, quòd dicit, quòd quando est facienda asignatio termini, est asignandus terminus, qui datur in bonorum possesionem, quia tex. nou Codic. dicit contrarium in l. final. §. sed quia quidam. C. de iure delibe. quia a principe est annale tempus indulgendum, ab inferioribus nouem mensium, de quo text. licet sit singular. & unicus in iure, prædicti tamen doctores non aduertunt, & non mirandum, quia est de tenebris iuris ciuilis. ¶ Et aduerte, quia facta asignatione termini ad instantiam creditorum, si hæres expresse non repudiat, habetur pro adeũte, quo ad illos creditores, ad quorum instantiam est facta termini asignatio, argum. ff. de interro. ac. l. de ætate. §. qui tacuit, uersicu. contumax autem, & in l. fina. de quo per Barto. in l. quamdiu. ff. de acquiren. hæred. & per Bald. in l. fin. C. de iure delib. ¶ Has autem ambages forus

rus amputando in foro fina. de iure delibe. statuit quòd hæres præsens in regno Valentię habeat tres menses ad adeundum, uel repudiandum. Et si infra tres menses non est adita, habetur pro repudiata, & reuertitur proximioribus defuncti, si fuerit hæres extra regnum a tēpore manifestationis, & sic a foro currunt tempore ipso foro, & si infra illa adit, habetur pro repudiātē. Et foro habes quod tempus quod datur ad adeundum uel repudiandū, est trium mēsium. Et sic ubi ex clausula iustæ ignorantiæ, iuxta l. fi. C. de præscrip. long. tempo. uel minoris ætatis. uel aliàs iuxta. l. pantonius, de acqu. hær. esset a prætore uiuo statuendus terminus ad adeundā essent tres menses assignandi per forū, ut prætor uiuus imitetur ædictum prætoris mortui. Facit quod no. in d. l. si quis statuatur. ff. de hære. insti. ¶ Sed dubitatur quotidie in regno, an dictus forus habeat locum in substituto hærede? & uidetur quod non, quia durante tempore primi instituti, ille non potest adire, & in euentum ca-
56 sus uel conditionis, & sic a non s uolenti agere
s non currit præscriptio. l. ut perfectius. C. de annali except. ¶ Item quia forus innuit fieri computationem trium mensium a morte defuncti, & est impossibile in substituto, quod habeat adire, antequam habeat certitudinem hæreditatem sibi deferendam.

¶ ITEM quia de hærede loquitur forus, ergo ad alium non extendam. l. si uero. §. de uero. ff. sol. matrimo. maxime in pœnalibus, quia forus est priuatiuus hæreditatis, & sic odiosus, & non ampliandus, in regula, odia. de regu. iuris lib. 6. ¶ Item fideicommissarius hæres directo non est sed utiliter & improprie. l. 1. ff. de fideicō. hæredi. ¶ Sed in contrarium uideretur posse dici: quia substitutus effectu quodammodo hæres est. ff. quod cum eo. l. si filius. §. fina. ¶ Item omnis substitutio est institutio, ut notat gloss. in l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pupil. & in l. in ratione. §. quod vulgo. ff. ad. l. falsi. & in l. Gallus, in principio, & ibi Bart. ff. de liberis & posthu. ¶ Item quia omnis dispositio quæ uerificatur in hærede uerificatur in substituto, ut est casus optimus in l. si plures gradus. ff. de legatis primo. Meritò ergo foralis dispositio habeat locum in substituto. ¶ Item ex quo est eadem ratio idem ius debet esse in uno sicut in alio. ff. ad lege aquil. l. illud, & ex identitate rationis etiam in pœnalibus fit extensio, ut dicit gloss. in capitu. quamquam, de vsuris. libro sexto, & in lege, si quis seruo. Codic. de furtis, de quo in clemen. prima, de rescript. & in capitu. primo de tempo. ordin. libro sexto, cum similibus, quod prosequitur late Mathar. in suo tractatu
t de extensione iuris, ubi uide, usque t huc non uidi istud dubium determinari in regno, & pendet inter magnates, & sum aduocatus unius partis, non curo pro nunc determinare. ¶ REDEAMVS ad propositum, & quid dicendum de iure & hærede suo, de cuius aditione non constat, an habeatur pro hærede, ut statim possit a creditoribus conueniri, etiam citra quòd probent immixtionem creditores, & ut uidisti gloss. in l. cum dotem. §. transgrediamur, dicit quòd creditores habent probare immixtionem. Barto. in lege, necessarijs. ff. de acquiren. hæredita. dicit quòd gloss. ibi, & in lege prima. Codic. si ut se ab hæreditate abstineant, & ibi moderni secundum eum uacillant, & secundum eum ueritas est ista, quòd vtraque opi. potest sustineri. Nam filius de iure ciuili, est hæres nomine & effectu, ut in dict. leg. necessarijs, & in §. sui, institut. de hæredit. quali. & dif. & . ff. si quis omissa causa test. leg. prima §. qui sunt, & de condi. & demon. l. conditionibus, & C. de curatore furio. l. fin. §. fi. & ideò creditoribus tenetur, neque ab isto onere liberatur nisi uelit se abstinere, ut dicit text. in dicto §. sui, oportet enim quòd filij uoluntas probetur & declaretur, ut lege si ita legatum. §. illi si uolet. ff. de legatis primo. ¶ Sed si non appareat de illius uoluntate, dicit quòd in dubio non debet condemnari, sicut enim is qui obligatus est pure, & obligatio illa speratur nouari in conditionis euentum, interim non executatur. ff. si cer. peta. l. si pecuniam, ita est filius licet sit obligatus pure de iure ciuili: quia speratur tolli illa obligatio in conditionis euentum. l. si uoluerit se abstinere, interim conueniri non poterit secundum eum. Bal. uero in l. secunda, Codic. si ut se ab hæreditate abstineant, aliter loquitur. Nam in prin. leg. dicit quòd suus hæres habetur pro hærede, nisi abstineat quantum ad suum commodum, sed non quantum ad suum onus. Nam prætor qui introduxit beneficium, introduxit hoc in fauorem sui, non in eius odiū ita dicit tex. in l. si filius qui patri. ff. de vulg. & pupil. Denuo circa finem legis, circa distinctionem cuiusdā quæstionis præpositæ dicit quòd quando filius litigat ut hæres in iudicio, tūc dicit quòd non est dubium quòd immiscuerit se. ¶ Secundus casus est cum litigauit ut quilibet litis defensor, & tunc simile, & dicit quòd nō est dubium quòd se immiscuit, quia non tāquam hęres litigauit, sed tanquam simplex bonorum defensor. ¶ Alius casus secundum eum, quando non apparet utrūm tanquam hęres uel tanquam simplex defensor defendit iudicium, & iste casus est dubius secundum eum, & dicit quòd Richard. Malumbre consuluit quòd debet haberi pro hęrede, unde dicit quòd illa interrogatio an sit hęres, non est necessaria in suo ar. l. 2. ff. de condi. furtiua. Sed dicit quòd Dyn. tenet contrarium, ut refert Cynus in add. in l. necessarijs, de acquiren. hęred. Si ergo est processū non facta interrogatione, temere processit, arg. ut l. 1. ff. de inter. ac. Ex hoc sequitur secundum Bal. ibi. Et sic ex probatis non potest condemnari, si certa sunt probata, sed non est probata [illegible]

immixtione, ita ex non probatis non potest absolui. Nam defensorio nomine non; quia non comparuit eo nomine: proprio nomine non, quia in eum proprio nomine non cadit obligatio. ¶ Item neque hæreditario nomine, quia nō hæres, non potest ergo fundari absolutio ex defectu principalis obligationis, sed solum ex eo quòd non constat eum hæredem. Allegat simile in lege, si a te. ff. de except. rei iudica. Si ergo postea adeat, uidetur quod poterit conueniri in facto ex causa superuenienti secundum eum. Dic addito foro allegato, quòd si quis conueniat hæredem suum ut hæredem, & non interrogatur, & tunc procedit dictum Baldi, si sumus infra tres menses a foro concessos: quia post habetur pro repudiata hæreditas, & sic similiter neque potest condemnari uel absolui. Ideo bona est cautela ut interrogetur si uult hæres esse uel nō. Si respōdet sic, contra eum indubie, possunt dirigi actiones: quia hæres est, ex quo illius uoluntas declarata est. C. de iure delibe. l. potuit. & quòd no. in lege, gerit. ff. de acquiren. hæredita. Si autem petit ad deliberandum tempus, si est heres scriptus in testamento de quo loquitur forus, habebit tres menses, a morte testatoris, iuxta fori dispositionem. Sed ab intestato habebit locum dispositio. lege finali. §. sed quia quidam. Codic. de iure deli. Sed in hoc regno ex quo princeps non arctatur ad legales dilationes non crederem quòd iudex male faceret si ad arbitrium tempus statueret ut uoluit Baldus in rubrica, de successorio edicto, dum tamen non minus tribus mensibus a morte uel scientia computatis, ut uult forus, statueret, quasi forum in simili casu statutum immittendo. ff. de legibus. lege, non possunt. Et quòd dictus forus loquatur tam in suo quam extraneo herede instituto, probatur, quia indefinite loquitur, non distinguens inter heredes institutos, neque nos distinguamus. ff. de publiciana. lege, deprecatio. ¶ Et hec sufficiant de hac quotidiana materia, in qua si bene ponderes multa pulchra tibi dixi.

¶ NUNC prosequamur intellectum fori, & est alia exceptio a foro reseruata & priuilegiata, uidelicet cum contractus censualis est oneratus supra aliquam uniuersitatem ecclesiæ uel baroni, sine licentia domini eorum: eo quia de foro contractus est nullus, in capitulo penultimo, de re censita regis Martini, & per actum curię brachio militari, concessum per eundem regem, & sic talis nullitas contractus potest allegari, etiam per eosdem uenditores, ut innuunt dicti fori, & hoc in pœnam ementis censuale contra iuris dispositionem, ut leg. quemadmodum. Codic. de agricolis & censitis, libro sexto. ¶ Sed nunquid eadem nullitas erit si uniuersitas sit alicuius ciuis? Et uidetur quòd non, quia hoc in

num singularis prærogatiuæ & priuilegii, concessum est ecclesiasticis & militibus: ergo non sunt a cęteris trahenda in consequentiam. Nam dicit textus, quod temerarium est & indignum aliquem sibi sua auctoritate præsumere, quod Romana ecclesia alicui certa ratione inspecta, singularibus uoluit priuilegijs, uel beneficijs indulgere, extra de priuilegijs, capit. sane, & 16. q. Hoc etiam, & in cap. priuilegium, de regulis iuris, libro sexto. Nam quæ per priuilegium conceduntur, non debent trahi ab alijs in exem-

57 plum, ut ibi. quia † priuilegia communem legem non faciunt. 26. quæstio. 2. capit. non exemplo, de concessione præbendæ. cap. constitutus. de constitu. principum. l. prima. ¶ Sed in

58 contrarium uidetur dici posse. Nam † frustra præcibus impetratur, quod a iure communi conceditur. l. prima. C. de thesauris, libro de-

59 cimo. Sed de iure & ratione nullus † uassallus qui fidelitatem promisit potest se obligare, neque in aliquem iurisdictionem prorogare sine domini licentia secundum glossam auream sic a doctoribus intellectam in feudis, de prohibita feudi alienatione, per Fredericum. §. præterea. quam sic intelligit Bartol. in l. 1. §. post operis. de noui operis nunciationes. Et Bald. in l. si qui ex consensu, de episcopali audié. Cum ergo uassalli ciuium sint eorum uassalli promissa fidelitate, & sic a bonis debitis sine suorum dominorum licentia & auctoritate, nequeunt obligare, maxime se alienis iudicibus submittendo, ut fit in contractibus censualium. ¶ Præterea, & istud uidetur decidere quæstionem. Nam dicit dom. Anto. de But. in c. licet causam, de proba. Nota secundum Hosti. quod homines mei sine meo consensu, non possunt se facere alterius censuales. De quo remittit ad no. de foro compete. c. Verum. ubi not. per dictum Host. & per dominum Ant. quod uassallus in præiudicium domini, neque quo ad proprietatem, neq; possessionem potest alium cognoscere, neq; se domino subtrahere secundum eos.

¶ ADVERTE quia isto sero ego loquar tibi subtiliter, & truncate. Nullus uassallus regius, baronis, militis, ecclesiæ, uel cuiuslibet ciuis in præiudicium dominorum & iuris ad dominos pertinen. potest contractum facere sine sui licentia domini. Ad hoc quod eleganter scribit Bald. in l. debitorum pactionibus. C. de pact. ubi dicit quòd subditi non possunt facere ligam, uel contractum aliquem in prejudicium eorum superiorum, qui ipsorum est nimirum creditor. s. dominus. Sed in proprium præiudicium ipsorum bene possunt facere pacta & cōfœderationes secundum eum, & dixit se dixisse in. l. si qui ex consensu. de episcopali audien. Et allegat ibi, quod not. Archid. 9. quæstio. 3. conquæstus. Nam si ex illorum contractu ius domini læditur, uel ei iura sua non

 soluuntur

soluuntur libere, bona & terras uassalli capit dominus, & alijs stabilit, ut in lege, omnium prædiorum. C. de omni agro deserto. Imo illis captis per dominũ ex dicta causa omne ius hypothecæ, & obligationis euacuatum est, quo ad domini præiudicium, ut in l. lex vectigali. ff. de pigno. ¶ Si autẽ dominus in tali contractu pręstitit suam auctoritatem, tunc saluo sibi iure, cęteræ utilitates ueniunt in obligatione cẽsualis, & istud est singulare, si intelligas ad quid tibi potest seruire, quibus addas l. fin. C. de uend. rerum ciuitatis lib. 11. Et tu aduocate fisci teneas dictum Bald. supra allegatum ad memoriã, pro iure regio conseruando, in uniuersitatibus quæ ex illorum contractibus sunt deductæ, & non plus de hac materia, quia periculosa est, & magis in illa dare doctrinas certas, ideo non curo magis insistere. ¶ Et secundũ hæc quæ proxime dixi est differentia inter uniuersitates ecclesiæ & militum: quia ipsę ipso contractu sunt nulli contractus de foro. Et uniuersitates regiæ & ciuium, quia isti quatenus derogatur iuri dominorum rescinduntur contractus, ut uidisti, & nunquam quæ tibi dixi sic ab alio audiuisti si bene ponderes.

¶ EST ET alia exceptio de reseruatis, cũ reus negat contractum, factum & petit æditionem instrumenti in mandato executorio uanato. Et est iustum, nam cum mandatum executourim

60 in illo suscipiat fundamentum. Nam † aliàs ab

x ˣ executione non est incipiendum. l. 1. C. de excep. rei iudicatæ, merito debet ædi ante litem contestatam, uel aliquem actum qui habeatur pro litis contestatione, ut est primus actus qui fit in iudicio secundum glossam in capitu. primo, de elec. libro. 6. ¶ Et talis debet fieri æditio, ut saluum sit ius in deliberatorijs reo, ut notatur. ff. de rei uendica. l. si in rem agat quis, unde dicit Specu. in titulo de instrumentio æditio. §. nunc dicamus, uersicu. quid si quis in libello, uel positione facit mentionem de aliquo instrumento suo non alterius, quod iudex ex officio suo facit illud exhiberi, etiam ante litem contestatam, uel ante aduersarii responsionem. Argumen. ff. de ædendo, lege finali. Nam sine illius inspectione, non potest plene deliberare respondens. Argumen. ff. de æcendo l. 1. in principio secundum eum, quem uide ibi latè. ¶ Sed dices, Nonne sufficit productio iam facta iudici ante emanationem mandati executorii, uel eius curiæ? Dic quod non, quia demonstratio fit notariis curiæ, a principio, cum emanant mandata executiua, & sic ex illis non potest sumi probatio, quia de actis probatoriis est facienda æditio indictis pręsenti, ut notat Baldus, in leg. is apud quem. ff. de ędendo, & in auctentica, quę supplicatio. Codic. de precibus. Allegat leg. instar. de iure fisci, libro decimo leg. in fraudem. §. quotiens. ff. de iure fisci. Et posito quòd iudici esset facta fides, esset facienda æditio parti, etiam post litem contestatam. Nam acta producta ante litem contestatam, uel primum actum qui habetur pro lite contestata. ut est dictum, non probant, ut dicit Fredericus in quodam suo consilio. Et sequitur eum Dominus Antonius de Butrio, in capitulo primo de probatio, & Mathal. suo notabili quadragesimoprimo. ¶ Sequitur in foro quòd dispositio dicti fori non habeat locum in executionibus contractuum censualium, quorum pensiones non fuerunt solutę, uel petitę a decennio citra tempora ęditionis fororum.

¶ ITEM QVOD FORVS solum habeat locum in habitantibus in regno: quia habent censualia uel uiolaria. Ex cuius fine fori uidetur inductum nouum genus pręscriptionis, ut censualia quę non fuerũt decennio exacta, uel pensiones solutę, non possent amodo exigi.

¶ SED IN contrarium uidetur: quia personali actioni, quæ nascitur ex contractu ad exigendas pensiones non præscribitur, nisi triginta annis de foro, ut in foro, si creditor. De præscript. & est uerum, quia forus hic non intendit præscriptionem introducere. Sed non in tantum priuilgiare illorum executiones illorum censualium, quorum pensiones tanto tempore non sunt exactæ, in præscriptionibus uerò seruandum est quod in aliis foris est ordinatũ. Nam quòd non mutatur quare stare prohibetur. de appella. l. præcipimus. in fine, cum

61 simi. † Sed ʸ nunquid si infra triginta annos

y non fuit soluta uel exacta pensio, erit præscriptum contractui censuali, & omnibus pensionibus præteritis, uel solum erat præscripta pensio primi anni, a quo iam triginta anni effluxerunt. Dic quòd si teneas opinionem quod ex contractu censualis nascatur hypothecaria, ipsam rem specialiter obligatam per triginta annos solum est præscriptum personali, ut in dicto foro si creditor, de præscript. & in lege, sicut. de prescript. triginta uel quadraginta annorum. Sed hypothecaria restat, ut in lege si intelligere. C. de luitione pignorum, cum illa duret quadraginta annis, ut Codic. de præscript. triginta annorum. lege, cum notissimis, & lege secunda Codic. de constitu. pecunia. Et quod ex tali contractu nascatur hypothecaria uidetur tenere Bald. in authen. si quas. Codi. de sacrosan. eccle. & sic ad tollendum tale ius hypothecæ quo ad rem esset necessaria quadraginta annorum præscriptio, & illa hypothecaria post triginta annos, stat sola siue personali, & potest exercere contra quemcunque possessorem, etiam quod creditor sui negligentia non possit cedere personalẽ, q̃ præscriptione triginta annorum amisit, & tali casu nõ repellitur exceptione cedendarũ secundum Iacobum de Arena, in lege, intelligere. de luitione pign. Codic. quæ multum l. stichum. §. si creditor. ff. de solutio. & quod notat Barto. in l. si stipulatus

pulatus. A. duobus. ff. de fideiuss. ¶ Sed restat uidere an præscriptio per triginta annos quo ad personaliter obligatos in censuali, uel. 40. quo ad eos, qui ex rei possessione hypothecaria tenentur sit præscriptum omnibus pensionibus, uel solũ illis qui sunt ultra metam præscriptionis, & uidetur quòd non sit præscriptum omnibus, quia istæ pensiones sunt annuæ, & debentur ex stipulatu, & sic quælibet habet suã actionem, cui est necessarium præscribi, ut in l. uulgata, cum notissimi. §. in ijs. C. de præscrip. 30. uel 40. annorum, & opin. Marti. ibi dicit. Sed dic cõtra, quòd lapso tempore 30. uel 40. annorum, secundum differentiam supra proximam, & sic præscripto principali contractu præscriptum est omnibus pensionibus censual. quæ sunt fructus pendentes, ex quo non sunt exactæ ut tenet Bald. in feud. de pace tenenda. Et sic merito præscriptum est illatum exactioni præscripto principali contractu, ut est casus formatus in lege. eos Codic. de usuris. in princip. Neque obstat quòd dicit Martin. quòd ibi odio usurarum, quia idem in fauorabili quod sunt fructus sic sunt uti dixi, pensiones censualium quæ iure subsistere nequeunt, neque peti sublato principali contractu præscriptione, ac si solutio de omnibus esset facta, ut in lege, si pupillus. ff. de administ. tuto. ¶ Neque obstat prædicta lex, notissimi. §. in ijs quia loquitur in annuis obligationibus, quæ ueniunt principaliter propter se in nostra quæstione loquimur de accessorijs
62 quæ ueniunt primæui contractus. Merito † sublato principali, tollitur accessorium. Et hoc sentit Baldus in dicta lege eos, uel melius posses dicere quòd in nostra quæstione, illæ pensiones debentur ex natura primæui contractus. Et quãuis sit stipulatio adiecta, illa est una, lege. stichum. §. stipulati. ff. de uerborum obligation. & sic una præscriptio. ¶ Item cum omnis actio sit sublata, tam personalis quàm hypothecaria præscriptione, quomodo sine actione experietur, contra leg. si pupilli. §. uideamus ff. de nego. gest Neque potest dari actio ad fructus uel pensiones præscripto principali contractu, ut in dicta lege, eos. Et sic apparet hanc exceptionem præscriptionis esse etiam de priuileg. licet expresse in foro non dicatur cum per præscriptionem sit contractus extinctus,
63 ut uidisti, quia † similis est soluenti præscribens, ut in dicta lege, si pupillus. ff. de administra. tuto. & tollatur omnis actio, ut uidisti, imo ciuilis & naturalis obligatio saltim effectu, ut notatur in lege finali, Codice, rem ratam haberi, & in auten. nisi tricennal. Codice de bonis maternis, per Bald. imo hæc exceptio præscriptionis si de ea clare constet ut puta per lapsum temporis inspecto calendario obligationis, non solum potest opponi in uiam exceptionis, tanquam extincto contractu, sed & impedit litis ingressum, ut notat Bartolus in lege finali, ff. pro suo. Quæ autem exceptiones uideantur reseruatæ, etiam quòd a statutis exceptiones repellantur, non curo hic latè discurrere, quia non est de nostra materia. Si uis scire uide Bartol. in lege prima. ff. quod ui aut clam. uide Cynum & alios, in lege, ita nobis pudor. C. de adulte. latè per Dominum Antonium de Butrio, in capitulo, cum quis, de restitu. spolia, ubi ad saturitatem tu potes uidere. ¶ Vnum restat mihi dicere quod habeo in facto in causa propria, cum haberem censuale oneratum, super certa obligatione, & generaliter super omnibus bonis: quia specialis obligatio erat modici ualoris, fuit per me per pensiones mihi debitas executa. ¶ Demum ueni ad executionem cuiusdam horti qui erat in generali obligatione. Tandem fuit mihi per curiam datum in solutum pro certa quantitate liberum & francum, & sic per aliqua tempora possedi, & discussi principales obligationes. Tandem pro tempora repertum est super illo horto esse oneratum quoddam censuale post meum, & sic post meam obligationem & hypothecam, allegaui quod non eram talis detentor quod contra me posset fieri executio, quia non emeram cum illo onere, & sic per forum regis Martini, res meæ non erant obligatæ censuali specialiter super horto onerato. ¶ Sed replicabatur, quia poterat ipsa res obligata ex eodem foro executari. Sed dicebam quòd hanc executionem poteram impedire ex priori mea hypotheca, & ex quo ex illa me in possessionem reperiebam docto statim de iure meo per prioritatem hipothecæ in illa sum tuẽdus possessione. Ad hoc quod notat. Specul. in titulo de contumacia. §. sequitur, uersiculo, sed pone quod conuenit. & refert Bar. in lege tertia. §. genera ff. de acquiren. possess. ubi dicit quòd si creditor est missus in hipothecata re in possessionem, non auditur debitor de possessione, si creditor est paratus ad hipothecaria statim docere, & sic non habet locum, lex, si quis empt. §. penul. C. de præscript. 30. annorum. De quo late per Dominum Antonium de Butrio, in capi quoniam. §. in aliis, ut lite non contesta. Neque obstat si dicat dominus censualis quòd per operationem sui censualis est effectus dominus directus specialis obligationis, & sic quòd per hipothecariam illam habebam ab eo cuocare, quia dicebam quòd statim constat de mea hipotheca per inspectionem mei instrumenti, & quia ex quo est facta discussio per curiam, notoriè locus est hipothecariæ, iuxta no. in lege, decem. de uerborum obligation. & in lege finali. ff. si certum peta. Merito ut circuitus euitetur, dabitur priori retentio, quia etiã per hypothecariam similiter rem euinceret. Ad hoc. ff. de condi. inde. dominus testamento. quod ibi Bart. in l. cum fundus. §. seruum tuum imprudens. ff. si certa. petat. Maxime quia

res iudica. sententia in solutum, certa quantitates mihi debita data erat, & sic sententia iũcta prioritati meæ hipothecæ operatur, ut res à me auferri non posit. ff. qui potiores in pign. habe. l. si & iure, iunct. l. creditor. eodem titulo. Et ad id quod dixi quòd erat notorium de iure meæ hipothecę. Bene facit tex. in l. ex empto. §. emptorem. ff. de acti. empt. & ista allegabam pro mei parte, nescio quem finem habebit. Et quia in causa propria nolo determinare, suspitionis ratio patet. ¶ Vltimo ergo forus nõ vult locum habere in extraneis extra regnum, sed in solis Valentinis qui habent censualia; quia ex quo non contribuebant in donatiuo curiæ, sed soli Valentini, iustum erat quòd illi solum commodum sentirent, qui erant in damno donatiui participes, ut in regula iur. qui sentit onus, cum concordant. in gloss. allegat. & hæc sufficiãt, credo quòd fui prolixus, sed utilis. ¶ Scias tamen quòd expost fuit facta per dominum regem pragmatica, & censualia fuerunt multum priuilegiata, ut audio: quia illam non uidi: quid tibi dicam, nisi quòd serues mandata, & non errabis, & omnia priuilegia censualium sunt extensa ad instrumenta debiti, cum responsione interesse iuxta materiam. le. curabit, de actio. empt. C. Et sic isti contractus sunt adæquati, materiam uide in l. omnia. C. de episcopis & clericis.

¶ AD QVARTVM an posint aliquo casu alongari. Et certè plures foros & actus curiæ habes quod non. Et singulariter habes forum factum ex capit. Cathaloniæ, quòd etiam prætextu hostilitatis non possunt alongari, neque supersederi, & nouisime est confirmatum per actum curiæ, in curia celebrata per regem Nauarræ, locumtenen. Sed quòd rigidæ sint executiones, sed frustra iura conduntur, nisi sint qui ea tueantur: quia hodie sunt plura super sedimenta facta, quia iudices nolunt facere executiones. istud quod sit grauamen non est dubium, quia tarditas iustitiæ, ut plenè supra uidisti. Sed uidi dubitari de eo quod pridie faciebat baiulus generalis, qui non permittebat executionem fieri de censualibus oneratis, super loco de capdz, a tempore belli: & tempore quo fuerunt in dominio castellanorum prætendens, quod si ab eo tempore fieret executio, sequeretur loci depopulatio, in damnum iurium regiorum. quo ad hoc uide, quæ supra tibi tetigi proximo uersiculo. ubi hanc materiam truncatè examinaui. Alia etiam possent dici, quæ subtaceo ex causa. Et hæc sufficiant in hac materia censualium, quàm non uidi vnquam ita examinatam. Laus sit domino a quo omnia procedunt.

CAMILLI BORRELLI

ADDITIO.

a ¶ OMNIS usura est superabundantia] plures usuræ à Doctoribus traduntur diffinitiones. uide ex Alberico, Iulium clarum. in §. usura. Dominicum de Soto. de iusti. & iur. lib. 6. q. 1. articul. 1. & 2. & Petrum Foller. in Praxi Censual. §. Nicolaus episcopus, num. 26. Ioann. Sotteallum in summa Pontificalium. §. usura. latissimè & per Alfonsum Aluarez in Specu. capit. 67. per totum. & est text. in c. Vsura. 14. q. 3. aliam etiam usuræ diffinitionem tradidit Thomas. in qq. de Malo. q. 13. articu. 4. & complures & Ioannes Aquilanus sermone quadragesimali. 37.

b ¶ VSVRA non committitur nisi in mutuo] Non solũ in mutuo, sed in alijs etiam rebus, & contractibus fit usura licet secretò, palliatè, & sub inuolucro uerborum, ut dicunt supra notati, & signanter Alfonsus Aluarez. Dominicus de soto. Ioannes Aquilanus. sed uideri etiam poterit Marcus Mantua in Dialog. De narrat. 4. class. 6.

c ¶ DECEPTIONEM dum non ultra dimidiam] quinimo & iura etiam decepto intra ac citra dimidiam succurrunt censentque ut precium suppleatur. c. per tuas. ubi glo. Panor. & Ioan. de Imol. extra de Donat. Franc. Marcus decis. Delphina 467. num. 7. uol. primo. & aliquid ad materiam per Anchara. in c. peccatum. nu. 21. de Regul. iur. in 6. Sed uidendus est Arius Pinellus in Rep. l. 2. parte. 2. cap. 2. nũ. 34. & 35. C. de rescind. uend.

d ¶ CONSVETVDO dat robur contractui] licet regulare sit consuetudinem dare robur contractui, nõ tamen censerẽ contractum huiusmodi censualium, ex eo solo, sine alijs rationibus, iuribus, & causis, ualere, quod consuetudine fuerit seruari solitus, quia consuetudo peccati nutritiua, inductiua, uel causatiua non attenditur. ar gu. cap. erit autem lex. Distinctio n. 4. & in c. 1. de consuetud. Nec quæuis consuetudo aliquem excusat à simonia. ut in c. Non satis. extra de Simon. esset enim talis etiam consuetudo simoniaca. Panor. in c. proposuisti. extra de consecratio. Eccles. uel Altar. Francisc. Marchus in decisio. Delphin. 988. num. 8. uol. primo. similiter nequaquã Valida est cõsuetudo quòd moniales pro libito egrediãtur de Monasterio. Dominic. de sancto Gemin. in c. 1. de statu Regul. lib. 6. Marchus in decisio. 958. eo. uolum. primo. ex quibus arbitrarer solam consuetudinem non sufficere ut dixi.

e ¶ SEMPER lex noua trahitur ad præterita] Articulus iste difficile est, & subtilis, ut nonnulla statuta intelligi possunt ex eius declaratione, ipsum tamen tractauit perfectè Sebastian. Medices in tract. de legib. & statut. parte. 4. q. 35. per totum. ubi me remitto.

f ¶ CVM modificatione quòd si habet iustas rationes] An talis sententia dicatur conditionalis, uel pura? dicendum breuiter, quicquid dicant Doctores se inuoluentes quòd pendente probatione dicitur conditionalis, & donec conditio non fuerit uerificata operabitur quod talis sententia manet in suspecto, nec mæretur exequutionem aliquam, si tamen in termino in sententia præfixo probauerit, uel non probauerit, sententia dicitur resoluta, & pura, & tunc demum de eius exequutione tractabitur. Ita Socin. in consi. 94. nu. 3. ubi dicit quòd sententia absolutoria prolata, cum reseruatione quòd si ꝓbabitur error in quodam libro, posset actor iterum petere, dicitur pura, & facta probatione dicetur resolut. sequitur Thomas Grammat. in deci. in cap. 58. nu. 10. Vdalricus Zasi. in l. à diuo pio. §. in uenditione, num. 40. ff. de rè iudicat. Sed tamen ad materiam plenius quàm alibi uideas Octauian. Cacheran. deci. pedemont. 145. per totum, & in deci. 146. & ibi ad saturitatem.

g ¶INSTRVMENTVM CONDITIONALE NON MOERETVR EXECVTIONEM] Instrumētum continēs debitum conditionale, exequitur purificata cōditione ad formā instrumētorum guarētigiæ, ad formā ut dicimus in hoc Regno Ritus Magnæ curiæ Vicar.arg: notat.per Sal.Aretin.Alex.Iasō.Socin.Anton. de Alex & Rip.in l.In illa.ff.de uerb.oblig.& per Iasin l.fi.§.1. ff.de uulg.& pupill.Aretin.& Claud.de Seisello in l.si mihi,& tibi.§.1.ff.de leg.1.Dum tamen liquidatio fit prius facta Alexan.in consi.119.Viso.uol.1.& in consi.90.Viso.uol. 3.& in consi.20.Viso.Vol.6.Corn.in consi. 136. Videtur uol.1.Deci.in consil.46.consideratis,& in consi. 107.In causa.Anton.Capic.in Decision.Neap.48. In causa Bernardin.Pand.in commentar.Ritus de exeq.Instrum. parte.3.Declaratio.9.num.21.& 21.Marin.Freccia in Tract. de præsentat.instrumentor.parte.8.q.1.nu. 11. & ego dixi in Regia Aragonam.§.gloss.num.ubi me remicto.

h ¶ET ITA ETIAM VVLT FORVS] Ego salua opinione Doctorum Hispanorum, qui melius sciunt uim legum Hispanicarum, & earum obseruantiam: ad huius leges fori intellectum posset dici quòd cum statutum, & lex ipsa fori dicat ꝙ probatio contra exequutionem instrumenti fiat per instrumentum,& scripturā, quòd isto casu admitteretur etiam probatio per testes. argu.l. in exercendis.C. de fide instru. ita distinguendo concludit Nicolaus Bellonus in consi. 22. iuxta præcedens per totum & in fin. Sed ad materiam uideas Felin. & Philipp.Deci.in capi.2. extra de probatio.Bernardin. Pand.in tract.de exeq.instrument.parte 4. Declarat. 10. nu.71.& diligentius tractantem Chacheran.in decisi.Pedemontana. 52.in q.num.7.& seq.

i ¶QVAE INFRA TRIDVVM] De trium dierum dilatione, ad probandum quid incontinenti fieri dicatur.Voluit Bald.in consi.157.Visis uol.2.quod. plures inducens opiniones,in materia purgationis moræ, quando dicatur incontinenti purgari.Retulit Iacob.Menoch. de Arbitrar.iud. quæstion.lib. 2. Centur. primo casu.7. nu.8.& latius per Octauian.Cacheran.in deci.Pedemontan.71. in processu. per totum.

k ¶POTEST EXCIPI POST TRINAM SENTENTIAM] An possit impediri executio trium sententiarum conformium prætextu nullitatum oppositarum; cōmnnis Doctorum conclusio est, ꝙ si nullitas opposita resultat ex eisdem actis, & incontinenti ꝙ impeditur exequutio triū sentētiarū conformiū. ut nōnullos allegans uoluit Anton.Gabrielus.lib.2.tit:de excep. conclu.4.Ioan.Franc.Ripa.in l.4.§.condemnatum.nu. 30.ff, de re iud.Dominus Didacus Couarru.practic.quest.cap. 25.nu.7.Ioan.Heuizan.consi.56.nu.4.M.Anton.Natta.in consi.502.nu.7.uol.3.& post eos Menochius. de Arbitr. Iud.quæst.lib.2.centur.pri.casu.9.nu. 3. Vltra illos Sebastian.Vant.in tract.nullitatum titul.Quot. & intra quod. sub nu.3.& 4.Octauian.Vesti.in praxi.tit.de nullita. Frā. Herculan.in tract.de attentatis appel.pend.c.23. sub nu. 8.Quintilian.Mandos in tract.Inhib.q.29.nu.1. cum pluribus seq.Hierony.Gratus in consi.72.col.2.uol. 2. Grauatius ad Vestrium.lib.4 c.4.& Emanuel Zuarez. in thesauro recep.in uersi.sententia,nu. 73.cum pluribus sequ. ¶Declarat autem duobus modis Anton.Gabriel ubi supra.primo dum tamen pars nullitates allegans præueniat ante executionem,quia aliàs non impediretur exequutio.allegat Socin.in consi.78.col.1.uolu.3. ¶Secundo quando tempus esset præfixum ad opponendas nullitates,& lapsum esset, quia tunc post terminum non audiretur ad impediendum.Alexan.in consil.105. columnn.2, uolum.5.Socin.in consi.121.Volum.3. Lud. Gozadin. in consi.103.num.9.Sed non est locus hic tractandi materiam cum alio loco tractauerim latè,Gasp.Caball.ad cōsil. Butr. 18.

l ¶DE restitutione in integrum postulata] fusissime tractat hanc quæstionem Didacus Couarr.pract. quæstion. cap. 25.nu.7.an & quando Restitutio in integrum postulata impediat executionem, & an impediat exequutionem trium sententiarum conformiter latarum. ante eum Capella.Tholos.in Decis.54.& Iacob. Menoch.de Arbitrar.Iud.quæst.lib.2. Centur.pri.casu.9. nu.3. ubi uidendum est.

m ¶VT exceptio falsi] exceptio falsi impedit exequutionem instrumenti guarentigiati,uel ad formā ritus(ut dicimus in Reg.) dū tñ in ꝓptu appareat.Philip. dec.in c.ex parte.2.col.3.de offi.deleg.Hieron.Cagn. in l.in testamentis nu. 11.ff.de reg.iur.And.Barbat.in consi.42.omnipotente.col.pen.uol.1.And.Tiraquell.in tract.Retract. consanguin.§.1. gloss. 20.nu.11.Bened. Barz.in Tract. de instrumen.Guarentig.parte.3.q.9.Grammatic. in consil. cinil.66.quia colū.2.Iason.in l.Ait prætor.§.Iurati. ff.de Iureiuran.Pand.de instrumen. exeq.parte.5.declarat.20. num.36.

n ¶CVIVS signum] signi insculptio à notario in Instrumento apponi est de solemnitate,aliàs esset nullū.Felin. & Dec.in c.1.extra de probat.Idē Felin.in c.cū p. Tabellio.col.2.de fid.instrum.Philip. Deci. in consi.36. Circa uol.pr.Cagn.in proæmio digest. in princ. Tho. Gramm. in Decis.106.In causa nu. 18.& 27.Nicol.Boer.in Decis. 37.uol.1.& Marinus Freccia(si is est)in tract.de præsent. instrum parte 1.nu.12. Quæ omnia in Reg præsertim uēdicant sibi locum in instrumento, quod reassumitur in forma probante in charta mēbrana secus in protocollis, & scheda notariorum, quia in scheda conseruantur sine tali solēnitate.quod aduertit etiā Paris de Puteo in trac. de Reassumption.instrum.Rub.18.nu.34.& 35.quem nouissimè refert Gargiareus Patrocin.27 num.31.

o DE exceptione compensationis] An compensationis exceptio præpediat instrumēti guarētigiati exequutionē cōtrouersū est inter Doctores,præsertim ubi in instr. interuenit iuramentū, renūtiatumq; fuerit exceptioni cōpensationis.Vide Bal.in cōsi.317.uol.3.Angel. in cōsil. 137.qui Iā.Alexā.in cōsi.12.uol.2.Steph.Bertrand in consil.289.tria col.1.uol.2.And.Tiraq. de Retract. cōsangu. §.3.gloss.3.nu.6.Matth.de Afflict.in Decis. Neapol. 163. Die. & in decis.121.Fuit.& in decisi.381.Anton. Capic.in decisi.167.In causa. Steph.Aufrer.in decisi. Capel. Tholos prima & in decisi. 139 Socin. in lege,Iulianus.colū. penul.ff.de cond.ei damon.Pand. in Commenta. Ritus de exeq.instrumen.parte 5.Declarat 12.per totum. Freccia(licet ipse non sit)in tract.de præsent.instrumen. partē.17.per totum.M.Anto.Natta in consi. 54.uolu.primo Octauian.Cacheran.in decis.Pedemontan.92.per totum & plenius per Franciscum Bursatum in consil. 106. per totum, uel primo.

p ¶EXEMPLVM exempli] An & quando probet exemplum exempli, communiter ac regulariter non probat,secus uero si fuerit sumptū iudicis authoritate, parte consentiente,uel contradicente,& reiecta,ut concludit Philipp.Deci.in dicta auct.siquis in aliquo nu. 50.C. de edend.ubi Bal.& uidendus est Alexan.in consil. 138. uolu.pri.Corn.in consi.24.uol.4.Card.in c.Albericus.extra de testib.Ferrant.Gargiar. Patrocin.24. nu.12. & patrocin.32.nu.2.

q ¶EO cancellato] An per cancellationē instrumēti præsumatur debiti solutio,aut liberatio,& an uerba in margine instr.scripta per notariū,quæ dicūt cassū, & cācellatū de uolūtate partiū ꝓbēt,ꝗa hoc cotidie accidit? Vide plene per Frā.Marcū in dec.Delph.743.ꝑ totū uol.1.

r ¶L. fin.§.sed quia quidam ] aliàs est.§.Et hæc qdē de iis ad cuius textus intellectū uide et And. Tiraquell.in Rep. l.Boues.§.Hoc sermone nu.F37.ff.de uerb signifi.

s ¶NON VALENTI AGERE NON CVRRIT

PRAESCRIPTIO] ista Regula notatur in l.1.C. de Annal.except.& in 1.fin.C.eo.tit.ubi dicitur quòd nõ currit præscriptio agere non ualenti. Quam Regulam limita quando quis sua culpa impedimentum causaret. ut uoluit Iudo.Roman.in consil.9.quòd pars.num.1.& Marc.Mantua classe.14.Dialog.De narr.35.nu.2.Iacob. Nouell.in Regul.Post Duen.159.nu.26.& Videndus est Philipp.Corn.in Consil.95.lettera se Volu.4.Panor.Felin.& Paris.in c.ex transmissa.extra de Præscript. Idem Parisi.in consi.104.num.147.Volum.primo.& Laurent. Calcan.in consil.6.col.7.Roland.à Valle in consi.79.nume.28.Vol.primo.Nicol.Bellon.in cõsi.1.nu.13.Balbus in Tract.Præscrip.rer.immob nu.42.

t ¶VSQVE NVNC NON VIDDI istud dubium] salua opinione rectius sentiẽtis cẽserẽ obiectã.l.dicti fori.habere locũ nõ posse in substituto, per regulã ꝙ hæres hæredis,& sic substitutus nullam potest habere notitiã,& cõsequenter terminus ei nõ currat nisi a die euentus cõditionis, siue substitutionis maxime fideicõmissariæ.pro quo faciunt notoriè dicta per Corn.in cõsi.127. licet.per totum ferè.vol.1.Nouell.post Duennã.licet corruptè allegauerit quãdã.Reg.159.n.96.& latè Octauia. Cacheran.in Decis.Pedem.177.per totum.

u ¶ IVRISDICTIONEM PROROGARE] Quod uassalli in præiudiciũ domini Iurisdictionis non possint iurisdictionẽ prorogare tenuerũt cõmuniter Doctores in d.c.Imperialẽ.§.Præterea inter duos.de Prohi.feud.alien.per Feder.de qua ẽt quæst.latè Matt.de afflic. in d.§.Præterea inter duos.nu.9.usque ad num.16.Port. consil.105.num.16.Vol.3.

x ¶AB EXECVTIONE NON EST INCIPIENDVM] & ideo situati sunt 1.Tituli de Re Iudicata, et post modũ de exequutionibus.Quã Regulã pone,& declara,ac limita ut ꝑ Ioã.Corar.lib.Miscell.1.c.16.ꝑ totũ

y ¶SED NVNQVID SI INFRA XXX. ANNOS] Ista quæstio an per lapsũ tẽporis 30 annorum censeatur præscriptũ contractui censuali,& oĩbus pẽsionibus præteritis?quicquid concludat Belluga hic, dicendũ ꝙ aut loquimur in præscribendo censũ,& tributũ debitũ principi, quæ dãtur in signũ supremi dominij,& ista sunt im ꝑ præscriptibilia ut census, & tributa.l.cõperit.C.de præscrip.30.ann.& uoluit Bal.in l.sicut.col.fi.C.eo.tit.Iudo. Roman.in cõsi.252.Pro decisione.nu.1.cũ allegatis per Bernardi Alphan.collect.iuris.406.& diffusius per Nicola.Boer.in Decis.Burdeg.264.nu.19.cum pluribus seq. Volu.1.ubi amplissimè tractauit, quid in reseruatis Principi in signũ singularis Priuilegii,ut Creare Tabelliones legitimare spurios.& similia, & in his dicit currere præscriptionẽ sciente,& patiente superiore,ut in c.sup quibusdã.§.præterea.de uerb.sig.Panor.in cõsi.18.colum.fi. uol.1.& illud procedit nõ solũ sciente Principe, sed ẽt scientibus eius officiarijs,uel alijs uidentibus, & nõ contradicentibus.¶Quid in alijs iam fisco incorporatis, & quid in destinatis ad publicũ usum?latè idem Boer. in dicta q per totũ,¶ Aut quæritur in censibus debitis pẽrsonis priuatis, & eo casu datur sine dubio præscriptio, quinimmò ẽt contra Principem, quando nõ sunt de his tributis ut dixi,concernentibus supremã principis, eiusque dominii potestatem.ut plenè tractat Bar.de Cassen. in Consuet.Burgun.tit.des Censes.Rub.11.§.2.nu.33.& diffusius tractauit Petr.Foller.in Pract.Censuali.§. Huiusmodi censualia super rebus, nu.92.ubi plenissime dicit ẽt quæst.quãdo cẽsus deberetur ex contractu,& oĩa concernẽtia ad materiã.ubi uidẽdũ est, quia tractat de cẽsu debito ex ultima uoluntate.& in eadẽ pract.§.Tanquam res iudicatas, nu.35.Raph.Fulgos.in consi.166.colũ.1. Comens.in cõsi.149.In quodã castro.Ioan.Franc.Balbus in tractat.Iacobus Mandell.in consi.62.& iterũ in cõsi. 44.in quo ẽt tractat similẽ materiam.Aimo Crauetta in consi.111.Horatius Mando.ad Roman.in consi.52.nu.4 in uersi.temporis.Rimınald.in consi.31.nu.30.uol.1.Nico.Fellas.de Aestim.parte.4.q.7.nu.12.Alber.Brun.in cõsi.36.nu.4.Franc.Bursat.in consi.26.nu.31,uolum.1.Claudius de Seisell.in specul.Feudorum tit. qui feud.dare possunt, uersicu, Prædicta tamen sunt intelligenda.& ponit Lau.Conrad.in Templo omn.Iud.lib.1.cap.1.§.ult.Imperator habet dominium.per totum Roland.à Valle.in consil.19.nu.12.uolu.4. Camillus Borrellus.

## Quid sit grauamen in curia reparabile. Rubrica 42.

### In.§. ultimo postquam.

SVMMARIVM.

1 *Omne factum iudicis contra iustitiam, utrum sit grauamen.*

2 *Habens remedium ordinarium, non potest petere extraordinarium.*

3 *Cum appellanti sunt lapsa fatalia, sententia ipso iure, transit in rem iudicatam.*

4 *Non licet supplicare, ut desertor appellationis admittatur.*

5 *Sine appellatione quando iudex ex pronuntiato conueniatur.*

VLTIMO postquam uisum est de particularibus grauaminibus, omniumque brachiorum, & ex quibus potest resultare grauamen, videamus generaliter
1 † an omne factum iudicis contra iustitiam, sit grauamen in curia reparabile,& an omnis iudic.& sic illius qui habet superiorem immediatum in ciuitate ad reparandum forisfactum. Et uidetur dicendum, quòd non: aliàs sequeretur unum inconueniẽs, quòd de iniust.oĩum ꝓcessuũ, in quibus iudices regij suas protulerunt sentẽtias interlocutorias, uel diffinitiuas, esset in curias cognoscendũ, quod ẽet absurdũ. Et ideo tex.ille singularis, in c.ideo que.§.oppressi.2.q.6.dicit qđ ante sententiæ prolationẽ, dicitur quis grauari, post sentẽtiẽ ꝓlationẽ iniuste cõdẽnari.quasi innuat, qđ post sentẽtiã diffinitiuã, si sentẽtia sibi displiceat, appellare debuerat, ut in l.1.C.si sępius in integrũ rest.post.quinimo licet (uti dictu est) ante sentẽtiã dicatur qs grauari, tñ alia grauamina reparabilia sunt secundũ canones adiecta causa pro semper, ut in c.cord.de appel.lib.6.secundũ leges in quibus.casibus notatis in l.ante sententiã.ff.de appel.recip.& in c.nõ ita.2.q.6. Et de foro petitur correctio a tali grauamine nõ minus operatur, quin posse appellare secundũ Iac.
2 Butrig.ut refert Bal.in l.1.ff.ꝙ quisque iuris.† Et sic ex quo grauati uel iniuste condemnari, habent remedium ordinarium appellationis uel correctionis, non uidetur quòd posśint ad extraordinarium remedium recursum habere l.in prouinciali,& quòd ibi notatur.ff.de noui operis nunci.pro hoc facit quod notat Bal.in auct. cleri-

clericus.C.de episcopis & cleric. Nam qui per sententiam iudicis patitur iustitiam non audit nisi appellet. Et in hoc dicit cõcordare ius ciuile & canonicum, quæ iura concorditer sic disponunt, ut in capitu.ultimo,de excep.lib.6. quòd dicit esse menti tenendum. Et sic sentit, quòd tali casu nõ potest per quærelam uenire.

¶ADVERTE si uis hanc materiam intelligere, est dicendum. Aut enim quis vult dicere in curia se per iniustitiam condemnatum, & sic causarum merita discutere in curia coram principe,citra appellationem, uel illa deserta, & hoc non potest, quia appellare debuerat, si sibi sententia displicebat, ut in dicta. l.prima. C. si sæpius in integrũ restitutio postuletur. & illam prosequi,aliàs uidetur appellationi renũtiare & consentire litigare coram iudice,a quo pro quo tex.in auten.de his qui ingrediuntur ad appellandum. §. si uerò, & in l.prima.§.ita autem.ff.si tabulæ testamenti nullæ extabunt, ut notatur in l.si ego.de neg.gest. & in l.ex facto. si quis bonorum.ff. ad Trebellianum, & ponit Bald. in authen.si. C. de temp.appellationum, & uide notata,in l.Si emancipata.C.de iuris & facti ignoran.vnde † cum appellanti sunt lapsa
3 fatalia ipso iure sententia transit in rem iudicatam absque alia pronuntiatione, ut notatur. C.de appella.l.eos.in principio,& glos.magna. Et ideo dicit Bal.in l.2.C.ut lite pendente, † quòd
4 nõ licet supplicare, ut desertor admittatur ulterius ad litem peragendam, uel quod audiatur iura sua,& suæ defensiones. Et dicit quòd si princeps hoc concederet, non ualeret rescriptum,nisi diceret,non obstante desertione, ut ipse notat in l.rescripta.C.de precibus Imperatori offerendis, dicens quòd coram principe magis habet locum ueritas,quàm iudiciorum rigor arg.l.primæ.§.si quis ultro ff. de quæstio, pro quo facit.l.vnica.C.de ædic. lib. toll. Et sic uides qd de iure hoc est in principis arbitrio, de foro dubito,quia princeps non rescribit cõtra forum, & sic in omnem euentũ non est præsumendum principem id in curia facturum. l. apud Iulianum.ff.de lega.primo.Maximè quia soliti sunt principes talia facere:ad hoc not. in l.2.ff.de cada.punitorum. Et sic tali casu pars sua ordinaria habet prosequi remedia, & non curiam inuoluere,quæ pro communi regni utilitate congregatur, uti pluries supra diximus, cum iurium allegationib. Aut grauati uel iniuste condemnati,non curando de meritis causæ respectu partis arguit iniustitiam respectu iudicis contra iustitiam,per imperitiã uel dolum pronuntiantis, & tunc non est dubiũ hanc quærelam coram principe, in curia posse deduci, in qua agitur de castigatione malorum officialium,ut habes casum in capitu.clericus, qui,11.quæst.3.& idem cum iudex citra aliquẽ ordinem iudicariũ, ex ira uel furore quid male facit,talis quærela iudicis institu.apud curiam deducitur,ut in capitu.si episcopus forsis. 11. quæst.3.puta occidendo, militando, uel banniendo cũ similibus. Sed in primo casu in quo diximus, quòd de tali quærela possit in curia agi,quando solum agitur contra iudicem,eo quòd litem suam fecerit, & ad illius castigationem nõ respectu partis & particularis interesse,quo modo hoc ex quo pars habuit sua remedia appellationis ad retractandum sententiam, si remedium appellationis omisit, sibi debet imputare & non iudicem uexare, argumen.ff.de euict.l.Herennius, in fin. Et quia renuntiando saltim tacitè appellatiõi, & eius accessoriis uidetur renuntiasse,de appella.capit. solicitudinem.si quis cau.l.2.& sic quærelæ,quam contra iudicem habeat.Et quia per appellationẽ fuit pronuntiatum extinctum.l.prima.ff.ad Turpilian.& fingitur non pronũciatum. leg.ictus fu-
5 stium,ff. de his qui notantur infa. † Sed his nõ obstan. est dicendum, quòd siue pars appellauerit siue nõ, siue prosecuta fuerit appellationem siue non, potest iudex conueniri per quærelam, quòd fecerit litẽ suam ex imperitia dolo uel culpa, ut dicit glo.in l. prima.post principium.ff.quod quisque iuris,& illam sequitur ibi Guil.de Cugno.Nam iudex non potest parti imputare cur contra ipsius iudicis factum non uenit,nam cum culpent alij &c. ff. de iure dotium.l.cum in fundo,§.si mulier, & idem tenet Bernardus,in capitu. pastoralis, de officio de lega.& ibidem Innocen. in capitu. sæpe, de appella.& ibi Ioann.And.& Anton.de But. ratio autem horum est,quia ad aliud agitur, allegant. ff. de inoffic. testa.l. contra maiores, & idem sequitur Ioann.Fabri,institut. de obligat. quæ ex quasi delicto,in principio,& Bald.l. fin. C.de pœna iudicis,qui male iudicauit, & id et latius sequitur Bart.in quæstione per eum disputata, quæ incipit,sententia iudicis, qui per imperitiã,ubi dicit hanc opinionem ueram, & dicit quòd hoc uidet expressum, in l.si expressum,cum glo.sua.ff.de appella.ubi dicit,quòd licet quis habeat beneficiũ appellandi, nihilominus iudex facit litem suam,& hoc etiam dicit tenere glo.si bene aduertatur,in l. si per imprudentiam,in principio,in gloss.magna. ff.de euict. ubi dicit quòd uictori uicto. &c. Denuo dicit distinguendum, aut pars appellauit & in causa appellationis obtinuit, ita quòd sententia est recensa, tũc dicit quòd iudex nihilominus poterit conueniri,& tunc dicit quòd nõ habebitur ratio totius interesse quod erat ab initio, sed habetur ratio sumptuũ & expensarum,quæ factæ sunt in causa appellatiõis, quas utique non sustinuisset,nisi quia contra eũ inique iudicauit, ut ff. rem ratam haberi.l. fine.§. cum autem,& §. Marcellus, uel quia propter dilationem, quia quæ occurrit in causa appellationis, debitor est effectus non soluendo in totum uel in partem,ut ff.de appella.re.l. periculum,&

lum,& C.arg.tu.l.secund. Ad hoc optime facit secundum eum, capitu. ubicunque, de sentent. excommunica.lib.6.vnde licet interfuerit pluris ab initio, tamē desinit interesse facto ipsius actoris: ergo &c.ff.de condi.furtiua. l.& ideo.

¶ ITEM desinit interesse per interpositionē appellationis, quia fingitur retro non esse iudicatum, ergo &c.ff.de furtis.l.si fideiussor. §. fin. Et hoc modo intelligit, quod notatur in l.fina. C.de uariis & extraordin. cog. in gloss. ubi dicitur, quòd quādo sententia est nulla iudex nō facit litem suam, scilicet quo ad totale interesse, sed quo ad expensas factas propter hoc, ad interesse & cætera damna tenetur ut dictum est. Aut in causa appellationis, appellator succubuit, & sic sententia fuit confirmata, & tunc iudex non poterit conueniri, talis enim sententia excusat iudicem, ut C.de appella.l.a proconsulibus facit, ad hoc. C. si plures vna sententia. l.prima, & hoc dicit quòd uidetur sentire glos. in l.1. C.de excep.rei iudic. circa principium. Aut causa appellationis pendet, & tunc quia statim appellatione interposita extinguit pronuntiatum, ut in l.prima, in fine. ff. ad Turpilli. & sic desinit interesse, dicit idem quòd poterit conueniri solùm ad expensas, & cætera damna cum primum ius sibi remaneat illæsum, ut ff. de alie iudi.mutandi causa facta.l.3.§.ex quib. Et id quod ibi dicit de mutatione aduersarij: & idem hic est dicendum in mutatione iudicis. Ad idem optimè facit.ff. mandati. l. creditor, in princip. neque dicit obstare si dicas, quod pendet causa præiudicialis, quia hoc est inter diuersas personas, ut dicit notari in dict. l.creditor, nec dicit obstare quod notatur per Azonem in summa. C. si aduersus rem iudicatam, quia ibi fuit interposita appellatio ab ipso curatore eodemque debitore, vnde non præiudicat in actione ei quæsita, secundum Barto. dicit quòd si sententia fuit confirmata, quòd iudex non poterit conueniri, quia talis sententia eum excusat, & allegat. C. de appellat. l.a proconsulibus. Nam istud non uidetur uerum, neque dict. lex, a proconsulibus. hoc probat, quia licet confirmatoria iudica. facit præsumi pro prima sententia, non tamen excusat iudicem, cum quo non est actum, & sic res inter litigatores acta neque potest iudicem condemnare uel absoluere eum, etiam quòd tres sententiæ essent latæ cōtra iustitiam per imperitiam uel dolum, licet quo ad habendum iustitiam cum parte non sit a modo remedium ius per appellationem. C. ne liceat, in vna eademque causa. 3. prouocare. tamen, quin quilibet iudex possit conueniri qui fecerit litem suam non uetatur a iure, quia cum alio nūc agitur, & hoc sentit Ioan. And. in dicto capitu. sæpe de appella. & id expresius firmat Bald. in l.fina. C. de pœna iudic. qui male iudicauit, dicit quòd si sunt latæ tres sententiæ conformes quilibet iudicū tenetur si fecerint litem suam, quia vnius imperitia alium non excusat, secundum Bald. ibi, vnde ex præmisis potes videre, quando per querelam potest adiri princeps contra iudices litem suam facientes, etiam de causis de quibus etiam inter partes pendet processus. Sed regulariter de illis foris factis & iniustis, quia iudices extraordinarie faciunt, & sine causæ cognitione & iuris ordine, de quibus multa exempla, cum tractauimus de particularibus grauaminibus curiæ diximus vbi potes videre, non est dubium quod talia in curia contra officiales possunt deduci. & sunt solita deduci, ad hoc text. allegat. clericus qui. 11.q. 3.vbi tex. est, quod clericus grauatus ab eo pōt ad sinodum recurrere, quod gl. intelligit secundum cap. episcopus forte, ea. causa & quæstione, vbi tex. dicit si episcopus iracundus, quod esse nō debet, cito & aspere commouetur, aduersum presbyterum siue diaconum, & eundem ab ecclesia exterminare voluerit, prouidendum est ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ideo habet potestatem is qui abiectus est vt episcopos finitimos interpellet; & causa eius audiatur ac diligentius pertractetur. Et sic ex illis duobus capitulis habes, quod factum iudicis extraordinarie, & contra iustitiam procedentis est in curia deducibilis, etiā quod iudex habeat superiorem, quia episcopus habet archiepiscopum, ad quem per appellationem posset recursum habere, si ordinarie procedendo grauaret, vt in cap. Romana, de appellat.lib.6.cum similibus. Et sic potes intelligere c. quia cognouimus.10.q.3.saluo quod supra diximus, cum iudex conuenitur cum fecit litem suam. Et idem si iudex ex abrupto sine processu & sententia aliquem banniuit, vel aliàs iniuste, iste in curia poterit contra talem iudicem suam querelam deducere, & annullato actu, iudex condemnabitur ad omnia damna, & interesse & expensas, quæ talis bannitus fecit, ut tenet Inn. in c.fi. quod metus causā, & Bald. in l.fi.C.de pœna iudi.& pro quo facit dictum cap. si episcopus forte. in ratione quo ad hoc, ut in curia deducatur, sicut causa clerici in sinodo. Ergo in curia sunt deducibilia grauamina, quæ ipse princeps uel ipsum Locumten. faciunt, & de his non est dubium, quia cum superiorem non habeat, nam sibi sunt lex, ut inquit Paul. qui nulli subsunt legi, sibiipsi sunt lex, sed ipsi profitentur se uelle secundum leges viuere, in l.digna vox. C.de legibus, maxime in his regnis Arragonum, vbi princeps uiuit legibus pactionalibus, & in contractū transeuntibus, & tenetur ad illarum obseruantiam, ut ibi notatur, & in cap.primo de proba. et de iudic.nouit, cum similibus. Et ex illarum transgresione resultat grauamen, quod princeps qui pro iustitia regni componenda curias celebrat, ut in feudis de prohib.feudi alic. per Lotharium

tharium, habet in curiis reparare, ut se prius iustificet cum hæc sit iustitia se prius, demum alios iustificare secundum Aristotelem, & notatur per Baldum in l. iustitia, de iustitia & iure. ¶ ITEM grauamina aliorum officialium sunt reparabilia in curia, etiam inferiorum, qui habent iurisdictionem subordinatam, ab aliis superioribus iudicibus, uel quos inferiores superior potest reprimere, & hoc probatur in feud. de prohibi. feudi alie. per Frede. capitu. Imperialem, ibi ex causa alienationum, quæ fiebant per inferiores, fuit curia congregata & ibi prouisum, quia maletractatio clerici, & inordinata est causa congregandi consilium uel sinodum, ut in capitu. clericus, qui iuncto capit. si episcopus fort. 13. quæst. 3. tamen episcopus superiorem habet, scilicet Archiepiscopum ad quem aliàs de iure poterat in iudicialibus recurrere, ut in capitu. quia cognouimus. 10. quæstio. 3. ¶ Sed hoc quod dixi de inferioribus iudicib. quòd quærelæ illorum sunt in curia deducendæ, ut possint deduci. Est pro certo uerum, ut in dubium non cadat, quando pars adimit iudicem superiorem, pro suo reparando grauamine, & ille noluit uel denegauit, iuxta notata de offi. delega. capit. significantibus, per Innocen. quia tunc locus est quærelæ, apud superiorem, ut notatur de foro competen. capit. licet, ex suscepto, argum. capitu. dominus deus noster. 23. quæst. 2. & quod notatur, de restit. spolia. capitu. olim. lo. 3. Si ergo superiores iudices non fuerunt requisiti, quos in promptu habere poterat, est quòd parti imputetur, & ideo uel non admittentur in curia, uel prouidentur in promptu per mandatum factum gubernatori delegato, ut iniustitiam faciunt. Et ideo ut plurimum grauamina curiarum sunt grauamina contra principem & illius locumtenen. qui illius utitur prærogatiua: vt de elect. capit. si abbatem, & contra gubernatorem & bauliuum & illorum locatenen. qui non habent superiores nisi principem, & sic illorum grauamina nõ sunt facillimæ reuocationis, cum princeps, ut primum procul absit, qui illorum fore facta possit refrenare, & sic practicatur in curiis, & minime sunt mutanda, quæ longam consuetudinem habuerunt. ff. de legibus. l. minimè. Et scias quòd multipliciter potest iudex grauare, nam aliquotiens iudex vult extendere iurisdictionem suam ad alia, quæ non sunt sibi commissa, & tunc grauat, & in illo non est propriè iudex, imo datur contra eum interdictum. vnde ui, imo fortius quia tali iudici potest resisti. C. de iure fisci. leg. prohibitum. libro decimo. facit. 63. distinction. quia per ambitionem, in gloss. de officio delegat. capitu. ex literis patriarchę Grãdensis. Quandoque iudex non excedit terminos suæ potestatis, sed aliàs male agit siue inique, & tunc licet hoc sit certum, non tamen de facto est resistendum, sed appellãdum, uel per quærelam coram superiore deducendum, ut notat Innocentii in ca. si quando, de officio delega. Sed si pars appellauit, & iudex uerbo uel facto aliquid attemptaret in causa non est sibi obtemperandum, sed de facto sibi resisti potest, secundum Ioann. Andr. in dicto capitu. si quando, quod dictum non credo sic indistinctè uerum, quòd post appellationem possit resisti, quia potest esse quòd appellatio erit iniusta, & iustitia ab eo denegat uerbo uel facto per transitum ad ulteriora per quẽ uidetur denegata appellatio, & tacitè iudicem interlocutum denegata appellatione, extra de appella. capitu. ex parte. Et sic stante dubio, iudici non resistitur, secundum Innocen. in dicto capitu. si quando. Et quia iudex superior hoc habet uidere apud quẽ est in quærela denegatio deducenda. C. de appella. l. a proconsulibus. Sed dominus Petrus de Anchara. in regula, eoque, de regulis iuris, in repe. in princip. in quinto corondello, dicit quòd si iudex in commissis suo officio uel arbitrio exæquatur, non est de facto resistendum, sed obtemperandum, uel si displicet appellãdum, ut l. additos. C. de appella. & l. si quis prouocatione, hoc tamen intelligit uerum, cum per appellationem potest illa executio de facto retractari, ut in ca. non solum, de appella. lib. 6. Si autem retractari non potest, ut si pendente appellatione uel alio remedio recissorio, vult exequi sentẽtiam corporalem uel membri, tũc credit quòd possit sibi resisti uiolenter, postquàm periret iustitia partis, per talem executionem, ne enim pereat iustitia de facto, quædam aliàs prohibita sunt concessa, ut sibi ius dicere, & capere debitorem fugitiuum, repertum in fragranti crimine, ut l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his quæ in fraudem credi. & quòd notat Innocen. in c. olim, in princip. de restitu. spolia. & in l. capite quinto, de adulter. facit capitu. licet. de feriis, allegat per eum notata, post Paul. in clemen. prima, de re iudica. ubi permissa executio in casibus dictæ clemẽ. debet retractari si per executionem periret ius parti, & remittit ad notata per Innocen. in simili in capitu. secund. de dila. secundum dominum Petrum de Ancharano, in dicta regula. Et sic limitat dictum Ioan. And. in capitu. si quo, quando executio est irretractabilis, quæ opinio ex postfacto, ubi constaret de iniusta sententia, & de notorietate iuris condemnati, & sic de iniusta executione non multum a iure deuiaret, cum tale arbitrium ulterius, a iure uideatur sibi indultum. C. de metat. l. deuotum. libr. 12. ¶ Sed ante factum consulendum est, non resisti, tamen quia pro iudice præsumitur. C. de officio ciuilium iudicum. l. 2. Tum quia stante dubio postquã ad iudicem pertinent, non resistitur secundum Innocen. in capit. si quo, de officio deleg. Tum quia hoc dirimere, an iustè sit denegata appellatio,

pellatio, ut dicta. l. a proconsulibus, maximè stante regula iuris ciuilis, ne liceat vnicuique sine iudice se uindicare. Est melius talia principi dimittere punienda, nam tali casu si uidet per dolum denegatam appellationem, & latã sententiam capite puniet officialem, ut dicta. l. a proconsulibus, iuncta. l. penultim. §. l. Iulia. ff. ad l. Iuliam repetundarum. Et sic communiter talia grauamina ad curiam relinquuntur punienda per principem. Aliquando iudex extra iudicium procedit, & tunc si non spectat ad eius officium, non ualet, neque sibi paretur, ut in dicta regula. eaque, idem si spectat, sed causæ cognitionem non adhibuit, ut C. commi. epistolæ. per totum, & quod notat Innoc. in capitu. ad aures, de tempo. ordin. ¶ Sed dominus Petrus de Ancharano in dicta regula dicit uerius esse, quòd cõmissio causæ cognitionis, non reddit præceptum nullum, sed quod præcipit spectat ad iudicis officium, ut dicit, not. Innocen. in capitu. cum uenissent, de restitu. in integrum, in glo. super uerbo, inhibitionem, & ibi plenius in nouella, in glo. super uerbo. non uidetur, ubi dicit hoc uerum, nisi præceptum esset notoriè iniustum, ut in capit. qui resistit, & in capitu. si dominus, & in capitu. Iulianus. 11. quæst. 3. Sed dicit ipse si valent gesta per iudicem, sine causæ cognitione, si spectauit ad officium suum, quando habebit locum titulus. C. comminationes epistolæ programmata, &c. in omnibus etenim legibus illius tituli patet mandata iudicum de soluendo debitum siue pœnam, & non audita neque examinata causa non ligãt, ad idem. C. de sententiis. l. stipulatione, ubi non omnis uox iudicis iudicãtis continet autoritatem. Ex quibus iuribus, male uidetur dicendum, quod dicit Innocen. quod ualeant & ligent præcepta iudicum, sine causæ cognitione. Sed dicit dominus Petrus quod ille titulus debet intelligi, in his quæ reducta erant in iudiciũ, uel debeãt reduci principaliter, & per diffinitiuam sentẽtiam terminari, talia enim comminationibus, epistolis subscriptionibus expediri non possunt, sed iuris ordine seruato, & præmissa causæ cognitione, ut l. prolatam, & quod ibi per Barto. C. de sententiis, in talibus enim iura dicunt iudicis officium limitatum. Et licet ipse non alleget sic possunt intelligi notata, in l. final. ff. de lege commissoria, imo tale iudicis præceptum sine cognitione est nullum, ut no. Cy. in l. quotiens. C. de fideiussoribus, & Dyn. in l. filiusfamilias. §. diuus. ff. de leg. primo. Et iudex sicut de facto, & nulliter illud fecit, potest ergo imperio, & sine causæ cognitione reuocare, ut l. si minor. ff. de euic. & quòd notatur, in l. 3. §. primo. de bonorum possess. plus etiam dicit Innocen. in capitu. querelam, de elect. quòd ex quo est notorium dictum præceptum fore nullum statim reuocandum est, & ita notat Bald. in l. secund. C. de serui. & aqua. in 1. columna, & ipse idem Bald. in l. ædicto, in prima columna. C. de ædicto diui Adrian. & in l. si pacto quo pœnam. C. de pactis. Quædam autem sunt, quæ iudici sunt commissa, non in figura iudicij terminãda, sed in hoc suum officium exequẽdo, ut cogere clericos quãdoque ad promotionem uel moniales non uelatas, ad uelum assumẽdum post annum probationis, uti nunc facit fieri domina regina uti audio, & in his & similibus, locum habet dictum Innocen. in dicto capit. cum uenissent, de in integrum restitut. ut ligent & ualeant mandata non præmissa causæ cognitione, secundum dominum Petrum de Anchar. in dicta regula. Et est ratio secundum eum, quia in talibus non reperitur ordo a iure traditus, in mandando talia præsumendum est pro iudice, in his quæ suo officio sunt commissa, ut in capit. innotuit, de eo qui fur. ordines suscepit, per Innocen. Et ex prędictis additis per me dictis potes distinguere, cum quæritur an sit parendum iudici facto uel uerbo quid agenti seu executanti. qui autem non erat iudex super eo quod statuit, aliàs decreuit, & impune non paretur, & potest sibi resisti, ut extra de constitut. capitul. ut animarum, libro. 6. C. de iure fisci. l. prohibitum. C. de metatis. l. deuotum. libro. 12. aut erat iudex super eo, & tunc aut præcipit siue mandat id quòd illicitũ est uel delictum, & non est parendum, ut in capitu. si dominus, & capitu. Iulianus. 11. quæst. prima, in dubiis autem parendum est iudici mãdãti. Aut id quod præcipit non est delictum, & tunc aut loquitur in his, quæ deduci debent in iudicio, & decidi seruato iuris ordine oblato libello & lite contestata, & similibus: in his hoc ordine prætermisso non ualet quod agitur, neque est sibi obtemperandum. Et sic loquitur totus titulus. C. comm. epistolæ, & ea quæ supra diximus. Aut loquimur in cõmissis suo officio uel arbitrio, & tunc siue facto siue uerbo exequatur, non est de facto resistendum, sed obtemperandum, uel si displicet appellandum, ut l. additos, & l. si qs prouocatione. C. de appell. saluo, quod tali dixi quod executione irretractabili, & ad materiam uide notata per Barto. in dicta. l. prohibitum. C. de iure fisci, & domin. Anton. de Butri. in dicto capit. si quando, de officio deleg. post Innocen. & Ioann. And. Moderni tamen in cap. dilecto, de senten. excommunica. libr. 6. uidentur tenere nunquam, etiam permissam resistẽtiam nisi quando iudex non facit suum officium exercendo, & sic intelligũt dictam. l. prohibitum, & uide aliquid per Innoce. de immuni. ecclesiarum, capitu. primo, de priuileg. cap. cum olim, in secund. per Ioann. Andr. in nouella, & per Paulum in cle. finali, de decimis. Et sint deo gratiæ, quia finitur hæc latissima Rubric. de grauaminibus curiæ.

De officio tractatorum.
Rubrica 43.

In §. Post grauaminum propositionem.

*SVMMARIVM.*

1 *Quantumcunque sit mandatum generale, non includit donationem.*
2 *Princeps praefert vtilitatem publicam suo priuato commodo.*
3 *Publica vtilitas principis priuatae, & subditorum praefertur.*

POST grauaminum propositionem solent tractatores eligi, siue nominari à principe & curia. Et communiter tot nominantur à principe, quot ab omnibus brachijs curiae. Aliquando tamen solum princeps dat duos, vel tres, saluo sibi iure nominandi, vt curiae negocia citius expediantur. Et quodlibet brachiorum nominat in aequali numero. Et in his standũ est consuetudini curiae, tam in modo electionis vel nominationibus, quam in alijs quae in dubium frequenter agitantur, vt in tex. ulti. actuarios. C. de actuarijs, libro. 12. de quo uide quod plenè diximus in Rub. de officio examinatorum. His autem communiter datur potestas tractandi negotii curiae cum principe, cum potestate referendi, ut dicunt brachia curiae, quòd est dicere, quod nullam potestatem dant illis. Sed quod id quod tractauerint habeant referre, & sic sunt tractatores relatores, quia habent referre brachijs curiae, & forma mãdati est seruanda, & actus factus in contrarium est nullus. ff. mandati. l. diligenter, extra de rescrip. cap. cum dilecta. Et sic not. quòd tali casu quicquid isti promitterent nomine curiae principi non ualerent, neque curia esset obligata, cum non haberet ad hoc potestatem, & sic ex defectu mandati nullum est per illos conclusum uel promissum. C. de procurat. l. licet. ff. de iudic. l. licet. Si autem illis esset datum indistincte posse tractandi cum rege curiae negocia. Est dubium si illi pro habendis aliquib. prouisionibus utilib. grauaminibus, uel nouis priuilegijs, uel concessionibus, quod promittat regi, si est curia ad id obligata. Et uidetur quòd
1 non, quia † quantumcunque posse generale da
2 tur alicui, non uidetur data potestas donandi, nisi expresse dicatur, quamuis à lege, uel ab homine habeant potestatem. ff. de offic. procu. se dicatur. l. 1. ff. de solutio. l. si is qui. §. finali, in fin. ff. de pact. l. contra iura. §. si filius, imo secundum aliquos, etiam quod haberet liberam, ut ff. de donationib. l. filiusfamilias. §. uidebimus, sed glos. in l. procurator, cui generaliter. dicit quod forte hic nõ habebit liberam. Cum ergo isti solum haberent potestatem tractandi negocia curiae, non uidetur eis data potestas dandi, neque poterat obligare absentes de curia, qui non fuerunt praesentes neque consentientes dictae promissioni. Et ideo reipublicę administratores, non possunt concedere, quae sunt reipublicae, neque donare neque per eorum concessionem res publica absens obligatur. ff. quod ui aut clam. leg. prohibere. §. planè.

¶ADVERTE quia in more isti tractatores eliguntur ad hoc, nam cum aliqua in uiam grauaminis proponuntur, quae de iuris rigore uel fori non procedunt sed indigent magis gratia, uel noua concessione, uel quia aliàs cupit habere nouos foros, uel noua priuilegia median. istis tractatoribus, & his interuenientibus certũ donatiuum per curiam facturum principi promittentibus, ut princeps inducatur ad prędicta facilius concedendum, & cum tali donatiuo fori & priuilegia transeunt in naturam contractus, & efficiuntur irreuocabilia, uti pluries diximus superiori titulo. Ad hoc notata. C. de legibus. l. digna uox. ff. de iustitia & iure. & l. omnes populi, per Bartolum, & in capitu. nouit, de iudic. & de iureiurando, capitu. iniuriam, per Innocẽ. & domin. Anto. de Butrio, in repetitionibus, capitu. cum M. Ferrariensis, de constitu. imo plus dicit Nicolaus de Matharel. C. de Iustiniano Codice confirmãdo, quòd si princeps recepit praecium pro concessione legis uel priuilegij, significat uenditionem, etiam si princeps uteretur hoc uerbo, indulgemus, uel simili, & esset contractus irreuocabil. & non priuilegium, argumen. C. de praediis curialium. l. fin. lib. 10. ut refert Bal. in leg. qui se patris. C. vnde liberi, meritò isti tractatores qui potestatẽ habent curiae tractare, sunt quasi negociatores ꝓ curia & tractãt de ꝑcio fororũ & priuilegiorum, quibus curia indiget. Et sic meritò cum principe contractando obligat curiam, quia sufficit eos qui negocia gerunt consentire, unde inter absentes quoque talia negocia contrahantur, & illi sunt nunc per quos curia obligatur, ut in tex. & gloss. singula. in l. consensu. ff. de ac. & obli. Et talis potestas eis uidetur data, quia sine illa tractatus expediri non posset l. 2. ff. de iuri. omn. iudi. Neque obstat quòd diximus, quod ex tali mandato non uenit donatio, quia hoc non est pura donatio, sed precium priuilegiorum & fororum obtentorum, uti uidisti. Et sic secundum contractus naturam uerba impropriantur, uti dicit Nicolaus predictus. Nam licet dicatur donatiuum curiae est precium, sic licet princeps dicat indulgemus, est uenditio. Nam id quod agitur facit de uno contractu in alium transire. l. ubi ita donatur. C. de don. causa mortis. facit. ff. de usus fru. l. proculus.

¶ITEM natura istius contractus hoc habet, ut aliquid principi detur, ut quid cõcedat in uim legis uel priuilegij, meritò id etiam nudi procuratores

ratores id poterant promittere, argum. l. bene a zenone. §. autem tempore. C. de quadriênij præscrip. & l. illud, de euic. vnde licet regulariter procurator non possit obligare dominum ad pœnam. l. si procurator. ff. de condict. indebit. fallit, quando illa uenit ex natura cõtractus, ut in emptio. & uend. promissio euictionis, ut dictis legibus. Ex quibus dicit Ang. in l. secund. ff. de iurisdi. omn. iudi. signanter per tex. in dicta. l. bene a zenone. C. de quadriennij, præscri. quòd quotiens pœna est consueta apponi in contractib. procurator in nomine domini, potest illam apponere & promittere, & dominus ex illa obligatur. vnde si datum est mandatum, de firmanda pace in tali contractu procurator potest pœnã in nomine domini ꝓmittere, quia est solita apponi in contractibus pact. ad hoc facit. l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de edilicio ædic. & l. fin. C. de fideiu. Si ergo isti tractatores promittendo principi faciũt quod natura tractationis requirit, & quòd est solitum ex talibus cõcessionibus, quid promittere principi, ut firmius sit quod princeps concedit, quia tunc transit in contractum & efficitur irreuocabile, quod nõn esset si pecunia non daretur, quia princeps ad nutum posset reuocare, ut no. de regulis iuris. capitu. licet, lib. 6. Et quia ipso gestu utilitas erat reipublic. etiam quòd dando esset danum, uti diximus, ergo ciuitas obligatur ex contractu administratoris, ut no. ff. si certum petat. l. ciuitas. Et sic uidetur curiam obligatam, & per consequẽs totum regnum in curia præsentatum, iuxta glo. in Rubr. quæ sit longa consuetudo. Et maximè quia fiscus & ipse princeps, ex modica obligatione sibi quærit, uti pupillus, ut no. in l. cũ ostẽdimus, de fideiuss. tutõ. ff. & ad hoc fugiendum brachia solum nominãt tractatores, & quod nil possint concludere, sed referre, uti diximus. Sed quia in principio huius Rubricæ diximus, quòd post grauaminum propositionẽ fiunt tractatores, & aliquibus libris curiæ reperiam simul cũ examinatoribus electos, & aliquando autem & non esse factos examinatores, quomodo ergo in uiam regulæ, quod dictum est, tradi potest? dic quod ordo regulatus est quem diximus, quia
2 † princeps solitus est suum peculiare commodum subditorum utilitatibus postponere, ut in tex. notab. in auten. ut iudices sine quoquo suffra. circa principum, col. secund. Si autẽ magna est principis necessitas præponitur eius publica utilitas priuatur. subditorum, & fiunt autem tractatores, & intenditur in subuenienda necessitate principis, qui est publicæ rei caput. Et eo
3 casu † publica utilitas principis priuatæ utilitati subditorum præfertur, ut in capit. bonæ. in princip. de postula. prælato. & 7. quæstio. prima, capitu. scias, & ff. pro socio. l. actione. §. labeo, & C. de caducis tollendis. l. vnica. §. ultimo, & in auten. de restitu. & ea quæ patit. §. eaque communiter. Et quia in tali cõmuni & publica utilitate principis, propria subditorum est clausula. & sic meritò præferenda, alias autem regulariter seruatur, quod diximus in principio. Et tamen quæ diximus supra ex promissione tractatorum curiam & regnum obligatum, est uerum proculdubio nisi ex eorum inordinata promissione, regnum esset enormiter læsum, quia tali casu essent in dolo administratores, & non obligarentur principal. ut in l. creditor. §. lucius. ff. mandati, quia ex illo mandato si quid dolo uel fraude factum est ut ibi, & in l. contra iur. §. fin. & ibi plures concordantiæ, in capitu. cum nobis olim, in gloss. finali, de elec. quod est contra illos tractatores, qui istud ex fide & mãdato suscepto ex bona fide a publica, ab ipsa curia debent negocia regni bene & utiliter tractare, ad habendũ bonas prouisiones grauaminibus utiles reipublic. & regno, & bonos foros, & priuilegia non curant, nisi quod habeat aliquam prouisionem a domino rege si ipsi offerant uel offerri faciant magnam quantitatẽ, ex cuius oblatione magna sequitur læsio reipub. teneat, quia ibi tractant & tractabuntur apud scriptum tribunal, & eadem mensura qua mensi fuerint, remetietur. Marci. 4. & Lucæ. 6. Matth. 16. capitu. & melius esset eis furari a priuato quam a republica.

CAMILLI BORRELLI

ADDITIO.

2 ¶ DATA POTESTAS DONANDI ] Ista quæstio an facto alicui mandato procuratorio de comparendo in curia, seu parlamento, (ut pluries accidit condic in ciuitate Neapolis, quia uocantur ad publicum parlamentum omnes Barones titulati, ac sine titulo, & omnes regni proceres, & magnates, & omnes regij feudatarij, pro negotiis tractandis in curia, & ibidem non omnes concorrunt, sed impediti constituunt procuratores) an tales procuratores possint facere donatiuum regiæ maiestati? Videtur dicendum quòd cum talis procurator sit constitutus ad comparendum, & tractandum in tali curia, etiam si in mãdato procuratorio dicatur quòd promittat habere rata omnia gesta per procuratorem, talia uerba generalia ponũtur ex supra bundanti, & non operabũtur effectus non specificatos. Voluit dicens communem Iason in l. quæ acta. nu. 21. ff. de offic. proconl. ¶ Secundo in donatione facienda requiritur specialis potestas. ut uoluit ex illo tex. Barto. in l. Titius famil. nu. 8. ff. de dona. Quia licet maritus habeat generalem potestatem disponendi de bonis dotalibus constante matrimonio, non tamen ea potestas extenditur ut possit donare cum sit perdere. Ita concludit Didacus de Segura in tract. de bonis lucrat. cõstãte matrimo. fol. 60. colu. 4. & uoluit Ioan. Lopz. in Rex. Rubric. de don. inter uirum & uxor. §. 66. num. 19. ¶ Tertio, & ultimo, procurator Cæsaris licet liberam habeat administrationem, donare tamen non potest. ut in l. 1. ff. de offic. procur. Cæsar. ¶ Quicquid tamen dici possit, ista quæstio non procedit ubicunque quis haberet mandatum cum libera potestate, quia tunc quando habet liberam administrationem poterit donare, ac donatiuũ facere. Ita intelligitur. l. procurator cui libera. ff. de procurat. Nec obstat tex. l. 1. ff. de offic. procur. Cæs. quia ibi loqui

loquitur in habente liberam a lege, & ideo ei non permittitur donare, secus in habente liberam ab homine, quia poterit ut in dicta.l. procurator cui. & uoluit ibidem Bald.& idem Bal.in c.1.§.donare. qual.olim feud. alien. pot. Neque etiam obstabit. l. filiusfamilias. ff.de donat.quia ibidem procurator non habebat liberam. ut uoluit glo.in dicta. l. procurator cui.in uersi. procurator. Et hanc opinionem quòd procurator habens liberam posit donare, uoluit Ioan.Lepez ubi supra. nu. 29.Faciunt notata per Iafredum lanfranc.Decis. 52. ubi exigitur.& per Catellian.Cottam Memorab.in uersicu. procurator cum libera. & remisiue adde Bernardin. Alphar.collect.iuris.597.tantum. ¶ Secundo an currēdo cum Belluga hic, dicendum quòd talis procurator poterit regi facere donationem ob gratias fortè, quas in populorum,& subditorum fauorem recideret, quia tunc non dicetur simplex donatio, sed remuneratio in præmium gratiarum receptarum, & habitarum, & eo casu talis donatio ualebit. ita est tex. in dicta.l. filiusfamilias. ff. de donati.& hanc opinionem tenuit ibidem Barto.& alij si bene considerantur. & sequitur in terminis Francisc. Aretin.in consil.24. quatuor dubia. col. fin.in 3.dubio.refert alios allegantes Andr. Tiraquel. in rep.l.si vnquam in uersicu.donatione largitus.num. 26. C.de reuoc.donation. Et uidemus in illo regno Neapolitano concedi per maiestatem regiam gratias, quādo fiunt donatiui.Quid autem sit donatiuum. Vide quę dico infra Rubric.46.§.donum,ubi uideas.

Camillus Borrellus.

## De officio prouisorum grauaminum. Rubrica 44.

### In §.Quia multitudo.

*SVMMARIVM.*

1 *Consiliarij principis, sunt membra eius.*
2 *Princeps in causa sua & suorum officialium, est iudex legitimus.*
3 *Sindicatores officialium debent habere gladij potestatem.*
4 *Iudex qui dolo hominem iudicauit ad mortem, debet mori.*

VIA MVLTITVDO grauaminum uel principis occupatio, in causa sunt aliquando, ut princeps personaliter cū grauaminū prouisoribus p eū & curiā deputatis, nequit intēdere in prouisoribus grauaminum, ideo cōcordat cum curia, ut dentur p eū, cū curia grauaminū ꝓuisores, q eligūtur & nominantur a principe certi, & a quolibet brachiorū certi. Et sic in plena curia publicātur. Numerus aūt illorū est incertus, qa est ad beneplacitū principis & brachiorū curiæ. de forma nominationis, electionis & publicationis, dic ut in simili diximus supra, in ti. de officio examinatorū. Sed scias qd᷑ communiter eliguntur tot prouisores per principē, quot per omnia brachia curiæ, uel si minores hoc acto, quòd maior pars prouisorū per dominū regem electorū habeat esse in prouisione. Et hoc ideo, quia principalis iurisdictio & potestas est principis in his ꝓuisoribus, & sic merito maior pars est p eū asignāda prouisorū, qui cōmuniter sunt† illi de suo cōsilio, qui [a] principis mēbra sunt. C.ad l.iul.maie.l.quisquis, & qui eū reputāt, ut in gl.l.fi.C. de uindicta libert. & apud cōsiliū man.& per Bald.C.eo.l.1. Et cōmuniter ista potestas per actū curiæ facta publicatione in curia prouidēdi grauamina per iustitiam. Et ante hanc materiā discutiam᷒, scias ꝙ licet princeps de se teneatur, p se suosq; officiales iustitiā administrare, & sic grauamina prouidere p iustitiā, & subditi cū eo nō habeāt participiū in iurisdictione, qa oīs ptās & iurisdictio est in principe.l.1.§.sed hoc studiū. Et sic princeps posset dicere, uolo p me ꝓuidere grauamina, cū in eo cōsilio, & illis debitis ꝓuisis essent reparata grauamina. Tamē mos antiquus inoleuit a iure fundatus, & approbatur qd᷑ princeps cōsilio curiæ & brachiorū, uel cū eorum examinatoribus grauamina ꝓuideat, qui mos ꝓbatur in feudis. Et sic † princeps licet aliàs in causa sua & suorū officialiū sit iudex [b] cōpetēs, ut not. de iud.ca.cū uenissent, & tamē ut se magis iustificet, cōsilio curiæ, scilicet examinatorū per curiā eligēdorū grauamina sua & suorū officialiū prouidet, ut latè diximus in d.Rub.de offi.examinatorū. Et quādo personaliter circa has pensiones intendere neqt, uenit ad cōcordādū ꝓuisiones, & pp ꝑdictū participiū qd᷑ hēt in ꝓuisionibus curialibus, ēt suos prouisores eligit, & noīat, & a principe publicātur, & p actū curiæ illis dat ꝑdicta ptās. Et scias ꝙ d iure nō dēnt noīari uel eligi in ꝓuisores officiales, cōtra quos sunt ꝓposita grauamina, neq; illi q ꝓposuerunt particularia grauamina in curia, qa essent iudices in cā ꝓpria ꝙ iura abhorrēt, ut in rubro & nigro. C.ne quis in cā ꝓpria ius sibi dicat. in tantū, ut ēt si nō apponatur iudiciū, ipso iure est nullū, si quis in cā sua iudicet, & si nō apponatur uel nō appellet, ut est casus secundū lecturā Do. Ant.de Bu.in c. dilect.de appel.ꝙ not. Sed qa istud est repellere regiū cōsiliū, ꝙ est plenū officialib᷒, cōtra quos sunt ꝓposita grauamina, ideo cōsueuit practicari, ꝙ & si eligātur prouisores, tamē in grauaminibus cōtra eos ꝓpositis, nullā habēt uocem neq; sunt præsentes in ꝓuisionibus, & ita actu curiæ cauetur restātibus aliis, in prouisione dictorū grauaminū, & eēt bona practica. Nūc primo uideamus, an isti ꝓuisores sint ordinarii uel delegati, uel si nullā habeāt iurisdictionē, dico durāte tpe eis asignato ad ꝓuidēdū, uel si non asignato tempore, dū durat illorū grauaminū prouisio. Et dicendum est istos esse ordinarios iudices. Primo quia ipsa lege per actum curiæ est illis data potestas, & sic ordinaria iurisdictio.l.& qa, & qd᷑ ibi not.ff.de iur.om.iud. ¶ Itē qa est eis attributa ptās sup uniuersalitate grauaminū, merito iuris ordinariæ ptātis. ar. l. 1.§. cū urbē.ff.de offi.præfec.urb.l.fi. C. ubi & apud quos. ¶ Item huic administrationi prouisionū

 gra-

grauaminum inest iurisdictio, ut infra uidebis. Et sic merito ordinaria in prima const. digest. §. pen. & in auct. hab. C. ne filius pro patre, ubi doctorib' cōceditur iurisdictio in scholares, quę sine dubio est iurisdictio ordinaria. Ad hoc quod singulariter scribit Bar. in q. per eum disputata aduã. cia. generalis &c. Et in l. ambitiosa in fi. ff. de decr. ab ordine faciend. Et multa in istis ꝓuisoribus concurrunt per quæ habemus eos ordinarios appellare, quia ad uniuersitatem causarū, quia ad omnia grauamina proposita & ponēda curia durante uel tēpore ad prouidendum taxato. Et sic meritò ordinarii, ad hoc quod not. Inn. de offi. ordi. c. cum ab ecclesia. allegat. l. 1. §. cum urbem. ff. de offi. præfec. ur. in auct. de consul. §. ultimo, obtemperat Host. uerbum, in capi. quoniam, de offi. delega. nisi principes expresse dixisset, ꝙ causas illas illi denegabat. Et sic dicit loqui in auct. de iudic. §. 1. & . 2. & . §. iudices itaque col. 6. imo etiam dicit idem Hostien. quòd idem esset, si tales iudices sic dari essent a quocunq; inferiore a principe, q tamen aliàs potestatem haberent faciēdi iudicē ordinariū. alleg. l. 2. ff. de officio proconsulis & legati. ff. de iuris. omniū iud. l. more, & est gl. ord. in c. 1. ne prælati uices suas. ¶Item quia isti qui a curia nominātur & eliguntur, a principe confirmātur, meritò ordinarii. C. de iur. om. iud. l. fi. in auctē. de defen. ciuitatū. §. sed interim. ¶Item quia illorum potestas datur a lege per actum curiæ, meritò ordinarii. C. de officio rec. prouinc. l. prima. C. de modo multarum. l. eos, & l. quia, de iurid. omn. iud. Et quòd isti uiri, qui principis auctori. præsente curia eliguntur sint ordinarij, habes casum, in l. quicunque summantes. C. de dec. li. 10. quam. l. sic in alia materia notat Bald. in l. & quia. de iuri. omn. iud. dicens quòd omne officium potest adaptari officio decurionum per modum ordinarii officii, quia est officium multum uniuersale, circa communem utilitatem patriæ. Et allegat dictam. l. meritò: ergo dici potest illorum officium in omnibus & per omnia ordinariū. Sed est dubium hæc potestas ordinaria, qualiter uideatur attributa istis prouisoribus in dubio. Et si dicamus quòd ut officio decurionum, uel ordinarij talis sit facta commissio, & sic oēs prouisores deberent uocari, & sic duæ partes sint præsentes sufficit. ff. quod cuiusque uni. l. plane. ff. de decret. ab ord. facien. l. 3. & not. glo. in c. si. de arb. lib. 6. Et iste est casus in l. nominationum forma. C. de decurionibus, lib. 10. Ibi tex. dicit qđ duæ partes ordinis in urbe positis totius curiæ instar exhibeant, quicquid sentiret Barto. in lege, Pomponius, alias incipit, si uni. ff. de re iud. ubi uidetur sentire quòd omnes debent adesse in iudicando, per. l. ubi adsunt. ff. de tuto. & curato. datis ab his. quæ debent intelligi, ut prædixi qđ omnes debent uocari, & sufficit quòd duæ partes sint præsentes, imò plus dicit Baldus in lege prima. ff. de offi. consul. quod sufficit. quòd maior pars, quia quando lex pluribus quid cōmittit semper tacitè uidetur inesse, ut sufficiat maior pars. l. maiorem. ff. de pactis, & lege plane. ff. quod cuiusque uniuersitatis. Etiam dicit plus si tanquam singulis fiat commissio, secus dicit si per hominem fieret commissio, ut lege, sicuti. ff. de arbitris, & sic ex quo per actū curiæ. Et sic cū per legem est facta commissio istis prouisoribus uidetur sufficere quòd eorum maior pars sit in prouisione, ad hoc ut ualeat etiam quòd ut singulis esset facta commissio, prouti est, quia non est facta pluribus sub nomine collectiuo, quia tunc esset ut ordini facta, ut leg. 2. §. ex his legibus. ff. de origi. iur. in uerbo apud collegium pontificum. non dico singulis iure proprio, quia tunc necesse haberent omnes adesse & non sufficeret maior pars, ut in l. per fundum. ff. de seruitu. rustic. prædiorum, ut notatur extra de constit. c. cum omnes, sed dico, ut singul. designātis proprijs nominibus electis ad aliquid faciendum. Et sic loquitur dicta lex, plane, quod cuiusque uniuersi. & lex, quòd maior pars. ff. ad municipal. Et sic potes intelligere notata per gloss. in dicto capitu. finali. de arbi. lib. 6. & per Barto. in dicta. l. si uni, & quòd notatur in l. magistratibus. ff. ad muni. & in Spe. *titu.* de sententiæ prolatione. §. sequitur, uersi. quid si sunt, & quod not. Bald. in l. non ambigitur. ff. de legibus. ubi uide. Et istud est magni effect', quia si isti sunt ordinarij, & durante eorum officio, qđ prouiderunt uel ordinarunt, possunt illud reuocare, dum tamen eædem concurrant solemnitates in reuocando, quæ in faciendo per leg. si ad resoluendum. C. de prædiis minorum, cum hæc sit natura legis uel statuti quòd posit mutari durante officio, secus si per uiam sententiæ diffinitiuæ quid statuissent, aliàs prouidissent quia tunc non posset reuocare nisi prætextū nullitatis. ff. de re iudi. l. quod iusit, & in lege, post sententiam. Codic. de sentent. iuncta l. si ut proponis. C. quomodo & quando iudex. Et hoc est quod satis confuse dixit Barto. in l. ambitiosa. ff. de decret. ab ordi. faciendis, & in dicta disputatione. Et sequitur eum Bald. in l. & quia. ff. de iuris. omni. iudicum. Et quia possent multæ concessiones oriri super prædictis, solet princeps cū curia dare istis formam & modum procedendi. Et dictas faciendi prouisiones, & de loco conueniendi certa hora diebus non feriatis. Et qđ maior pars præsentium ualeant dictas facere ꝓuisiones &c. prouti princeps cum curia concordant, & iam hora assignata interpellant, uel facit pulsare certa hora campanam, ut fugiant altercationes, de quibus per Bald. in l. prima. ff. de officio proconsul, & per Barto. in l. hæredes mei. §. peto. ff. ad trebellia. Et ab hac forma non est recedendum. Codic. de iure fisci. l. super creandis, libro x. Nunc uidendum restat qualis sit potestas istorū prouisorum & quanta iurisdictio eorū. Et uidetur quod in prouidend. grauaminibus per iusti-

iustitiam omne imperiũ & oẽm iurisdictionem habeant ciuilem & criminalẽ merũ & mixtũ imperiũ, duobus consideratis principaliter quia in grauaminibus oblatis principi, in curiã, ponuntur quærelæ officialiũ, & petitur iustitia administrari, quæ clausula complectitur omnia, quæ ex post probabũtur in iudicio, & ius competens & quæ narrata sunt, ut not. de ord. cog. c. cũ dilect°. per Inn. & Do. Anto. de Bu. post Io. Calderinum. Ergo si probetur, de homicidio dolo facto per officialem, ubi est pœna mortis officiali, ut in text. not. in l. lege Iulia. §. fi. ad l. Iul. repe. & notat Bar. in l. 1. ff. quod quisque iuris. Et princeps sup hoc dat potestatem per iustitiam prouidendi, p quã uenit iurisdictionis commissio, ut in text. not. & quod ibi no. de offi. deleg. ca. 1. in prin. in dubio omnis iurisdictio ad actum prouisionis necessaria uidetur concessa, ad hoc not. de præsump. c. dudum, per Inn. & Do. Anto. de Bu. & per modernos, in cle. iudices, de offi. deleg. & in cle. auditor de rescrip. Et quia princeps respondendo curiæ quod placet sibi dare illam potestatem, uidetur in dubio respondere secundum interrogata. ff. de interrog. ac. l. si defensor. §. qui interrogatur, quæ est ut fiat debita grauaminibus prouisio, p iusti. Et iam maxime, si uerba præfationis hoc sonant, ad hoc. l. fi. ff. de hæred. inst. Et si meritò omnis iurisdictio & merum imperiũ cum tollit sit necessarium ad debitam prouisionem per iustitiam faciendam tali grauamini, & iam fortius si cõcludat talẽ officialẽ puniri & castigari, uti in pluribus grauaminibus fit, & adijcitur talis conclusio, & sic nõ est dubiũ uirtute talis potestatis oẽm iurisdictionẽ & imperiũ esse concessum, & ẽt executionẽ, quia cum sint ordinarii a principe. l. habeant imperium in dicta potestate tradita, nõ est dubiũ per iurisdictionem quam habẽt posse exequi, ut notatur per Do. Anto. post Host. extra de foro compet. c. cum contingat.

3 c † ITEM quia isti quodammodo sunt sindicatores [c] officialium, qui debent habere gladij potestatem, ut notatur in auct. ut iudices sine quoquo suffragio. §. necessitatem, & notat Ioã. And. in add. ad Spe. in ti. de sindico. Sed quid possunt isti promissores uirtute potestatis eis attribuitæ? & dic quòd omnia põt facere & prouidere, quæ principaliter spectant ad id super quo habent potestatem, argu. ff. de arbi. l. non distingnemus. §. de offi. ff. mandati. l. diligenter, de exerci. leg. l. 1. §. nõ autem & §. igitur, & l. sed & si pupillus. §. cõditio, cum similibus, merito poterunt prouidere actum deduct. in quærelam ualidum uel inualidum annullare, saltim quatenus de facto processit, & ex forisfacto contra foros & priuilegia, uel aliàs indebite condemnare officialem ad pœnam sibi debitam, uel quod fecerit litem suam, iuxta uota. in lege ex maleficis, §. si iudex. ff. de ac. & obli. & institu. de obli. quæ ex quasi delicto, in princip. & quod ibi not. quia principaliter ad id agitur per partem grauamina proponentem, uidelicet ad suum interesse consequendũ, & ad debitam pœnam iudici infligendam si id petatur specifice, uel si ex deductis potest comprehendi ex illa clausula: peto iustitiam administrari, uti diximus. Et notatur in dicto ca. cum dilectus, de ordine cog. imo & si solum fiat narratio casus sine aliqua conclusione, quia in criminali non est necessaria conclusio, de accusa. l. libellorum, & ibi Barto. & de iudi. capitu. examita, per Domi. Anto. Si autem grauamen concluderet ad annullationem actus solummodo, uti iam uidi, uel ad restitutionem interesse, quia istud est ciuile iudicium, licet aliquando actus annullatio sit pœna, ut notatur in l. nemo. C. de sacro. sanct. eccle. per Bald. tamen si in tali iurisdictione constaret prouisoribus, de forefacto: per quod alia pœna ueniret infligenda iudici, non possent illam criminalem pœnam infligendam prouidere uel decernere, quia non agitur, ad hoc ut ex ciuili iudicio, non potest resultari pœna seu infamia, argu. ff. de suspect. tuto. l. 3. §. præterea. Sed bene si solum brachium posuisset grauamen concludens ad punitionem, & castigationem, si constaret de interesse incidenter prouisores possent prouidere, & iudicem ad id condemnare restituendum parti læsæ, ut lege. interdum. §. qui furem. ff. de furtis, & l. solemus. §. latrunculator. ff. de iudic. Vnde dicit multum singulariter Bal. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de officio proconsulis. quod rector ciuitatis tenetur generali iudicio domino suo, id est principi & uniuersitati seu ciuitati, quam gubernauit, particularibus autem quos læsit, tenetur singulari iudicicio, quo ad publicam pœnam proceditur principaliter, quo ad particulare interesse non nisi incidenter. Hinc est quòd si uerbi gratia condemnetur de furto criminaliter, etiam ad rei restitu. condemnabitur accessorie, ne fiscus suorum subditorum commoda negligere uideatur, argu. de furtis. l. interdum. §. qui furem & in §. necessitatem, in aucten. ut iudices sine quoquo suffragio. Et dicit quòd hoc est iam magis notatu dignum in inquisitione, quàm cum accusando proceditur, cum inquisitio ad priuata iura non uideatur extendi, extra de iureiuran. cap. ad nostram, per Innocen. de accusa. capitu. cum oporteat. per eundem, secundum Baldum.

¶ ITEM possunt dici prouisores facere & ordinare omnia antecedẽtia super quo est eis data potestas, per quæ ad illud perueniri potest, ut pbatur in l. cui iurisd. ff. de iurisd. omnium iudi. & ff de procura. l. ad rem, & l. ad legatum, unde si uiderent officialem talem, quod esset præsumptio fugæ ex debitis uel maleficiis possent illud carcerare, uel inde posit sequi condemnatio, & eorum prouisio non fieret ludibrio, argum. notatorum in dicta. l. secunda. ff. de iurisd. omnium iudi. Nam cum (uti uidisti) ipsi habeant merum imperium, habent omne genus

nus carceris, ut notat Bald. in l. imperium. ff. de iurisdi. omni. iudi. quando plus, quia iste carcer est custodiæ, merito est illius iurisdictionis uel imperij, cuius est causa ex qua capitur secūdum Guillermum de cugno, in d. l. imperium. Possunt que dicti prouisores accipere de illo repræsentādo uel iudicio fisci uel iudicato soluendo idoneos fideiussores, iuxta notata in l. prima. & in l. diuus. ff. de custodia rerum, omnia hæc sunt antecedentia, ad quod sunt ordinat. merito recidit in illorum potestate.

¶ ITEM possunt dicti prouisores omnia consequentia, sine quibus id quod commissum est explicare, ita commode non posset, ut. l. cui iurisdictio. ff. de iurisdictione omniū iudicum. Et not. in lege, non distinguemus. §. de officio. ff. de arbitris. Meritò poterunt locum quærelantibus in publicum asignare, & officialibus ut adsint ad uidendum purgationem, & prouisionē grauaminum, aliàs partes non tenerentur illos, in eorum domibus uel hortis perquirere, ut in lege prima. §. adeundi. ff. quando appellandū sit. nisi aliàs iudex solitus sit sibi dare audientiā, ut in gloss. singulari, in capitu. cupientes. §. quod si per uiginti, de elec. libro sexto. ¶ Item possunt ordinare nuncios uel portarios, & mandat. per eos fiend. iuxta nota. in lege prima ad municipales. per Bar. & in l. ambitiosa. ff. de decretis ab ordine faciendis. Et tabelliones publicos ad acta cōficienda assumere, sine quibus acta iudicij nequeunt commode fieri, de quo de proba. c. quoniam contra falsum, & in l. 2. C. de sportul.

¶ ITEM possunt eorum iurisdictionem impedientes capere, & mulctare, & partes & illorum contumacias ultione debita castigare, de offi. delega. capit. primo, & capit, præterea, & ca. significasti, & capitu. prudentiam. Nam omnia possunt; sine quibus commode talis iurisdictio nequiret expediri, ut ibi. Et inde possunt pœnas apponere, non obtemperantibus illorum mandatis. lege prima. ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit. Et possunt terminos asignare ad compellendum quod per eos mandatur, argu. l. quid tamen. §. solutioni. ff. de arbitris, non autē possunt prouidere uel decernere super eo quod non spectat ad id super quo concessa est potestas neque super illius accessorio. Ad hoc de rescript. capit. cum dilecta. ff. mandati. l. diligenter. & ff. de arb. l. non distinguemus. §. officio. Et ideo non possunt aliquid statuere quod non esset prius statutum foro uel priuilegio, neque facere delictum, quod non erat, sed solum habent potestatem decernendi si est grauamen, si est facta parti iniustitia, si est commissum delictum ꝑ officialem uel non, si est punibile uel non, & qua pœna si annullabit actus uel non, & sic de cæteris ad grauamina pertinentibus. ¶ Scias tamē quod ex quo iudices sunt in ordinata potestate, quia princeps nisi expresse dicat, suum supremum imperium non uidetur commisisse argu. de offi. delega. ca, super quæstionum, unde licet princeps in curia posit purgare grauamina manu regia, & arbitrio regio; quia omnis rex habet supremam potestatem & liberum arbitrium; ut no. Innocen. de fide instrumen. cap. cum P. tabellio. & probat text. & gloss. in l. 2. ff. de origi. iur. & ibi Bald. hanc supremam potestatem non uidetur prouisoribus commisisse, argum. l. legatus. ff. de offi. proconsu. Et quod no. in l. prima. §. cum cum urbem. ff. de offi. præfecti urbis. ¶ Sed occurrit dubium. Quid si est commissum prouisoribus grauaminum, ut posint reparare grauamina, etiam super sententias regias, & alias præeminentiæ reperirentur illatæ, est dubium an talis commisio ualeat, uidelicet an possit tale grauamen per illum cui commissum est reparari, & uidetur tex. in capitulo, de confirmationibus, de confirma. utili uel inutili, & no. per Dominus Antonius de Butrio, in capitulo, ut debitus, circa finem, de appella. ubi sic inquit, per hunc finem. Et concludit Vincentius quòd hoc loquitur in ordinario, quia non est aliqua causa tam ardua, quæ non posit tractari, coram papæ delegato, secundum Dominum Antonium de Butrio, ubi supra, & latius in capitulo per uenerabilem, qui filij sint legitimi, ut probat tex. & gloss. in capitu. quod translationem, de offic. delega. & tex. in lege quotiens Codic. ubi sena. uel clarissimi, & nota. per Barto. in l. ambitiosa. ff. de decretis ab ordi. faciendis. ¶ Sed in contrarium uidetur text. in aucten. ut in medio litis non fiant sacræ iussiones, columna. octaua, cui concordat pragmatica regis Petri ultimi. Datum Valentiæ uigesimosecundo die Septembris Anno. M. CCCLXXXII. Tamen tex maxime cum curia, qui superiorem non recognoscit, & habet talem potestatem in regno suo qualem Imperator in imperio disponendo contrarium de certa sui scientia tollit prædictas dispositiones, iuxta not. per Bald. in lege. continuus. §. cum quis. ff. de uerborum obligat. & in l. apud Iulianum. §. fina. ff, de lega. prim. & in l. prohibere. §. plane. ff. quod ui aut clam. Vnde dicit Bald. in prohemio feudorum, in fine primę diuisionis, quòd certa scientia principis idē operatur quod clausula, non obstante, Allegat dictū Archi. quod nota.

DVBITARI consueuit quis ordo sit seruandus per ipsos prouisores in prouidendis grauaminibus. Et certe grauamen & in eo narrata sunt intimanda officiali, contra quem dirigitur, seu fisci procuratori, si contra principem; quia sine sit processus specialis inquisitionis, & dari debet inquisitioni copia, eo præsente & uocato, & facultas defendendi, & de iure & de facto, in capitulo, qualiter & quando, in secundo. §. debet. de accusa. & in foro, En fer, inquisitionis, Rubrica de curia. & in lege, defensionis facultas. Codice de iure fisci, lib. decimo. Siue dicamus grauamen esse

unam

vnam talem qualem petitionem quæ fit in iudicio summario, ut notat glossa in clemen. sæpe, de uerborum signi. Et Bar. in extrauagãti, ad reprimendam, & tunc quia succedit loco petitionis debet dari copia & facultas defendendi, ut ibi in dicta cle. Licet solennitas ordinis iudiciarij nõ seruetur hucusque, sicut neque hodie de foro regni seruatur, quoniam in omnibus causis habet procedi simpliciter, summarie, & de plano. Sed est uerum quòd dantur certæ dilationes a foro introductæ quæ longum tractum desiderant, quæ sine dubio in ipsis grauaminibus non essent seruandæ: sed dabuntur dilationes ad arbitrium dictorum prouisorum, tam ad instruenda grauamina quàm ad ponendas & probandas defensiones officialium: quoniam de iure quærelæ contra officiales tractant, ut causæ breuiores, iuxta formam autenticæ, nisi breuiores. C. de sententiis ex piculo recitan. & sic sine scriptis solum ad memoriã redacta quærela in scriptis. Ad hoc no. in §. necessitatem. in auten. ut iudices sine quoquo suffra. & quòd nota. 1. q. 4. c. quia præsulatus, secundum Bal. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offi. proconsulis. ¶ Sed dicit ꝗ lis debet cõtestari, & allegat auctoritatem gl. in l. unica. C. ut oẽs tã ciuiles, quàm militares iudices in glossa parua, quæ dicit quod contestatio litis dicitur orta, quã gl. dicit notandã. Sed eam non credo bene dicere, quia si quærelæ officialiũ sunt lites breuiores uti innuit Bal. causæ cognitio nõ est necessaria, ut in dicta auct. nisi breuiores, & sic neque litis contestatio, q̃ neque in in summarijs requiritur secundum tex. in clem. sæpe. de uerb. sign. Vnde puto quòd prouisores debent, maxime attento foro regni per quẽ omnes causæ sunt summariæ, & a fortiori per prædicta in querelis officialium litis contestationẽ repellere. Sed data copia & facultate defensionis dilationibus coarctatis ad modicum tẽpus procedere ad prouisiones iustitiæ, maxime q̃a hoc suadet dilatio, quæ communiter breuis datur ad has querelas terminandas a iure, ut in d. l. unica. C. ut omnes, tam ciuiles, quã militares iudices, & in §. necessitatem, in auct. ut iudices sine quoquo suffragio, & ab ipso actu curiæ ad dictas faciendas prouisiones, quo casu etiam feriæ non seruentur, ex quo res est tempore peritura, extra de iudi. c. fi. & quod no. in l. 1. ff. de ferijs, merito est etiam causa amputandarũ dilationũ, ut no. in auct. offerat. C. de litis cõtesta. ¶ SCIAS tamen quòd quicquid sit in ordine procedendi q̃nauis summario cõtra iudices cõtra eos tñ clarissime dẽnt esse probationes, & euidentes, cũ iudices habeant iuris præsumptionẽ, quia pro eis præsumitur, de renũciatione c. in præsentia, & in l. 2. C. de officio ciuilium iudicum, & idem cum extraiudicialiter proceditur, de eo qui fur. ordines suscepit. c. innotuit per Inn. & iam fortius si criminalitur agitur cõtra eum per l. fi. C. de prob. Et sic in omnẽ euentum probatio habet esse euidẽs contra iudicẽ. Quales autẽ pœnæs inferendas dicti prouisores possunt prouidere dictis iudicibus, plenè tibi dixi in rub. de propositione grauaminum in §. post militares, in uersi. forma, circa finẽ, ubi tractaui materiam inquisitionum cõtra officiales ideo dic ut ibi dixi. ¶ Adde tamen unum qđ ibi omisi, ꝗ istis supremis iudicibus est deferendum in pœnis, quia nisi de magno dolo constet contra eos non debent puniri pœnis corporalibus, sed fit commutatio in pœnam pecuniariã, ad iudicis arbitrium, Iste est casus singularis in l. quicunque summantes. C. de decur. lib. 10.
4 † Secus esset si in dolo uel malicia hominem occidisset, quia tunc ut homicida capite plectendus est, ut in tex. singu. in l. leg. Iul. §. fi. ff. ad legẽ iuliã rep. qui ẽt nõ est alibi, quẽ Bar. ignorauit, in l. 1. C. ꝗ quisq; iur. Et ibi Bal. allegat ad hoc. ¶ SED EST dubium, an facta prouisione & condemnatione, contra officialem per prouisores officiales condemnatus poterit appellare? Et uidetur quòd sic, quia in omnibus negotijs, permissa est realiter appellatio l. & in maiorib' C. de appella. Et quia regulariter, nisi quis sit confessus, & conuictus de crimine, potest appellare, ut in l. obseruare. Codic. quorum appellat. non recipiantur, & in l. additos. C. de appella. Imo & a multis iudicũ licet appellare, ut leg. & in multis. C. de appella. ¶ Aduerte, quia ad hoc ut uideas hanc materiam, scias quòd potestas cõmuniter datur istis prouisoribus sub hac forma, quòd quicquid per prouisores fuerit ꝓuisum, siue ordinatum, habeat illam efficaciam uim & auctoritatem, ac si per principem in plenaria curia esset factum, statutum, ac prouisum, & habeat uim actus curiæ & legis generalis, quæ clausula facit, ut factum istorum prouisorum fingatur factum principis in curia factum, & sic actus curiæ uel lex, & hæc fictio appellatur inductiua, de qua per Barto. in lege, si is qui pro emptore. ff de usucap. s. quid sit fictio inductiua, quia specificè de hac non tangit. ¶ Sed ego do tibi casum formatum, in l. 2. §. exactis, in primo uersu. Postea autem. de origine iuris. Nam quamuis antiquitus omnis potestas esset penes populum, attamen populus decemuiros deputauit, ita quòd quicquid per eos ordinaretur, haberet uim legis, & sic illi iuris fictione populũ repræsentabant: & illorũ ꝓuisio, siue lex, erat lex populi, & ab illa non prouocabatur, ut ibi tex. licet quo ad hoc de appellatione remota, uideatur ibi casus in contrariũ, quòd appellatio nõ sit remota, nisi expresse cõcedẽs id dixisset, ut ibi populus inhibuit. ¶ Sed tu dic contra, quòd ibi non inhibetur appellatio, quasi sit necessarium illam inhibere, sed exprimitur id quòd a iure inest, quod sic probo. Si factum decemuirorum ualet ut lex, & iuris fictione habetur pro lege populi, sed ab illius duritia, uel iniquitate, ut ita loquamur, nõ ap-

pellaretur, de appella. l. fina. ff. de uerbo. signi. l. si qua pœna. l. prospexit. ff. qui & a quibus, merito neque ab istorum prouisione uel l. quã princeps facit in quem omnis ptãs est translata, ut in d. l. 2. §. nouissime. ff. de origine iuris, uult haberi pro sua prouisione actu curiæ & lex poterit appellari: quoniam a leg. sententia non appellatur, ut in dicta lege, si qua pœna. de uerb. signifi. ff. Neque recipitur appellatio, super eo quod ex edicto publico statuitur, ut in l. fina. ff. de appell. recipien. per quam leg. dixit Barto. quòd dicunt canonistæ, quòd ab iniquitate legis seu statuti non appellatur. Allegat. ff. de uerbo. sign. l. si qua pœna. secundum Dynum. De quo dicit se dixisse, in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure.

¶ ITEM id comprobatur, quòd ab istorũ ꝓuisione, & lege seu actu curiæ, non posit appellari, quia tale negociũ prouisionũ grauaminũ, & circa illas actũ curiæ fiend. princeps cõmittit uiros singularis industriæ & fidei exploratos. & grauitat. merito illos extollendo ad illius officij magnitudinem non aliter credit eos iudicaturos, quã ipse foret iudicaturus. Merito ab illorũ ꝓuisione, uidetur appellatio inhibita: ut in tex. notabili in l. unica. ff. de offi. prætoris. ¶ Sed ꝓxime dictis uidetur obstare: quia lex uel actus curiæ, seu prouisio facienda per istos prouisores grauaminum, concernit certam singularem personam, commodum uel damnum ipsius, q̃ diriguntur contra aliquem ex regijs officialib⁹, uel aduersus principem. Et sic licet eius prouisio habeat uim legis, tamen tali casu, licita uidetur appellatio: quia cum lex uel statutum specialiter concernit commodum, uel damnum alicuius non uidetur ualere, & a tali nequitia potest appellari, & est ratio, quia lex est commune præceptum uirorum prudentum, ut in l. 1. ff. de legibus, per quam dicit ibi Bald. quòd si lex respiciat alicuius singularem gratiam, seu fauorem, non ualet, & idem in l. odio, ut in l. quotiẽs. de poll. & ibi Bar. in l. si priuatus. ff. qui & a quibus. ¶ Aduerte, quia cum lex, uel actus conditur in speciale commodum alicuius: quia causa mouens est is cuius commodum uel emolumentum tangit, & specificatur in ipsa lege. Et tunc hoc non ualet ut lex: quia non est commune præceptum, ut in dicta lege 1. ff. de legibus, & ideo permittitur appellatio, ut notatur in d. l. quotiens, de poll. & in l. fina. ff. de appell. recipien. Si autem lex nõ est communis, quo ad formam exterius, sed in speciale odium alicuius & tunc non licet appellare. Sed is qui læditur potest principem supplicare, & illam de iniquitate arguere, cum competat sibi doli exceptio ut est casus notabilis in l. prima. §. fina. ff. de doli exceptione. prouti ponit de dolo, quod committitur in legi. condendis. licet Bar. in l. 2. ff. de origi. iur. in §. postea intelligat dictam l. primã quod posit appellare grauatus, sed hoc ex ea nõ probatur, imo plus potest is qui ex tali actu curiæ præiudicatur: quia potest expresse protestare & contradicere, & non nocebit sibi secundum Cyn. in l. 1. C. quæ sit longa consue. in quarta quæstione principali. Et ideo canonistæ contradicentes statutis episcopi uel capitularibus factis in eius damnum, non præiudicantur ex illis, de quo uide Innocen. & Anton. de Buttrio, in capitulo, cum accesisset, de constitu. & tangit Bar. in l. fina. de appell. recipien. Et inde a curialibus assumpta est practica, ut quotiens sentiũt actum curiæ fieri, quod posset esse præiudiciale uel damnosum alicui brachio uel singulari, ponunt in curia suam protestationem & contradictionem, & sic merito illis non præiudicat. Sed hoc credas uerum quando ex tali odio uel præiudicio quod tertio paratur, lex infringitur, ut puta: quia cõtra regulas iuris communis aliq̃d per talem legem statuitur, tunc habet priuatus ius contradicendi, & l. iniquitatem impugnandi, aliàs non. Et hoc sentit Bald. in l. 1. ff. de legibus. Cum ergo dicti prouisores nil noui statuãt sed secundum iustitiam prouideant, nõ est q̃d in speciale odium statuatur, imo secundũ legem regni per illos iustitia ministratur: & sic ab illius prouisione uel actu curiæ non appellatur, sicuti in officialium fauorẽ si quid prouideretur nõ appellatur, quia fauor naturali ratione munitus, & sic talis licite uenit etiam in legibus, secũdum Baldum in l. prima. ff. de legibus. Et sic uidetur nullatenus a tali prouisione permissam appellationem. Et ita uidi me existente uno de prouisoribus in curia celebrata proxime, per regem Nauarræ locumtenentem generalem domini nostri Arragonum regis in regno Valentiæ, fuisse denegatam appellationem emisã p̃ unũ officialẽ. ¶ Sed nunquid isti prouisores habent facere prouisiones suas in scriptis? & si dicamus has causas breuiores, nõ: quia in talibus non fertur sententia in scriptis, ut notatur in authen. nisi breuiores. C. de sententijs ex periculo recitandis. Sed si nõ sunt causæ summariæ, & sententia uel declaratio est in scriptis facienda, ut in clemen. sæpe, de uerb. significa. Et iam fortius, quia talis prouisio habet habere effectũ legis, & actus curiæ, & sic est ipsa lex, ad cuius esse requiritur scriptura secundum Petrum de bella pertica in l. humanum. C. de legibus. dicẽs, q̃ in legibus requiritur scriptura, ratione formæ aliàs posset pretendi ignorantia. l. nõ scriptæ, neque consuetudine approbatæ, & esset lex ludibrio, quod est inconueniens dicere secundũ eũ. Sed Bal. in dicta. l. humanum, refert aliquos dicere, quòd scriptura non requiritur ratione formæ, sed ratione obseruantię, sicut requiritur publicatio legis. Vnde secundum istos scriptura non est forma substantialis legis uel statuti, sed est quædam forma accidentalis, quæ requiritur ad hoc ut lex liget. Nam dicit Bal. sicut in contractibus uidemus, nam contractus prius habet

bet esse quam obliget, ut patet in contractu cõditionali, ita dicit in legibus. Sola uoluntas principis, vel statuentis uerbis expressa est lex, scriptura uerò sequitur ad illius obseruantiam, & obligationem subditorum. Ad hoc allegat. ff. de constitutio. principum. l. prima. in verbo placet, ubi text. dicit. Quod principi placet, habet legis vigorem, non dicit scriptum est, ad idem. 30. quæstione. 2. capitu. institutionis. Et quod notatur per Ioã. Andream, in capitu. nemo potest, de regulis iuris. libro 6. in mercuriali. ¶Aduerte, quia istæ prouisiones, habent effectum sententiæ & legis, & habent executionem contra condemnatos, meritò habent esse scriptæ, ut posit illarum uirtute executiue procedi. Facit quod notat Bartol. in l. prima, & in le. cancellauerat. ff. de his quæ in testamento delẽtur. Et quia supra diximus, quòd nisi aliàs esset dispositum per actum curiæ, isti prouisores habent talem potestatem, quod eorum maior pars possunt prouisiones facere, ut in le. plane, quod cuiusque uniuersi. Et allegaui tibi Bald. in l. prima. ff. de offic. consulum. Est nunc dubium vbi non esset prouisum per actum curiæ, an unus vices suas, uel uocem suam alteri possit committere: & certe non, quia istorum industria est electa, meritò hęc potestas non communicatur, ut in cap. is cui, de officio deleg. lib. 6. cum similibus. Et quod industria electa a principe præsumatur, probat causarum arduitas q̃ commissæ sunt, ut dicit Bald. in lege vnica. ff. de officio præfecti præto. quod ex magnitudine causæ præsumitur electa industria personæ secundum eum, merito non est talis potestas delegabilis, de officio deleg. cap. fin. §. his autem. Et ibi latè de hoc, & ideo postquam dicti prouisores concordauerunt de hora & loco, uel ab actu curiæ, sicut facta designatio, si maior pars esset præsens & concordans in prouisione ualet quod geritur, ut in dicta lege plane, quod cuiusque uniuersitatis nomine. Nam quotiens publicum negotium pluribus committitur, sufficit maior pars, vt ibi. Secus si negotium priuatum, ut in l. sicuti. ff. de arbitris. Et nota quod q̃uis istud negotium non sit commissum ut corpori uel collegio, quia expresis certis nominibus, tamen debent in unum conuenire in deliberatione, non tamen debet scrutiniũ inter eos obseruari, ut no. Bal. in l. non ambigitur. ff. de legibus, & ꝙ dixi in unum, intellige de maiori parte, quia apud illã est potestas, ut dixi. Et idõ dico si durante tempore eis ad prouidendum assignato, aliquis uel aliqui ex prouisoribus moreretur, restante maiori parte, quia mortuus pro absente habetur, ut in l. mulierem. §. abesse. ff. de uerborum significatione. Et ideo postquã duæ partes restabant, sufficit. Si tamen tanta pestis uel absentia ueniret, quod non restaret maior pars, nihil possent agere. Et hoc ideo, quia ut singulis hæc potestas uidetur attributa. Si autem ut collegio attribueretur, apud vnum, restaret ius collegii, ut in le. sicut, quod cuiusque uniuersi. Et nota. de postu. præla. capitulo, gratum. Nam cum iura collegii resideant in uno solo, ille solus habet tantam potestatem quantam haberent omnes de collegio. Imo & ius eligendi apud eum residet, ut no. Archidiacon. 66. distinctio. si for. Et uide quod nota. Archidiac. 10. quæstio. 2. capitu. 1. 9. quæst. ultima. capitulo, congregatio. ¶Et hæc sufficiant de hac materia prouisorum: quia ut plurimũ per actum curiæ prouidetur & circunscribitur illorum potestas, & ab illa forma non est recedendum, C. de iure fisci. lege. super creandis, libro decimo.

## CAMILLI BORRELLI ADDITIO.

a ¶QVI principis membra sunt.] Quod consiliarii sint membra principis. vulg. l. quisquis. C. ad leg. iul. maiesta. voluit Nic. Boer. in decis. 17. nu. 4. vol. 1. & in trac. de Author. magni concil. nu. 129. Octauian. Cacher. in Decis. ped. in procem. nu. 1. & Caro. de Grassalio. Regal. Franciæ lib. 1. iure. 12. versic. insuper. uoluit Mart. Laud. in Trac. de cõsiliariis. per totum. & Lancellot. Conrad. in templ. omn. iud. lib. 1. c. 1. §. 4. in versi. magni Cancellarii officium. num. 10. & nu. Inde varie disputatũ extitit p Doctores an offendens, vel occidens Principis consiliarium læsæ maiestatis crimen incurrat. Vt accidit in personam Andreæ de Isernia qui fuit occisus Neapoli ante portam Petrutiam, & fuit contra homicidam processum tanquam contra committẽtem crimen læsæ maiestatis. de quo per Paridem a Puteo, & Afflict. quos allegat Iul. Clar. Sent. lib. 5. in §. læsæ maiestatis. nu. 5. Vide Guidon. Pap. decis. Gratianopol. 344. num. 2. Bartholom. de Cassan. in Catalog. gloriæ Mund. Parte 7. consid. 13. de quo plene Hieronym. Gigas in tract. de crimin. læsæ maiest. q. 13. q. 27. & q. 52. sed recipiunt declarationem datam ab Aymon. Crauet. in consil. 6. nume. 79. Bartholom. Socyn. in consil. 275. in causa fratrum. columna. 2. late Ioann. Anton. Niger. in cap. Reg. nuper apud Tranum. nume. 79. in regno videnda est Constitut. hi qui. §. præterquam. ubi vide. adde ei Roland. a Valle in consi. 15. per totum. vol. 4. Circa primum autem dictum quòd consiliarii pars Principis reputantur, faciunt notata per Laurentium Grimalium de optim. Senatore. lib. 1. ubi de senatoribus alloquens, itaque (inquit) necesse fuit Regibus, socios sibi ad imperandum asciscere, ut communi consilio, prudentiaque, cum his rempub. melius gubernarent. de his, & similibus ego fusius dico & differo alibi.

b ¶SIT iudex competens.] An princeps sit iudex competens in causa subditorum, dicendum est, quòd ei permittitur, & uidetur hoc de indubitabili. Sed dubium est quid in causa sua? quod posit in propria causa iudicare. allegatur text. in l. & hoc Tiberius. ff. de hæredi. institu. aliàs incip. & hoc Titus. iux. Alciatum. Martin. Laudens. in tractat. de princip. q. 108. Paris. de Puteo in tract. de re milit. lib. 2. §. Nobilis nume. 11. & concludit post multos etiam Lancellot. Conrad. in templo iudicum lib. 1 cap. 1. §. 4. uersiculo decimo, non inargute. nume. 1. & 2. Adde his Hippolyt. de Marsil. in singu. 405. Iafredus Lanfranc. Balbus

bus decis. 107. & eleganter Stephanus Forcatulus in Necyomantia iuris dialogo. 96. num. 5. Alfonsus Aluarez in Speculo Romano. pontif. cap. 55. in fin. Albertus Brun. in consi. 9. nume. 3. & in consi. 45. nume. 13. (& quid in feudalibus tractat. Iacob. Ardizon. in summa feud. cap. 138 Gulielm. Hanneton. iuris feudorum lib. 4. cap. 1. Franciscus Duaren. cap. 20.) Craue. in consi. 153. num. 2. & ego etiam dico alibi, ad quæ me refero.

c ¶ SINDICATORES officialium.] Quod sindicatores habeant gladii potestatem, & dicuntur officiales Regni in hoc Regno, ut pluries annotauit Paris in tract. sind. & quod habeant iurisdictionem, uoluerunt Amodæus, Cataldin. & alii in eorum tractatibus. voluit Ioann. Anton. Niger in cap. Item statuimus quod iam iustitiarii. num. 69. & Carausta in Ritu. 295. per totum. Nouissime vide Virginiũ Boccacium in comment. consti. Picenti. Gloss. 6. nu. 20.

## De inæqualitate vocum. Rubr. 45.

### In §. Quamuis.

*SVMMARIVM.*

1 *Quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari.*
2 *Non est inconueniens, quod quis duorum officium gerat.*
3 *Geminatio causarum, multiplicat effectus.*
4 *Duas dignitates, quis habere non potest.*
5 *Princeps est caput Reipublicæ.*
6 *Vt vnus ex sociis admittatur ad contrahendum, requiritur quod sit paris potentiæ.*
7 *Excommunicatus, non habet vocem in curia.*

1 QVAMVIS regulariter uerum sit quòd id † quod omnes tangit ab omnibus approbari debeat, extra de officio Archidiaconi, capi. ad hæc, in fine, & in capi. si archiepiscopatus, de tempo. ordina. & quæstio. 1. capitu. licet ergo. & ff. de aqua pluuia. arcen. l. in concedendo. C. de aucto. præstanda. l. ultima, & C. de omni agro deserto. l. quicunque, in fine, lib. 12. ff. de adop. l. nam ita diuus. tamen aliquando sine aliquorum approbatione & consensu negocia curiæ concluduntur, & illi obligantur, quod uidetur durum, quia iure communi potior est conditio prohibentis. ff. communi diuidundo. l. Sabinus, & quod inuiti, & contradicentes obligẽtur donatiuo curiæ uidetur iniquũ: quommodo ergo dices quod negocia curiæ possint concludi, inuitis & uel contradicentibus aliquibus? Dic quòd in curia interuenientes, aliquando interueniunt pro alio procuratorio nomine, uel sindicario, aliquando suo proprio, vt communiter in brachiis, ecclesiastico & militari, aliquando utroque suo & procuratorio. primo, & ultimo casu, cum alieno nomine, & uel suo & alieno interueniunt, habent nomine constituentis uocẽ talem qualem ipse constituens. de elect. capitu. quia propter §. illud quoque, & eod. titu. si quis iusto, libro. 6. & iam maxime si de certo uoto uel uoce danda dederit in mandatis, ut in dicto capitu. si quis iusto. §. penultimo: quia tunc mere pro uoce donum habetur, & potest tunc suo nomine contrarium uouere a uoto emisso nomine alieno, quia alias non posset: quia non potest aliter tenere conscientiam informatam vt procurator, quàm suo nomine, ut ibi notatur. & sic is qui ut procurator interuenit, solũ habet uocem quam haberet constituens, si suo & alieno habet duas voces, & eo nequit dici pinguior uox sua quam aliorum, quia uox sua non est una, sed duæ, qui vice sua & alterius, & sic est niua uox, quamuis in idem habeat concordare (ut est dictum) † neque est incon-
2 ueniens quod [a] officium duorum, quis gerat.
a ff. de auctorita. tuto. l. accipientur. & ff. de contrahen. emptio. l. fistulas. §. 1. ff. de adop. l. si consul. in his quæ sunt negotiationis uel uoluntariæ iurisdictionis, ut ibi notatur in gloss. & extra eã. Aliquando autem interuenit quis, suo nomine proprio solum, & tunc aut is habet duas dignitates, quarum quælibet habet & potest in curia interuenire, ut puta si magister Minutesiæ haberet commendam, uel habens duas commendas, quarum quilibet commendator soleat in curia interuenire. Vel pone aliquem comitem Deniæ, & ducem Gandiæ, uel baronem duarũ baroniarum, quo casu dicunt canonistæ, Host. & Innocen. & Ioann. Andr. & Anton. de But. in capitu. cum olim, de re iudica. quòd si quis habeat duas dignitates aliquibus in diuersis, & a qualibet distributione surgeret ius uocis dãdæ tunc quamuis æquum esset quòd non haberet nisi unicam uocem, quia non habet nisi unicã, ratione dignitatis, tamen dicunt de iure posse habere duplicem uocem. ¶ Primo, quia concurrentibus pluribus qualitatibus in personam eiusdem faciunt loco plurium censeri, de elect. capitu. cum inter R. & capit. scriptum. Ad hoc de decimis, c. pastoralis, clemen. prima, de censibus. ff. de contrahen. empt. l. alienatio. & l. 1. C. de ac. empti. l. creditor. §. fina. ff. de lega. 3. l. prædiis, ff. de regu. iur. l. omnibus. Ad hoc facit qđ dicitur de duobus quartis deducendis; quarũ unam detrahit, ut hæres, aliam, ut filius, de testamentis. Raynuncius, & capitu. Raynaldus. Ad hoc no. de probat. capit. ex literis, de adop. l. si cõsul. ff. de operis liberis l. duorum, de actionibus empti. l. e. non est nouum. de lega. primo, lege, si mihi. Ad hoc quod dicitur de duplici patronatu, qui potest haberi a filio & hærede. ff. de bonis libertorum. l. si filius. ff. de fideicom. liberta. l. si filius. Et quia † geminatio causarum,
3 geminat & multiplicat effectus. le. dominus. §. dominus. ff. de peculio, de stipula. seruorum. l. 3. Et quia causæ diuisæ sunt in præstatione & effectu. ff. de priuat. delict. l. nunquam plura, de excep. rei iudicatæ. l. si mater. §. primo. & §. eadem

dem sit, & in iureiurando.ff.de iureiurando.l. si duob.§.ex eo.& §.si quis iurauerit. & §. qui iurauerit.Ad hoc quod notat glos. de præbend.c. quia intantum.

¶ ITEM quia si dicit ipsum unam uocem uocem habere non potest ostendi, quare magis ex una qualitate quàm ex altera cum ad utraque qualitas concludat. ideo utraque attenditur.Argum en.l.generaliter.ff.de fideiussori. secundum Ioannem Andream in dicto cap. cum olim.de re iudica.Per quæ dicit se consuluisse in ecclesia Florentina, quod thesaurarius qui ex statuto habet certas distributiones & uocem in capitu.licet non sit canonicus, et similiter habent canonici, quòd si occurrerit quòd quis habuerit thesaurariam & canonicatum, quod habebit duplicem uocem, & duplicem distributionem. Sed domino Antonio non placet id, quia dicitur de duplici distributione, sed bene quod dicitur de duplici voce: quia illæ dantur ad consequentiam dignitatis. Et ideo multiplicata dignitate, multiplicãtvoces, sed nõ sic de distributionibus, inquantum sunt veræ distributiones: quia dantur ratione seruitii personalis interessendi in diuinis, vnus uerò non potest in seruitio interesse ut plures, cum non sit nisi unus, et non seruiat nisi pro vna persona, licet habeat plures dignitates. Nam si duo haberent et unus interesset, et alter non interesset, non deberetur, neque dicit obstare dictam.l. generaliter, quia ibi neutra perimitur ex quo non apparet de qua, et non plus grauatur de duabus, quàm de una, sed huic præiudicaretur ecclesia, quæ ultra impensum seruitium grauaretur secundum dominum Antonium de Butrio, cuius opinionem probat uniuersalis ecclesiarũ consuetudo, quæ est optima legum interpres, de consuetu.cap.cum dilectus.ff.de legibus.l.si de interpretatione.

¶ ADVERTE quia de iure uerũ est: quia respectu duarum dignitatum dantur duæ uoces. Ad hoc cap.à collatione, & quod ibi notatur de appellationi.libr.6. Et quia episcopus canonicus, habet uocem in c. ut canonicus, & ut episcopus. Sed ad id quod dicitur de distributionibus, licet sit uera opinio domini Antonij in distributionibus, cum causa præstationis earum eit seruitium personale, & interessentia in diuinis, quod seruitium, uel interessentia, non multiplicatur ex multitudine dignitatum. Ad hoc nota.in cap.1.de clericis non residentibus, libro 6. pro quo allego tibi textum optimum, in l.his quibus.C.qui mili.non possunt, libr. 12. Nam quis non potest habere duas dignitates, ex quibus duo recipiat stipendia, vt ibi. ¶ Sed credo quòd de iure, si quis habet duo officia, uel duas dignitates ex priuilegio, uel aliàs licite, quibus singulis sit salarium certum deputatum quod habebit duplex salarium, ut in auth. ut iudices sine quoquo suffragio.§. illud. Et ibi glos ordina.& notat Iacobus de Beluiso in procemio.C.in §.ideoque, & ibi Baldus, & in l.si consul.ff.de adop.in fine. Et est ratio, quia in duobus officiis uel dignitatib. duplex est labor seruitii, & sic dẽt esse duplex emolumentũ, ubi si in curia qs esset electus tractator, & examinator, ex bino officio deberet contentari uel remunerari. Et istud nota, quia non cõfundit dicta per dominum Antonium in distributionibus: quia ibi unicum seruitium & duę dignitates: hic duplex seruitium, & sic duplex emolumentum, ut in dicta glossa, quam nota. Quando autem quis possit habere duas dignitates seculares, uel officia. Vide quæ scribit Baldus in procemio.C.§. ideoque, & quod notatur in dicta.l.his quidem quibus.C.qui milita.non possunt, libro 12. Hoc ãt quod dixi, ꝙ respectu duplicis dignitatis, habet duplicem uocem, procedit de iure: quoniã consuetudo, uel stilus curiarum talem practicã non admittit, quòd dux, uel comes, uel dominus duarum baroniarum habeat duas uoces; cui consuetudini est standũ, ideo glo. ordi. in c. cum olim, de re iudica.dicit, ꝙ habens duas dignitates, non habet duas uoces, nisi hoc habeat consuetudo. quasi uelit dicere ꝙ in hoc standũ sit consuetudini, fatetur tamen quòd uox uni9, potior est quam uox alterius, ratione dignitatis sicut in testibus. Alle.extra, de testibus. capit.in nostra, quam gloss.no. in eo, ꝙ dicit, quòd potior est uox existentis in dignitate, & habentis plures dignitates, ꝙ̃ in eorum qui non sunt in dignitate, uel non habent tot dignitates. Et hoc est quod rubrum istud sentit de inęqualitate uocum, quia pinguior est uox existentis in dignitate quàm non existentis, & hoc sentit glo. in l.Pomponius.ff.de re iudica.gloss. finali, pro quo text.ff.de pactis. le. maiorem. Imo ratione magnæ discretionis diceretur habere potiorẽ uocem, unde pinguior est uox baronis antiqui, sagacissimi, & prudentis, quam militis qui uadit canendo per strata, ad hoc in authen. de defen.ciui.§.nos igitur, col.3. Et quod not.glos.in dicta.l.si uni, de re iudica. ¶ Item est pinguior uox eius, qui magis habet contribuere, quàm eius qui modicum uel nihil contribuit uel soluit, argument. tex. in l.maiorem.ff. de pactis. ¶ Item est pinguior uox illius qui certat pro bono publico, quàm alterius qui de illius damno certat argumento, notatorum in capi. dudum & in capit.scriptum, & in capit.ecclesia uestra, de electiōn. unde in paritate uocum præfertur ille qui magis proficuum. bono publico, & regno elegit, ut ibi uide. Vnde in primis consideratur numerus, unde si sunt duæ partes curiæ possunt curiæ negocia concludere, quia tota curia est in illis duabus partibus repræsentata, ut in l.nominationum forma. C.de decurionibus, libro. 12. ¶ Hæ autem duæ partes possunt intelligi ratione dignitatis, & maioris cumuli solution.uel contributionis faciendæ in donatiuo pro

pro habendis foris & priuilegiis ad regni utilitatem, uel suo casu, pro regia necessitate succurrendum: quia principi soluendo subuenitur ipsi Reipublicæ, cuius princeps est caput, & necessitatis urgētis, cōuenit utilitati Reipublicæ obedire. l. 1. C. de nauibus non excusandis, lib. 11. Et ideò quotiens maior pars curiæ dignitatis respectu & contributionis pro bono publico, pro foris & priuilegijs consequendis, uel pro subueniendа principis necessitate, uult subuenire, hoc uidetur factum a tota curia, & alij minoris dignitatis & zelo, non obstante contradictione contribuent, quia ubi respectu maioris potest sequi commodum, non possunt minores contradicere. Iste est casus in l. maiorem. ff. de pactis, & quod ibi notatur, & sic non habet locum. l. Sabinus. ff. communi diuidundo: quia ibi in meris & uoluntarijs, ubi contradictio unius illum præseruat a damno hic quotiens socijs speratur aliquod cōmodum. Et sic non obstāt quæ in principio huius rubricæ dixi, quia ad hoc ut unus ex sociis admittatur ad contradicendum requiritur quòd sit paris potentiæ. Ad hoc. l. fina. C. de auctoritate præstanda, & c. humilis. de maiorit. & obediē. & hoc est quando unus uult facere actum uoluntarium, quia tunc quilibet potest contradicere & impugnare, & ex eo præseruatur. Ad hoc quod notat Innocen. extra de constitu. cap. cum accessissent, secus si aliquod commodum potest sequi communitati: quia tunc statur maiori parti. ff. ad municipales. l. quod maior. Et quod cuiusque uniuersi. l. nulli. & dicta. l. nominationum forma. C. de decurionibus, lib. 11. ¶Item scias quòd si
b aliquis de corpore curiæ esset [b] excommunicatus: quod talis nullam uocem haberet in actibus curiæ, quia cum sit excommunicatus est extra communionem, & extra corpus curiæ, & sic non habet uocem in curia, quod no. In c. illa, de elec. quod nota.

CAMILLI BORRELLI

ADDITIO.

¶QVOD officium duorum quis gerat] Istud etiam potest pluries occurrere in Regno in parlamentis, & curiis ubi dandæ sunt uoces per titulatos, & per barones, & potest dubitari, an si quis Comes & Baro, compareat nomine suo, ac nomine alterius cum mandato, possit dare duas uel plures uoces diuersas. quicquid dicant alii, dicendum est non posse aliquo modo nisi unica uoce explere omnes personas, pro quibus compareret. ita uoluit Vincen. & post eum Abb. Panor. & Felin. in c. quamuis. de offi. deleg. ubi dicit delegatum principis procedentem nomine suo, & sui collegæ non posse ferre diuersas sententias. argu. ca. pen. de elect. in 6. sequitur Anton. Corset. in Notab. in uersi. uox. & dictum tex. dicit esse unicum in Mundo Ludouic. Roman. in singul. 76. scholaris, quòd scholaris si habet duas uoces pro se, & alio, non potest nisi uni dare illas, nec poterit aliquomodo diuidere. Philip. deci. in dicto c. quamuis Panor. in c. cum olim, nu. 9. ubi Felin. nu. 3. de Re iud. uoluit Abb. in ca. constitutus. & post eum Dec. nu. 5. extra de appel. amplissime Lapus allegat. 22. an sufficiat. ubi Quintilian. Mandos. in uersi. Nihil agit. ¶ Limitant secus esse ubicunque is qui dedit ei potestatē dandi uocem, expressisset cui uellet dari, ex quo tunc posset diuerso modo uocem dare. Feliu. in alleg. c. quamuis. Ad materiam uide Franciscum Marc. decis. delphi. 525. uolu. 1. Philipp. Franc. in dicto c. pen. §. Porro. de elect. in 6. licet contra communem supra notatam in quæstione principali, uoluerit. Ioan. de Firmo in Tract. de episcop. lib. pri. parte. 3. quæ. 14. Postillis ad Bernardinum Scodobium. in rep. auct. Habita c. 8. nu. 102. C. de fil. pro parte. & M. Mantua Dialog. Denar. 53. class. 5.

b ¶ ESSET excommunicatus] in curia excommunicatus an habeat uocem plenè tractat Inno. in c. illa. de elect. ubi distinguit an sit excommunicatus excōmunicatione maiori, uel minori, & an sciant eligentes illum excommunicatum. & uidetur quòd concludat quòd habeat uocem in electione, dum tamen si sciunt eum excommunicatum faciant cum protestatione. Contrarium tamen censuit M. Anton. Cucch. Instit. Canon. lib. pr. tit. 7. quod procedere ait, tantum ut excommunicatione maiori innodatus non eligat, secus in excommunicato minori excommunicatione qui eligere potest. ita Cucch. lib. 4. titu. 11. uersi. At qui minore. Et nonnullas pœnas, quas incurrunt excommunicati enumerat. D. Simon Maiolus Episcop. Vulteranen. in Tract. de Irregularitatib. lib. 3. cap. 21. quem librū ipse D. Author liberalissimè mihi misit dum in Ciuitate Ariani anno proximè elapso 1577. Gubernator præessē. Sed longius, & diffusius per Petrum Rebuff. in concord. titul. de excommunication. non uitand. §. 1. in uersi. statuimus, quo in loco enumerat sexaginta duas causas, pœnasque quæ dantur excommunicatis. Camillus Borrellus.

## De donatiuo curiæ. Rubr. 46.

### In. §. Donum appellatur.

1 *Princeps est omnium dominus.*
2 *Princeps, dominium rei meæ potest tollere.*
3 *Dominij diffinitio.*
4 *Vsufructuarij habent dominium.*
5 *Tributum & superindictio, non possunt imponi, nisi a principe.*
6 *Perangariæ quid sint.*
7 *Concessio immunitatis ab omnibus muneribus, qualiter fiat.*
8 *Omnes ciuilibus necessitatibus debent succurrere.*
9 *Per clausulam, ex certa scientia, cessat subreptio.*

a DONVM APPELLATVR [a] quod quis liberalitatis uel munificentiæ gratia, in donatariū confert, ut accipientis fiat perpetuo, ut probatur in l. prima. ff. de donatio. & l. inter donū. ff. de uerborum signific. Aliquando fit donum ob causam. Et causarū sunt multæ species. Nā aliquando est causa remuneratiua. Et hæc propriè non est donatio, sed remuneratio, ut ff. de de dona. l. a quibus. aliquando ex causa existēti, uel futura, ut dotis. De qua, de iure dotium l. fina. C. & auten. eo decursum. Aliquando mortis causa, ut in titu. de donatio. causa mortis. C. & ff. ¶Videndum est ergo quod donum, uel

quæ donatio est ista, quæ in principem confertur a regnicolis, pro subuenienda principis necessitate, uel pro habendis & obtinendis foris & priuilegijs a principe in curia præsidente. ¶ Sed uidet̃ quòd nullo modo posit dici donum siue donatiuum: quia si donatur pro obtinendis foris & priuilegiis a principe, hoc nõ est donum, sed præcium, & loco præcij habet̃. Nã si pro concessione a principe facienda, princeps recipit pecuniam, est uenditio, etiam qđ princeps utatur uerbo, Indulgemus, & est irreuocabilis contractus, argumen. C. de prædiis curialium. l. finã. libro. 10. Et hoc tenet Nicolaus de Mathareli. C. de Iustiniano codic. confirman. & sequitur eum Bald. in l. qui se patris. C. vnde liberi. Si autem fit illa datio ex causa necessitatis principis, pro subuenienda illius necessitate, non uidetur esse donum, cum ad illam subueniendam, omnes regnicolæ teneantur, nõ ob stante aliquo priuilegio, ut in l. prima. C. de nauibus non excusandis, libro. 10. Non ergo exer-
1 cet̃ liberalitas in necessitate. ¶ Itẽ quia † princeps dominus est omnium. ff. ad l. Rhodiam, de iact. l. deprecatio. C. de quadrien. præscriptione. l. bene a zenone, & in foro finali, de iurisdictione omniũ iudicum. Ergo uidetur quòd in principẽ magnificentia uel largitas nequeat conferri, sed sibi offertur quod est suum. ¶ Itẽ quia nõ licet dicere ꝙ principi nõ liceat, quasi omnia sibi liceant, 8. distinct. cap. quo iure. Et quia rerum dominia penes priuatos sunt quãdiu princeps vult, quia in principis potestate est. 23. quæst. 7. cap. primo. ubi textus singularis. Et quamuis res quæque terrena nõ recte a quoquã possidet̃, nisi uel iure diuino, quo cũcta iustorum sunt, uel iure humano, qui in potestate
2 est regnum terræ. ¶ Item † princeps potest rei meæ dominium cum aliquali causa tollere. ff. de nata. restitu. l. quæris, de euictionibus. l. Lucius. de legatis secundo. l. qui solidum. §. primo, de rei uendic. l. item si uerberatum, imo dicit plus Baldus in l. rescripta. C. de præcibus imperatori offerend. quod quo ad priua. dominio rei meæ, habetur pro causa qualibet ratio motiua ipsius principis secundum eum. ¶ Aduerte ꝙ ab ipso mundi exordio, omnia ꝗ creata fuere, fuerũt creata propter homines, ut habetur. Genesis primo, & ff. de usur. l. in pecudũ. Et terra data fuit filiis hominum, ut in psalmo. Cœlum cœli domino: terram autem dedit filiis hominum. Erat autem cõmunis omnibus ante peccatum Adæ, ante naturæ corruptionẽ: quia vnus nõ plus habebat quàm alius, isto iure naturali primæuo, omnia erant communia & cõmunicanda. Et de isto uoluit sentire gloss. in l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure. Post peccatum autem Adæ, & sic naturæ corruptionem incœperunt gentes esse, & sic fuit ius gentium, institu. de rerum diui. §. singulorum. Et sic fuerunt dominia distincta: quia dictũ fuit a Deo. Quãcunque terram pes tuus calcauerit, tua sit. Deuteronomij. 14 capitu. Et sic ab ipso diuino iam erat cognitum dominium, quod a iure gentiũ dicitur introductum in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure, & in capitu. ius gentium. 1. distinct. Expost etiã ipsa. l. dei, confirmata sunt dominia, ipsa lege Moysi, ubi uetatur furtum fieri, neque rem alienam concupisci. Et sic siue inuentione siue approbatione gentes rerum dominia nactæ sunt ipsa lege diuina, & iure gentium. Et hoc ipsum ius gentium introduxit ex quadam naturali ratione, ut quæ in nullius bonis sunt occupanti concedantur. ff. de acquiren. rerum dominio. l. ꝗ cũ, & prima distinctiõe, ius naturale, & inst. de rerũ diuisione. §. quę enim. Differebat tamen ius diuinũ ab ipso iure gentiũ: quia ius diuinũ dominia reprobis uel malis nõ permittebat, nisi iustis, quia labores impiorũ iusti edebãt. Sapientiæ. 11. Et de iure diuino omnia sunt iustorum. 23. quæst. 7. c. pri. Ius autem gẽtium non distinxit iustum ab iniusto, quia nõdũ data erat lex Moysi, ut notatur per glossam in d. l. ex hoc iure. Cũ ante legẽ datã Moysi, trãsierũt duo mille anni de mũdo, ꝙ Iudæi dicũt, tẽpus uanitatis. Sed data l. Moysi, populus licet haberet ius gẽtiũ, habebat uiuere secundũ legẽ dei, ꝗ data erat Moysi. Tamen utroq; iure, tam gentium, quam diuino populus dominia possidebat, uel iure dominij res iustis titulis, iuregentium acquisitas. Et quamuis tunc plures essẽt reges vncti & approbati a deo, ut Saul Dauid & Salomõ, & alij, ut patet. 3. Regum. 20. 9. capitu. & in capitu. vnico, de sacra vnctione. Tamen etiã populus res suas possidebat, quas reges illis tollere non poterant, imo peccabant reges illas auferendo, nisi gratis a detẽtoribus, principi offerentur. Vnde legitur. 3. Regum. 21. capitul. Quod cũ quidam Nabot sanctus uir, teneret quandam uineam, quæ erat hæreditatis paternæ, & peteretur sibi a principe, ille respõdit. Absit ut ego patrum meorum, tradam hæreditatem. Rex contristatus ex ista denegatione, consilio muliebri illum occidit iniuste, quia Nabot iustè denegabat rem suam uel hæreditatem suam principi dari, ut in capitu. conuenire. 23. q. 8. ¶ Expost obuenerunt iura ciuilia, & populi iureconsultorum, & imperatorum, quæ dominia distinxerunt. Nam ius gẽtium talem distinctionem non nouit, ut dicit Bald. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure, & plures modos acquirẽdi dominium per contractus introduxit ius ciuile ad ius gentium, addendo, nt notatur in dicta. l. ex hoc iure, de iustitia & iure, glos. fin. Videamus ergo secundum omne ius quid est dominium. Nam dicit Aristoteles. Si uis essentialia alicuius rei cognoscere, accipe nominis diffinitionem: quia illam hoc demonstrat. Et dominus Bartol. in le. si quis §. differentia. ff. de
3 acquiren. posses. dicit quod † dominium est ius de re corporali perfectè disponendi, nisi lege

pro

prohibeatur, dicēs, quòd ius ideo dixit, ad differentiam ipsius rei corporalis, quæ est facti, & ideò dicit quod dicitur. ff. de acquirend. rerum dominio, in Rubrica, quod aliud sit dominiū, quam res ipsa, & hoc dicit ꝓbari, de exceptione rei iudicatæ. l. & an eadem. §. actiones, de re corporali, ideo dixit ad differentiam incorporalium, in quibus propriè non cadit dominiū, ut dicit notari in l. 4. ff. de usufruct. ¶ Sed quicquid glo. ibi se inuoluat, ueritas est, quòd sicut est reperire dominium proprietatis, est reperire dominium usus fructus, quod ꝓbatur, quia uerbum dare, cadit in usufructu, ut in l. omniū prædiorum. §. dare. ff. de usufructu. Et hoc probatur ex textu & gloss. in l. qui usufructum. ff. si
4 usus fructus peta. Et ibi dicit glossa, quod† dominium habent usufructuarij, qui sunt de iure ciuili. Ad hoc quod notat Bald. in dicto. §. dare. l. omnium. ff. de usufruct. qui allegat dictum Guillermi super Rubrica. §. de usufruct. Et qđ no. Innocen. in capitu. primo de immunita. ecclesiarum. Et Specu. in titu. de locato. §. nunc aliqua. uersicul. 130. Et sic ab eius diffinitione debet remoueri uerbū, corporali, & restat uerbum indiffinitum, res, ut posit comprædendere corporales & incorporales. Item ait Baldus quòd perfectè disponendi in dicta diffinitione, ideo dixit per l. in re mandata. C. mādati, ad differentiam possessionis: quia est ius insistendi, ut ipse dicit in l. prima. ff. de acquiren. possess. nisi lege prohibeatur. Ideo dixit ꝓpter rem pupilli, & per ea quæ ponuntur in l. 2. ff. de his qui sunt sui uel alieni iuris, secūdum eum, ut dicit de iure ciuili, libera dispositio vnicuique relinquitur rei suæ, nisi a lege prohibeatur. Tu uerò supple nisi ab ipsa natura contractus cum speciali rei obligatiōe prohibeatur, ut est casus secundum Pisanam lecturam, in l. creditor. §. finali. ff. de distract. pign. Et miror quòd de hoc Barto. non aduertit: quoniam illa Pisana lectura fuit Bartol. De quo uide eundem in l. si ita stipulatus. §. ea leg. ff. de uerborum obli. Vide Bald. in l. ea lege. de condict. ob causam, perfectè disponendi, intelligas intantum ut posim rei meæ dominium temporaliter in te transferre, sicut & possessionem, ut est casus in l. finali. C. de legatis, & quod notat Bald. in l. secund. C. de condic. ob causam. Et Bart. in l. qui absenti. ff. de acquiren. possess. Et isto iure ciuili, dispositio libera pertinet suorum bonorum uasallis. Nam alia sunt bona uasallorum, alia pricipis, Neq; obstat. l. deprecatio. ff. ad l. Rhodiam, de iac. & l. bene a zenone. C. de quadriēnij præscrip. Nam licet princeps dicatur dominus, quo ad protectionem & iurisdictionē, non tamen habet singularium rerum subditorum dominium, ut notatur in dicta l. bene a zenone. Et ponit dominus meus, dominus Ioannes de Imola, in l. finali. ff. soluto matrimonio, Et sic princeps, iure ciuili non tollit dominium uasallis rerum suarum, nisi ex causa iusta, ut notatur in l. finali. C. si contra ius uel utilita. public. in capitu. quæ in ecclesiarum, de constitutio. Neque obstāt. l. lucius. ff. de euict. neque. l. item si uerberatum. §. quod si fortasse. ff. de rei uendica. quia secūdum Iacobum de Arena, & Cynum intelliguntur quòd præcium erat æquale rei: sed dicitur modicum, quia ab inuito extorquetur res. ff. de rei uendica. l. nec quasi. Sed Bald. indistinctè tenet tam in dicta. l. itē si uerberatum, quā in l. rescripta. C. de præcibus imperatori, offeren. quòd princeps ex absoluta potestate potest causa adiecta qualibet motiua principis, quia illa habetur pro iusta. Secus dicit in aliis dominiis uel ciuitatibus. Allegat. ff. qui & a quibus. l. si priuatus, & de pollicitationibus. l. quotiens, secundum eum. Barto. autem dicit quòd ciuitas non potest alicui particulari tollere dominium rei suæ, sed vniuersaliter legem condendo sic. l. uenditor. §. si constat. ff. communia prædiorum, & hoc ipse ponit in l. Antiocensium, de priuileg. creditorum, & in l. toties, de pollicita. ¶ Sed ego credo qđ de iure ciuili, princeps sine aliqua causa dominium rei meæ non posit tollere, & quod opinio Cyni & Innocen. in capit. quæ in ecclesiarum, de cōstitu. sit uera. quod probo, quia non rescribit princeps, peremptoriam concedendo, imo nō ualet tale rescriptū, ut in l. quotiens. C. de præcibus impera. offerē. ¶ Item quia princeps cōtractus iure gentium per quos dominiū quæritur, vult firmos esse & nō rescindi in suo rescripto, etiam quòd sint facti cū principe uel fisco, ut in textu notabili, in l. ratas. C. de rescindenda uendi. ¶ Item quia hoc esset prædictam dominij diffinitionem tollere & abolere, & esset uerum dicere, quod dominium non esset inter priuatos. ¶ Item quia princeps contractib. iure gentium etiam cum subditis initis obligatur, quanto plus debet obseruari facere aliorum contractus. ¶ Ad primum nota. C. de legibus. l. digna uox, per Cynum & Bald. & capitu. 1. de proba. Pro hoc communis schola canonistarum in capitu. quæ in ecclesiarum, de constitu. & legistarum in l. præscriptione. C. si contra ius uel utilita. public. & l. fina. & l. quotiens. de præcibus impera. offeren. Et sic causa semper necessaria est. & dicit Cynus in l. fina. C. si contra ius, quod semper causa præsumitur, nisi aliqua insufficiens exprimatur. Sed hoc non probatur iure, bene tamē fateor quòd si exprimatur a principe causa, quòd si illa non est notorie insufficiens, quod in dubio præsumitur sufficiens, & sic potest intelligi. l. item si uerberatum. ff. de rei uendi. & l. Lucius. ff. de euict. quia causa belli, pro collocandis militibus princeps modico dato possessori priuabat subditos iure suo, & in dubio licet leg. non caueatur, causa illa iusta præsumitur. Et sic poni pōt in uim cōclusionis: quia iure ciuili princeps sine causa

sa non putat subditos dominio. ¶ Scias tamen qd princeps ecclesiæ scilicet Papa maius dominium habet in rebus ecclesiæ, quã princeps secularis in secularibus, quia Papa in ecclesiasticis & rebus ecclesiarum, habet liberam plenam & largam administrationẽ. Adeo ut possit res vnius ecclesiæ capere & dare alij, & priuare etiã sine causa clericos suis beneficiis, & dare cui vult, ut no. Archid. in capitu. oportebat. 60. dist. & no. in capitu. secund. de præbend. lib. sexto. Non tamen posset omnes clericos priuare omnibus beneficiis: quia hoc esset facere cõtra vniuersum statum ecclesiæ, quod non cadit in Papæ potestate, ut nota. de concess. præbend. capitu. proposuit. Tamen licet habeat potestatem liberam in beneficiis & rebus ecclesiæ, nõ tamẽ habet dictam liberam potestatem in rebus patrimonialibus clericorum, ideo nõ posset bona patrimonialia clericorum auferre sine causa, sicut neque Imperator, ut notat dom. Anton. de Butrio, in capitu. 1. de summa trinita. in clemen. Ergo bona patrimonialia clericorum & laicorum in eorum sunt peculiari dominio, ut ab eorum dominis, sine causa euelli non possunt. Et ideo dominiũ rectè diffinitur, quod est ius de re perfectè disponendi, quod est assumptum. ¶ Scias tamen quòd est duplex dominium, scilicet directum, & aliud utile, quòd probatur in lege, possessores, in fine. C. de fundis patrimonialibus, lib. 11. ubi dicit quòd emphiteota est dominus. Ad hoc. l. 1. & 2. C. de iure emphi. Et sic sunt duo dominia necessario cõcluditur quòd sunt diuersa dominia: quia idem dominium non potest esse penes duos. leg. si ut certo. §. si duobus uehiculum. ff. commodati. & est text. 10. col. de inuestit. facta, de re aliena. c. primo. ¶ Item probatur per legem primam, in fi. ff. de aqua pluuiali arcenda. Vbi per vsuc. acquiritur utilis seruitus, eadem ergo ratione qua ponimus seruitutem directam & utilem, eadem ratione directum dominium, & utile. Idem uidemus in petitione hæreditatis, quæ est in rem. l. sed & si lege. §. petitio. ff. de petitione hæredi. Sed ius hæreditarium diuiditur in directum & utile, ut. ff. quod cum eo. lege si filius. §. primo, ubi dicitur quòd effectu quodammodo hæres est, quod tantum est dicere, quantum utilis, ut in glo. in aucten. 2. C. de bonis maternis, pro hoc de exceptione rei iudic. l. si mater. §. eandem, in fin. Et facit l. secunda in fin. ff. si ager uectiga. secundum Barto. in lege si quis ui. §. differentia. ff. de acquiren. possessio. ¶ Plus dicit, quòd utile dominium non est unicum, sed plura sunt dominia utilia: quoniam unum est quòd competit uero dominio, aliud utile, quod quæritur in præscriptione, de quo per Barto. in lege, usucapio. ff. de usuca. & in aucten. nisi tricennale. C. de bonis maternis, aliud quod uerum & directum dominium recognoscit, ut illud quod competit emphiteotæ & superficiario, & similibus. ¶ Scias tamen quòd quamuis dominium habeat istas duas species, directum & utile, tamen nomine domini non uenit, nisi directus dominus, ut in lege prima, & ibi Bald. ff. si ager uectigalis. Et ideo licet emphiteota sit utilis dominus, ut in lege, possessiones. C. de fundis patrimonial. libro undecimo. tamen non dicitur dominus. in dicta. l. prima, si ager uectiga. Ad hoc quod no. Dyn. extra de regu. iur. c. possessor. lib. sexto. Et sicut, ut prædixi dominia iure gentium fuere in populis, iure ciuili confirmata & approbata, ita quod a principibus non possint sine causa euelli, sic principibus statuen. Pari benignitate serenissimus rex Iacobus, memoriæ laude dignæ, regni acquisitor, dominia subditorum etiam per nouã acquisitionem belli causa, a Sarracenorum manibus approbauit, in foro. 3. de acqui. rerum dominio. Et licet ipse in foro fina. de iurisdict. omnium iudicum, dicat quòd a principio omnia sua fuerunt, non uetat, imo ipso foro permittit acquisitionem & dominium per suã dominationem uel contractus, & alii serenissimi domini Arragonum reges, ut Alphonsus & Martinus aliquibus qui prohibiti erant, emere bona de realenco, cum suis foris permiserunt, ut generosis perpetuo, & clericis ad uitam. Et uult dictus rex Alphonsus, quòd generosi & milites ementes bona de Realenco habeant franca, &c. Et sic uassallorum dominia, omnis iure, tam diuino quàm fororum sunt approbata. Meri tò circumscripto casu necessitatis, de quibus dicetur infra, bene potest dici donatiuum curiæ, qa gratis datum, & cõgruit doni descriptio, de qua in principio rubricæ dixi.

¶ ADVERTE ERGO tu curialis, quia aut donatur principi in curia præsident. gratuitò, propter impensas, circa curiam per eum factas, aut quia in grauaminibus administrauit iustitiam, & sic sine pacto expost, & hoc gratuitum donum est, & hoc donatiuum curiæ appellatur, & sic congruit descriptio. l. 1. ff. de don. qa magnificentia uel liberalitas est subditorum erga dominum, quia pro iustitia administranda, nil principi subditi uel eius officialibus dare tenentur, ut in aucten. ut iudices sine quoquo suffragio, circa principium, columna tertia. ubi pulcher text. in ratione, dicit enim Imperator. Consideramus enim, quia licet quæstus non modicũ initur impio, attamẽ nostris subiectis incrementũ maximũ percipiẽtibus, si indẽnes a iudicibus conseruẽtur, & imperiũ & fisc' abũdabit utẽs subiectis locupletibus, & uno hoc introducto ordine plurimarũ rerũ & innumerata erit ubertas. & in pluribus iuribus ꝓhibetur qd accipi a iudicib' ꝓ iustitiæ administratione, de quo, de vi. & honest. cler. c. cũ ab omni, de rescr. c. statutum. §. insuper, & in auct. de iud. §. ne autem, col. 6. ubi uide plures remissiones. Sed pro subsidio ratione impensarum factarum a princ-

 cipe

cipe iuste datur & præcipitur, arg. de officio ordi. capitulo, conquerente, & extra de censibus, cum apostolus. Et istud donum gratuitum appellatur, ut ibi, quia charitatiuum subsidium in prælatis appellatur, ut in dictis decretalibus, &. ff. de uerbo. significa. lege, munus proprie. Et sic tali casu donum curiæ rectè dicitur siue munus, quod idem est quò ad hanc significationem, unde munera dici solent dari mitiue. ff. de uerborum significatio. & dicetur infra. Interdum datur principi pro obtinend. for. & priuileg. ab eo in curia uel extra eam.

¶ Et tunc licet princeps vtatur uerbo, concudimus, uel populus uerbo, donamus, non est concesio priuileg. uel donum, imo irreuocabilis contractus, ut dicit Nicolaus de Matharel. Codic. de Iustinian. Codicis confirmando. Et sequitur eum Bald. in lege, qui se patris. Cod. unde liberi. Et non est mirum, quòd eo casu uerba principis, uel populi impropriantur, quia hoc est ideo ut res potius ualeat quàm pereat, quia si esset simplex concesio & purum donum, reuocaretur ad principis nutum, ut ibi notatur, & in regula, decet, de regulis iuris, libro sexto. per Dyn. Si autem esset contractus, non potest reuocari. Codic. de dona. inter uirum & uxorem lege, donationes. Et sic part. & iudic. tali uerba impropriantur, non est mirum, ut dicit gloss notabilis, in lege, & puto. ff. famil. hercis. Et quia secundum naturam actus qui geritur, uerba sunt intelligenda, etsi sonent in alium contractum, lege, ubi ita donatur. ff. causa mortis, ad hoc. ff. de usufru. lege, proculus. ff. de dona. l. donationes in concubinam. §. species. & lege, species. ff. de auro & argento legat. Et sic non proprie donum uel munus appellatur, sed uerum precium, quamuis aliud sonent uerba porrigentium.

Aliquando datur principi ex aliqua causa consueta uel necessaria. Et hoc proprie loquendo donum non est, sed munus, quamuis munus sit doni species, & iste est casus, in lege, inter donum. §. munus. ff. de uerborum significatione, & l. munus proprie. ff. eo. quod necessario subimus more imperio ue eius, qui iubendi habet potestatem. Ex qua lege tu nota, quòd ista munera causæ consuetudinariæ uel necessariæ adiacentia; tripliciter possunt intelligi, scilicet more imperio ue eius &c. Et sic tam lex, quam consuetudo, quam imperium, habent potestatem, sufficit ad dicta munera indicenda, quia lex uidetur loqui disiunctiue, ibi, imperio ue eius, quòd uidetur in singulis, apposita doli clausula. ff. de uerborum obligationis, & sic sufficit quòd uerificetur in quolibet extremorum lege, si hæredi plures. ff. de condi. insti. Vel etiam quod sub copula uel coniunctim a lege indicerentur, ex quo quodlibet est sufficiens per se, si alterum desijt sufficit alterum, ut leg. uentri. §. in bonis. ff. de priuileg. creditorum, & notatur ff. de re iudic. lege, si quis ad exhibendum. Et hoc ultimum tenet Barto. in dicta lege, munus proprie. ff. de uerbo. significatione. quicquid ibi dicat gloss. quia uidetur innuere quòd omnia sunt coniunctim necessaria, sed non est uerum.

¶ NVNC ergo de quolibet munere dicamus. Et primo, de munere a lege indicto, & glo. in dicta. l. munus. proprie exemplificat per. l. de his. C. de episco. & cler. Et illa loquitur de fiscali tributo, pro quo omnia prædia etiam clericorum sunt obligata, & sic de munere patrimoniali, de quo in lege, munerum. §. patrimoniorum. ff. de muneribus & honoribus. ad hoc. 11. q. 1. c. si quę causæ. §. his itaque, & c. si tributum. Et istud munus, scilicet fiscale tributum, regulariter nō soluitur in Arragonia, Valentia, neque principatu Cathaloniæ, quia iuris Italici sunt, & fuerunt exempti iam a iure a tali fiscali tributo, in l. finali. ff. de censibus, ubi fit specialis nominatio istarum prouinciarum. Et istud tributum erat prædiorum. Aliud erat pro capit. & erat pro masculo aurens, pro fœmina medius, ut dicit glo. super Rubrica. C. de annonis & tributis, lib. 10. Alibi tamen dicit glo. in l. agens. §. 1. de uerbo. signi. ut dicit Bald. in l. ex hoc iure, quòd olim rustici non soluebant imperatori nisi modicum æs, scilicet uiginti sex denarios, pro quolibet capite seu fumante, quia ut dicit Bald. plus princeps non indigebat. Sed hodie, prohdolor, pellē pullorum excoriant, & uix pręcarium relinquūt spiritum secundum eum. Est & aliud munus patrimoniale, a lege inductum, in l. ad instructionem. C. de sacro. sanct eccle. & ab isto nemo excusatur, sicut neque a patrimoniali prædiorum ut C. de muneribus patrimoniorum. l. neq; protestatio, libro decimō. imo & clerici & ecclesiarum bona tenentur, & sunt obligata, ut in dicta l. ad instructionem, scilicet pro uiarum & pontium refectione, & murorum qui sunt ad ciuitatis custodiam, secundum Barto. ibi. Et istud commune onus patrimoniale similiter est a lege fori inductum in regno Valentiæ, in for. tota excusatio remoguda, de rerum diui. in tantum est commune, ut omnes tàm milites quàm ecclesiæ, religiosi, & omnes aliæ personæ sunt ꝓ isto munere patrimoniali obligatæ, & istud munus soluendum est pro solido & libra, secundum priuilegium regis Iacobi, Datum Valentiæ secundo id. Februar. Anno domini millesimo. CCLII. Et scias quòd munera recipiunt diuisionem, quia alia patrimonialia, alia personalia, alia mixta. Personale dicitur cum solicitudine. Patrimoniale, cum dispendio rerum. Mixtum, ex utraque. Et his trimuneribus pone exemplum. ff. de muneribus, & honoribus, lege prima, & lege munerum §. patrimoniorum, &. §. mixta. Et ut dicit glossa super Rubrica. C. de muneribus patrimo. libro decimo. Personalia respiciunt publicam utilitatem principaliter, ut legatio: uel priuatam

principaliter ad cautelam, ut patrimoniale. Aliud adiudicatur personæ pro rebus. Et hoc tamen ciuibus & incolis, ab ipsis possessoribus & alienigenis, qui modo aliquid possident, ut ff. de muneribus & honoribus. l. rescripto. §. finali. & .C. de annonis & tributis. l. 2. libro decimo, glo. autem, in l. indictiones. C. de annona & tribut. dicit quòd est duplex munus patrimonij, unum est quod imponitur rebus, ut in dict. l. indictiones, & illud dicit quòd subeunt, etiam non municipes. Et potest esse ratio, licet glossa non dicat, quia a detentore fit exactio. ff. de usufruct. l. si pendentes. §. colacarij.

¶ ITEM ET QVI fœnus exercet subit munus patrimoniale, & debet præstare secundum modum prædictum, quod notat glo. C. de annona & tribut. super Rubrica. Est & aliud ꝙ personis pro patrimonio. Et tunc tantum municeps subit, ut. ff. de muneri. & honori. l. rescripto. §. finali, & leg. finali. §. patrimoniorum. Et istud munus inducebatur per singula lustra ꝑuinciis, auri primo, argenti secundo, æris tertio, lustro, ut in aucten. de colla. in principio & fine, ut not. glo. C. de indictionibus, super Rubrica. libro decimo. Et est redactum ad ordinarium munus, & dicitur canonicum, ut in lege, omnis omnino. C. de indictionibus, libro decimo. Et dicit superindictum, de quo in lege, unica de superindicto, libro decimo. Et scias quòd munus patrimoniale, ꝙ imponitur rebus principaliter, ab ipsa lege principis uel eius ꝑmissu afficit rem, ut ad quemcunmque transeant prędia, etiam in ecclesiam, teneatur, ad tributa. Et ideo dicit Bar, in l. rescripto. §. fi. de muner. & honor. ꝙ cautela est, quòd per statutum, fiant omnia prædia ciuium, quæ sunt in commitatu tributaria ipsa lege, & affecta onere tributorum pro collect. imponendis, & ad quęcunque transeant, etiam in ecclesiam sunt obligata prædia, & detentores, ut dicit colligi ex notatis, in c. postulasti, de foro comp. per Inn. ꝙ fecerunt Perusini. Merito imponunt collectas omnibus possessionibus, etiam quòd peruenerunt ad ecclesias uel clericos, post dictam. l. factam secundũ eum. Plus dicit, quòd Eugubii tenuerunt unum aliũ modum securum, quod quilibet ciuis & comitatẽsis donabãt communi omnes possessiones, quas habebant nominatim distinguendo per confines, & illas possessiones rapiebant a communi sub tributo & censu, & collecta, & quod semper in qualibet alienatione uel testamento intelligatur exemptum ius communis. Et dicit quòd istæ cautelæ sunt necessariæ, quia clerici tãtum excrescebant in diuitiis, quòd possessiones non remanebant ad onera subeunda. Et hoc dicit salua determinatione sanctæ matris ecclesiæ, quia si aliud determinaret, & ipse aliter determinat. Bald. uerò in l. placet. C. de sacrosanc. eccl. ubi Bart. idem tenet, dicit quòd opin. Bar. non est uera, uisi quando tributum procedit ex ordinatione principis, quia tunc agnoscit ecclesia, ad quam uadit res tributaria, ut in c. si tributum. 11. q. prima, secus dicit si per inferiorem a principe ordinaretur, quia tunc dicit quod ecclesia non tenetur nisi ad tributa præteriti temporis, postquam autem res est facta ecclesiæ, dicit quòd ecclesia liberata est a tributo, & dicit quòd est casus in auct. item nulla communitas. C. de episcopis & cler. Et per hoc dicit derrogari omnibus fraudibus statutorũ factorũ, q̃ sunt in præiudicium ecclesiarum. Et ideo Bar. in casu quem ponit, dicit quòd Bald. non dicit uerum, & dicit quod pro hoc facit auct. sicut alienatio. C. de sacrosanct. eccle. & in 10. col. quibus modis olim feudum alienari poterat, c. primo, circa medium, Iacob. Butri. in auct. item nulla communitas. C. de episcopis & clericis, dicit quòd si prius est factum prædium tributarium & postea est alienatum, transit cum onere suo neque releuantur clerici uel ecclesiæ ab isto onere, & sic concordatur cum Barto. in effectu. Bald. uerò ibi dicit contrarium, nam dicit qđ Imperator non permittit quod prædia Italica sint tributaria, ut plenè nota. gloss. Codice sine censu uel reliquis. l. omnes, unde dicit quòd in fraudem ecclesiasticæ libertatis talia statuta nõ ualent. Sed fatetur quòd extra Italiam, ubi sunt prædia tributaria, ꝙ transeunt cum onere tributi, unde dicit quòd aliquod est alodium francum, & istud uadit ad ecclesiam libere, ut notatur. ff. ad municipales. lege, incola. Nam quoddam est alodium tributarium, & istud transit ad Papam cum onere, secundum Odofredum.

¶ ADVERTE, quia quotidie in hac materia recurrit legista ad dictum Bartoli in dicta lege, rescripto, quem Dominus Baldus more solito uisus est ignorare. Sed saluo honore non credo eum bene dicere. Primo in eo quod facit differentiam, an tributum sit impositum a principe, & quòd tunc prædia tributaria transeunt in ecclesiam, cum onere, secus si a priuato, quia
5 quamuis † tributum [b] uel superindictio nõ pos
b sint imponi, nisi a principe, ut in dicto capitulo, si tributum, undecima quæstione prima, & in l. unica. Codice de superindictio. libro decimo. Tamen aliæ uniuersitates seu ciuitates, quæ superiorem non recognoscunt, quia iura fiscalia præscripserunt, nam sunt princeps sibiipsi, ut notat Barto. in lege, relegati. ff. de pœnis, & habent bursam fiscalem, & fiscum, ut nota. Bald. in leg. prima. C. de hæred. uel ac. uendi. Et sic merito dictum fiscale tributum, non possent imponere. non est dubium quaslibet uniuersitates pro earum oneribus posse inter se, facere talias & collectas, de quo in leg. quarta. §. actor municipum. ff. de re iudicata. Et sic populi statuto pro illis obligare eorum prædia, quia rei suæ quilibet est moderator, et in traditione, ut autem quis suam rem potest afficere pa-

cto & coditione. l. in traditionibus. ff. de pactis iuncta. l. si quis sub hoc pacto. ff. de contrahen. emp. Si ergo quilibet singularis posset suã rẽ p̃dium suũ afficere obligare, & hypothecare pro collectis & tributis futuris, sic id potest populi statutum, quia inest omnium popularium tacitus consensus, ut in glo. singulari, in Rubrica. C. quæ sit longa consuetudo, & habes aliam. ff. de dolo. l. si ex dolo. Neque obest si dicis, quòd hoc est in fraudem ecclesiasticæ libertatis, quia non est uerum, quia id statuitur antequam ad dominium ecclesię perueniant, & sunt in bonis statuentium & obligantium. Merito possunt dicere sibi legem, uel quòd non transeant in ecclesiam, uel si transeant quòd subeant onera, quibus sunt affecta, nam hoc non est contra libertatem ecclesiæ, facit de alien. feud. ca. 1. & de alodiis. c. 1. §. 1.

¶ ITEM IN illa communitas loquitur, cum sunt iam bona in posse ecclesiæ uel ecclesiasticarum personarum, secundum Iac. Butrig. ibi. neque obstat quod dicit Baldus ibi, quòd imperator non uult prædia Italica esse tributaria, quia uerum est tributo fiscali olim indicto, sed quin teneantur ad superindictiones, quæ prædijs imponentur non liberat Italicos, ut in lege, indictiones C. de annonis & tributis, & in lege, omnes omnino. Codic. de indictionibus, libro decimo. & sic nulla prædia neque earum possessores liberant etiam prætextu priuilegij, ut in dicta lege, omnes omnino. Et sic prædio affecto a principio muneribus patrimonialibus futuris, sequitur realis obligatio, & hypotheca possessorem nouum, etiam priuilegiatum, ut lege, munerum. §. patrimoniorum, de muneribus & honoribus. Ideo dixi quòd est necessarium, quòd afficiant prædia pro collectis & tributis speciali obligatione hypotheca, quia si solum esset specialis obligatio detentor non sequeretur nouum possessorem, ad hoc lege, finali. §. finali. ff. de contrahen. empti. & facit lex prima. §. si hæres, ad trebell. necessarium est ergo, quòd prædia afficiantur, & hypothecentur expresse futuris collectis & tributis, & ad quemcumque transeant, transibunt prædia cum dictis oneribus ex priori obligatione legis uel statuti, quod alias non esset, quia pro futuris collectis non nascitur a iure hypotheca, ut notatur in lege, incola iam. ff. ad municipa. per gloss. Et ideo quia prædia non sunt hypothecata, nisi specifice hypothecentur, priuilegiatus clericus non conuenitur. Et sic de iure uerior uidetur opinio Butriga. & Bartoli quàm Baldi, quod etiam potest fundari alia ratione, quia de iure id potest statutum quod pactum, ut in gloss. Rubricæ, de decretis decurionum, libro decimo, & in lege, non impossibile. ff. de pactis, sed per pactũm potest induci, ut bona quæ ueniunt ad ecclesiam teneantur ad collectas, ut notat Innocen. de foro competenti capitulo, uerum, & Baldus in lege, neminem. C. de sanct. ecclesiis, sicut per statutum bonis affectis, & hypothecatis oneribus. Et ideo pluries dixi, quòd quotiens bona sunt allibrata, & posita in æstimo cõmuni, & affecta oneribus communis uniuersitatis & si transeant in clericos uel ecclesias, uel etiam militares, qui a foro sunt priuilegiati, quod tenentur ad futura onera, sed pauca bona affecta & hypothecata reperies, quamuis sint allibrata, & sic non præiudicantur clericis uel militibus, pro futuris oneribus quamuis sic pro præteritis: quod nota, quia est multum in practica.

¶ ITEM est a lege & foro aliud munus introductum, scilicet perangarium, quod est patrimoniale, & est partim reale & partim persona-
6 le, ut in lege finali. §. mixta. † Dicuntur autem
c perangariæ [c] munus eundi, & insequendi principem uel officialem suis propriis expensis, & in regno Valentiæ dicitur Hostien. & caualcata. A quo munere de foro sunt immunes milites & generosi, in foro regis Alphonsi Rubrica, quòd generosi posint emere bona de Realenco, sed tenentur alio munere perangariarũ, quia tenentur sequi suis expensis uexillum ciuitatis, ut in foro etiam regis Alphonsi Rubr. de elect. insti. Sed ab his angariis & perangariis sunt clerici omnino liberi. C. de episco. & cleri. l. 2. Et ut dicit Dominus Antonius de Butrio, in cap. non minus, de immunitate ecclesiarum, secundum doctores. Est hoc uerum quo ad res deputatas alimoniis eorum, qui ecclesiæ deseruiunt, & non multum abundant. duodecima q. secunda capitulo ecclesiarum seruos, & C. de sacro sanct. ecclesiis. lege, placet, & lege priuileg.
d Secus [d] tamen est in rusticis & colonis possessionis clericorum uel ecclesiarum, qui ab angariis uel perangariis, imo etiam ecclesia a talibus, secundum aliquos, in aduentu principis non excusatur. C. de sacro sanct. eccle. l. neminem. Ergo uides ex prædictis satis, de muneribus patrimonialibus, quæ a lege deducuntur. Sed scias quod ab istis muneribus patrimonialibus, quis nõ excusatur prætextu generalis priuilegii, per quod quis a muneribus excusatur. Nam generalis immunitas munerum, non se extendit ad patrimonialia. ff. de uacatione munerum. l. his honoribus: secundum D. Anto. de Bu. in c. peruenit, de immunitat. ecclesiarum. Sed melius probatur per tex. in l qui immunitate. C. de muneribus patrimoniorum, lib. 10. sicuti immunitas generaliter concessa, non intelligitur de muneribus ordinariis, nisi extraordinariis, ut. C. de his qui a principe uaca. munerum ac. l. prima,
7 lib. 10. † Cum ergo uis impetrare uacationem munerum uel immunitatem fac, quòd princeps proprio motu tibi concedat immunitatem omnium munerum, etiam patrimoniorum & ordinariorum, & extraordinariorum, realium

&

& personalium. Et sic concessa immunitas est seruanda, secundum Domin. Anton. de Butrio, qui ita notat, in capit. peruenit, de immunitate ecclesiarum. Et idem dicit de pacto, quòd si qs sub pacto se fecit ciuem alicuius ciuitatis, qd' teneatur ad collectas, quòd non potest cogi ad has soluendas, per. l. primam. C. de his qui sponte munera subeunt, lib. 10. Sed quomodo potest ualere rescriptum uel priuilegium immuni nitatis munerum, cum tale rescriptum uel pri-
e uilegiũ a iure dãnetur, in l. euacuatis. e C. de de-
8 curionibus, lib. 10. Et † omnes ciuilibus necessi tatibus debent succurrere, ut ibi. Nam quãuis a muneribus personalibus, quis excusetur multis modis per legem. ff. de ua. munerum, & de iure immunita. per totum, ex illis causis non excusatur a patrimonialibus, ut lege, neque tempore, & lege sequenti. C. de muneribus patrimoniorum, libro decimo. Ergo neque a superiore poterit obtineri in præiudicium, maxime ciuium cuius esset consensus necessarius, quia eos tangit in regula iuris, quod omnes, de reg. iur. lib. 6.

¶ ITEM uidetur tale priuilegium non ualere, cum sit concessum super re ad aliud pertinente, scilicet ad communitatem cuius interest onus collect. diuidi in plures, ut leuius supportetur: ergo sine consensu eorum: priuilegium uidetur nullum, ut leg. in diem, cum sequenti. ff. de aqua pluuia. arcenda, & tale priuilegiũ aduersatur publicæ utilitati, ergo non prodest, etiam si cœleste oraculum in medio proferatur. C. si contra ius, uel utilita. publi. lege final. imò talia priuilegia sunt arripienda, de producentium manibus, argum. C. de sarac. & paganis. l. si quid. Sed in contrarium uidetur posse dici, quod talia etiam priuilegia ualeant. Primo, quia decet principis priuilegium esse mansurum, in auten. constitu. quæ dign. colum. sexta & in regula, decet, de regul. iuris, libro 6. & quia quilibet est tuendus in concessa libertate, 25. quæstione 2. capitulo primo, & 11. quæst. capit. peruenit. Et quia donum & superiores tales immunitates iur. concedunt, facit de restitu. in integrum, capit. audit. & de officio archipræsbiteri, capitulo finali, de religio. domi. capitu. constitutus. Et hoc tenet Innocentius, & Antonius de Butrio, in capitulo, peruenit, de immunitate ecclesia. & licet ipsi non allegent, tu habes casum, in leg. sunt munera, in fine. ff. de uac. munerum, ibi præter eos, quibus principali beneficio concessum est. Sed restat respondere ad iura noua, quæ reprobant rescripta uel priuilegia talem immunitatem concedentia, uidelicet ad dictam. l. euacuat. C. de decur. lib. 10. & ad l. primam & secundam. Cod. de immuni. nemini concedenda. Et quia contraria neque per eos formantur, neque soluuntur, potest dici quòd in dictis legibus reprobatur subreptum rescriptum. quod præsumitur eo quòd de tali immunitate conceditur. ad hoc lege in fraudem. C. de annona & tributis, libro decimo, & in lege prima. C. de censibus & censitoribus, libro undecimo. Secus si priuilegium emanauit ex iusta causa, quia tunc si ex probata causa id princeps concedit, ualet priuilegiũ, ut in lege unica. C. de immunitate concedenda libro decimo, & in l. immunitates. C. de agricol. & censit. lib. decimo. Causa exprimenda est in priuilegio, uel non præsumitur, arg. notatorum C. de colla. l. si donatione, & C. de sacro. sanc. eccle. illud.

¶ ITEM est necessarium, quòd princeps ex certa scientia hoc concedat, ad hoc vt omnis ui
9 deatur subreptio cessare, quia † per clausulam
f f ex certa scientia principis, cessat subreptio, ut notat singulariter Bar. in l. cõficiuntur. ff. de iure codicillorum, allegat. l. 1. ff. de offi. præfec. præt. & capit. primum & secundum, de confir. utili. & inutil. Et iam fortius cessaret subreptio si ex-
g primatur principis motus g proprius, ut in capitu. si motu proprio, de præbend. lib. sexto, & sic consuluit in talibus concessionibus apponendum, scilicet quòd motu proprio princeps talem facit concessionẽ uel immunitatẽ concedit, in c. 2. de immunitate ecclesiarum. Sed nunquid est necessarium, quòd princeps rescribat cum clausula derogatiua, non obstan. legibus in contrarium edi. uel ex quo lex in specie disponit super immunitate, quòd specifice dicat non obstan. dictis legibus specifica. denumera. ut notatur in l. ratas. C. de rescindenda uend. & in l. finali. C. si contra ius uel utilita. publicam per Bal. qui dicit quòd ubi rescriptum est prohibitum in specie, quòd tunc requiritur specialis clausula, exemplum in dicta. l. ratas. C. de rescinden. vendi. Si autem prohibitum in genere per uiam regulæ legis, neque dãnosum, tunc credit, quòd sufficiat generalis clausula, non obstantium, sic ut generalis clausula derogatoria, derogat generi, & species speciei, non autem genus speciei, argumen. ff de legatis secundo lege, legatorum. §. si plures, secundum eum. Sed hoc credas esse uerum in rescript. quia in eis est necessaria clausula (non obstantium) generalis uel specialis prouti dictum est. Sed in priuileg. non sic. nam eo ipso, quòd princeps uocat ipsum priuilegium, & bullatur bulla priuilegiorum, non est necessaria alia clausula derogatoria, quia statim apparet ipso facto, quòd tunc princeps uult infligere ius commune, ut lege, quidam consulebant. ff. de re iudica. sicut in iuribus non est necessaria clausula non obstantium, ut in capitulo primo, de constitu. libro sexto, secundum Baldum, qui hoc sic singulariter limitat, in lege lapilli. ff. de rerum diui. Et hanc limitationem a nemine uidi tactam: nota ergo & pondera, & facias semper concedi in uim priuilegii, ne ex clausula non obstantium tibi im-

pugnetur. Scias tamẽ quòd per tale priuilegiũ uel immunitatẽ superioris non debet graue dã num ingeri reipublicæ, quod si fieret, est hoc ad principem recurrendum, & ipsius remediũ implorandum, ut priuileg. reuocetur. extra de decimis, c. suggestum. in tãtum autem ex tali priuilegio conseruatur ius reipublicæ immune & intactum, ut si princeps uel superior talem concessit immunitatem, ut subditi quid annuũ habent soluere domino, illud quod priuilegiatus haberet soluere, non priuilegiatus deducat, ut notatur in l. euacua. C. de decurionibus, & p Guillermum in Speculo in titu. de censibus, alleg. l. creditores. C. de pact. & l. finalem. C. si cõtra ius uel utili. publ. ff. de leg. primo. l. si fundũ. §. si libertas, & ff. adimend. lega. l. 3. Et hoc sequitur dominus & pater meus, D. Ioan. de Imo. post Steph. in cle. finali, de censibus, & in cap. secundo de immuni. ecclesiarum, per Dom. Anth. de Butrio, qui dicit non obstare. l. ab omnibus. ff. de lega. primo, ubi uidetur casus in contrarium ubi quando pluribus onus iniungitur, deinde unus eximitur ab habent. potestatem, cæteri ad onus integrum tenentur. sed non facit, quia ibi testator unum exemit, cæteros fideicommisso grauauit, quod potuit. l. ab eo. C. de fideicommis. secundum Dy. ut refert Dom. Anto. ubi supra. Sed Bald. in l. etiam. de exce. rei iudi. aliter dicit, quòd aut quis est exemptus ante obligationem contractam, & reliqui tenentur soluere, & sic intelligit dictam l. ab omnibus. ff. de lega. primo, aut post obligationem contractam, & tunc non tenentur soluere partem contingẽtem exempto, quia satisfactum est eximenti, licet gratis exemerit. Nam cum obligatio certam formam distributiuam assumpserit, a statu ipsius non est recedendum, argu. ff. de uerb. obligatio. leg. insulam, secundum eum. Sed pone ob alicuius fauorem est concessum sibi priuilegium ciuilitatis a superiore, ut puta alicui forensi uel homini uillæ est concessum ut habeat omnia priuilegia ciuium Valentinorum. Nunquid tenebitur cõtribuere in muneribus & collect. ciuium, tanquam ciuis? certè sic, quia istud non est odium proprie loquendo, sed est de natura rei concessæ cui est hoc onus adnexum, & istud dicit Bald. in l. quòd fauore. C. de legibus, esse de mente Petri, in quinto corondello. Sed etiam quòd gaudeat ciuium priuilegio, non admittit priuilegia forensium, secundum Barto. qui ita notat in l. 3. §. cum emancipatus. ff. de contratabul. Et hæc sufficiant de muneribus patrimonialibus, a lege indictis. Sed scias quod etiam a lege potest induci munus personale, sicut patrimoniale, ut tenet Barto. in lege prima. ff. ad municipa. Et hoc de muneribus a lege indict.

CAMILLI BORRELLI ADDITIO.

a ¶ DONVM appellatur] multas differentias inter donum, & Munus amplissimè plusquàm alius tractat Francisc. Hotomanus in commentar. Verborum iuris. §. Donum, ad quem me remitto. De istis donatiuis quæ fiunt principi ob gratiarum concessionem, potius dicuntur remunerationes, quam donatiua simplicia, cum fiant ob causam ¶ Non omitto autem quòd aliquando donum significat signum insigne, siue notã infeudationis, quod donum inuestiturę. ut in c. 1. §. si duo homines. de pace tenend. & eius uiolat. quod nos traditionis, dominiique, & possessionis signum dicimus. Quò loci in uersiculo Donum, pulchre (ut semper) Hotomanus affert authoritatem Abbat. Vrspergensis in Chronicon. Anni. 808. Ducatum Sueuorum inquit uiuente adhuc Ottone Duce, Hẽricus, Imperator Bertholdo Comiti promiserat, eique annulum suum, uelut huius commonitorium, dederat, quem illic diligenter seruans, post amborum obitum, Imperatoris, scilicet, & Ducis, Imperatrici Agneti Imperium tunc disponenti obtulit, eamque Annulum agnoscentem, pro Ducatu sibi commisso commonuit. Idem Hotoman. in lib. de Feudistica disputation. cap. 37. In idẽ Carolus Sigonius Historiarum de Regno Italiæ. 6. Nequid (inquit) intentatum relinqueret, epistolam sagittæ una cum annulo ab Othone accepto alligauit, atque intento arcu in arcem transmisit. ¶ Traduntur diuersimodè signa, & notæ inuestiturarum, quas ego soleo appellare primo proprijssimam, ut quę fit cõstituto infeudante, & feudatario super loco, uel rę qua fit inuestitura, argu. l. traditionibus. C. de pactis, habetur in c. 1. de consuetud. recti feud. Curt. fol. 18. Iacobin. in uerb. inuestiui. nu. 1. Practica Obseruat. feudal. Obseruat. 10. Petrus de Bella pertica. in tract. de feud. titul. 8. nu. 3. Capic. in secunda parte feudali, in uersi. feudorum inuestituræ, col. 3. uersi. Et de inuestitura, qua in re Hotoman. in Disputat. Feudistic. c. 26. asserit, non prodesse feudatario corporalẽ rei traditionẽ, nisi inuestitura præcesserit, cui ego cõsentio. ¶ Alia dicetur propria, ac uera, ut quæ mediante scriptura inuestituræ per Baculum, Burretum, annulum (ut supra) ensem, & his similia fiat (licet impropriam istam appellet Andr. in c. 1. in princ. Quid sit inuestit.) ipse tamen Andr. in prolog. col. fin. Inuestituram comitatus per uexillum dari asseruit, & in magnis feudis dari per ensem. Bald. in dicto cap. 1. in princi. col. 4. sequitur Capic. ubi supra. Quam appellauit abusiuam Iacobin. ubi supra, & per hunc modum dominium, & possessionem non transferri, sed dari Inuestito authoritatem tali casu apprehendi possessionem, ut supra autem concludit Bella pertica, loco supra allegato. uidendus est Afflict. in dicto capitu. 1. ubi uidetur quodammodo se inuoluere. sed Martin. Laudens. ibidem dicit idem quod post eum dixit Iacobinus. ¶ Aliam ego appello impropriam, quando dominus inuestiens dicit uade, & apprehende talem possessionem, ut uoluit Iacobin. in uersi. Inuestiui. in princip. & hoc dico argumento sequentium. ¶ Aliam ultimam appellare soleo impropriissimam, ut quando traditur possessio per constitutum, quã in re ne transcribam dicta ab aliis, remitto me ad notata per Bartholom. Camerar. in Repet. capitul. Imperialem. columna. 25. uersi. Illud se offert. de Prohib. feud. alien. per Feder. aliqua uide per Ioann. Vicentium de Anna. in Rubri. de uasall. decrepit. ætat. nu. 58. & seq. & ad materiam eundem Hotoman. in §. callidis. in uersic. colore, de prohib. feud. alien. per Feder. & Quintil. Mandos. in tract. ingratitudinum cap. 62. in prin. & per Roland. a Valle in consil. 1. nu. 50. 51. uolum. 4.

¶ TRIBV-

b ¶TRIBVTVM, ET SVPERINDICTIO IMPONVNTVR A PRINCIPE] Solus princeps, & qui iura principis, & regalia obtinent tributum indicere posse censendũ est, quæ facere possunt omnes domini, & principes, qui superiorem non recognoscunt, ut Dux Sabaudiæ, Florentiæ, Ferrariæ, & Mãtuæ, ac Respubli. Veneta arg.l. vnicæ. C. de mulier. & in quo loco ubi Barto. Idem Bar. in l.1.notab.2. C. de superindict. libro 10. Alex. in l.4.§. actor. num. 13 ff. de re iud. Petr. Anniboli. in tract. de muneribus.2. parte principal. §. restat. num. 1. & § 4. in princip. coi nau consi. 199. nu. 11. uolu. 3. Ioann. Bertachin in tract. de gabell. parte.1. num.15. & tradidit Octauian. Cathera. in deci pedemone. 155. nu. 4. celsus hugo. in consi.34 per totum. & in consil.92 Lancelot. Conrad. in templo omn. iud. lib.1. cap.1. ff.4. in uer. collectas. nu.1. in materia dom nic. de toto de iustit. & iure. libro.3. quæ.6. articul. 7. Capic. in inuestitura feud. in 2. parte uersic. regalia. Iulius Ferretus in tract. de uectig. & gabell. num. 419. Francisc. Bursat. in consi.16. nu. 29 uolum.1. & nouissime Virginius Boccatius in consti. Picētinas. glos.6. num 60. & Nicol. Festasius in tract. de æstimo. par e.2. cap.2. num.1, cum plurib. seq. ¶Ex quo imponere tributa, census, & uectigalia est de regalibus ut uoluit Abb. Panormit. in consi.13. num 4 uolum. 2. & Bal. in l. etiam num 21. C. de exeq. rei iud. dixit esse meri imperij, sequitur Coru. in consi 333. num. 33. uol. 1. & mixti imperij esse uoluit Alexand. in consi.35. uiso. uolu. 2. & mer. i, ac mixti imperij esse asserit ex Bald. Alex. & Curt. Iuniore. Festasius. ubi supra. num. 12. quo loci inuehit contra parpaliam in l. placent. numero. 30 C. de sacrosan. eccl. §. qui dixerat quòd habens merum & mixtum imperium non habet talem potestatem nisi habeat iura imperij, dicens ipsum parpaliam aberrasse. Ego parpaliæ adhæreo, & hinc uidemus quòd licet in hoc regno Neapolis omnes principes, & Barones à rege habeant merum, & mixtum imperium, & omnimodam iurisdictionem, non tamen habent potestatem imponendi tributa, aut collectas subditis, nisi exigendi subuentiones, & adiutoria in quatuor casibus notatis in constitu. regn. quamplurimum tributum. n. census, & similia dãtur soli principi in eiusque subsidio: census uerò de capite ad profitēdũ principi subiectionē, ut author est Dom. Soto loco supra citato. tributũ. n. (ut Festus ait) quia ex priuato in publicum tribuitur. Vel quia tributim (quasi per tribus) ut Varro est author, per singulos soluebatur aliqui a tributo. Mandos. in tract. de casib. atten. num 41. Ioan. Bapt. lupus in tract. de usur. comme.2. §.2. num. 52. Non omitto, quòd census nil aliud est (ne fortè cum communibus doctorum traditionibus transeamus, qui sensum nominant annuos illos canones ac redditus rerum stabilium, ac fructuũ pecuniæ, quæ datur communiter ad tot pro quolibet centenario) quàm numeratio capitum, quæ fieri cæpta est à populo Romano, tēpore Seruij tolli. & censita sunt capita, numer. 80. millia, ut author est liuis libr. 1. & fiebat finis censitationis quinto anno, ex Ser. Tulli instituto, dicente ubi supra liuio. edixit, ut omnes ciues Roma. equites peditesque in suis quisque centurijs in campo Martio prima luce adessent, ibi exercitum omnē, sue, oue, taurilibus lustrauit, idque conditum lustrum appellatum, qui in censendo finis factus est. Quamquã aliij.84. millia hominum Romæ primum censum fuisse scribat: Eutropius libr.1. ibi, sub eo Roma omnibus in censum delatis, habuit capita. 84 millia ciuium Romano. & Pomponius Lætus dicit fuisse.84. millia & 700. de quo Ser. Tulli instituto loquitur Onuphrius Pannuinius commentar. Reipu. Roma. lib.2. ubi de ciuit. Romana, ibi, tribus Romanas primus in urbanas, rusticasque diuisit, centum instituit, lustrũ condidit. & iterum in capi. de censu 1. & lustro instituto d. Onuphrius. d. lib.6. & ideo censo es primi creati Lucius Papyrius Mugillanus. & L. Sempronius Atratinus. Anno urbis 310. (licet Onuphrius dicat in anno. 311.) M. Geganio Macerin. & L. Quinto Capitolino cōsulibus, & tempore quo Papirius, & Sempronius censum fecerunt, vndecimum fuit lustrum, itaque decem aliæ lustrationes præcesserant, antequam censorum magistratus institueretur. & rectè, & diligentissimè aduertit, historiarum peritissimus, simul, & antiquitatũ scrutator diligentissimus Carolus Sigonius. in chronologia regum, consulum & aliorum magistratuum Roma. de quorũ censorum potestate latissimè Liuius pluribus in locis, fenestella. cap. 17. Pomponius Lætus. capit. de censoribus. De quo etiam & nos latè alibi dicemus si tempus, & otium dabitur.

c ¶PERANGARIA QVID] Est perangaria opus a uasallo personaliter factũ suo sumptu, & expensa. Accurs. in uer. Angariarum. Quæ sint regal. ubi And. Aluarot. num. 5. Hotoman. nu. 12. idem Hotomanus de uerbis feudalib. in uer. Angariarum. Lucas de penna in l.2. in fin. C. de quib. muneribi. libr. 10. & in l.1. C. quemadmodu ciuil. muner. eo. libr. Angarus. n. baiulus, uel operarius est; ἄγγαρος enim græce, quã fuisse persicã uocē testatur Franciic. Hotoma. mihi nemini posthabendus in uerbis iuris, ea dictione ex Hesychio dicente σημαίνει δὲ καὶ τοὺς ἐκ διαδοχῆς βασιλικοὺς γραμματοφόρους idest, significat eos, q regias epistolas alter alteri succedēdo ferũt, quos dicit vulgus postas, quasi positas cursorũ statiōes appella ἀγγαρεία at inqt Suidas dictio est persica, quasi seruitus coacta, q̃b. adnecti possũt dicta p Herodotũ in Vrania lib. 8. his (inquit) nuncijs nihil pernicius transcurrit in rebus humanis, quod negocium hunc in modum est à persis excogitatum. quot ex diebus tota uia constat, totidem equorum ac uiros ferũt esse distinctos, ad singulorum dierum iter faciendum. quos neque uis niuium, neque imber, neque æstus, neque nox distinet, quin propositum sibi cursum celerrimè conficiant, quorum cursorum primus mandata tradit secundo, secundus item tertio, & ita deinceps illa mandata in aliũ, atque alium pertranseunt. quemadmodum apud græcos fax, quam vulcano per uices ferre cursores perseuerant, hanc equorum cursitationem persæ ἀγγαρήιον appellant. Hæc Herodotus. qua in re in iure nostro illius cursus, aliam nominis declarationem inuenimus. & præsertim in l.2. ff. de in ius voc. ubi iurisconsultus asserit. Nec uocari in ius posse, qui cum equo publico, in causa publica transuehatur. Quam transuectionem, interpretatus est accurs. in quendam præconem Theobaldum, quē sequitur ibi alio non quæsito Barto. errore lapsi, sed non mirum, cum in eius etiam intellectum lapsus fuerit etiã Guliel. Budæus, alioqui seculi sui specimen, qui monstrã, munerationemque militum eam transuectionē appellauit. Vnde rectius illum textum enodauit Ioan. Coras. Miscellan. lib.1. capi.11. quòd transuectio ista sit, celerrimus cursus cum equis, hodie vulgo postas, & staffetas appellamus. & equus cursui destinatus veredus appellatus est, & Cursores eorum ueredarij dicēte Martia.

Parcius utaris moneo, rapiente ueredo
Prisce, nec in lepores, tam uiolantus eas.
& alibi in distichis.
Stragula succincti, uenator sume ueredi
Nam solet à nudo, surgere ficus equo.

Circa quam usus publici cursus aliqua tradidit Iacobus Menoch. de arbitr. iud. quæst. libr.2. centur. pri. casu. 2. nu. 3. quibus a stipulatur etiam Iulius Firmicus. libr. Matheseos. 3. regum (inquit) nuncios, ueredariosque redolēt. & Corasium sequitur Marin. Freccia de subfeud. Baron. lib.

lib. 2. titu. quis dicatur dux. nu. 35. qua in re faciunt etiam notata per Aureliũ Cassiodorum. lib. uariarum. 2. epist. 31. ubi inquit, quatenus fiscali humanitate recreati, excurius cum ueredariis per Alueum Padi more solito faciatis, ut diuiso labore equis publicis debeat subueniri, quando cursus uester non atteritur, qui per uias liquidas expeditur. Ex more ergo græcorum arbitror fecisse regem nostrum, cuius mandato per omnia loca maritima singulis tribus milliariis erecta turris est, miris, pulchrisq; ædificiis, in quarum singulis excubiæ, custodiæq; perpetuæ sunt stabilitæ, ut ab hostium incursibus litora securiora reddantur, hac lege statuta, ne igne, & flammis in summitate constitutis, quæ prior turris hostium notitiam habuerit, uel piratarum incursus nouerit, per accẽsum flammæ, alteri notitiam afferat, & sic deinceps, vna alteri, & ita facili, læuiq; custodia omnia in regno Neapolis maris loca seruantur.

d ¶SECVS TAMEN IN RVSTICIS] Ista conclusio quòd pro aduẽtu principis teneantur clerici pro possessionibus rusticis ad perangarias. An & quando clerici ad collectas teneantur latè Anton. Capic. in inuestitur. feud. parte. 2. uerb. regalia feudorum. §. collectæ, & Iulius Ferrett. in tract. de public. gabell. nu 424. cum infinitis seq. & ego latius quam fortè alius dixi pro Venerau. cap. Carbonariensi, & clericis contra vniuersitatem in consi. meo.

e ¶L. VACVATIS. C. DE DECVR.] An & quãdo ualeat immunitatis priuilegium, & in quibus casibus teneat? late Do. Præceptor meus Ioan. Bolognett. in cõsi. 1. per totum. & latissi. plusquam alius Francisc. Bursat. in consi. 16. per totum. & in consil. 19. uolum. 1. & ego pro vniuersitate Bisaliæ in consi.. & latius plusquã alius Simon de Pretis in consi. 170. totum. uol. 1. ad quem me refero. Roland. à ualle in consil. 100. num. 61. uolu. 4.

f ¶CLAVSVLA EX CERTA SVA] Quòd per talem clausulã cesset subreptio antiqua res, & ca. & absq; dubio non procedit, & ut addentis in hoc metas non egrediar sufficit remissiuè locos demonstrare, & quod habeant istam u. m prænarratam alios allegans uoluit M. Anton. Natta in consi. 160. nu. 16. & in consil. 209. nu. 6. uolum. 1. in consil. 367. nu. 10. uolu. 2. & in consil. 420. num. 24. eo. uol. & in consi. 636. nu. 163. uol. 3. Comens. in consi. 164. Ioannes Baptista Ferret. in consi. 31. nu. 31. & 33. uol. 1. Felyn. in consi. 31. nu. 16. Iacob. Philipp. foro in consi. 19. num. 19. uol. 1. & in consil. 107. num. 15. uolu. 3. Menoch. in consi. 36. num. 17. & nu. 59. cum seq. uolu. 1. apud quos uideri poterit potius hoc procedere secundum formam contractuum, factorum, priuilegiorum, & causarum, ut aliquando operentur, aliquando uerò nullam operationem faciant. nouissi. Cephal. in consi. 302. num. 34. cum plurib. seq. uolum. 3.

g ¶MOTVS PROPRIVS] An uerum sit quòd tollatur subreptio, & obreptio per istam clausulam latè Iacob. Menoch. in dicto consil. 36. præceden additione allegato. & talis clausula dato quod tollat subreptionem, non tamen operabitur in tertij præiuditium. Ioan. And. & alij in dicto c. si motu prop. de præbend. lib. 6. Aegid. Bellamer. decis. 475. geminia in consil. 104. col. fin. latius Ioan. Baptist. Ferrett. in consil. 280. num. 9. uolu. 2. Petr. Anton. August. in consi. 7. num. 16. & seq. lib. 7. Io. Iacob. de Leonard. in consi. 117. num. 294. cum pluribus seq. inter consi. Albert. Brun. Petr. de Anch. in consi. 295. Bar. Soci. in consi. 115 col. 1. uo. 3 cardin. in cle. si Romanus. col. 3. de præb. Ioan. Monach. & Philip. prob. in ca. fin. de offic. deleg. in 6. Ioan. Bruncilus in tract. de dignit. legati conclus. 31. & latius per Petr. Rebuff. in concord. titu. form. Mand. apostolic. in uersicu. motu proprio. ubi ponit 47. effectus huius clausulæ.

Camillus Borrellus

In Vers. Sunt & alia munera.

*SVMMARIVM.*

1 *Aurum coronarium quod sit.*
2 *Ad probandam consuetudinem, saltem binus actus est necessarius.*
3 *Procuratio est triplex.*
4 *De similibus ad similia fit argumentum.*
5 *Superindictum a quo fiat, & quid sit.*
6 *Vtrum a munere indicto ob necessitatẽ sit aliquis immunis.*
7 *Nulla maior pietas, quàm defendere patriam debilem, & pauperes ab hostibus.*
8 *Publica utilitas est cuilibet priuilegio præferẽda.*
9 *Collectæ quæ dicantur.*
10 *Differentia inter tributum, indictionem, & collectam.*

SVNT ET ALIA munera patrimonialia & personalia siue mixta, quæ ab ipsa consuetudine inducuntur, siue inducta sunt. Et primum inuenio
1 † aurum [a] coronarium, quod
a in principis coronatione datur a subditis. Nã istud exigi non potest, nisi ab illis qui consueti sunt illud prestare, ut in l. vnica. C. de auro coronario. lib. 10. & ibi dicit glos. quod soliti sunt p̃stare Iudæi, & ad hoc allegat. l. Iudæorum. C. de Iudæis. Et sic quicunque sunt soliti præstabunt hoc munus. Sed quando dicetur solitus soluere, uel consuetudinem esse soluendi? dicas qđ ex bino uel ulteriori actu, quod iudicis determinatur arbitrio ex quo a lege non determinatur secũdum Bal. qui ita notat in l. 3. C. de episcopali audientia, de quo uide Barto. in l. Mela. ff. de alimentis & cibariis legatis. Sed uidetur quod vnicus actus sufficiat per tex. in cap. cum de beneficio, de præbendis, lib. 6. per quem tex. id uidetur tenere Ioan. And. in capitu. finali, de consuetudine, qui innititur opinio. Petri, in l. 2. C. quæ sit longa consuetudo, qui dixit quòd actuum frequentia in consuetudine inducenda est necessaria quo ad monstrandum populi cõsensum. Si ergo potest constare de consensu populi per vnicum actum, ulterius non requirit, allegat ad hoc. ff. de legibus. ff. de ædifi. priua. l. an in totum, & per l. 1. & 2. C. quæ sit longa consuetudo.

¶ADVERTE quia cõmunis schola habet, quod ad probãdam consuetudinem saltim binus actus est necessarius. Et hanc tenet Azo in summa, & Guillerm. de Cun. in dicta. le. de quibus. ff. de legibus, & ibi etiam Baldus firmat, qđ super pluralitate stetur iudic. arbitrio Nam dicit quod non possumus recedere a dispositione textuali, nã tex. in l. de quib. dicit, morib. in plurali. similiter, in §. ex non scripto, institu. de iure naturali, similiter dicit tex. moribus, in l.

mori-

moribus,de vulga.pupilla. & de adop.l. ſi tibi filius, & C. quæ ſit longa conſuetudo. leg.prima,dicit frequenter ſimile uerbum.C.de ædifi. prina.l.an in totum. Ad hoc facit licet non allegetin auten. quomodo oporteat epiſcopos. §.dum ex frequenti, coll.prima. Et idem tenet Iacob.de Arena,& allegat in autẽ.de defen. ciuitatũ.§.finali,& l.cum alij.C. de curato. furio. & ff.de teſti.& l.tertia.§.fina. Hoſti. ut refert Archidiaco.in capitu.primo,de conſtitu.lib.6.tenet quòd non eſt lege determinatum, an actus ſint neceſſarij,ideo eſt iudicis arbitrium. l. prima.§.expilatores. ff.de effracto. cum ſimilibus.

¶ADVERTE, quia ſemper credidi quòd vnus actus non erat ſufficiens ad conſuetudinẽ fundandam, ſed bene duo ſufficere poſſent, ſi id iudici uideatur, & ſit arbitrium in duobus ſupra. Sed in vnico nõ poſſet arbitrari conſuetudinem introductam, per iura ſuperius allegata,nec obſtat,cap.cum de beneficio, de præbẽdis, lib. 6. quòd dicit beneficium conſuetum poſſideri,quod vna uel pluribus uicibus datũ eſt,quia vnus actus bene ſufficit ad proprietatem iuris fundandam,& ad illam præſcribendã & poſſeſſorium pariendum,ſed non ad conſuetudinem inducẽdam,quia duo uel plures ſunt neceſſarij ſecundum Innocent. qui ita notat in capitulo,cum eccleſia Sutrina,de cauſa poſſeſſionis & proprietatis,& ibi dominus Antonius de Butrio allegat.l.ſecundam.C. de epiſcopali audien.quæ nihil facit,quia illa loquitur de aſſuetudine,prout eſt facti ſecundum Baldũ ibi. Sed ſufficiunt iura,quæ deſuper allegaui, ſed in noſtro caſu,ſi princeps vna uice recepit aurum coronarium, ex quo ille actus eſt talis naturæ quòd quis nõ ſolueret vna uice, niſi obligatus talis actus habilis eſt ad quærendum poſſeſſorium,& cum tempore princeps legitimè præſcripſiſſet contra ſemel ſoluentes,argu.l.1.§.fuit quæſitum.ff.de aqua pluuia. arcen. & in dicto capitu.cum de beneficio,ſecundum Innocent. qui ita notat in dicto capitu.cum eccleſia ſutrina,de cauſa poſſeſſ. & propri. Eſt aliud munus conſuetudinarum de iure,ſed a lege fororũ inductum,ſcilicet cenæ,quæ datur loco ſeruitiorum ſolitorum, quòd antiquitus principi dabatur pro illius expeditione, in l.cum ad fœliciſsimam.C.de quibus muneribus uel præſtationibus liceat ſe excuſare.lib.10. Et in l.neminem.C.de ſacro ſanct.eccleſi.& illa ſubſidia ſiue cæna ab alio quam principe non accipitur ut ibi,neq; principis exercitus illam habet, ut in cenaticorum nomine.C. de erroga. militatis annonæ.lib. 11. neque etiam legatus principis cum ſolùm poſsit recipere xenia modica gratis oblata,ut l.ſolet.in fine. ff. de officio procõſul.De iure autem canonico iſta cæna appellatur procuratio,quæ debetur legatis, uel nuntiis ſedis apoſtolicæ, Archiepiſcopis,epiſcopis,Archidiaconis,& aliis uiſitantibus, ut in capitu. procurationes,& in capitu.uenerabilis, & cap. uenerabili.de cuius forma uide capi.cum apo-
3 ſtolus.eod. titu. & capitul.cum inſtantia. † Et
b ſcias quod eſt triplex [b] procuratio, vna eſt quæ debetur ratione uiſitationis, ut in dicto capit. procurationes,& in capitu.cum apoſtolus, eo. titu.Et iſta cæna præſentiæ,quæ datur principi uiſitãti,& de iſta loquitur forus regis Petri, Anni mill.371.& etiam datur primogenito. Alia eſt abſentiæ,ſicut procuratio,quæ ex conſuetudine introducitur.18.quæſt.ſecund.capitu.ſeruitium.& ſoluitur,licet princeps non uiſitet, & de foro datur ſoli principi,ut in foro vnico regis Martini.de cęnis,& in foro vnico,de cęna p̃ſentiæ &c.quamuis multoties contra fiat, ex quo grauamina ſæpe proponuntur, & forus ſeruandus eſt,quia principũ priuilegia non ſunt aſtutè interpretanda, ſed ſane & proprie intelligenda & benigne ut eſt optimus text. in l. ex facto.ff.de vulga.& pupilla.Et ad materiã uide Oldra.ſuis conſiliis,conſilio.98.& Anto.de Butrio,de præſcrip.Tertia procuratio. eſt ratione pacti,ut 18. quæſt.ſecund.capit. Eulcuterius. Poteſt addi quarta ex priuilegio,extra de cenſib.prælatorum,capitu. accedentibus. Et ſcias qđ ab iſto munere ſunt immunes milites, qui ad talia ſeruitia ſeu munera non tenentur, neque ueterani,ut in l.fin.§.penultimo.ff. de muneribus & honoribus,ut notatur in l.ſecund.C. de quibus muneribus uel præſtationibus. libr. decimo.

¶ITEM excuſant illi qui ſunt muniti priuilegio,extra de cenſi. capitul. cum inſtantia. Et ſic milites & generoſi in regno Valentiæ, qui a foro regis Alphonſi Rubri. quòd generoſi poſſint emere bona de realenco ſunt exempti a tali cæna.Hoſti.a caualcata, & de toto alio onere ſeu ſeruitio reali & perſonali non tenentur ad illam præſtandam. Et nota quia congrue fuit in foro facta ſpecificatio, etiam de cæna uel facta remiſsione ſeu relaxatione de omnibus ſeruitiis nũ ueniret cæna præſentiæ, quæ datur ꝓpter uiſitationem,iſte eſt caſus ſingularis,extra de cenſibus,capitu.cum uenerabilis. Et per illam decretalem dicunt aliqui curiales, qđ quãuis ſit conceſſa immunitas ſoluendæ cænæ,non tamen uidetur remiſſa cæna præſentiæ, quæ ꝓ principis uiſitatione datur, facit 16. quæſti. ſecunda,capitu.uiſis,extra de donatio.capit.paſtoralis,facit.l.tertia.C.de bonis libertorum, & quod notatur in glo.ordinaria, in capitu. cum uenerabilis,extra de cenſibus. Sunt & alia munera conſuetudinaria,quæ principes & domini temporales iure conſuetudinario exigunt a vaſallis propter natiuitatem filiorum, & propter ſuas uel filiorum nuptias,uel ubi transfretant mare,uel propter nouam militiã, uel aliis cau-
c ſis in quibus ſit conſuetudine inductum, [c] imo
4 † de ſimilibus ad ſimilia fit extentio conſuetudinis tali caſu,ut notat Cyn.in l.ſecund.C.quæ ſit lon-

sit longa consuetudo, & etiam dominus Antonius de Butrio, extra de officio Archidiaco. capitu. cum dilecto, ad finem. Et ista munera cōsuetudinaria possunt iure fundari per text. in l. inter donum, in fine. ff. de uerborum significat. ibi natalitium nuptiarum, dicēs de illis causis munera indici. Et miror quod de illo textu doctores non aduertunt. Et de hac materia uide in Speculo, titu. de feudis. §. primo uersu, & nota etiam quòd uasalli comitum, & Hostien. in summa sua, de immuni. eccle. §. quibus, uersic. extraordinarium, & Ioann. Blanc. in summa super usibus feud. quibus modis feud. admittatur. §. erunt &c. Et Petrus Iacobi in titu. in quibus causis uasallus, quantum est de iure rescripto debet admittere feudum, uersicul. item in summa, & Rolfredus in suis libellis, in Rubric. sacramentum cuiuslibet uasalli. & Bald. in feudis, in Rubric. de capitul. corradi §. finaliter, & uide Bartolom. de Salice. in l. ut uirtutum. & in

5 l. nostra. C. de statutis & imaginibus. † Est & aliud munus, quòd indicit a principe ex causa suæ necessitatis, & istud superindictum appellatur, ut in tex. notab. in l. unica. C. de superindicto, libro decimo. secundum lecturā Placētini & Accursij glosatoris. Et istud habet indici a principe, & literis suis intimari aliorum officialium aliàs non creditur, ut ibi. Et ad hoc superindictū dicit ibi glos. quòd excusatur ecclesia, allegat. C. de sacrosanct. eccless. leg. placet, & silentiarij, & in sacris militantes, allegat. C. de silentiariis. lege secunda. C. de propositis sacri scrinij. leg. quarta. C. de execu. munerum. leg. maximarum, & de canone sacrarum largitionum. leg. sic percipit. Et in militibus id uidetur foro fundari, in foro, quòd generosi possint emere bona de realenco, capitu. unico. Sed glo. prædicta non se refirmat in dicta opinione, sed dicit quòd superindictum est quod ꝑpter necessitatem extra ordinem indicitur, & illam sequitur glossator, & non dicit quòd aliqui sunt

6 ab illo necessitatis superindicto excusati. † Est ergo uidendum, an de iure a superindicto uel munere indicto ob principis necessitatem sit aliquis excusandus uel immunis. Et certè de iure nullus uidetur excusatus. Et ad hoc adduco tibi plures authoritates utriusque iuris canonici & ciuilis. Primo, quia episcopus cum est

d in necessitate, potest q̄rere charitatiuū [d] subsidium a subditis. ad eius impositionem requiritur manifesta & rationabilis causa ex necessitate instante, & debet commensurari exactio ad necessitatem instantem, ut in capitu. conquerente, de offic. ordin. & ibi dominus Anton. de Butrio, in notabil. demum in fine dicit quòd causæ instæ petendi subsidium sunt, quando episcopus fecit magnam emptionem, uel fecit grandes expensas pro eundo ad Papam uel imperatorem, pro litigando pro iuribus ecclesiæ, uel quocunque casu superuenient. propter qđ supportandum habet necesse talia portare, hoc uerum dicit nisi in casum incidat culpa sua, de ætate & qualitate, capitulo pri. quia si propter sui prodigalitatem incidit in necessitatem sibi habet imputare, de consuetud. capitul. ex parte, secundum eum, quod no. pro dominis prodigis, qui petunt a uasallis, pro eorum necessitatibus uoluntariis, quod iure uasalli denegāt subsidium. Et quamuis de iure canonico tale subsidium charitatiuū appelletur, tamen episcopus ostensa necessitate, potest cogere subditos ad illud præstandum, ut tenet Innocent. extra de censibus, capitulo, cum apostolus, & ibi Antonius de Butrio. Nam dicunt quòd sicut episcopus pro suis necessitatibus, habet quādoque potestatem fructus retinēdi, ut ecclesiastica beneficia, capitu. uno, in fi. & in clement. frequens, de exces. prała. ergo a fortiori ad dictum subsidium compellere potest secundum eos, quod Ioannes Andre. trahit in argumentū quòd domini subditorū, pro suis necessitatib. possunt subditos collectizare. uide ibi eum in nouella super uerbo, necessitatibus. Et plus dicit dominus Antonius de Butrio, in capit. peruenit, de immunita. eccle. quòd si sine uiolentia dominus secul. agens petat ab ecclesia uel clerico uasallo suo, ecclesia tenetur ei dare si egeat, prius tamen consulto Romano pontifice, de immunitat. ecclesi. capitulo aduersus, quia cum naturaliter teneatur cuilibet ex præcepto domini in suis necessitatibus subuenire. de seruis exportand. leg. si seruus. 86. dicto capitul. non satis, multo fortius illi a quo habet beneficium, de testamen. capitu. cum in officiis, quo casu etiam dicit quòd episcopus potest cogere subditos ad charitatiuum subsiduum. Allega. de censibus. capitu. cum apostolus. capitul. prohibemus. Et sic uides quòd in domini tēporalis necessitatibus, ecclesia & clerici uasalli, tenentur ad subuentionem, & iam maximè si dominus temporalis est patronus dotator ecclesiarum uel sui prædecessores, quia tūc in necessitatibus tenentur subuenire, quia & alere eum tenerentur. 16. quæstio. septim. capit. quicunque. Et hanc subuentionem dominus Antonius de Butri. in capit. non minus. de immunita. ecclesi. appellat extraordinarium munus respiciens pietatem, quia in eius necessitate subditus pietate motus elargitur, & dicit quòd necessitas domini potest esse quando magnam emptionem fecit, uel captus est, uel filiam maritauit, uel miles factus est, uel quia ad principem iuit pro suis negociis, uel quia aliàs expēsas graues & intollerabiles fecit rationaliter, uel alia quacūque de causa depauperatus est, uel nimis obligatus, uel non habet aliquid, qđ comedat, & de istis remitto ad ea, quæ supra tibi dixi, & ipse ponit in capit. peruenit, in fine, de immunitate eccle. uidelicet quòd etiam ecclesia & clerici uasalli tenent subuenire Romano

mano pontifice consulto, uti dixi, & ultra illa
7 dicit, quòd † nulla maior pietas quàm defen-
c dere [c] patriam debilem & pauperes ab hostibus. 23.quæstio.ter.capitu.fortitudo, & capit. si quis.dicens, quòd hoc munus concernit publicam utilitatem secundum eum, quod nota quòd subuentio donum est publicæ utilita. & ideo ne mirum si ab hoc munere de iure nullus excusetur. Et maximè quando necessitas est tempore belli pro patria defendenda. Ad hoc optimus tex. in leg. iubemus nullam. C. de sacrosanct. eccles. per quam dicit singulariter Bald.ibi nota ex hac leg.argument.quòd a necessitatibus eminentibus propter bellum ecclesiæ Romanæ, nullus potest se excusare ratione priuilegij, siue sit concessum dignitati siue
8 regioni siue personæ, quia † publica utilitas est cuilibet priuilegio præferenda: quod dicit esse notatu dignum.

¶OR AD fundanda tã singularia dicta doctorum concorditer dicentium ad donum necessitatis nullum de iure subditum excusatum, neque ratione priuilegij dignitatis personæ uel religionis. Ego allego tibi aliquas leges singulares id expressè probantes. Primo. leg. omnes.C.de indictionibus, libro deci. ibi nulla igitur domus, uel sacri patrimonij uel emphiteutici iuris uel hominum priuatorum, & si priuilegiũ aliquod habere doceat ab hac necessitate si iniuncta sit, excuset: q̃ iã nõ extra ordinarium, ut hactenus, sed ipsis facientibus, canonicum nomen accepit. Et secundum glo.loquitur de superindicto ob publicam necessitatem, de quo loquitur l.vnica.C.de superindict. eodem libro.

¶ITEM allego alium text.optimum, in lege maximarum.C.de excusa.munerum, libro decimo.ibi exceptis. his quibus ex more rectius limes includere uel expeditionem illiric. pro necessitate uel tẽpore utilitatis adiuuatur &c. Et sic hæc.le.proprie loquitur de principis necessitate. Ad hoc etiam adduco alium casum, in leg.cum felicissimam.C.de quibus muneribus, uel præstationibus liceat se excusare.libro decimo.ubi textus vult in principis expeditione neminem ab aliquo munere excusari, siue sit domus principis uel August.uel ad sacrosanctas ecclesias uel quaslibet illustres domus pertinent, neque legis pragmatica, neque diuina aduocatione sacroue oraculo excusatos indictionibus magnificentiæ tuæ, sed tempore nostræ expeditionis decerni obedire. Ad hoc est lex socia, & l.neminem. C. de sacrosanct.ecclesijs, & leg. nullius. C. de cursu publico. libro duodecimo. Et facit optimè, lex prima. C. de nauibus non excusand. libro vndecimo. Ibi cum omnes in communi, si necessitas exegerit, conueniat necessitatibus publicis expedire, & subuentionẽ sine dignitatis priuilegio celebrare. Et facit lex secunda eodem titulo & has leges reperio singulares, ad fundandum prædicta doctorum dicta. Et hoc de iure dictũ, salua semper determinatiõe sanctæ matris ecclesiæ, tanquam uere fidelis. Nam si sancta mater ecclesia aliter determinat, & ego aliter determino, uti in simili dixit Bartol. in leg. rescripto.§.finali, de muneribus & honoribus. Sed nunquid de foro aliquid est immutatum? milites dicunt quòd ipsi per forum regis Alphonsi, quod generosi possint emere bona de realẽco, sunt exempti ab omni seruitute reali & p̃sonali debita principi, & bona eorum sunt frãca, ut ibi uides. Et etiam hoc erat de mente fororum antiquorũ, in foro encara, fem, fur, nou. & in foro fem, fur, nou, quæ alienari possunt in clericis uel ecclesijs bona de realenco, transeũt de suo onere, ut eodem titulo, capitul. stablim. & in aliis foris regis Martini. An autem per hoc se possint excusare a prædictis, cogitabitis. Et ex prædictis potes uidere, quando imminet domini necessitas, atque in quibus casibus, & qualis debet esse subuentio, si bene consideres. Et quamuis proprie hæc superindictio sit, & munus si in curia fit ut donum appellatur, qđ est tollerabile ex communi usu loquendi. lege, cum delanionis. §. asinam molendinariam. ff. de fundo instructo, & leg.librorum.§.quod tamen Cassius.ff.de legatis tertio. Et sic communiter fit donatiuum curiæ, & offertur in plenaria curia, principe sedente pro tribunali, & acceptante, ut deinde nascatur obligatio. argumento legis tertiæ. ff. de fideiussoribus tutorum, & leg.tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. & quod notatur in lege, cum pro quo. ff. de in ius uocando. Et (ut dixi) aliquando est paruum donum, aliquãdo munus, aliquãdo uerum præcium. Et hoc utilius populo, ut dixi.

## CAMILLI BORRELLI

## ADDITIO.

a ¶AVRVM CORONARIVM] Qui triumphabat coronabat laurea prius corona, & demum in triumpho aurea fieri cæpta est. ut uoluit Aul. Gell. lib. 5.c.6.sequitur Conrad.in templo omn. iud.lib. 1. capi. 1.§.1.in uer. Coronatio. Indeque aurum coronarium, quod exigebatur in corona facienda pro triumpho uoluit Cicero in Pisonem dicẽs, mitto aurum coronariũ, quod lex, & decerni, & accipi uetat, nisi decreto triumpho.Francisc.Hotoman.in comment.uerbo.iuris. uerb. aurum coronarium.Quamque Crassum diuitẽ, primum fuisse, qui argento, auroque, (folia imitatus) ludis suis coronas dedisse, ut author est Angel. Politian. Miscell. capitu. 72.ubi de Lemniscatis coronis agit. Sed tamen ego arbitror aurum coronarium nil aliud esse, nisi subuentionem subditorum, quæ dabatur imperatori, tempore coronationis. Adde Plin.libr.15.cap.10.ubi de cocorona spinea. & lib.16.cap.4.& lib.11.cap.2.& 3.Volator. Philoloq. 16. Flauius Blond. Roma. triumphant. libro sexto.

b ¶PROCV-

b ¶PROCVRATIO TRIPLEX] Procuratio aliquando administratio, & inde procurator aliena negotia, & lites administrans.l.1. ff. de procur. cui concinunt dicta Cice. lib.1. de natura deorum dicentis. Philosophi fuerunt, qui omnino nullam habere senserunt, rerũ humanarum procurationem deos. Idem Cicero lib. 4. de Finibus, sapientiam totius hominis custodem, & procuratricem. Idem Cice. Academicarum quæsti. 1. Dum me ambitio, dum honores, dum causæ, dum Reipu. non solum cura, sed procuratio, multis officiis implicatum, & constrictum tenebat. Est & procuratio annexa uisitationi episcopi, & est onus episcopale.c. cauendum. 10. q.3. de qua Cardin. in clem.1.q. 3. in princ. de iure patro. & plenè per eundem Card. in clem. 1. & clem. 2. de censib. per totum. per Felin. in capitu. accedentes. in fin. de præscription.

c ¶SVPERINDICTVM] In casibus necessitatis imponitur superindictũ, quod est noua impositio, quæ imponitur supra ordinariam, argu. notatorum per Luc. de Penna. in Rubr. C. eo. tit. lib. 10. loquitur Iulius Ferrett. in tract. pe public. & uectigal. nu. 405. & 600. Et superindictum appellatur collecta, quę belli occasione imponitur uoluit Francisc. Marc. Decis. Delph. 458. nume. 23. uolumin. prim.

d ¶CHARITATIVVM SVBSIDIVM A SVBDITIS] Quando, quibus casibus, & quæ personæ ecclesiasticæ imponere ualent charitatiuum subsidiũ? Plenè tractãt Francis. Pauin. & Remigius de Gonny in trac. de charit. subsid. Nico. Boer. in Dec. 133. & in Decis. 134. uol. 1. Tho. Grammat. in Decis. Neapol. 88. per totum. Lãcellot. Conrad. in templo omn. iud. lib. 1. ca. 1. §. 4. in uer. collectas, per totum. Ioan. Anto. Niger in c. Reg. Comites. nu. 11. Francisc. Marc. in Decis. Delphi. 472. per totũ. uol. 1. & in Decis. 1025. nu. 11. uolu. 1. ¶ Et de subsidiis dandis domino feudi à uasallis, latissimè prosequitur Quintil. Mandos. in tract. ingratitud. c. 62. ubi enumerat plures clausas quibus feudum amittatur. In hoc regno circa subuentiones debitas, & subsidia à uasallis Baronibus, extat constitu. incip. quamplurimum. ubi Iser. & Afflict.

e ¶DEFENDERE PATRIAM] Nõnulla de ingratitudine ciuium erga patriam adduxit Quintilian. Mandos. Ingratitudinum lib. c. 27. quibus adde. Quod duxit Phalaris Astypalensibus. Quid patriæ amatori pulchrius. Et naturale est (inquit Hieronymus in Hierem. cap. 7.) ut vnusquisque natale diligat solum, & nihil dulcius habeat patria. Inde Camillus in oratione ad quirites apud Liuium lib. 5. Non ut ego (inquit) utique in patria essem, & nunc quiescerem, ac tacerem libenter, nisi hæc quoque pro patria dimicatio esset, cui deesse quoad uita suppeditat, aliis turpe, Camillo etiam nefas est. Pulchra etiam Perollæ filij Paculli Capuani, qui dum esset Patriæ proditor ob Annibalem, nonnulla uerba in patrem protulit. authore Liuio li. 22. Inde Isocrates in oration. ad Philippum. 12. etenim (inquit) Argos tibi patria est, cuius iustum est tantam te curam, & prouidentiam gerere, quantam tuorum quidem parentum. Propterea non paruum quidam existimat Plato patriam liberare, uel aliorum dominio præripere. uti refert Aristides in oration. 2. de quatuor uiris. Tom. 3. aliqua ad hoc refert Bartholo. de Cassen. in Catalog. gloriæ mũd. parte. 12. consideration. 17. & And. Tiraq. in tract. legum connub. l. 7. nu. 66. quo in loco furti arguit Cassaneum. quos ego tantum refero, ne dum eorum scripta transcriberem, & ipse furti arguerer. de quo etiam Cicero in somnium scipionis, sunt (inquit) optimæ curæ de salute patriæ, quibus excitatus animus uelocius in cælestem sedem, & domum suam peruolabit. sequitur Ioan. Ant. Piperonus de omni uerò offic. lib. 7. c. 1. concinunt carmina M. Antonij Flaminij. lib. carminum. 1. ad Stephanũ Saulium.

Scilicet ut Romæ corruptas fugimus auras
Et riguos patriæ montes, saltusque salubres
Venimus, æffetos uenit quoque robur in artus,
Diffugit macies, diffugit corpore pallor,
Et somnus uigiles, dirrepsit blandus ocellos.
& Paulo post:
Iam ualeat Romana meo cum principe tellus
Certum est in patrijs æuum consumere siluis,
Si lætus pomis, & Lili pascor oliua.

Nec extra propositum sunt Carmina Pontani ad Nicolaum Mariam Buxutum dum enumerat nonnullos, qui, & pœnas, & pericula, & mortes pro patria sustinuere. lib. Amorum. 1. dum dicit.

Militiæ quædam partes, ac iura fuerunt
Tutari Patriæ dulcia tecta suæ.
A sociis arcere minas, pepulisse Tyrannos
Hostis & incursus, continuisse uagos.
Hinc Decij, fortesque Fabij, clarique Metelli
Ac letum Pauli, Scipiadumque Decus.
Cannarum hinc tumuli, cæsoque Dracone superbus
Regulus, ac duri Cymbrica Palma Mari.
Hinc Pontem fregisse ferox sua nomina Cocles
Iactat, & exuuias Cossus ab hoste refert.
Atque alius uicto redit in Capitolia Gallo
Et spolia antiquo reddit opima Ioui.
Ille triumphatis præscribit iura Britannis,
Et Rheni tumidas Ponte refringit aquas.
Ille etiam rubri penetrauit ad equoris vndas
Et uictor primus Parthica signa fugat.
Hic Dacos, cilicemque forum, Pœnumque rebellem
Ducit uictrices Candidus ante Rotas.

Nonnulla etiam pro sua patria laudanda Bernardi. Scodobius in rep. auct. Habita. cap. 6. nu. 12. ubi apostillans. C. ne fil. pro patre. & Iacob. Menoch. in consi. 161. num. 39. & in consil. 175. nu. 22. uol. 2. nuper in lucem edito. & nonnulla ad hoc propositum adducit Petrus Rebuffus in concord. tit. de collatc. §. uolumus. in uersi. Vacantia. uer. quinto quando beneficium. Vnde Silius Italicus lib. 8. Belli Punici, inducit Fabium ad filium ita loqnentem.

Iamque hoc ne dubites longæui nate parentis
Accipe, & æterno, fixum sub pectore serua,
Succensere nefas patriæ, nec fœdior ulla
Culpa, sub extremas, fertur mortalibus vmbras
Sic docuere senes.

Et nonnulla adhunc effectum cumulat dominus Mantua libro. Polymathiæ. 10. capit. 5. & Dialog. De narrat. 32. Class. 14. Camillus Borrellus.

## In uersi. Restat uidere.

*SVMMARIVM.*

1 *Consuetudo curiæ est seruanda,*
2 *Grauatus nimia collecta, quid facere debeat.*
3 *Pauperes a tallia excusantur.*
4 *Pauper sicut diues onera patrimonialia subit.*
5 *Inopia quæ excuset.*
6 *Vicus est ciuitati subiectus.*
7 *Vicus, suburbium, & opidum quid sint*
8 *Collectæ quæ dicantur.*
9 *Differentia inter tributum, indictionem, & collectam.*

RESTAT

RESTAT VIDERE de cõparimēto donatiui, qualiter debet diuidi inter brachria curiæ. Et certè contributio semper est faciēda, prouti solitum est fieri. leg percipit. C. de canone largitionaliũ titulorũ. li. 10. nisi specialiter a quolibet brachio quid certum sit ꝓuisum, quia tunc ultra promissum non fit exactio, ut in l. locali, quæ incipit, illud. de annona
1 & tribut. lib. 10. † Consuetudo autem curiæ super hoc compartimento, est quærenda in libris curiæ, ad hoc de proba. c. 1. in auten. de collat. §. hoc autem col. 10. qui tex. loquitur in ꝓpria materia, secundum quos libros fit compartimentum per fumantes, & brachium ciuitatum & uillarum regalium, soluit medietatem donatiui, & aliam medietatem brachium ecclesiasticũ, & militare, siue illorum uasalli, quia ut dixi secundum numerum fumantum, fit cõiter cõpartimentũ, & cũ sunt tot casata in brachio ciuitatũ, & uillarum regalium, quàm in aliis inter ecclesiasticos & militares, de illa dimidia eos contingente, fiunt quinque partes, tres soluit brachium seculare, alias duas brachium ecclesiasticum. Sed nouissimè fuit inter eos altercatum, quia ecclesiastici dicebant quòd non habebant tot casatos seu fumantes. Sed ego ꝓ militarib. dicebam, qđ exactio solita erat faciēda, quia illa monstrabat publica librorũ curiæ descriptio, & allegabam dictum. §. hoc autem iubemus, in authen, de collatorib. col. 9. & qđ notatur in gl. ordinaria, in l. fi. C. quemadmodũ ciuilia munera indicãtur. lib. 10. Et si casata seu fumantes erant diminuta, qđ aliis accrescebat, ut in l. 1. C. de omni agro deserto, libr. 11. Et ad hoc quod dixi de diuisione uel compartimenmento faciendo per fumãtes, est de more introductũ, quia aliàs in dubio iudicio fieret personis ꝓ uiribus patrimonij, & ita sentit Bart. in l. 4. §. actor municipũ. ff. de re iud. allega. l. rescripto. §. fi. de munerib. & honorib. Ad hoc. l. oẽs. C. de operib. publicis, & l. indictiones. C. de annona & tribu. li. 10. Sed rex Nauarræ locumten. generalis nescio quid pronunciauit inter eos, non uidi pro nunc. Sed est nunc dubiũ, an pars doni quæ uenit cuilibet brachiorũ, qualiter in domos uel fumantes seu uasallos sit facienda compartimentũ uel exactio. Et dic, ꝙ si ciuitas uel uilla habeat bona in communi uel redditus, illi debent prius executari uel de illis solui, quia illi sunt prius obligati munerib. vniuersitatis, ut in tex. notabili, quẽ nescio alibi in l. 2. C. de prædiis curialium sine decreto non alienand. li. 10. ad ꝙ facit. l. 1. §. quod si nemo. ꝙ cuiusque vniuersi. faciunt notata in l. 3. C. de quib. munerib. uel præstationibus liceat se excusare, libro decimo. Si autem sunt bona in communi sicut nostris peccatis exigentibus hodie, necessariò imponitur tallia uel collecta. Et licet sit mos quòd imponatur per fumantes, tamen secundum uires patrimoniorum, quia ex munere patrimoniali descendit, ad hoc quod notat Hostien. extra de simonia, capitu. dilectus, & Innocen. in capitu. graue, de sententia excommun. & Barto. in l. 3. §. actor municipum, & Bal. in le. prima. §. quod si nemo. ff. quòd cuiusque vniuersi. ubi dicit quòd si est inter incolas æstimum bonorum, secũdum illud fiet exactio, allegat not. ff. ad municipales l. incola. iam dicẽs, quòd onus bursale debet distribui pro rata patrimonij secundum eum, ad hoc. ff. de muneri. & hono. l. rescripto. §. fin. & quod ibi not. & l. indictiones. C. de annona & tributis. cum similib. Intantum autem debet fieri distributio secundum uires patrimoniorum, ut nequeat fraus cõmitti ex iniqua distributione. Sed circa omnes par, atque æqualis illatiõis forma seruetur, in l. in fraudem. C. de annona & tribut. libr. 10. Et licet ille tex. ad literã intellectus uidetur innuere, quòd par atque æqualis debet fieri distributio, tamen est intelligendum secundum res patrimonij, ut l. ultra modum. C. quemadmodum ciuilia munera indicuntur. imo si de quantitate fiscalium indictionum collator dubitauerit, & de ratione possessionis, ꝓ qua exiguuntur fiscalium descriptionum custodes, uel per iudicem prouincialem, uel per locorum episcopum proferre coguntur, & fiscaliũ ostendere quantitatem, ut secũdum æquitatem publicæ discriptionis, pro uirib. patrimonij possessores exigantur, in auten. de colla. §. hoc autem iubemus. & sic intelligit gloss. in dicta. l. ultra uires, dictam. l. in fraudem. Ad hoc. l. omnes.
2 C. de operibus publ. † In tantum, ut is qui maiori debito in tallia uel collecta aggrauatus est, potest infra annum deducere quærelam coram præside, post annum nõ audietur, ad hoc. l. qui grauatos. C. de censibus & censitoribus, lib. 11. uel si vult potest per appellationem negocium deducere ad superiorem, & frui beneficio appellationum, dum tamen seruet tempora legibus constituta, ut est tex. in auten. de collatoribus. §. si quis autem putauerit, colum. nona. Et iste est casus notab. de iure ciuili, in quo quis potest appellare, ab extraiudiciali, de iure canonico non multum dubium, de quo extra de appel. cap. ut debitus, eod. titu. capi. a collatione, lib. 6. cum similibus. Et scias quòd diuisio per fumantes seu compartimentum inoleuit ex consuetudine patriæ, & a Bononiensibus & Perusijs indicuntur per focularia, ut refert Bal. in auten. defuncto. C. ad tertulianum. Et hoc est dicere, quia licet in vna domo sint plures filij & plura patrimonia filiorum in potestate existentium, & mulieris, tota illa domus habetur pro vno fumante, argumen. notatorum, in le. secund. C. qui ætatis. lib. decimo. Et notat Bald. in l. etiam. C. de execu. rei iudi. Et ideo dicebat Bald. in d. auten. defuncto. C. ad Tertulianũ, qđ

 domi-

domini directum dicit, quòd ciues debent ire in exercitum, intelligitur vna persona ꝓ qualibet domo, quia ut dicit Bald. in d. l. etiam. C. de exec. rei iudi. debet intelligi, de capite familiæ uel fumantur. quia in vna domo nõ possunt esse plura onera & liberi congruentium partem exonerant, quã debeant grauare secundũ eum. Sed licet, ut dixi fiat diuisio per fumãtes, tamẽ pro uiribus patrimonij cuiuslibet domus. Primo secundum Cy. Si factum est, ut notatur in l. incola iam. ff. ad municipales, uel secundum faciendũ est, ut est dictum supra.
3 † Et no. tamen
a quod[a] pauperes, ubi est no. paupertas, ut hi qui dietim laborant pro uictu q̃rendo, nihil conferre debent, quia cum eis uix sufficiat ꝓ alimentis, non debent munera patrimonialia subire. Idem in iis qui lapsi sunt facultatib. vnde dicit gl. quòd ꝓpter depaupertatos fit nouum æstimũ, & quod exactores debent se habere patrimoniali modo, ut notatur in l. indictiones. C. de annonis & tribu. li. 10. facit eod. ti. l. prius, & de immunitate nemini concedenda. l. fi. & C. quẽadmodũ ciuilia munera inducuntur. l. fin. & C. de quib. munerib. nulli liceat se excusare. l. 1. li. 10. Ibi dum dicit a summis sarcina usq; ad infimos decurrat &c. secundũ Baldũ in l. etiã. C. de excep. rei iud. & in autem. defuncto. C. ad Trebellianũ. Sed. l. 1. per Bald. allegata facit contra
4 eum, † quia ita diues sicut pauper tenetur ad munera patrimonialia, ut ibi. Sed dicit qđ tanta potest esse inopia alicuius quod etiam patrimonialib. est excusatus, quia sunt ei ab aliqua eleemosina alimenta consignata, quia tunc ꝓpter ꝓbabilem inopiã est excusatus, quia
5 † in-
b tollerabilis[b] inopia excusat. ff. de muner. & honor. l. cura. §. inopes. in prin. Et ibi per Dynũ. Et quod no. in l. ad subeunda. C. de decurionib. li. 10. Quod autẽ relinquitur arbi. iudi. arg. no. in l. paupertas. C. de exc. tu. aliàs autẽ etiam pauper qui habet patrimoniũ, licet modicum pro modo facultatũ tenetur, & ita uidetur innuere gl. in l. alle. 1. ad hoc. C. de annona & tributis, l. 2. & l. ꝓ locis. de prædiis nauiculariũ. l. 2. & de censib. l. 1. & l. qui grauatos, li. 10. & in l. fin. C. de immunit. nemini concedenda. l. fi. quemadmodum ciuilia munera inducuntur. l. ul. secundũ And. de Barulo, in allegat. l. 1. post gl. ¶ Itẽ scias quòd ab his munerib. uel collectis patrimonialib. non excusatur quis ꝓpter liberorũ pluralitatem, ut in l. neque tẽpore. C. de muner. patrimonialib. li. 10. Sed hoc intellige nisi habeat quindecim liberos: quia tũc etiam a patrimonialib. excusatur, ut no. in l. semper. §. demonstrantur. C. de iure immu. a personalib. autem prætextu muneri liberorũ, si quinq; habeat excusatur, ut in l. penultim. & ulti. C. de iis qui nu. liberorum, libro 10.

¶ SED PONE quæstionem q̃ accidit de facto. Curia promisit domino regi certos armigeros ꝓ guerra castellæ, & loco illorũ certã pecuniæ quantitatẽ ꝓ illis habenda, dubitaĩ ex quo nõ erat pecunia in cõi, tallia uel collecta qualiter erat facienda. Et certè fuit conclusum, qđ non per capita, sed p æs & librã, id est ꝓ uiribus patrimoniorũ, quia onus mittendorũ armigerorũ cõplebatur pecunia. Nã eos conduci oportebat: quia nemo tenetur gratis ire, arg. C. de nauicular. l. cũ nauarrorũ, li. 11. Et ideo est munus patrimonij. Ad hoc in authent. ut iudices sine quoquo suffra. §. illud scientes, ibi dũ dicit, & nonpossunt ultra pecunias hoc explicare. Et facit qđ no. Bal. in l. 1. §. q; si nemo. ff. qđ quisque vniuersi. dicens, qđ omne onus bursale debet diuidi seu distribui ꝓ rata patrimonij. Si autem esset prouisum principi qđ de quolibet fumãte seu domo iret vnus, p fumantes fieret cõpartimentũ, non habita ratione patrimonij, ut sicut sentiunt releuamentũ, ita contribuant, quia pecunia q̃ datur, subrogatur; & sic sapiant eandẽ naturã, arg. l. si donatur. §. si sponsus. ff. de dona. inter uir. & uxo. l. si eũ. §. qui iniu. ff. si quis cautio. Ad hoc cõis deci. Bart. in l. 4. §. actor municipum. ff. de re iudicata. Et quod dicit Baldus in l. etiam. C. de excep. rei iudica.

SED VIDEAMVS qui sint illi qui in hoc donatiuo habent contribuere: q̃a nos habemus ciues & incolas, & municipes. Municeps autẽ est genus, Ciues & incolæ sunt species, ut no. in gl. in l. ciues. C. de incolis. li. 10. & illã sequtur Dyn. & Bar. in l. 1. ff. ad munip. Municeps autẽ dicitur quasi munerũ particeps, qui recepti sunt in ciuitate, ut nobiscũ in munerib. contribuant, ut sunt nouiter in ciues recepti, ut in l. 1. ff. ad municipales, qualiter autẽ quis ciuis, seu incola constituatur, no. in l. 1. ff. ad munici. & ꝓ gl. in l. alleg. ciues, & istud non est dubiũ, quin contribuere habeãt, cũ in ciuitate teneant domũ, seu fumantẽ, uel saltim in aliquo castro ciuitatis, q̃a natus in castro illo non dr̃ ciues, neque incola, sed bene municeps, ut tenet Bar. in d. l. 1 ff. ad munici. Alle. no. de municipiis & originariis, super Rub. Et sic illi q̃ habitant in castris uel uillis, q̃ sunt de totali contributione ciuitatis, non sunt ciues. Ad hoc d. l. 1. ff. de publi. l. sed & hij. §. ꝑterea. & põt esse municipiũ, etiam nõ
6 subiectũ ciuitati, ut ff. in poss. leg. l. munic. † Sed non sic uicus, q̃a est ciuitati subiectus, ultra tributionẽ municipa. ff. de le. 2. l. cũ pater. §. uicos. C. de episco. & cler. l. nulli. §. qđ si ex uico, & l. q̃
c ex uico, ad munici. Et propriè uicus[c] appellatur non muro clausus. ff. de legatis secund. lege hæres. §. uicus. Et secundum hoc murus uetus, licet contribuat cum ciuitate. & sic sint municipes ciuitatis &, subiecti ciuitati, non tamẽ homines dicuntur ex uico ciuitatis, sicut hoĩes de melicina, & alboraia, & similes, sed sunt ex castello ciuita. subiect. & municipio. Ad hoc. C. de fundis limitrophis. l. quicunque castellorũ, lib. x. Villa autem municipalis, dicitur locus sine alque-

ne alquerea vbi villici seu agricultores morantur, causa fructuum colligendorum. ff. de verborum signifi. l. vrbana, & l. nec. §. in istis. ff. de seruitu. Suburbium, est locus positus circa ciuitatem, quem nos Rauale appellamus, vt est tex. cum gl. in l. cui pacto. ff. de seruis exportand. Opidum autem dicitur locus opem ferens ciuitati, quemad. habemus. ff. de verbo. sign. l. pupillus. §. opidum. & §. incola. Omnes autem isti municipes dicuntur, quia subeunt munera, non tamen ciues vel incolæ. vt notat. in dicta lege, pupillus, & in alijs locis desuper allegatis. Et sic omnes istis qui sunt de vniuersali contributione ciuitatis, cum ea habeant contribuere muneribus, debent tamen vocari in distributione, ne quid fraudi locus sit. Ad hoc. l. fina. C. de muneribus patri. libro. 10.

¶ SED NVNQVID pro ista collecta imposita, sunt ciues & municipes naturaliter obligati. Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. dicit quòd sic, si est imposita propter reipublicæ necessitatem. Allegat. leg. veluti, eod. tit. si solius principis voluntate. Nam & hoc facit pro his quæ notantur in cap. quia plerique, de immunitate eccle. an ad illa præstanda teneatur in foro conscientiæ. ¶ Sed pone. Aliquis ciuis vel incola, seu municeps, qui habet domum intus contributionem, & aliqua bona, plura tamen extra cōtributionem, nunquid cum fiet extimatio patrimonij pro solido & libra extimabitur patrimonium quod tenet extra contributionem? & uidetur quod non: quia sic iam pro ea duobus locis solueretur, altera in tributo & altera patrimonialis præstatio, ut. ff. de censibus. l. forma. §. si uero, quod esse nō dēt. & facit. C. de muneribus patrimoniorum. l. patrimoniorum, lib. 10. secundum glo. in l. i. C. de muneribus, & in quo loco. ¶ Item quia si sic esset, quod pro bonis alibi sitis fieret æstimum, haberet in dupliic. loco idem munus subire quia in loco ubi est res sita, fiet alia extimatio quod esse non debet. Ad hoc no. per glos. in l. ciues. C. de incolis, lib. 10. Sed uidetur in contrarium dicendum, & quod æstimū omnium bonorum debeat fieri in loco domicilij, tam æstimatorū intus cōtributionē, quam extra. primo ex eo, quia res & bona debent secūdum personam cōditionari. C. de imponen. luc. descr. l. i. §. i. li. 10. & l. Paulus respondit. ff. de acquirend. hæreditate, pro hoc argument. ff. de rebus eorum. l. magis puto. §. illud. & l. libertus. §. sola. & quod ibi no. in l. indictas. C. de annona & tribu. libro. 10. & eodem libro. C. de muneribus patrimoniorum, in rubri. ¶ Itē quia quis non potest dici habere diuersa patrimonia: quia unius onus unius est patrimonii. l. iurisperitos. §. cum oriundus. ff. de excu. tuto. Sed cū collecta ista uel tallia imponatur personæ pro rebus, cum descendat ex munere patrimoniali, arg. nota. C. de superindicto, in rubri. lib. 10. & Bar. in l. 4. §. actor municipum. ff. de re iudi. Meritò persona talliabitur, uel taxabitur secundum uniuersum patrimonium, etiam alibi situm, neque est uerum quod munere patrimoniali oneretur: quia non est uerum. Nam bona mea extra domicilij domum sita, non possunt pro collecta talliari, ubi sunt, ex quo non sum ibi domiciliatus. Ad hoc optimus tex. in l. rescripto. §. sciendum. ff. de muneri. & hono. Maxime secundum intellectum Barto. ibi, qui dat in hac materia optimū intellectum. Nam dicit aduerte, quia quædam sunt munera mere patrimonialia, quæ inducuntur possessoribus, de quibus tex. ibi dicit, quòd sunt in tributo seu retributiones, quasi dicat tributa quæ sunt prædia tributaria, ut. C. de epi. & cle. l. de his. & quod quilibet mundet uiam, aut domum suam, hoc est onus domus, ut de muneri. & honori. l. 3. §. munus. Et ideo potest imponi hoc onus cuilibet possessori, etiam forēsi, & etiam ecclesijs & clericis, ut. l. de his. C. de epi. & cle. C. de sacrosan. eccl. l. iubemus nullam nauem, nisi esset eis specialis aliqua remissa, ut in. l. i. C. de epi. & cle. ubi

8 clerici non tenentur suscipere hospites † Colle-

d ctæ[d] uerò dicuntur, quæ imponuntur personæ pro rebus. Et ideo clericis non possunt imponi collectæ, ut. C. de epi. & cle. auten. Item nulla cōmunitas. & dicta. l. de ijs, neque etiam forensibus, ut in dicto. §. sciendum, secundum Bar. & hoc est quòd terratinentes nō tenētur ad collectas per sonis pro rebus inditas, neq; ad dona domini, ut in pragmatica & foro: secus si esset indictio imposita: quia tunc ubi sunt res contribuunt. quia illis imponitur, ut in. l. indictiones. C. de anno, & tributis, libro 10. Et ideo semper fui opinionis, quòd terratinentes qui non sunt domiciliati, non debent taxari pro bonis quæ tenent, nisi in loco domicilij, licet contrarium sit

9 practicatum & male. † Et ideo est differentia inter tributū uel indictionem & collectā: quia tributū uel indictio, hodie munus ordinariū sunt. l. omnes. C. de indictionibus. lib. 10. Sed collecta ēt proueniens exæstimo cōis, est munus extraordinariū, nō aūt potest peti ut tributum: quia nō continet quid uniformę, & certi, ita dicit Spec. in tit. de cleri. cōiuga. §. cōtingit. uersu, ad huius autē articuli. Idē tenet Archi. & Io. An. in nouel. in c. i. de immuni. eccle. li. 6. Et iō dicit Bal. in l. neminē. C. de sacros. ec. ꝙ subsidiū procuratorū aduocatorū & delega. & decimæ personalis accedit magis collectę, quam tributo. Et ideo solū debetur in diocesi ecclesię, non in diocesi rerū, quod dicit esse tenendū. ¶ Ex ijs tu habes quòd collectis quę imponuntur personę pro rebus principaliter considerat domicilium. §. non res, & sic forenses ēt terratinentes illis nō obligantur. Et ideo dicta pragmatica seu for⁹ solū cōsiderauit rerum onera, non personarum propter res, & ad illa astrinxit terratinentes.

¶ SED QVID dices in quæstione facti facto donatiuo curiæ antequam ciuitas uel uil-

la collectam imponeret aliquis ex ciuibus uel uicinis, uel municipibus, ut uerbo generis utamur renunciauit ciuitati, uel incolatui, uel municipio, sed in aliam ciuitatẽ uel uillam transferendo, uel nuda uolũtate, ut ff. ad municipales. l. nihil. & quod not. per Barto. in l. de iure, eodem tit. uel facto mutando totam suam substantiam cum animo se transferendi, ut l. 2. & l. ciues. C. de incolis, libr. 10. Nunquid si expost imponatur collecta, erit obligatus, qui renunciauit incolatui? Dic quòd sic: quia sufficit ꝙ causa ex qua collecta est imposita, habuerit originem illo tempore, quo ille erat in illa communitate. arg l. si vnus ex sociis, in princ. ff. pro socio, & secundum istum intellectum quem ibi ponit Barto. est casus in l. incola iam. ff. ad munici. Si autem nondum erat factum donatiuũ curiæ, cum ille renũciauit incolatui: quia debitum non erat ante contractum, tunc non teneretur soluere collectam quæ imponitur pro illo debito. Et ita tenet Dyn. & alle. l. prouidend. C. de decurionibus, secundum Barto. in l. incola iam. ff. ad municip. & alleg. C. nullus uicarius pro alienis debitis exigat. l. 1. li. 11. dicit quòd quando denũciatum erat consulibus illius terræ, quod fit secundum eum quãdo ciuitas maior imponit collectam & denunciat consulibus comitatus, ut eam soluant. Nam iam uidetur munus destinatum. Et amodo non potest recedere nisi soluant, quia iam imposita uidetur, argum. l. municeps ff. ad munici. secundum Barto. in dicta. l. incola. Et ideo ciues uel incolæ, qui recedunt quãdo uident ciuitatem uel uillam multum oneratam, male faciunt: quia pro debito destinato & contracto iã obligati sunt, maximè quando ex sindicatibus in uim legis factis sunt obligati, quia ex eorum ꝓpria obligatione obligantur, ut no. Barto. in l. 4. §. actor municipum. ff. de re iudica. nam si bona essent superexcrescentia, & recederent haberent partem, ut no. per Barto. in l. fina. & 1. ff. de colleg. illici. & per Innocen. extra de exces. præla. capi. dilecta. & sic debent onera contracta subire, argum. dictæ. l. 1. ff. de colleg. illicitis. quod sentit Barto. in d. l. incola iam. ad municipa. Faciunt no. extra de rescrip. capit. cum dilecta. Sed hoc uidetur limitandum, nisi res quas talis recedẽs possidebat alteri idoneo ad soluendum collectis uenderet & faceret poni in æstimo suo loco, arg. l. 2. & auten. ibi posita. C. sine censu, uel reliquis: quia tunc ex quo bona obligata stant pro quibus ipse soluebat de illius persona non curatur, quia iam est in suo loco munera soluit, secus si respectu amplioris sui matrimonij recedens esset obligatus vnà cũ vniuersitate, tũc stat quod supradictum est. Et nota ista, quia nunquam ab alio melius, neque clarius audiuisti. ¶ Sed occurrit dubium quod sæpe habebis in practica. Nam istas uillas uel castella, seu uicos ciuitatis, sæpe uidem' possessos, seu possessa per militares. & milites, ex priuilegio fori regis Alphonsi, Rubri. quòd generosi possint emere bona de Realenco, bona quæ possident habent franca pro semper de questa cena. Host. & caualcata, & illorum redemptione, & ab omni seruitute reali & personali debita domino regi, saluis contributionib. decimalibus, de quibus in foro, tota exceptio remoguda. de rerum diui. & in defensione fororum, ut in foro vnico, in fin. de elect. dicti regis Alphonsi. Et ex dicto foro, tota exceptio remoguda. Milites solum tenẽtur ad reparationem murorum & uallorũ, & in uiis, pontibus & in custodia ciuitatis, & in mundatione aquarum, & sic ad alia non tenentur, quomodo ergo coguntur illorum uasalli cõtribuere? Aduerte quia aliquæ sunt in regno Valẽtiæ cauallerix ab antiquo, ita quod de hominum memoria non fuerunt alicuius hominis peyteri, ciuis, uel incolæ, sed militaris, & isti contribuũt, & sunt soliti contribuere cum brachio militari, in donatiuis, & aliis q̃ indicũtur, & ista loca non sunt de totali contributione ciuitatis, uel uillæ: quia ex quo ab antiquo præstat obsequia & contributionem brachio militari, non potest brachium a tali contributione ab antiquo priuari. Ad hoc de offi. ordi. c. dilecto. de exces. præla. c. 2. Nam functiones debent recognoscere sub solito exactore. Ad hoc. l. hi penes quos. C. de agricolis & censit. lib. 11. in fin. & ad aliam contributionem non tenentur, ne bina præstatione grauentur. Ad hoc quod not. in gl. in l. vnica. C. de muliere & in quo loco. lib. 10. Solùm ergo contribuunt istis caualariæ antiquæ in casibus in dicto foro, tota exceptio remoguda, specificatis. Si autem non sunt caualarij ab antiquo: sed emuntur nouiter a militibus ab aliquibus uillanis peiteriis, & sunt loca solita contribuere omni contributioni cum ciuitatibus & uillis regalibus, uel aliis. Et tunc pro militis emptione non immutat naturam, sed habet contribuere, ubi solita est contribuere, uti diximus de caualeria ab antiquo: quia hoc onus non est domini sed uasallorũ qui sunt de totali contributione, ad quem tenẽtur, domini autem eorum qui sunt milites, habẽt bona franca, de foro antiquo & nouo, exceptis casibus prædictis reseruatis. ¶ Et sic potes intelligere foros antiquos in foro, Encara, & in foro Fem fur, nou, quæ res possint alienari, & foros nouos, de elec. institu. & quod generosi possint emere bona de realenco regis Alphonsi. Nã generosi & milites, bona quæ emunt de realenco habent franca, & non tenentur ad illam contributionem, quàm a foro reseruatam. Sed uasalli empti qui sunt de totali cõtributione bene tenentur, qui a nullo foro eximuntur. Pro hoc facit ꝙ vulgariter dicitur, & soleo dicere, ꝙ alia sunt bona domini, alia uasallorum, & not. in l. si. ff. sol. ma. per do. meũ, d. Ioan. de Imola. Et sic quãuis ut bona militis nõ cõtribuãt uasalli eorum bo-

rum bona, sicut ab antiquo est solitum contribuent, & ita uidi pluries iudicari in regno & iudicaui. Ad quid autem terratinentes, si tenebitur ad id quod alij terratinentes propter dictos foros ex quibus habẽt bona franca? cogita.

## CAMILLI BORRELLI ADDITIO.

a ¶ QVOD PAVPERES] A talliis, collectis, & tributis, eorumque solutione an pauperes sint immunes, tractat plene istam quæstionem Nicolaus Festasius in tract. de æstimo. parte quar. capit. secund. num. 60. cum pluribus sequ. quo in loco concludit immunem esse à collectis, dum tamen, pauper is sit adeo quòd neque ex bonis, neque ex operibus uiuere possit. cui adde etiam Petrum Gerard. in singul. 73. pauperes. & Ioannes Anto. niger. in capitu. regni. porrecta. numer. 75. quis autem eo casu possit dici pauper, & quomodo probabitur, id ex communi sententia totum iudicis arbitrio relinquitur. ut uoluit Niger in dicto capitu. reg. porrecta. & post alios Iacob. Menoch. arbitr. quæstio. libro secund. centu prim. casu. 65. per totum. & post eum tractat primam quæstionem, an teneatur ad collectas, & quòd stetur iudicis arbitrio in consideranda paupertate. Sebastia. Medices in tract. de casibus fortuitis. Parte secund. quæsti. quart. numer. secundo 13. & Ioseph. Ludouicus Decis. Perusin. 33. numer. 20. & in Decis. 58. ubi tractat an pauper teneatur ad refectionem melioramentorum.

b ¶ INTOLLERABILIS INOPIA EXCVSAT] De nonnullis priuilegiis paupertatis tractat lucas de penna in l. finali. C. de his qui numer. libro decimo. & in l. vnica. C. de mendicant. ualid. & latis per Cornelium Bonincas. in peculiari tract. de priuileg. paupertat. & aliqua per Ang. Tiraquellum in tract. de priuileg. piæ causs. Matth. de Afflic. in const. regni. lege præsenti. numer. 6. ubi Cucchalon, in Apostill. & ego dico in lib. prim. de edictis magistratuum. cap...

c ¶ VICVS APPELLATVR] Quis dicatur uicus plenè Barto. in l. si hæres. §. uicis. ff. de legatis, prim. & in consilio 196. numer. 5. circa fine. est text. in l. qui ex lico. ff. ad municipal. de incol. Hodie autem communi uocabulo, præsertim regni huius appellatur uicus intra ciuitatem, & castra, & est illa uia, quæ aditum habẽt non autem regressum, nec exitum. Est tamen uicus appellatio multiplex, uideo. n. apud historias quandoque uicum appellari locum, ac congregationem paucarum domorum, in quo modica hominum multitudo reperitur, ut est uidere in illo Liuij dicto libr. 38. nocte (inquit) adorti uicum maritimum, nomine Ian, improuiso occupa uere, uicani, quique ibi habitabant exules, primo inopinata re territi sunt. simile etiam libro 22. prope (inquit) eum uicum (de uico canuensi loquutus) Annibal castra posuerat. & Lucius Flores in Epith. de gesti Romanorum. libro secund. capitulo sexto. quartum (inquit) id est penè ultimum vulnus imperij, Cannæ ignobilis Apuliæ uicus, sed magnitudine cladis emersit. & in hoc idem propositum Paulus Orosius libro historiarum. quart. capitu. 15. ibi, impatientia Varronis consulis infelicissimè apud Cannas Apuliæ uicum omnes Romanæ spei uires penè perierũt. & Eutropius rerum Romanarum. libro tert. capitu. secund. contradi cente (inquit) altero consule, apud uicum, qui Cannæ Apuliæ pugnatũ esset, ambo consules ab Annibale uincuntur: sed memoriæ est tradendum quòd uicus etiam erant uiæ intra urbes, ut in urbe Romana, uidemus enumeratos fuisse, uicus honoris ac uirtutis, uicus fortunæ, uicus drusianus, uicus pulverarius, trium ararum, Fabricij, mineruæ, apollinis, ueneris, bellonę, mamurei, fortunæ, suspitii, paeli, curiarum, piscinæ, dianæ, ceios, triari, salientis, portæ Næuiæ, uictoris, fidei, caleti, ualeri, laci, capitis canteri, loreti, armilustri, mũdiciei, Censor. gemini, rostratę, lõgi aquilę, status sicciane, quadrati, Raciliani maioris, & minoris, Pauli, 6. lucæi, simi publici, Patratilli, Saulei, Sergii, Ploti, Viberini, Gaiani, Cereris, Proserpinæ, Argæi, Parcarũ, Isidis, Iunonis, Scipionis, Pomonæ, Victoriæ, Ganymedis, Gordiani, solis, sanci, libertor. Publii, Vrsi pileati, Palloris, Siluani, Capulatores, strictorum, necnon uicus Albus, Anciportus, Bassianus, Asellus, Lanarius, Primigenius, sceleratus, eros, fortunatus, sãdaliarius, succusanus, Vstrinus, seuus, Tragœdus, unguentarius, Paulinus pastores, caticarius, nouus, caprarius, Gentianus, herbarius mansuetus, Sugillarius, solitarius, æmilianus, piscarius, cœlarus, uicinus, Græcus, Troianus, Peregrinus, castus, tabellarius, mancines, lotarius, salutaris, frumentarius, Ianuclensis, Brutianus, quæ omnia, & palli tu uideri possunt latius apud sextum Rufum, & publium Victorem in libris de Regionib. urbis.

d ¶ COLLECTAE dicuntur] collecta latinè, Grece συμβολον appellatur, nil aliud nisi plura in unum colligẽs. Inde Cicero in 3. de orat. collectam à conuiuis exigis. Inde etiam symbolum Apostolorum in quo duodecim fidei nostræ Articuli continentur in unum à duodecim Apostolis collati. ut testatur in eius symbolo Ruffinus. dum dicit, symbolum. n. Grecè, & indicium dici potest, & collatio, hoc est quod plures in unum conferunt, & paulo ante dixerat. Apostolos (dum post Christi præceptum, quod per uniuersum irent mundum, & euangelium prædicarent omni creaturæ, & eiusdem ad cœlos ascensum, dum spiritu sancto repleti, uariis loquerentur linguis) profecturi ad onus prędicationis impositum, ne in diuersas forte traherentur sententias, & alii Pseudo apostoli in doctrinæ traditione cognoscerentur, collatis inuicem sermonibus symbolum illud statueruut. Hæc eadem tradidit Augustinus. De tempore sermon. 181. Melchior Canis. de locis theologal. libro tert. capitulo quinto. & collectarii appellantur, quasi coactores argentariorum, ut in l. quisquis. C. si certum petatur. de quo late Alciatus. Dispunct. libro primo. capitu. 22. & nouissimè Ioann. Baptist. Lupus gemin. in tract. de usur. commentar. 3. §. 2. num. 50. & circa uerbum collecta aliqua uide per Nicolaum Festas. in tract. de æstimo. parte 2. capitu. 1. num. 1. & do. Ioannes Cephalus in consi. 317. nu. 31. uo. 3. Roland. de uall. in consi. 79. per totum. uo. 4.

Camillus Borrellus

## De publicatione fororum & priuilegiorum. Rubric. 47.

### In §. Sciendum.

*SVMMARIVM.*

1 *Verba sunt intelligenda, seu vulgo intelliguntur.*
2 *Leges qualiter tollantur.*
3 *Scriptura referens est eiusdem authoritatis cum illa ad quam fit relatio,*
4 *Lex debet esse generalis & vniformis quo ad oẽs.*
5 *Priuilegium qualiter mutatur.*
6 *Natura contractus inspicienda est.*
7 *Qui astute priuilegia principum interpretatur, est. infa-*

*infamis.*
8 *Quod personæ conceditur, personam non egreditur.*
9 *Concessio in dubio præsumitur personalis.*
10 *Dominium quando sine scriptura non transeat.*
11 *Imperialis donatio non egit scriptura.*
12 *Casus in quibus scriptura requiritur.*
13 *Iura nolunt quod defectu probationis alicuius iura periclitantur.*
14 *Vtrum ad esse legis publicatio sit necessaria.*
15 *Faciens ignoranter contra constitutionem qui nescit publicatam excusatur.*
16 *Ignorantiam quis probare debeat.*
17 *Non est præsumendum quòd quis sit immemor suæ salutis.*
18 *Impossibilium obligatio nulla est.*
19 *Surdus non excusatur ignorantia legis.*
20 *Ignorantia quæ non excusat.*
21 *Excommunicatio est pœna contemptus.*
22 *Contumax procedit ex animo.*
23 *Constitutiones, a quo tempore ligent.*
24 *Generalis cessatio priuilegiorum, quid operetur?*
25 *Formatum & in esse productum ex causa superuenienti non debet immutari.*

SCIENDVM quòd nos habemus foros, consuetudines scriptas, uel constitutiones generales. Et hæc sunt nomina sinonima, & vulgariter sic dicti, siue nominati, seu dictis sine
1 nominatis. † Et tollerabile est, quia uerba intelligenda & nominanda sunt prouti a vulgo in l. cum de lanionis. §. asinam. ff. de fundo instructo, cum similibus, aliàs autem ex iuris uocabulo rectè leges generales curiatas appellantur. Et sic eas appellauit primus Romulus imperator Romanus, qui curias celebrando leges ædidit generales curiatas a curia dictas, & cũ uoluntate & consilio curiæ editas in l. 2. in principio. ff. de orig. iur. quòd autem sint generales leges illæ quæ in curia cum uoluntate & cõsilio curiæ per principem ædũtur probatur, quia habent communiter illa signa de quibus habetur in l. leges generales. C. de legibus. & quòd no. in c. fideli, de sum. trini. super uerbo, perpetuo, & per foristas, in fin. proœmij fororum domini regis Iacobi.

¶ ITEM quia communiter edũtur iuxta formam. l. humanum. C. de legibus. quia conuocatis prælatis, nobilibus, & militibus, & regni proceribus & illorum uoluntate & cõsilio, & iuxta formam traditam in feu. de prohibi. feudi alie. per Fredericum c. imperialem. & sic meritò leges generales. Et ideo bonæ memoriæ dominus rex Iac. in prin. fororum, illum librum iuris appellat: quia ius commune est generale, & in regno & ius pacti & cõtractus: quia transit in cõtractum ex datiõe pecuniæ, ut dixi plenè supra Rub. de don. curiæ, & etiam in Rub. de inuẽtione curiæ. Et sic meritò nequeunt reuocari, ut no. C. de legibus. l. digna uox, per Cy. & Bald. & plenius per do. Ant. de Bur. in repe. ca. cum. M. Ferrariẽsis, de constitu. Imo fortius tibi dico, quòd fori seu constitutiones curiæ generales non possunt tolli, diminui, neque aliquid eis addi, uel detrahi. Et quod fortius est, non possunt etiam declarari, nisi in casu euidentis necessitatis & utilitatis, & etiam de assensu & uolũtate totius generalis regni, ut in quodam priuilegio regis Iacobi, Dat. Valentiæ. 12. Kalend. Aprilis. Anno domini. M.CCXX. Et in curia generali, ut continetur in alio priuilegio Dato Valentiæ. Kal. Maij. Anno a natiuitate domini. M.CCCXXI.
2 † Et sic quod antiquitus inter prædictos iuriũ doctores dubitatur per dicta priuilegia declarata. Habent etiam de iure aliam prærogatiuã dictæ leges generales, cum uoluntate & consilio procerum editæ, quia licet non transiuissent in contractum, quòd est quando non dato aliquo per ipsum principem, cum procerum consilio eduntur, quòd licet princeps regulariter possit contrarium scribendo leges tollere, cũ clausula. Non obstantium, ut not. in l. fi. C. si contra ius uel uti. pub. habita distinctione, de qua ibi per Bal. Et quod no. in c. 1. de consti. libr. 6. & in c. quæ in ecclesiarum, de constitu. tamen contra tales leges consiliares consilio populi aditas, princeps rescribendo etiam cum clausula generali derogatoria, non tollit tales leges, nisi fiat specialis mentio illius. l. consiliaris, ut not. Archi. in c. 1. de consti. lib. 6. & sequitur eũ Bald. in l. humanum. C. de legib. & sic cõcluditur foros regni in curia editos, uoluntate & consilio curiæ esse leges generales irreuocabiles, & in contractum transeuntes. Et licet quidam foristæ uelint dicere quòd princeps foros nequeat facere citra curiam, tamen non est uerum indistinctè. Bene tamen fateor quòd foros cõtra generales foros nequeat facere ex regni priuilegio (ut prædixi) sed foros & leges generales sic, quia hæc est principis potestas, & illas potest in camera facere, ut no. Cy. & Bal. in l. humanũ. C. de legibus, & illæ uocãtur decretales epistolæ, ut ibi, uel pragmaticæ sanctiones, ut in l. fin. de diuersis rescriptis. C. & in c. 1. de rerum permu. Et similiter sunt leges generales, & sic largo modo possunt fori appellari. Sed proprie leges generales, & fori appellantur in curia æditi, & in uolumine fororum reconditi, ut in l. metũ. §. quòd prætor. ff. quòd metus causa. & in l. vnica. C. de nouo Codi. compo. Aliàs autem licet sint generales, appellantur, uel pragmaticæ, uel extrauagãtes, quæ licet generales sint, & habeãt uim legum, ex quo a principe æditæ sunt, tamẽ de illis est probabilis ignorantia, ex quo non sunt in corpore fororum, uel non apparent bullatæ, ut not. in capitu. pastoralis, de fide instrument. per Innocen. & in le. cum prolatis. ff. de re iudicat. per Batto. vnde dicit ipse quòd licet quis pronunciaret expresse contra extrauagantẽ illam

illam ignorando, non esset nulla sententia ipso iure: quia est probabilis ignorantia, & sic dicebat Innocen. in dicto capitu. pastoralis, quòd quamuis esset sub bulla non statim recipienda. Et allegat. Codic. de legibus. l. secunda. Et hoc dicit propter probabile dubium, ex quo nõ est in corpore. Sed Dominus Antonius de Butr. in d. capi. pastoralis. dicit, quod hoc quòd est dictum de probabili dubio extrauagantis est uerum antequam princeps sit consultus: quia si expost contra illam pronunciaretur, esset nullũ secundum eum. Bal. uerò in l. fi. dicit ꝙ id quod dicitur, quòd liceat ignorare extrauagantes, & quòd sententia contra eas lata, non sit nulla, cũ probabiliter dubitatur de illis esse uerum, nisi sint publicæ notæ: quia tunc non licet eas ignorare, neque pronunciare contra illas, ut dicit patere in quinquaginta decisionibus Iustiniani secundum eum, posset etiam poni exemplum in extrauaganti, execrabilis. & similibus.

¶ Item & etiam tibi hoc limito, nisi princeps in foro uel lege generali, de illa extrauaganti faceret mentionem: quia tunc ex quo princeps idem, qui illam extrauagantem condidit, uel condere poterat, de illa facit mentionem est sibi credendum, & non habet locum. l. si quis in aliquo documento. Cod. de edendo. Et iste est text. in lege prima C. de epi. & cle. ibi iuxta sanctione. Hoc tamen intelligo secundum Baldum ibi, quando constat de tenore dictæ extrauagantis, per insertionem tenor. uel de ibidem disposito, tunc non sufficit relatio secundum eum. Alleg. leg. in testamento, el primo, de condi. & demon.

¶ PRO PREDICTA etiam limitatione facit optime. l. si donatio. C. de dona. Et quod ibi
3 dicit † quòd ibi scriptura referens est eiusdem auctoritatis, cuius est illa ad quam fit relatio, ꝙ creditur scripturæ referenti per dictam. l. Vnde ex quo princeps facit mentionem de extrauagãti, & constet ex relatione de ibi dispositis, non licet ignorare dictam extrauagantem, neque contra eam pronuntiare: quia referens scriptura cum referent. sunt eiusdem potentiæ, & auctoritatis. Pro quo facit gl. aurea in l. admonendi. ff. de iure iur. Neque obstat secundum Salyc. ibi auct. si quis in aliquo documento. C. de ædẽdo, ubi instrumentum faciens mentionem de alio, non probat, & ibi est ratio, quia fabricator talis instrumenti, non habet potestatem aliũ obligandi. Sed in nostro casu legislator habuit potestatem disponendi de nouo. Et si de prima lege non constaret, uel non appareret, argu. ff. de lega. 2. l. Lucius §. quisquis. &. C. de dona. l. si donatio, & ibi bona glo. Et ex prædictis dicit Saly. ibi unum quod dicit bonum in practica, ꝙ si consilium populi prouideat sub ista forma, quòd inficiatus depositum soluat triplum secũdum dispositionem statutorum, neque aliter appareat de illa dispositione, quòd nihilominus inficiatus soluet triplum ex præsenti dispositione, quod dicit esse notatu dignum. Sic ergo si princeps qui habet potestatem dictam extrauagantem, uel legem condere, sufficit quòd de illa faciat mentionem, ut sic de illius constet tenore, uel de in ea dispositis constet per prædicta.

¶ ITEM scias quòd habemus actum curiæ quod est indifferens ad legem & priuilegium, sed differt a lege: quia illa generalis, ut dictum est, actus curiæ particularis ad unum uel duo brachia curiæ. item dixi indifferens: quia aliquando in uiam legis profertur, quod cognoscitur aliquibus signis, no. in l. leges, in 1. C de legibus. Aliquando in uim priuilegii: ut quia utitur princeps uerbo, concedimus, uel indulgemus, argu. no. C. de Iusti. codi. confir. l. unica, & in l. q. se patris. C. unde liberi. per Baldum, quod not. in l. si quando. C. de inof. test. Sed siue in uim legis, siue in uim priuilegii concedatur, si datur pecunia, etiam quòd sit lex generalis uel particularis, & sic actus curiæ dicitur cõtractus, ideo
4 autem dicitur actus curiæ: quia † lex [a] habet es-
a se generalis & uniformis, quo ad omnes, ut d. l. leges generales. C. de legibus. Sed actus curię est particularis, quo ad unum brachium, uel duo, & illorum singulares illis legem condendo, uel illos priuilegiando, & est minoris efficaciæ quã sit lex generalis quantum ad hoc: quia lex generalis, omnes ligat, etiam inuitos uel retinentes. l. leges. C. de legibus. Sufficit quod cum uoluntate & consilio, maioris partis curiæ sit ædita l. forma. C. de decurionibus. Sed actus curiæ, editus consensus unius brachiorum, si ab alio brachio impugnetur, contradicatur, & protestetur brachio contradicenti & protestanti non obest. Et potest esse ratio: quia non est lex: quia non est commune præceptum uirorum prudentum, ut uult lex, prima. ff. de legibus. Et quia condendo legem generalem, princeps iura priuatorum bene potest tollere, quicquid dicat in contrarium Innocen. in c. quæ in ecclesiarum, de constit. ut in leg. Anthiocensium. ff. de priuilegiis credito. & in l. uenditor. §. si constat. ff. communia prædiorum, & utrobique Bart. Sed faciendo actum curiæ. uel legem priuatam, contra unum ex brachijs, hoc non potuit ut. l. quid si priuatus. ff. qui & a quibus, & in l. quotiens, de pollicita, & utrobiq; Bar. Et ideo si a brachio uel singulari cõtra quid fiat, permissum est appellare, ut nota. in d. l. quotiens. ff. de polici. & in l. fi. C. de appell. recipien. Imo plus, potest is qui ex tali actu curiæ præiudicatur expresse potestate & contradicere, & non nocebit sibi secundum Cyn. C. quæ sit lon. consue. in quarta quæstione principali. Et ideo sentit Innocen. quòd canonici contradicentes statutis episcopi, uel capitularibus factis in eorum damnum, non præiudicatur ex illis, ut no. per eum. in cap. cum accessissent, de constit. & tangit Bar. in l. fi. de appella. recipien. ¶ Sed hoc

hoc tu intellige quando ex tali actu curiæ particulari per quod paratur odium, uel præiudicium tertio lex infringitur: quia contra regulas iuris communis aliquid per talem legem statuitur, tunc brachium uel priuatus qui præiudicatur, habet potestatem impugnandi uel contradicendi, aliàs non, secundum Bald. qui ita no. in l.1. ff. de legibus. Vnde si per talem actum curiæ fieret præiudicium alicui brachio, uel singulari ex illis licitè protestatur, & impugnatur, si contra regulas iuris communis læditur, secus si nō tali forma læditur: quia neque potest impugnare, neque contradicere, sed ex tali actu, non obstante contradictione, fit particularis lex brachio cui conceditur, uel priuilegium per actū curiæ, quod secus esset si in uim legis generalis esset editum, quia tunc ex quo a principe, cum uoluntate & consilio maioris partis curiæ esset factum, censeretur factum a tota curia. l. nominationum. C. de decurionibus. libro decimo. ad municipales. l. quod maior. ff. quæ sit longa consuetudo, super Rubrica. ¶ Est tamen uerum, q̄ si lex communis & generalis, quo ad formam est ædita, sed in speciale odium alicuius, is qui ex ea læditur, potest principem supplicare, & illā de iniquitate arguere, cum competat solius doli exceptio, ut est casus notabilis in l. prima. §. finali. ff. de doli exceptione, prouti ponit ibi de dolo, qui committitur in legibus condendis, quam legem singulariter Baldus in materia satis peregrina, intelligit quod potest querelam per appellationem deducere in l.2. §. postea. ff. de origine iuris. Quicquid sit, sufficit quòd in uiam quærelæ uel appellationis grauatus uel læsus quærelam posit deducere. Sed pingius ius esset stante Bal. opinion. quòd per appellationē posit deducere, per ea quæ loquuntur in capit. non solum, de appell. lib.6. & in rubro & nigro, vt nil nouari appellatione pendēte. Et uidi hoc de facto, & licet is contra quem lex erat cōdita, haberet optimum & ualentem aduocatum, non est usus his remediis, quæ sunt singularia. ¶ Et ex his potes colligere quem effectum habent protestationes, quæ quotidie fiunt in fine curiæ per brachia curiæ in publicatione fororū & priuilegiorum, ante licentiandam curiam, ex quibus orta est practica curialium protestandi, ut dixi supra, de offi. prouisorum grauaminum. Et not. ista, quia tu nunquam audiuisti ista, ita singulariter, neque ad practicam adæquata, & tene menti: quia sunt iurium flores, ex quibus posses laureari. ¶ Item & habemus priuilegiū, quòd idem est quod priuata lex. 3. dist. cap. priuilegia, uel potest exponi. i. contra legem priuilegians. Vnde dicit multum singulariter Bal. in l. lapilli. ff. de rerum diui. quòd eo ipso q̄ princeps uocat priuilegium, & bullatur bulla priuilegiorum, non est necessaria alia clausula: quia apparet ipso facto, quia tunc princeps uult infringere ius commune, ut. l. quidam consulebāt ff. de re iu. secundum eum. Et quia priuilegium dicitur lex priuata, dicit glo. in cap. priuilegia. 3. dis. quòd uerba priuilegij debent esse certa sicut leg. 4. dis. erit autem lex. Et ideo illorum uerba in dubio, potius sonant in causam quam in conditionem, uel potius ponunt casualiter quā conditionaliter. Ad hoc alle. quod dicit Innocē. in c. abbate, de uerborum significatione. Et in tantum debent uerba priuilegiorum esse clara & certa, ut in dubio potius sit facienda interp̄tatio, ut aliquid conferat ius commune, de priuilegiis, cap. in his, & in dicto. ca. abbate, ut potius ualeat quam ut pereat. ff. de rebus dubiis l. quotiēs; quia aliàs frustra a principe imploratur. C. de thesauris. l. unica. Et hæc principis priuilegia, non sunt astute interprætanda, sed sane & proprie intelligenda, ut est opti. tex. in leg. ex facto. ff. de uulg. & pupil. non sic tamen ut aliorum ius lædatur, quia semper intelliguntur concedi, sine iuris præiudicio alieni, extra de auct. & usu pallii. c. ex tuarum, de eccle. ædifi. ad audientiam. ff. ne quid in loco publico. l.1. §. si qd a principe. C. de emanc. l. nec auus. Intantum autem intelliguntur concedi sine præiudicio iuris alieni, quòd si expost facto enorme damnum tertio ingerat, priuilegium reuocetur, extra de decimis. capit. suggestum. Facit. ff. de uacatione munerum l. in honoribus. §. autem. Sed an tunc dictum priuilegium elidatur ope exceptionis, uel sit opus quòd a concedente reuocetur? dicit quod opus sit reuocatoria, ut tenet Dominus Antonius de Butrio, extra de immuni. ec. capit. peruenit, quæ est singularis limitatio ad d. cap. suggestum. Pro quo facit. l. Neratius, in fin. ff. de reg. iur. quia principis est sua priuilegia æstimare, si damnum ingerant. Et miror cur in d. capit. suggestum, de d. c. non fecit mentionem. ¶ Item not. quod priuilegia debent esse perpetua. 25. q.2. cap.1. & 2. & in auten. consti. quæ de dign. ¶ Sed scias quòd licet sint perpetua possunt p concedentem reuocari, ut no. gl. in regula, decet de re. iur. lib.6. Dicens quòd uerbum dicens est honestatis. Hæc tamen intellige, nisi transierit in contractum, quòd est quando data est pecunia uel alia res quæ commensuretur priuilegio qđ conceditur: quia tunc potius est contractus quàm priuilegium, secundum Nicolaū de Mathar. C. de Iustinia. C. confir. & Bal. in l. qui se patris. C. unde liberi. Facit quod no. per Innocen. de iudi. nouit. & de iur. iur. c. iniuriam, & quod plenè posuit Dominus Antonius de Butrio in repet. c. cum. M. Ferrarien. de const. Et quod no. per Cy. in l. digna uox. C. de legibus. Vnde dicit Bal. in l. princeps. ff. de legibus, secundum Cyn. in d. l. digna uox, quòd princeps potest contrahere cum suis fidelibus, & tenetur eis de iure gētium & ciuili: quia ciuilis ratio & naturalis ratio cooperātur. ff. depositi. l. bona fides. Nam si princeps non obligaretur aliis, certe neque alii obligarentur sibi, ex regula correlatiuorum, &

sic

sic esset principi interdictum commercium, & esset tanquam exul, qui est omniũ præsul secũdum eum. Et scias quòd in priuilegiis quæ in contractum non transierunt, sunt aliquæ causæ
5 illius reuocationis uel perditionis. † Primo, si quis abutitur priuilegio, 11.q.3.c.priuilegium 74.dist.cap.ubi ista. Et alibi dicunt text.quòd priuilegium meretur amittere: qui permissa sibi abutitur potestate, extra de priuil, ca.ex tuarum. ¶Item perditur per delictum. 25.q.2. cap. ita uos. ¶ Item perditur priuilegium per non usum spacio 10.annorum. ff. de nundinis. lege prima. ¶Item per contrarium factum perditur priuilegium. de præbend.cap. pro illorum, extra de consti.c.cum accessissent, de priuile.cap. si de terra. ¶Item perditur priuilegium, si contra illud pronuncietur, & sic per contrariã sentẽtiam, de re iudicata.c.inter monasterium, & ca. suborta.

¶ITEM perditur seu reuocatur priuilegium per secundum priuilegium saciens mentionem de primo, extra de præscript.c.ueniens. Et hoc est quod supra dixi, quòd priuilegium quod non transit in contractum, est ad nutum concedentis. ¶Item derogatur priuilegio, per tacitam uel expressam renunciationem, de rescrip. c.nonnulli, de foro competen.c, dilecti. ¶Item derogatur priuilegio generali per priuilegium speciale, etiam non faciens mentionem de illo secundum Host. qui remittit ad c.1.de rescript. ¶Item derogatur priuilegio per specialem cõuentionem uel pactum, extra de decimis. ca.ex multiplici, & de pluribus priuilegijum reuocantibus, uide in Spec.de instru.ædi.§.nunc autem in fi. Et ex prædictis causis perditur uel reuocatur priuilegium, quando non transiuit in contractum. Nam cum in contractum transiuit, nõ perditur, nisi sicut perditur ipse contractus, qa
6 tunc est perpetuum & irreuocabile, unde † ipsius contractus natura est inspicienda, unde dicit Bald. in l.beneficium.ff.de constitu.principũ quòd priuilegia debent intelligi perpetuo iure, ut in auten.consti.quæ de dig. §. illud. Sed cum perpetuum dicatur multis modis. Vno modo, ad uitam suam & suorum liberorum, uel omnium, usque ad gradum certum, ut in auctẽ. de non alienan.§.emphiteosim. Alio modo ponitur sine temporis præfinitione.ff.de seru.rust. prædio.l.cum debere columnam. De quo quot modis dicatur perpetuum, uide gloss.ff. pro socio l.1. Vnde dicit ipse quando aliquid pluribus modis dicitur natura rei debet inspici, & inde assumere modum significandi, ut.l.sciẽdum ff.de uerborum significatio.& de damno infect. l.inter quos, & ibi per Iaco.de arena. Nam dicit ipse intellectus imitatur rationem & naturam. ff.de usut.l.si stipulatus. Et ideo dicit quòd licet omne feudum ex natura sui propria sit personalis, tamẽ beneficio principis factum est reale, & transitorium ad quosdam hæredes de suo sanguine, ut in tit.qui feud.dare pos.cap.1. §.cum uerò, colum.10.secundum eum, & sic per petuitatem priuilegiorum habes considerare secundùm naturam rei, super qua conceduntur. Et iam fortius si in uiam contractus, quia habẽt perpetuam naturam.C.de actio. & obliga.l.sicut. ¶Sed pone, concessum est priuilegiũ quod transiuit in contractum, nunquid in eo erit locus iuri accrescendi, sicut in priuileg. ex natura priuilegiorum, in l.1.C. si socius liber.imperialis, sine hærede decesserit, lib.10. uel inspiciem° naturam contractuum, in quibus non est locus iuri accrescendi, nisi quando alias contrahentium dispositio redderetur omnino inutilis, ut ff.de contrahen.empt.l.fundus ille. C.de const. pec.auct. si quando. Dic quo ad hoc inspici suã primæuam naturam & formã, quæ est in priuilegijs, ut aliquid addat ad contractum, arg. extra de priuileg.cap.in his. Ex natura autem contractus habebit perpetuam firmitatem ut est dictum. Et no.quòd licet in priuilegiis accipiat intellectum ab intellectu scribentis, de uulga.& pupilla.l.ex facto: sic in beneficio.ff.de reg. iuris l.Neratius, & sic iure rescrip.extra de except.ca. cum ecclesiasticis, per Innocen.tamen in dubijs in priuilegiis est optio eius, cui concessum est: unde si princeps uacantibus tribus officiis dicat, concedo tibi unum ex tribus, mea est optio ut leg.2.C.de castren. & minist.lib.12. ¶Item nota quòd intantum sunt perpetua priuilegia, quòd non exspirant re integra morte concedentis. Vnde gratiæ executores illam ad effectũ deducent, ut est casus nouus nouus in ca. si super gratia, de offi.deleg.lib.6. Et allegat Bald.in leg. beneficium, de consti. principum, quod notat Innocen.extra de filiis præsbyt.ca.ex tua. Et per dictum cap.si super gratia, dicit Bar. singulariter in l.fundi debitor.ff.do acquiren.possess. qd si iudex mandauit nuncio de mittendo quem in possessione, quod finito officio iudicis, poterit mittere. Et idem dicit Bal.in l. si de interpr ætatione.ff.de legibus, quòd mandatum de danda teruta non expirat morte. Et idem tenet in l.& qa.ff.de iurisd.om.iu. Sed dictã decretalẽ, si super gratia, & prædicta dicta doctorum tu limita, nisi executor esset mixtus, qui aliquã causæ cognitionem habet obseruare, quia tũc morte concedentis exspirat mandatum. ut in c.gratum.& c.relatum, de offi. delegati, quod quando dicatur mixtus, colligitur ex nota. per Innocen.extra de præsumptionibus.cap. dudum. & per Dominum meum Dominum Ioannem de Imola.in clem.iudices, de offi. deleg. & per Bal. C.de legib.l.non dubium, & sic dicta decretalis & doctorum dicta intelliguntur in mero executore.

¶ Et hanc limitationem dant domini de Rota, in decisionibus nouis, decisione incipiente, Itẽ fuit dubitatum si papa mandat, ubi uide. Et nota, quòd in priuileg.& beneficiis principis, statim

tim facta gratia, uel concesso priuilegio, est ius quæsitum ei cui est facta concessio, & ideo morte non perimitur concedentis, ut in auctent. ut nulli iudicum. §. & hæc uero iubemus. Et ideò ẽt ante præsentationem litterarum dicitur ius quæsitum, cum absenti & ignoranti quæratur extra de præben. ca. si tibi absenti. lib. 6. de iure iur. l. labeo. Et ꝙ limitat Bal. in l. beneficium. de consti. princi. quod quæritur ius beneficii, sed non exercicii, ar. l. penul. de eo qui pro tutore. & ideo dicit quòd ex rescripto ad lites, ante eius præstationem non est quęsita efficax iurisdictio de resti. spo. c. ex conquestione, per Innocẽ. Sed hoc quod dicit de rescripto non uidetur fundare per ius dictum, quia in rescripto ad lites, ideo ante præstationem non potest illo uti, cũ ab eo tempore habeat efficacem iurisdictionẽ, extra de appell. c. super eo. in fi. in 2. Sed in priuilegio uidetur secus dicendum, quia efficaciter est ius quæsitum, etiam absenti & ignoranti, ut d. c. si tibi absenti. de præben. lib. 6. Cum gratia statim conferat suum effectum, ut notat. in proæ. 6. li. per Archid. & ideo uidetur distinguẽdum, ut aliàs Bal. distinguit in l. falsus. C. de furtis. Nam aut priuilegia sunt talia quæ non continent in se aliquid perfectum, sed conceditur ad aliquid faciendum, & talia similia sunt æpistolæ, merito id fieri nequit, nisi receptis literis. Et licet inspiciatur tempus datum quo ad ualidationem gratiæ, tamen quo ad eius executionem, requiritur quòd literæ exiuerint de cancellaria. Cum uerò priuilegia continent in se quid perfectum statim signata supplicatione, est gratia perfecta & plenum ius quæsitum, neque reuocatur morte concedentis, ut no. in proæ. libr. 6. per Archid. & Ioan. An. in no. Tunc uero priuilegium habet uim constitutionis, & ius quæritur ignoranti; quia gratiæ æquiparantur legi. quæ ignorantibus acquirũtur. ff. de leg. 2. l. cum pater. §. surdo. ff. de iureiur. l. labeo. Nec mirum quia apud solum collatorem residet ius conferẽdi, facultas acceptantis est inspicienda. ff. de acqui. hæred. l. si filium, & de præben. c. si tibi absẽti, libro sexto. secundum eum. Et ideo in priuilegiis, cum princeps id intendit, quòd est quãdo perfectè aliquid disponatur, uel donatur a principe, etiam sine traditione transit dominum, de quo uide Bald. in feu. in proæ. feu. & in titu. de noua forma fidelitatis, ubi omnino uide. ¶ Et
7 scias ꝙ † qui astute priuilegia princip**ũ** interp̃tatur infamis efficitur l. 2. C. de legibus, & no. gl. in ca. ut priuilegia, de priuilegiis, & ideo in dubio sunt interpretanda, ut sunt realia poti⁹ quã personalia, secundum Bart. qui ita no. in l. patri ff. de serui. legata, ad hoc quòd not. in Specu. in ti. de instru. ædi. §. nunc autem, uersi. sunt autem dubium. Et per hoc dicit Bar. ibi, quòd si Imperator concedit iurisdictionem in quodam castro quod uidetur ipsi territorio castri attribuisse iurisdictionem. Et sic quilibet cui postea conceditur dictum castrum, haberet eandem iurisdictionem tanquam realem, nisi appareret de contraria mente concedentis secundum eum. Sed Bal. in l. fi. de consti. principum, dicit cõtra. si conceditur iurisdictio personæ in loco: quia tunc non territorio sed personæ in territorio datur priuilegium. Sed si conceditur personæ propter locum: tunc fatetur quòd realis est concessio, & transit ad alium quandocunque, quia cohæret territorio, ar. l. uia constitui. §. si fundus. ff. de serui. rusticorum prædi. ¶ Item posito quòd esset realis in primo casu, tamen esset concessa mixta consideratione loci & personæ. Et ideo finiretur & annullaretur extincta persona, quasi extincta causa finali, secundum eum. Posset uerius dici salua tantorum patrum debita reuerentia, quòd aut uerba priuilegii diriguntur in personam vel in rem. Si in personam cui conceditur, & tunc potius præsumam concessionem personalem quam realem: quia quod per-
8 sonæ † conceditur, personam non egreditur, insti. de iure naturali gentium & ciuili. §. plane. 16 q. 1. c. huic etiam, & ff. de regu. iur. cum priuilegia, cum similib. quòd autẽ in locũ conceditur seu dirigitur, reale est. 16. quæstione. 1. §. huic. & ff. de iure immunitatis. l. prima. Vel potest & clarius distingui, aut causa mouens principem, est persona, & potius præsumam illud personale, quam reale. Aut locus, & tunc potius reale. Ad hanc distinctionem facit l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de uulg. & pupill. Et quod ibi no. in l. fi. C. de usufruct.

¶ Si autem est dubium quòd decerni nequeat ad quem dirigatur, recurrendum est ad concedentem ut interpretetur, de uulga. & pupil. l. ex facto. Facit. l. Neratius, in fi. ff. de reg. iur. Si autẽ haberi non posit: ut quia mortuus uel absens,
9 in dubio præsumitur personalis concesio, secũdum gloss. auream. 25. q. 2. in sum. Ad hoc extra de constitu. c. cum uenissent, ubi uide latè per docto. Sed quia tractaturi sumus materiam publicationis fororum & priuileg. est primò uidendum an fori & priuilegia ad suum esse requirant scripturam: ut sic uideamus, an debeant in scriptis publicari.

¶ Et primo uideamus, an de esse fori, & sic leg. generalis (ut prædixi) sit scriptura, Et Petr. tenet in l. humanum. C. de legibus ꝙ sic, ꝙ scriptura requirat ratione formæ, aliàs dicit quòd posset prætendi ignorantia legis non scriptæ, neq; consuetudine approbata, & esset lex ludibrio, quod est multum inconueniens dicere secundum eum. Sed Bal. ibi refert alios dicere: quod scriptura non requiritur ratione formæ, sed ratione obseruantiæ sic, sicut requiritur publicatio eius, unde secundum istos scriptura non est forma substantialis legis uel statuti, sed est quædam forma accidentalis quæ requirĩ ad hoc, ut lex liget. Nam sicut in contractibus uidemus, prius contractus habet esse quàm obliget, ut

patet

patet in contractu conditionali: ita in legibus sola uoluntas principis uel statuentis uerbis expressa, est lex. scriptura, aut requiritur ad legis obseruantiam & obligationem subditorum. Ad hoc. ff. de consti. principum. l. 1. ibi, quod principi placet, legis habet uigorem, non enim dicit, scriptum est, sed dicit, placet. Ad idem 25. quæ. 1. c. institutionis. de quo Bal. ibi remittit ad Ioan. An. in mercuriali, in regula, nemo potest. de regu. iur. lib. 6. Et pro hac opi. quod lex ualeat etiã sine scriptura, facit ille optimus tex. in auten. ut litigantes iurent. §. ulti. ubi iussio principis procedit sine scrip. Sed illum text. intelligit Iaco. Butrig. in l. unica. C. de manda. princi. quando princeps est præsens: quia tunc non requirũtur litteræ: quia sua loquela est lex, & iussio, & aliæ litteræ spectandæ non sunt. Pro quo facit in auten. de litigiosis. §. omnem. ¶ Item pro hoc facit, quia si forus trãsit in cõtractũ habet illius naturam & contractus ualet sine scrip. C. de pact. l. pactum. C. de fide instru. l. instrum. ¶ Sed quid dicemus de priuileg. uel gratia principis, nunquid illa ualet sine scriptura, & uidetur quòd non 2. q. 1. c. legum. nam & de gratiis reconciliationibus ordinationibus, & de aliis habenda est scriptura, alias uidentur non ualere, ut in fi. dicti capitu. Et pro hoc facit extrauagans Bonifacii, quæ incipit, iniunctis, de sententia excom. proinde, de testi. præsentium, lib. 6. 15. q. 5. c. 1. 1. q. 6. cap. si episcopus. Facit de Simonia. c. ex diligenti, in fi. ubi ut a morsibus latrantium tutus & munitus existas, literas plenariæ indulgentiæ, indulgemus. ¶ Item & quod priuilegium requirat principis scripturam, probatur per leg. sacri affatus. C. de diuersis rescriptis. Nam principis priuilegia, debent scribi imperiali incausto, & in membranis, & subscribi manu principis, alias non ualent facit. C. de quadriennii præscriptio. lege, bene a Zenone. §. quæ omnia reseruantes.

¶ ITEM hoc probatur. Nam in concessione dignitatis uel officii, quam facit princeps intercedere debet diualis probatoria principis. C. de agentibus in rebus. l. matriculam, circa fin. libro duodecimo, & eodem libro, de diuersis officijs. l. probatorias.

¶ ITEM facit. C. de episcopis & clericis. lege, si qua per calumniam, & quæ habentur. 10. quę 2. c. sed & permutare, de rerum permuta. cap. si princeps. de clericis non residen. ca. fraternitati.

10 ¶ Item † quia in talibus non quæritur ius, neque transit dominium sine scriptura. C. de fide instrumen. l. contractus. C. de suffra. l. 1. Et quod ibi dicitur est speciale, ut ibi notatur. ¶ Item quia litteræ priuilegiorum habentur loco tituli. Facit quod no. de litis contest. c. 1. lib. 6. super penultimo. Et quòd notatur in cap. 1. de priuileg. eodem libro uersicu. in eos. super uerbo, indultum.

¶ SED IN contrarium quòd non requiratur scriptura ad esse priuilegii uidetur probari extra, de clericis peregrinis, cap. inter quatuor, & cap. tuæ. C. de pactis. l. pactum, quod bona fide C. de fide instrumen. l. instrumen. ¶ Item cum scriptura fiat ad faciliorem probationem, sine illa ualet quod agitur, dummodo alias probari possit. ff. de pign. l. contrahitur. ff. de fide instru. leg. iur.

¶ ITEM cum non reperiatur iure cautum quod requiratur scriptura, ergo superstitiosum est hoc requirere. 20. q. 5. consuluisti. Et hanc partẽ quòd princeps concedat priuilegium sine scripto, firmat gloss. ordin. decreti, per illum tex. in c. institutionis. 25. q. 2. Et pro hac parte habeo tex. expressum, & glo. in clementi. dudum, de sepulturis, ibi uniuersa priuilegia, gratias, uerbo uel scriptis. Et uide glo. super uerbo, nec scriptis ¶ Aduerte quia Archi. in proœmio, libr. 6. dicit gratiam, uel priuilegium non scriptum seu bullatum ualere, & non expirare morte concedentis. Alleg. de præbend. cap. si ab apostolica, libro sexto. insti. de dona. §. perficiuntur. C. de dona. inter uirum & uxo. l. donationes. la. 3. C. de testa. l. omnium. ¶ Item pro hoc facit de concess. præben. c. fi. Et sic dicit Ioann. And. ibi in nouella se consuluisse, & alleg. 25. q. 2. ca. institutionis. De quo per eum, in regula, priuilegium, in mercuriali, tamen quo ad probationem rei gestæ requiritur scriptura, & allegat iura superius allega. 2. q. 1. c. legum, de simonia. c. ex diligenti, cum similib. Et ad hoc facit quod no. Ioan. in c. consti tutus, de rescriptis, in gl. si nunquid, & in c. cum olim. in glo. fi. uersic. Item per testes. ¶ Sed refert Archi. quosdam distinguere, an gratiæ factæ adnexa est iurisdictio uel non? ut primo casu requiratur scriptura. C de manda. principum. Sed no

11 ta: quia † imperialis [b] donatio non eget scripto

b C. de dona. l. scimus. §. exceptis. Facit ad hanc distinctionem. C. de nuptiis. aut maximè Ioann. And. dicit se uidisse plures litteras uicecancellariorum tempore mortis papæ, fuisse in cancellaria bullatas, toto litterarum illarum inserto tenore. ¶ Item quandoque litteræ papales de tali testimonio facto super gratiis præsentantur sub bulla, secundum Ioan. An. Et hanc conclusionẽ sequuntur domini de Rota, suis conclusionibus antiquis. q. 122. Sed Paulus de Leazaris, ut refert Dominicus de sancto Gem. in prohæmio. 6. lib. distinguit, quòd quædam est gratia quæ mẽtẽ uerbo prolatam per scripturam demõstrat. Pone, porrexi petitionem meam, papa mandauit literas fieri, hoc non sufficit, & in hoc dicit non procedere opi. Archi. quædam est gratia, quæ fit uerbo, & mente, in qua aliquando fit scriptura, ut appareat de mente. Exemplum in simile: dixerunt duo clerici episcopo, quòd uolebant permutare beneficia, episcopus mandauit notario quòd faceret publicum instrumentũ ex illo. modò episcopo mortuo, hoc probato per testes ualet permutatio, & in iis & similibus

sit

sit uera opi. Archid. secundum Paul. Et pro hac distinctione secundum Domini. de sancto Gem. facit c. si motu proprio. in fi. & quod ibi nota. in glo. de præben. lib. 6. ubi si motus proprius qui procedit ex mente papæ, si non est uerbo prolatus, scriptura litterarum non potest postea probari per testes secundum Domini. de sancto Gemin. Petrus uero in l. si qua per calumniam. C. de epi. & cle. dicit quod gratia papæ, non potest probari per testes, gratia autem inferioris, si cōfert maximam dignitatem uel beneficium, requirit scripturam. Si confert paruum, & non requiritur secundum eum, quem sequitur Cyn. Bald. ibi dicit quòd eo ipso quòd papa fecit gratiā simplici uerbo, statim facta est collatio, etiā antequam fiant litteræ. Veritas est tamen secundum ipsum quòd probatio non potest fieri, nisi per litteras. 25. q. 2. ca. institutionis. & de hoc dicit quòd disputauit Archid. & Ioan. Andr. in prohæ. 6. li. ad quos remittit. Dicens quod gratia inferioris, semper potest probari per testes, quicquid dicat Pe. quia ista gratia non est propriè donatio, sed est debiti officii executio. Et ideo leges Pe. quæ loquuntur in donatione, non faciunt ad propositum secundum eum. ¶ Item Bal. in l. humanum C. de legibus, dicit quòd si
c papa uiuæ uocis oraculo dixit. Pronūciamus[c] ta
12 iem episcopum talis loci, quod antequam † litteræ sint formatæ, iste sic pronunciatus erit episcopus: quia dicit quòd litteræ non requirūtur ad esse, sed ad probationem, & alle. d. c. institutionis. & dicit quod de hoc fuit magna controuersia, ut refert Arch. in prohæm. 6. lib. Et idem per Ioan. And. in noue. Non ergo requiritur scriptura ad effectum gratiæ, sed ad eius probationem. unde si papa interim moreretur antequā litteræ fierent, non exspirat ius quæsitum, sed deberent postea fieri litteræ tempore successoris, faciendo mentionem de dispositione prædecessoris, quod dicit ualde no. & menti tenendum. Et sic effectualiter Bal. sequitur opin. Ioā. And. de qua supra tibi dixi. ¶ Aduerte si placet, quia omnes fere doct. in hoc concordant, quòd gratia principis expresse uerbis compræhensa sortitur effectum, statim uerbo per principem prolato, sed ad illius probationem, est necessaria scriptura. ¶ Sed tu dic quòd gratia principis, quo ad omnes eius effectus, sortitur effectum statim uerbo per principem prolato: quia eius decretum statim afficit omnes etiam ignorantes, ut est tex. expressus in ca. quodam, de præbend. lib. 6. & eo. ti. c. dudum. §. nos igitur, & eo. lib. de conce. præben. c. 1. & sic quo a illius priuileg. seu gratiæ plenum effertum sufficit eius uoluntas uerbis expressa, ad hoc cle. dudum, de sepul. ibi uerbo uel scrip. Sed est nunc uidendum, si tenor priuilegii uel gratiæ poterit aliter probari quam per instrumentum. Et hic aduerte, quia aut stat per partem quominus producat tenorem, quia forsan non curat extrahere a cancellaria cum posset soluendō iura sigilli, quia cancellaria est parata sibi tradere literas sub forma communi, uiuente principe, qui concedit, uel sub forma quam dicit Ioā. An. & Bald. supra, & domini de Rota, mortuo principe sub tenore factæ gratiæ per prædecessorem, & tunc non est admittenda alia probatio, quàm instrumentalis, quia sic de tenore priuilegii depræhenditur ex inspectione priuile-
13 giorū, de priuile. c. porro. † Et hoc est quod dicit glo. in c. 1. de censi. lib. 6. quæ enumerans casus in quibus requiritur scriptura, allegat dictū cap. porro. Et sic alibi dicitur quod priuilegia sunt inspicienda, ut sciatur quid continetur in eis. de priuilegiis. c. recepimus, & de fide instr. c. accepimus, & ut uideatur si habet formā & subscriptionem requisitam in l. sacri affatus. C. de diuersis rescrip. Si autem non constat per partē quo minus perducat, quia successor recusat dare literas iuxta formam traditam per Ioā. And. & Bal. & dominos de Rota, uel quia iam forma priuilegiorum in publicum abstracta & bullata, & tunc si probetur principem talia concessisse uerbo, ex quibus uerba & mens concessoris posint deprehendi, nondum scripta uel bullata gratia, uel post scriptam & bullatam probando omisionem, & tenorem, & quod habeat omnem solemnitatem, & sine uicio fasiltatis fuissent in formam abstract. sufficeet, argumē. de priuile. cum olim essemus apud Parisium, & ibi glo. ordin. & Innocen. in l. fina. C. de fide instrumen. & l. sicut iniquum, eodem titu. Et tali casu licet instrumentū priuileg. de iure uel consuetudine requireret ampliorem numerum testium, tamen per duos testes posset probari, de tenore & omisione, & alijs solennitatibus, quia ex quo iura uolunt quòd tenor & alia posint probari per testes, ut dicta. l. sicut iniquum, cū similibus, ergo duo sufficiunt. ff. de test. l. ubi numerus. requiritur tamen quòd testes tenore deponentis asserant, quòd in instrumēto fuerunt tot testes quot ad instrumenti ualiditatem requiruntur, aliás non ꝓbarent, & sic notant doc. in l. secund. C. de bonorum posses. secundum tabu. & domin. Anton. de Butr. in dicto cap. cum olim essemus, pro quo facit tex. & gloss. in l. hæredes palam. §. sed si notam. ff. de testa. Sed cōtra hoc uidetur glo. ordin. in le. cum proponebatur, ff. de leg. secund. facit quòd no. C. de Codicillis. l. prim. & in l. qui ex liber. §. testamento. ff. secundum tabu. Sed posset dici quod dictum dominus Anton. sit uerum: contraria loquuntur, cum actus non habuit a principio debitam formam, quia debet fieri coram septem uel quinque testibus, & tunc per minorem numerum non probatur. Sed quādo priuilegium uel instrumentum. habuit a principio debitam formam approbādi tenorem, sufficiunt duo testes, ad hoc quòd no. Dy. & Barto. in dicta. l. hæredes palam. §. sed si notam. ff. de testa. Bal. latè in l. cer-

in l.errore.C.de testamen.do.meus Io.de Imol. in l.cum proponebatur,allegata. Posset tamen dici quòd etiam tali casu sit deueniendum ad iurm in defectũ probationis,vt in l.admonẽdi, ff.de iureiu.Et hoc vr sentire gl.ĩ l. sicut iniquũ. C.de fide instr.tñ testes qui super tenore & alijs solẽnitatibus habent deponere,habẽt esse periti,& quòd substantialia priuilegij cõprahẽdãt, & falsitates,quas nõ oẽs capiunt scdm do.Ant. de Bu.in d.c.cũ olim,& consuluit ibi Io.An.qđ fiant articuli,& ponatur dies & locus instrumẽti secũdũ eũ,vide ibi late per doc.& quod hoc casu admittatur ꝓbatio,per testes ꝓbatur, qa ex quo non stat per partẽ,& est sibi ĩpossibile instrumenta priuilegij producere,non debet frustrari sua intentione, ex quo est sibi efficaciter ius quęsitũ,nã cũ difficultas ꝓbationis emergit minus sufficiens probatio est admittenda.C.de repudijs,l.consensu,§.super plagijs, extra de te-
14 sti.c.veniens.nã† iura nolunt quòd iura alicuius ex defectu probationis periclitentur. Ad hoc no.C.de naufragijs.l.de submersis.Maxime, qa vt dicit gl.in d.l.sicut iniquum,C. de fide instr. illa minus sufficiens probatio suppletur,cũ partis iuramento.Scias tñ quòd tunc est admittenda probatio per testes in priuilegijs,quando uerisimile est,uel de amissione,uel quòd non potuerit abstrahi in formam priuileg.ad hoc facit dictum,c.cũ olim essemus, ut puta quia iudex uel alij probi uiderunt iam priuilegium in forma,uel fama publica uel simili:quia regula est quod non est deueniendũ ad minus sufficientẽ probationẽ,nisi qñ est uerisimile aliam nõ esse sufficientẽ.Et hoc tenet singulariter d. Ant. de Bu.in c.tertio loco,de prob. allegat dominum suũ idẽ tenere,in suis consilijs,consilio 24. in fi. Scias tamẽ quod facilior est admittẽda ꝓbatio,quando instrm priuilegij est perditũ culpa aduersarij,ad hoc.C.de ꝓba.l.si de possessione. Et sic habes dilucidã hãc materiã,an ad esse priuilegij reqrit scriptura,& alibi meli⁹ nõ legisti.

15 SED VIDEAMVS† An de esse legis uel
d fori seu priuilegij,sit[d] publicatio,& ur quod sic,quia tunc ligat lex,cũ publicè editur, aut solẽniter publicatur,extra de postu.prælat. c.j. in auth.ut factæ nouæ consti.col.5.& quod no. 82. di.c.proposuisti.Dicit tñ de esse le.minus & priuilegij est publicatio, nã non est de eorum forma substantiali publicatio,sed est de forma accidentali,quæ requiritur ad hoc,ut lex liget secundum Bal.qui ita no.in l.humanum, C.de legi.Aduerte qm do.Bald.non proprie loquitur, quia non est publicatio legis,de forma accidentali,ita quod requiratur,ad hoc ut liget:bene fatendũ est,illã esse de forma accidentali,quia potest esse & abesse,& erit lex,& ideo non de necessitate requiritur publicatio,nisi ad hoc,ut illius sciẽtia præsumatur post duos menses. Et is qui ignorantiã allegare uult post duos mẽses a tpe publicationis illã habet probare, quia contra eum præsumitur,ex quo publicè edita uel solẽniter publicata est,& ita loquuntur illa iura superius allegata,c.j.de postu.præla.& c.proposuisti,& qđ ibi no.72.di.& tex.in auth. ut factæ nouæ consti.nam ex quo cõstitutio publice priuilegiata est,quilibet eam scire tenetur,ut in d. c. j.& 12.q.2.qui & humanis,16.dist.c.qđ dicitur. Nam de iure quilibet tenetur illam scire infra duos menses,ut in dicta auth.ut factæ nouæ cõsti.col.5.licet quidã dicant quòd de iure canonico esse secus,quòd habet tps sex mensium, ut in c.decernimus.18.di.sed non est uerum. quia & de iure canonico non dantur, nisi duo menses a tẽpore publicationis, ad hoc ut ignorantia post illos non præsumatur. Ad hoc extra,ne clerici uel monachi.c.& de sen.excommu.c. nouerint. Nec obstat dictum cap. decernimus, quia illa decretalis non loquitur de tempore dato ad ligandum post publicationem constistitutionis.Sed de tempore quod datur episcopis ad publicandas constitutiones factas in sinodo secundum Host.qui ita no.in c.quia cunctis,extra de conce.præben.& Io. And. in data. 6.libr. Et sic solum fit publicatio,ad hoc ut faciat præsumi scientiam: unde ex prædictis patet quòd si quis ante publicationem editam iam leg.faceret scienter contra legem, ut transgressor legis puniretur, quia uirtus legis ea facta statim sortitur effectum, & afficit omnes scientes,ad hoc de constitu.principum, l.j.l. leges generales,C.de legiti.Et sic intellige quod dixit Baldus in l.leges generales C. de legibus, quòd leges generales uel generalia statuta indigent publicatione. Sed expost subdit quòd talis publicatio non fit, quod lex generaliter seruetur, quasi innuat quòd quo ad scientes non
16 est necessaria alia publicatio. † Sicut si publicatione facta & lapsis duobus mensibus,quis fecisset contra constitutionem ignorans eam non obligatur,ad hoc de consti.c.ut animarum periculis,libr.6. ff. de decret. ab ordine faciend. l. finali. Sed fateor quòd præsumeretur sciens. Et propter præsumptionem transfertur onus pro
17 bandi ignorantiam,in l.transgressorem,†Nam propter præsumptionem quis cogitur ignorantiam probare, extra de electionib. capi.innotuit.j.q.j.cap.si quis a simonia, C.de periculo tutor. l. j. unde ignorans legem nouiter editam sequens antiquam,l.obseruantiam, non dicitur errare,C.de testamen.l.iubemus,in fi.Sed qualiter hanc ignorantiam poterit probare, ali qui dicunt quod cum iuramento, ad hoc. 24. q.2.capit.multum,alias in lectum,extra de sen. excommu.si uero.Et not.3.q.5.cap.si quis, in fi. Ad hoc extra de homicidio, cap. signific. & de elec.c.ut circa,lib.6.cum similibus.Et potest es
18 seratio secundum Hostien. † quia non est præsumendum quòd quis sit immemor suæ salutis,prima.q.7.cap.scimus.

¶ ITEM cum similibus, cum ignorantia aliter probari non possit, & sic probationibus succurrend. extra de testibus cogendis, capitulo finali. ¶ Item quia illi magis credendum est, qui melius ueritatem nouit, extra qui matrimo.accus.possunt.c.vl. Et nullus post deû melius scire potest ueritatem seu conscientiam eiusdẽ, cuius ignorantia dubitaẽ, faciat ergo hõ
19 qđ potest.22.q.2.c.faciat hõ,† & impossibiliũ nulla est obligatio, extra de reg.iur.c.nemo. lib. 6.secũdm Hostien.qui ita no.in dicto.c. significat.de homi.Sed cõis glosatorum opi.est in contrariũ, nam glo.in c.cognoscentes.de cõsti. dicit quòd ille qui uult probare ignorantiã constitutionis, debet probare se extra prouinciam tunc fuisse, uel aliud impedimentum. Et glo.in dicto.c.proposuisti. dicit, quod si præsumptio est contra allegantem ignorãtiam non statur iuramento. Et glo.in c.qui diuinis.12.q.2.dicit quòd ignorantiã cõsti. ꝓbabit probãdo quòd fuit in alia prouincia, allegat de testi.c.ex tenore, & C.de contrahen.& cõmi.stipul.l.optimam, uel dicit stari iuramento secũdum glo.¶ Aduerte, quia credo quod probatio sit arbitraria.arg.l.3.ff. de testi. quã iudex poterit arbitrari, ex modicitate ẽpis lapsi, post aduentum allegãtis ignorãtiã.arg.ff. de priuileg.creditorum.l. si neutri. Et uel quia multo tempote allegans ignorantiam, fuit extra prouinciam, ad hoc, extra qui matri.accusa. possunt.c.cum in tua, ubi de hoc semper iuramento ab ignorantiam alleganter exigendo, argu.l.scire oportet.§.sufficit.ff.de excusa. tu. Vbi autem aliqua probatio nõ posset haberi absentis, alijs circunstantijs, ut puta, quia modicum tempus effluxit post duos menses, & persona sit fide digna, forsan standum esset iuramento, ad hoc de elec.c.quia propter.§.illud, & 4.q.5. c.fin.de re mili.l.3.§.si ad diem, & l.non omnis. §.a barbaris.ff. de carboniano edicto.l.3.§.causæ duæ. cum similibus, ꝙ iudic. arbitrio est relinquendum, cum habet esse conicturalis probatio, ut uidisti ad hoc nota.in.l.fi. de quæstio. Sed secundum prædicta si ignorantia haberet
20 excusare † semper, surdus qui nihil audit esset excusatus à legum scientia, quod est falsum, ut est casus in.l.1.§.propter casum.ff.de postulando. Et sic uidetur quòd post duos menses, non sit probabilis ignorantia, sed quicunque siue
21 sciuerit, siue non incidat in legem. † Aduerte quia aliquando quis facit actum contrarium iuri naturali, uel quasi naturali, & tunc talis ignorantia non excusat a pœna, nisi furiosum infantem, & dormientem, ut in clem.si furiosus, aut infans, de homicidio.in cle. alij autem, aut sciunt, aut scire debent actum damnatum a lege naturæ: & sic non excusantur, ut in l.uenia. C.de in ius uoc. Nam filius debet reuerentiam patri iure naturali.l.2.ff.de iust.& iu.& libertus patrono, de iure quasi naturali, quo cautum est ut benefacientib. benefaciamus, ut.l.sed & si lege.§.consuluit.ff.de peti.hæredi.& in c.cum in officijs.de testa. Aut quis ignorat constitutionem, & tunc excusatur, in c.ut animarum periculis, de constitu. libro 6. Et hanc distinctionem sentit glos.in dicta.l.uenia. C.de in ius uocand. Sic ergo posset dici, quòd aut surdus commisit uel incidit in rem à iure diuino, uel naturali prohibitam. Et tunc ex quo est capax rationis punitur pœna à lege illius terræ statuta, quia licet ignoret pœnam à lege statutam explicite, tamen ex quo delinquit, scit, aut scire debet se pœnæ subiugandum, & uidetur se pœnæ consentire, ut.l.1.§. bestias, & ibi notatur in glos.ff. de postula. in authen. de non alien.§.si uero leonis, etiam, colum.2.Et sic meritò puniendum pęna loci delicti. Neq; obst. c.vt anima.de consti.lib.6.quia ibi loquitur in pęnis spiritualibus impositis pp contemptum clauium, & mandati in quib. quis ignorans nõ punitur, quia non contemnit. Vnde vt habeas materiam, tu clare videas forte melius quàm vnq̃ audiueris, quando ignorans constitutionẽ puniatur: scias quòd aut quis ignorat delictũ, & pęnã delicti, vt puta princeps statuit, ut non sint nisi certi procuratores vel notarij, in ciuitate procurantes, ego ignorans legem, vel sic delictum esse, vel pœnam delicti, quia procurare aliàs non erat prohibitum, postulaui: ista ignorantia bene excusat me nisi fuerit crassa & supina. iste est casus in l.final.ff.de decret. ab ordin. faciend. & sic potest intelligi cap. vt animarum, de constitu. Nam si princeps statuat quòd mulieres non vadant ornatæ, uti assolebant, vti fuit factum, & in uiam fori prouisum per regem Alphons. fœliciter regnantem, & aliqua mulier ignorans constitutionem uel forum portet ornamenta ignorans, excusatur à pęna, nisi fuerit ignorantia crassa & supina, vt in dict. iuribus. Et potest esse ratio, quia portare ornamenta non erat aliàs prohibitum, neque delictum. Meritò mulier ignorabat delictum esse, & pęnam delicti excusaretur ignorans, ut prædixi nisi talis fuerit ignorantia crassa & supina, & iste est casus, in cap.ut animarum, de consti. libro 6. Et vide ibi no. per gloss. quæ dicatur ignorantia crassa & supina, vt in cap.penulti.de clerico excommunicato ministrante. Aut quis scit delictum esse, sed ignorat pęnam delicti, vt quia facta est lex patriæ, quòd faciens magnum furtum possit usque ad mortem inclusiue puniri, tunc etiam ignorans legem punietur, quia ex quo scit uel scire debet delictum esse, licet ignoret pęnam delicti implicite, punietur pęna legis, etiam ignorãter, quia ignorantia constitutionis non te excusat, qa ex quo scis te delinquere uidetur in pęnam patrię consentire, & sic quod puniaris ut cæteri fures in regno, ad hoc.l.prima.§.bestias.ff.de postulando, & quod ibi not.in gl.& in d.§.si uero leonis, in authen. de non alienan.col.ij. Aliquando quis

quis scit delictum & pœnam delicti, sed ignorat aliam pœnam, quæ requirit illud crimen in quo se cognoscit delinquere: uerbi gratia, episcopus fecit constitutionem, ut nemo committat furtum sub pęna excõicationis; tũc ignorãs constitutionẽ epi, non erit excõicatus; nã licet tu scias delictum, & vnam pęnã delicti scilicet furti, saltim implicite, vt dictum est, sed ignoras aliud delictum scilicet cõtemptũ clauium, & mandati huius delicti, scilicet excõicationis. Et ideo dico ꝙ a pęna furti tu nõ es excusatus, sed a pęna contemptuũ clauium tu bene es excusatus, pp ignorãtiã cõstitutionis, nisi sit ignorantia crassa vel supina, vnde tali casu excõicatio non est pœna furti, sed est pœna cõtẽptus. Nã cũ eps prohibet furtũ fieri sub pœna excõicationis, ille qui facit furtum, contẽnit præceptum episcopi, ergo pp contemptum est excõi
22 catus, † quia excõicatio[c] est pęna cõtẽptus, de
c bebis ergo puniri pœna furti, quæ imponitur a iure cõi, nõ aũt pęna excõicationis, qa hæc pœna requirit delict. contemptũ, quia aliud a crimine a quo cognoscebas delinquere, sed ignorabas constitutionẽ, nõ incidisti in crimine cõtemptus clauium & mandati, igitur neq; in pœnam excõicationis, pro illo crimine impositã, & ita intelligas c. vt aĩarũ periculis, de consti. li. 6. qui intellectus est singularis, & ex pdicto itellectu limitantur notata, in l. fina. ff. de dec. ab ordine faciendis, & sic intelligas dictũ. c. vt animarum, qui est male glossatus & non bene intellectus a canonistis scribentibus. Si ergo surdo, q nil audit, vt sunt cõiter muti a natura, est doli capax non furiosus neque infans, & potest scire per signa vti assolent cõiter, obligatur ex cõtractu, vt no. in l. j. in prin. ff. de uer. ob. sic ex delicto quod est delictũ a iure naturali vel diuino, uel iuris cõis usitati, qa scit uel scire potest delictũ & pœnã delicti, & in illã consentit tacite, ut est dictum in noua ordinatione, & nouo delicto, qa in illo psumitur ignorãtia, nisi per signa nota eius, & solita monstraretur illius scientia, & & sic consensus, ut no. in d. l. j. ff. de uer. obli. Neque obstat d. l. j. §. propter casum, ff. de postulando, vbi uř qđ surdus, q audire non poterat ignorans delictũ aut pęnã delicti puniatur ibi: cum dicit pęna plectes. Sed Bal. ibi subdit quòd esset
23 iniquũ, qa surdus non est contumax, cum † contumacia procedat ex aĩo. Et dicit ꝙ est argm̃ de surdo, q non audit sonum cãpanæ quod non puniatur ad pęnã duplæ & facit secundum eum, l. 2. §. occisorum, ff. ad Sillayanum, & de in integrũ resti. l. diuus. Et sic uides quod surdus ignorans non punietur pęna. leg. uerisimiliter ignoranter. Sed si delinqueret contra ius naturale uel cõe, quorũ pęnas implicite uel explicite scit, uel scire potest, non excusatur, unde miles uel mulier, licet iur. ignorantia excusetur, ut in l. regula, ff. de iuris & facti ign. tñ a pęnis legis nat. nõ excusantur. ut uides in mille legibus. C. & fforũ. Et nota ista. quia nescio si unquam melius audiuisti, & uide hanc materiam late tactam per doctores, in ca. 2. de consti. & in l. fi. ff. de decre. ab ordi. faciendis, & in l. j. C. de summa Trini. Et uide quædam uerba bona Bald. in l. j. ff. de legiti. qui ponit de ignorantia habente culpam annexam, ubi uide. Et sic uidere potes ad quid conferat fororum & legum publicatio, quia ut dixi, ad hoc, ut illorum ignorantia non prætendant. Priuilegia autem, quæ solum aliquem priuilegiant, & non habent aliquem illaqueare non indigent publicatione, sicut neque lex in fauorẽ certę personę edita. Vnde dicit Bal. singulariter, in l. generales, C. de legibus, quòd dixit alias de facto, quod si est statutum ĩ ciuitate, quod non ualeat statutũ nisi sit publicatũ ĩ ciuitate in certis partibus, per preconẽ, quod si factũ erat statutum in fauorem tertij, etiam quod non esset publicatum per præconem, ualet, quia illa publicatio non fit ob aliud nisi quòd lex generaliter seruetur, quæ ratio cessat in statuto facto in fauorẽ regula. personæ, & hoc optime dicit probari ibi coniuncto ultimo responso dictæ. l. Et ideo communiter leges generales fororum & priuilegiorum, quæ aliquos habent illaqueare publicantur per principem in plenaria curia, ut sic illorum ignorantia prætendi non possit, ut dictis iuribus, de postu. præla. ca. 1. & in auth. ut factæ nouæ constitu. col. 5. Cætera autem priuilegia, quæ non habent aliquos illaqueare non publicantur, sed omnia dãtur sub bulla, ad hoc ut fidem faciant, ut in proęmio sexti & clementinarum. Sed ut tu uideas plenius hanc mate-
24 riam † est uidere a quo tempore ligent constitutiones uel leges generales regni, & do. Anto. de But. hunc passum plene examinatus est in proęmio Gregoriano, & in cap. 2. de consti. Et Paulus de Leaza. in proęmio clementinarum, & ibi etiam do. meus in iure canonico, do. Io. de Imo. tñ reassumptis aliquibus doc. dictis non pfectæ examinatis cũ debitis suppletionib. & de iure fundatissimis dicas quòd quædam sunt leges uel constitutiones ueteris iuris declaratoriæ, & in tabulis dicit gl. cle. quæ siue princeps utatur uerbo (declaramus) siue nõ, ligant statim a tempore quo sunt editæ & trahuntur retro eo quòd editæ, de usuris, c. cum tu, & no. de consti. c. fina. ad hoc dicta glos. ordina. allegat clementinam quod circa, de electio. & cap. sequen. & quod nota. de rescript. cap. gratiæ, & de electio. cap. constitutionem, de officio delega. cap. iudices, cum alijs multis. Sed illa per glossã allegata id non probant, quia solum dicunt quòd ueniunt ad declarationem, non a quo tempore ligent & ideo allegabam dictum cap. cum tu, & not. in dicto cap. finali. Et est ratio, quia lex declarans trahitur ad legem declaratam, & sic retro ligat in authen. de filijs natu. ante dotalia instrumenta, colla. 3. ubi tex. dicit, cum omnibus manifestum sit oportere ea quæ adiecta sunt per interptationẽ in illis ualere in quibus interptatis legibus sit locus, unde dicit Baldus in l. leges & consti-

constitutiones, C. de legibus. quod cum lex noua emanat declaratiuè ratione termini ad quē fit relatio porrigitur retro, nisi esset causa decisa, allegat, C. de epis. & cle. l. si quis in conscribendo, vltimo responso, & l. non dubium versi. qđ ad oēs, C. de legibus, sed melius probatur in dicto tex. allegato. Hoc tam ē singulariter limitata fore verū, nisi lex antiqua habuerit contrariā consuetudinē, q̃a tunc contra facientes legi nouæ ante publicationē per duos mēses nō ligantur, quia sequēdo maiorū errorē hoc fecerunt & sunt excusati, ad hoc de transla. epi vel ele. c. inter corporalia, ad hoc gl. or. quā canonistæ multo cōmendant, in c. j. de postul. præla. quod fuit dictū originale Io. An. in c. tuas dudū, de spons. duorū. Si aūt ius nouum concordat antiquo retro ligat sc̃dm Pau. de Leazar. in prohęmio cle. qđ tēperat esse verum, quādo nouum disponit ad limites antiquos. Si aūt disponit in antiquo modificando uel detrahendo ad ius antiquū, dr̃ quod vr̃ ius nouum in eo quod disponit nouiter, & non ligant, nisi a tpe quo aliud omnino nouum ligaret, quia istud ius modificans, vr̃ ius nouum corrigens vel rigorē tēperans reducendo ad ęquitatem, allegat cle. quāuis. de appe. secundum eum, pro quo facit lex, ius ciuile, ff. de iusti. & iu. vnde cum est additum veteri statuto non possumus sequi antiquū statutum, sed nouum, arg. l. finalis, C. de aquæ ductu. li. x. Et non quod lex renouata per modum confirmationis a noua lege retroligāt, ff. de li. legata. l. Aurelius, §. testamento. Si aūt per modū correctionis, ligant, vt nunc a tpe scientiæ. Si aūt per modum adiectionis, ēt videtur noua statuta, vt in auth. vt factæ nouæ consti. §. fi. per Iac. de Belui. vbi oīno vide. Nā subtilius & magis fundate loquitur quā Pau de Leaza. neque alij sup hoc passu scribentes. Adde ēt vnum notabile verbum Inn. qđ legis reuocatio nō trahitur retro, nisi princeps fingat illam legem reuocatam non esse factā, vt no. Inn. in c. si. de ele. li. 6. quod no. ¶ Item dicit Pau. de Leaza. in dicto prohęmio, quod constitutio quæ est approbatoria antiquæ consuetudinis generalis similiter trahitur retro, sicut quando est approbatoria iuris cōis antiq. ad hoc allegat, de ætate & qualitate, cle. generalē. Et idem dicit gl. ord. in dicto prohęmio, quando iura citra adiectionē alicuius pęnæ præcipiunt vetera iura seruari, secus si adijciunt aliquā pęnā. Quædā sunt constitutiones nouum ius promulgantes, & tunc quædā sunt promulgatoriæ iuris singularis vel priuilegiari, sicut in cle. dignū, de cęleb. missarum. & de baptismo. c. j. Et tunc dicit Paulus, quòd illa incontinenti ligare videntur a tēpore aditionis, de conce. præben. c. j. lib. 6. & quod vr̃ ibi placere Inn. q̃a licet priuilegiū simpliciter datū, iprimat effectū adie. ꝓmulgationis, non sic in priuilegio per viā cōstitutionis dato, nā sapit in hoc naturā cōstitutionis, quod no. q̃a limitat in hoc dictū, c. j. ad hoc d. Ant. de Bu. in dicto ꝓhę. alle. c. si pauper gratia, de offi. dele. li. 6. & no. de rescrip. c. j. vbi ī multis fit differētia inter priuilegiū simpliciter cōcessum, & ad corpus iuris redactū, secundū eū. Sed hoc nō vr̃ bene dictū, salua pace tāti Doc. q̃a sc̃dm hoc potius esset ius priuilegiatū non redactū in corpus iuris, quā redactū, quod vr̃ falsum, de iure, cū facilius tollaƚ quā redactū ī corpᵒ iuris. 25 † Nā generaliscassatio priuilegiorū vr̃ cassare priuilegia extrauagātia, non ea q̃ sunt in corpore iuris īclusa. Et iste est casus sc̃dm lecturā Guil. de Cugno. Bar. & Bal. in auth. qua in prouincia, C. vbi de cri. agi oportet, allegat, gl. ī l. 2. §. legat, ff. de iu. q̃ dicit Bar. valde notād. licet contrariū videatur innuere gl. or. in c. vt circa, de ele. li. 6. Ex qua gl. no. d. de Sā. Geminiano, ibi dicēs ex ista gl. Nota qđ de priuile. corpore iuris clauso iudicatur sicut de alijs iuribus, quo ad effectum reuocatorū quo priuilegiū est generale, de quo dixit se plenius dixisse in c. ignorantia. 38. di. Sed idē Bar. ī extrauagā. ad reprimēdū. tenet id qđ supra dixi, & ipse tenuit in dicta auth. & hoc ēt tenet gl. ī l. hæres absens, ff. de iud. & sic tenendū qđ cōiter a glossis & Doc. tenetur, & non multū cures de gl. sexti, q̃a dicit Io. An. qđ velo eleuato illas fecit & iuuenis. Quare ī pręinserto dubio, an ius cōe priuilegiās statim obliget, est dicēdū qđ aut solū hēt priuilegiare & nullum illaq̃are, & tunc stati, siue sapiat naturā legis, siue priuilegij, habes videre, ad hoc quod scribit Bald. in l. leges gn̄ales, C. de legib. Si aūt hēat aliquos illaq̃are, & tunc serua opi. Inn. & Ant. de Bu. & ē rō, q̃a stat tunc rō de qua supra dixi, de præsumēda ignorātia infra duos mēses a tpe publicationis. Et iō fori uel actus curiæ, q̃ priuilegiāt clericos uel milites ī uasallos, ex quo uasalli illaq̃antur, uel cū eis cōtrahētes nō litigāt, nisi a tpe publicationis, post duos mēses, Et sicut alias dixi ī q̃stione facti, nā per actū curiæ dn̄i regis Martini fuit ꝓuisum, quòd uasalli militū nō possent se obligare, in cōtractū cēsualiū, sine domini eorum licētia, quod nō poterat allegari ī cōtractibus factis infra duos mēses a tpe publicationis, nisi ꝓbaret sciētia emptoris cēsualis, ꝑ ꝑdicta, & idē est ī uassallis ecclesię, quod tene mēti. Quędā sunt cōstitutiones ꝓmulgatorię iuris noui & cōis, & generalis, qđ cognoscere habeo per modos notatos, ī l. leges generales, C. de le. & ī istis si appatet de mēte cōdentium ligāt statī si uult stati ligare, in c. j. de sum. Tri. & de ele. c. ne Romani, de iureiu. c. Romani, de re iud. in c. pastoral. ī clemen. q̃a cōstat quòd illa publicauerat Clemens, & quod non mandauit quod statim ligarent. Idem si mandat legislator de aliquo tempore, ut post mensem, de præbendis, c. cum singula. li. 6. de uita & honesta. cler. ca. 2. ante fi. Idem si de tribus mensibus, in auth. ut priuatæ domus oratoria non fiant, ad finem. Idem si de sex mensibus, 18. dis. c. decernimus. & generaliter si disponit constitutionem promulgans de tempore quolibet. Quandoque promulgans nihil disponit. Et tunc aūt constitutio est particularis

laris loci, vt statutum municipale, vt sunt quota vel stablimēta ciuitatū, & sciētes vel ei' notitiā habētes ligātur statim, ignorātes āt & q possēt hoc ignorare a quo tpe ligātur. Et Paulus de leazar. vbi supra dicit qđ tps est arbitrarium, allegat dictum Host. in summa de consti. §. quanto. Et hoc idem tenet Ioan. monachi. de concess. præbendæ. c. 1. li. 6. neq; obstant notata, in c. pro posuisti. 82. di. & 18. c. decernimus, quia ibi loquitur, de tpe dato ad intimandum gesta consilij prouincialis, non de tpe ad cōstitutiones obseruandas. Quandoque constitutio est cōis, & tunc aut est certū qđ constitutio ad aliquos puenit, & ipsius habuerunt notitiā & ligant illos in illo tpe ex peccato, scđm Paulum, vbi supra, aut est certum qđ non potuerunt habere notitiam constitutionis vel verisimiliter habuisse, vt quia erant in alijs prouincijs longinquis, & non ligant illos, quo ad pęnā uel quo ad culpā. quātum aūt de nullitate facti contra constitutionē bene ligant, allegat qui matrimo. accusare possunt, c. cum in tua, de rescrip. c. ex tenore, de ele. c. in plerisq;, in cle. ff. de decretus ab ordine faciend. l. fi. & 82. dist. c. proposuisti, 12. q. 2. c. qui & humanis. Et miror quòd do. Paulus sibi attribuat. & d. Ant. eum refert, quia istud dictum est originale gl. ord. in cle. volentes, de hære. gl. sup verbo ex tunc. q̄ nō est alibi, quā tu nota; vnde licet ignorantia habeat quandoq; excusare à lege nouiter ædita obseruanda, non tamē operatur quin actus cōtra legē sit nullus, qđ bene nota. Saluo quod tibi dixi quando lex vel priuilegiū habet aliquē illaqueare, quia tūc credo, qđ hoc esset intelligendū iā lapsis duobus mensibus per prædicta quādoq; est dubiū, an ad aliquos transiuerit noticia, ita quòd verisimile potuit transire. Et tunc aduerte, quia gl. in prohæ. clemētinarū, vr̄ velle, qđ aut cōstitutiones sunt publicatæ, quia sunt in publicū lectæ. & non ligant, ac si non essent publicatæ, qđ intelligunt doctores verū quo ad illos de quorū sciētia nō constat, qđ dicūt notabile: nā scđm dictā gl. paria sunt constitutiones publicatas non esse, vel publicatas & non datas. ¶ Aut publicatio est facta & constitutiones sunt datæ. Et die quod ī locis ad quos peruenit publicatio statim ligant, qa p̄sumitur sciētia. de postu. præla. c. j. in auth. vt factæ nouę constitutiones. in prin. in locis vbi non sunt publicatæ, aut constat famā publicationis ibi puenisse, & adhuc ligant scđm Paulū de Leazaro. in dicto procemio, qa non est necesse, quod singulorum auribus inculcetur, vt d. c. j. de postu. præl. Imo plus vr̄ velle Paulus ibi qđ constitutio publicata in curia, vel ī studijs ligabit in Bononia, lapso tanto tpe, ꝙ per famā & relationē potuerit ibi verisimiliter noticia peruenisse, de quo remittit ad datā, 6. lib. ¶ Sed istud tu non intelligas sic, vt dictus dn̄s Paulus, crude & indigeste tibi tradit, quia constitutiones generales, ēt quòd per famā vel aliàs sit verisimile peruenisse ad ꝓuincias, non ligāt nisi per duos menses vt in auth. vt factæ nouæ constitutiones, col. v. & ī d. c. j. de postu. præla. no. Ad hoc ne clerici vel mona. c. fi. & de sen. exc. nouerit. Et quod no. de constitu. c. 2. de conces. præben. c. fi. Sed quod no. Io. An. super data sexti, in gl. or. & singulari, ꝙ iura non indigēt alia publicatione, nisi illa quæ fit in consistorio, qa non est necesse quod ī singulis ꝓuincijs publicētur, vel studijs. & tunc per duos mēses vbiq; locorū ligabunt, Sest tunc pōt habere locū dictum Pauli, si in ꝓuincijs infra duos mēses eorum noticia potuit cōmodè peruenire, aliàs erit arbitrarium scđm eū. Vel posset dictū Pauli h̄re locum in regulis cancellariæ, q̄ fiunt in curia non per modum cōstitutionis ad corpus iuris redigendum, qa ex quo in illis non reperitur tēpus arbitrarium, statur arbitrio iudicis, secundum d. Ant. de But. in prohę. cle. in recollect. Ex quibus dixi aliàs de facto, ꝙ cum ex decreto consilij Basilicæ erant reuocatæ oēs gratiæ spectatiuæ, & decretum in di d. consi. in publica cessione erat publicatum, & lapsi duo mēses, licet non esset mensis quod in forma publica erat, in ciuitate Valentiæ, quod spectantes non poterant gratiarum virtute impetrare, tum quia publicatum in consilio publ. & lapsi duo menses a tempore publicationis, secundū dictā glossam Ioān. And. super data sexti libri, & qđ dixit Paulus, & desuper recitaui. ¶ TVM quia in decreto erat decretum interpositum, & sic erant ignorantes etiam effectu, de pb. c. quodam, lib. 6. & eo. ti. c. dudum. Et qđ no. in c. 1. de conces. pb. eo. lib. Tum quia solùm hic q̄rebatur de actu inualiditatis gesto ꝯ decretum, & sic status actus annullatur, neque aliud est sperandum tps scđm gl. quam supra tibi allegaui in d. clem. uolentes, de hæreticis, q̄ nota, quia quotidie ista dicta poteris practicare. Et nescio si melius alibi ista inuenires. ¶ Sed pone, princeps in curia inter alios foros vel constitutiones ædidit & publicauit qđ mulieres nō possent portare certa ornamenta, ille forus nō fuit moribus vtentium approbatus, iam lapsis decē annis post forum, q̄ritur an ille forus sit abrogatus, & gloss. in cap. 1. de treug. & pace, dicit quòd sic, quòd si hoc morib. vtentium non recipitur, abrogatur, & idem no. in gl. in c. dolentes, de celebr. miss. Nam inter cætera q̄ requirūtur ad esse legis, est necesse, quod vtentium morib. approbetur. Ad hoc. 4. di. §. leges. Et Bertrand. in procæ. clem. dicit Archidia. hoc tenere, per dictum. §. leges. Fatebantur tamen, quòd mulieres poterant compelli, quod constitutiones seruent. Bertran. ibi distinguit, quòd aut constitutio inflixit pęnam ipso iure. Et tunc abusus constitutionis, non tolleret pęnā constōnis, in quā ipso iure incidunt, incidendo in factum ipsa lege damnatum, cum lex permittat facere leges superioribus supra subditos 11. distin. c. catholica, de maiori. & obe. c. 2. de constitu. in 6. Sed si lex vel constitutio non imprimit pœnam ipso iure sed mandat iponi, bene pōt tollere abusus,

 vt d. §.

vt d.§.leges. Et hanc opinionem recitat d. Ant. de Bu. suppresso auctore. vt í d.c.j. de treu.& pa. dicit ꝙ si iura sunt præceptiua ēt ꝙ non recipiā tur, non per hoc abrogantur, licet in suā tenuerit, cū gl. in d.c.j. Pro eo facit. 12. dist.c.2. in prin. & 88.d.c. vnde, ꝑposuisti. Nam ex quo lex est præcepti, ergo in abrogando per desuetudinē, non pōt dari bonum initiū. Et sic est impossibile ꝙ pscribatur, vnde cū non possit fundari ꝑ initiū præscriptionis, q̃a semper quis peccat, talis dissuetudo uel cōsuetudo, semper est irreuocabilis, secundum eum. Ioa. And. ibi remittit ad no. super Rub. de consuetu. Io. Calderin. concludit ex ibi notatis, quòd quando constitutio præceptoria emanat super eo, cuius contrauentio, de se generat pctm̄ mortale. Et tunc nusq̄ desuetudine tollatur, ēt si a principio non recipiatur, ar gu. ca. fi. de consue. quandoq; emanat super eo, cuius conuentio de se non generat mortale, & tunc quanq̄ primi nr̄i parentes tali legi præceptorio, peccauerunt mortaliter, per. c. quod præcipitur, 14. q. j. & 4. dis. §. fi. tamē cōtra ipsam pt præscribi, vt í d.§. leges. Et postq̄ est præscriptū, cōtra facientes, nō peccāt mortaliter, vt in d.§. Et sic dicit debere intelligi no. in d.c.j. Et dicit responsum ad rationem Ho. ibi, quia non sequitur, primi peccauerunt, ergo & sequentes peccant, quia non astringuntur per dictam legē, cū sit pscriptū ꝯ eā, neq; obstat quod solū tp̄s non est modus tollendæ obligationis &c. q̃a hoc nō operatur solū tp̄s, sed & resistētia subditorum, quorum moribus affirmatio vna cū lapsu tp̄is hoc inducit, & secundū dictū Io. Calderini, sufficeret lapsus decennij, iuxta no. in c. fi. de cōsue.

¶ Aduerte quia prædictus Calderinus, vr̄ tenere opi. in l. si quis pro eo, de fideiusso. quòd contrauenieus cōstitutioni laicali præceptiuę peccet, de quo vide quę late dixi supra in ti. de pro po. graua. §. q̄dā sunt, vbi examino materiā iuri. d. Ant. de Bu. í d.§. de treu.& pa. dicit si ꝯstitutio ꝑmittit, seu disponit, potest bene per desuetudinē tolli, si ius vetat uel p̄cipit, si ad cōmodū priuatū pōt tolli, quia ēt facto, & renūciatione pōt tolli, sic irreuocabiliter dicit gl. in l. de quibus, C. de legibus, si præceptū cōcernat honorē Dei, vt í d.c.j. vel cōmodū publicū an possit de suetudine tolli, Et dicit quòd si primū oēs tpe legis æditæ non receperunt, & superior sciēs patitur. Et sic tacite consentit huic non receptioni, dicit q̄d tale ius non ligāt, sic dicit loqui. c. leges 4. dist. Sed si superior non scit hanc non obstantiam, & sic non patitur, tunc dicit quòd ligat, & non obstat secundum eum, quod consuetudo nō habet iustum initiū, quia aliud est ius tolli, & tunc requiritur consuetudo legitima. Aliud ab initio non recipi. Et tunc nulla est rescriptio, sed sufficit ꝙ non fuerit sciente principe ab initio receptum. Si hoc principi constet secundū do. Ant. de Bu. in d.c.j. de treuga & pace. Pro quo facit, licet ipse non alleget aliud elegans dictum Io. And. in add. ad spe. in ti. de clādestina desponsa. dicentis, q̄d dissimulatio & tollerantia superioris habet vim dispēsationis. Circa q̄d dominus Ant. de Bu. in c. quod circa, de consang.& aff. dicit singulariter, ex cuius d. clarescit materia desuper tacta, q̄d quando ab ipso principio, quo ius traditur generaliter ab oībus non recipitur & superior tollerat. Et tunc dicit q̄d illud ius non ligat, 4. di.§. leges, & allegat dictā gl. c. primi, de treuga & pace, & quę de super tibi recitaui per eū scripta, quia dicit ipse, vox populi vox Dei. Et ex certa papæ tollerātia inducitur exclusio iuris. Quādoq; ius recipitur partim & partim non, & tunc dicit q̄d tollerantia hæc generalis, non excusat a peccato. Et dicit esse casum in c. cum iam dudum, de præben. Quādoq; ius ab initio recipitur, & ex post facto ab oībus vniuersaliter nō seruatur. Et ad hoc credit q̄d hoc ius tollitur, ꝑ desuetudinem ex quo superior scit & tollerat quasi princeps videatur velle, quòd vult vniuersalis populi collectio, ex quo non cōtradicit, 4. di.§. leges, ff. de legibus. l. de quibus, Quandoque ius recipitur vniuersaliter, ab omnibus, Papa vel principe sciente fit aliquid contra legem, & tunc Papa aut princeps, expresse & expressissime cum causa scribit, de tollerantia dicti cuius ad hoc subrogatur loco dispensationis, & dicit quòd est casus in capi. circa, allegato, de consangu. & affi. Quandoque nil specifice disponit, sed tacet, & dicit quod non habet uim dispensationis, & idē dicit, quo ad alios inferiores; quo ad illorū leges scd̄m eū. Et miror q̄d p̄dicti doc. nō allegāt dictū tex. legū, in hac materia, q̃ uidentur probare id quod ipsi allegāt, ꝙ leges per desuetudinē obrogātur scilicet, tex. in prohę. institutionū, vbi tex. dicit, q̄d leges in desuetudinē abierūt, ad hoc in auth. de fideiu. in priñ. colla. j. Sed ad hæc q̄ supra dixi possint vendicare locū, in nostris foris, qui sunt cōtractus cū principe initi, multū dubito, quia sunt cōtractus siue leges ꝑpetuæ. C. de don. inter virū & vxo. l. penul. ff. de publica. l. Cæsar. Tum quia de foro regis Petri nequit consuetudo contra forum allegari.

¶ ITEM quia expressa tollerantia principis, non potest contra forum introduci, quia princeps citra curiam, nō potest foro detrahere, addere uel diminuere, neque interpretari, ut in priuileg. regis Iacobi. Dat. Valentiæ. 12. Cal. April. Ann. dom. mille. 270. & in alio priuilegio Dat. Valentiæ, Kal. Maij, Ann. domi. mille. 321. Et sic minus tacita principis tollerantia cōtra forū possit inducere dispensationē, ne plus operetur tacitū quā expssum, & ideo cogita. Restat nunc uidere, an uirtus uel effectus legis seu priuilegij, extendatur ad omnes causas p̄teritas, p̄sentes, seu pendētes etiā ꝑ appellationem, & an futuras tm̄ cōprehēdat. Et vr̄ ꝙ legis uirtus solū ad futuras cās uel cōtrouersias trahat, & de p̄teritis nil disponat, nisi exprese caueat in cōstitutione. C. de legib. l. leges, de cōsti. c. cognoscentes, & c. fi. Ad hoc. 10. q. 1. c. sicut quidam, de elec.

elec. c. cum in cũctis.§.hoc sane,q̃a id expressè cauet in l.clarũ est, ꝙ respicit retro constitutio, ut ibi.Idẽ est si lex uel cõstitutio respicit ius naturale uel diuinũ,q̃a tunc etiã p̃terita respicit, extra de vsur.c.cũ tu, q̃a non est ꝓpriè nouum ius,sed renouatio antiqui & diuini, sicut dicimus,ꝙ statuta q̃ cõtinẽt id ꝙ ius ciuile debent intelligi secundũ ius ciuile,ut notatur in l.si serui nostri.C.de noxalib. Et idẽ est cũ noua lex cõcordat antiquæ,q̃a tunc est reuocatio ueteris iuris, & sic causas p̃teritas respicit secundũ Hosti. q̃ ita not.in c.fi.de consti.alle. c. cũ in magistrũ, de elec. Idẽ dicit Bald.ꝙ lex noua porrigitur ad causas p̃teritas,cum ꝓcedit declaratiuè, q̃a rõne termini ad quẽ fit relatio porrigitur retro, nisi esset causa decisa,ut habetur in l.siq̃s,in cõscribendo,ultimo responso.C.de episco.& cler. & ita intelligit.l.non dubium.§. ꝙ ad oẽs.C.de legib. quando autẽ lex ꝓcedit depositiuè non porrigitur retro, q̃a terminus ad quẽ fit relatio nõ est de p̃terito,sed de futuro. Et q̃a conuenit legi futuris formã imponere nõ p̃teritas calumnias excitare.C.de decurionib.l.1.li.10.Ad primum mẽbrum distinctionis cum ꝓceditur declaratiuè,ꝙ ligat retro,bene facit,in auten.de filiis ante dotalia instrumenta natis.§.fin.& ꝙ ibi notatur. Et hanc distinctionẽ,quã Bal.refert,ponit Io.And.in c.8.de uer.signi.li.6.Et dicit Bal. in d.l.leges,ꝙ rõ est quare non trahitur retro,q̃a non debet fingi contra ius,quòd tunc uigebat.

¶ITEM quia ibi deficiunt essentialia nunquã retro fingitur,licet ibi deficiunt conditionalia, quãdoq; retro fingatur. ff.q̃ potiores in pignore habeãtur.l.potior,& l.q̃ balneum,& notatur. ff.de leg.1.l.talis scriptura,secundum eum. Sed pone ꝙ causa est de p̃terito,lis est de futuro, q̃a tẽpore legis nouæ, iudicium agitatur. Et certè gl.ord.in l.leges & cõstitutiones.C.de legib.dicit ꝙ debet seruari uetus,& nõ lex noua.alle.gl. in auten.ut cum de appel. cognoscitur in prin. & in auten.hæc constit.interpre. constitutionẽ, ut in l.iubemus C.de test. in fine, ꝓ quo,q̃a iudicium vr̃ trahi debere ad tẽpus causæ.l.si rẽ.§. fi.ff.de pig.ac.gl.etiam ordi.in c.licet canon,de elec.li.6.in glo. sup uerbo, decetero. mouens q̃stionem. An noua cõstitutio extẽdatur ad præsentia,etiã si pendeat p appellationẽ,dic ꝙ sic, si negocium pendeat p appellationẽ,debet decidi secundũ ius ꝙ erat tẽpore primæ s̃niæ, non secundũ ius ꝙ emanauit appellatione pendente,ut in authen.ut cũ de appellatione cogn. in princ.& in 3. 1. col.8. Si autẽ principaliter pendet,dicit Host.in c.2.de cõsti.ꝙ debet decidi secũdũ ius ꝙ emanauit. Godfredus ibi & Accursius,in d.gl.alle.tenet ꝙ secundũ ius,ꝙ ante cõstitutionem erat, & uterq; allegat dictũ auten. gloss.ibi dicit secundum gratiam,quod aut cõstitutio loquitur de ordinatione negotij, uel contractus,ut de numero testium,de scriptura uel de alia solennitate, & uera est opin.Gotfredi & Accursij, non enim pars potuit diuinare C.de testi.l.testium. C. de testa. l. iubemus.87. di.capitu.ꝓposuisti. Si autem constitutio loquatur circa ordinationem sententiæ uel processus, ponit exemplum de iuramento calum. in.c.1.§.ult.de sententia & re iudi.c.8.potest uera esse opin. Hostien.ita quòd processum causæ iam factum non tangat, sed faciendum secundum glossa. Et istam distinctionem ponit Guido de Sudaria,& Archidia.in capitu.de liberatione, de officio legati. libro sexto. licet per alia uerba. Et dicit quòd ita determinauit Nicolaus Terceus, in extrauaganti,prout Bald. refert,in l.leges & constitu.C.de legibus,dicens secundum eos, quod aut constitutio, emanat super ordinatione negotij uel contractus, aut de numero testium adhibendo in ipso contractu,uel de scriptura,uel de insinuatione tẽporis contractus,uel de alia solemnitate coniũgãda cum contractu,& tunc inspicitur lex uigens tempore contractus,& est ratio,quia contrahẽtes poterant diuinare de alia solemnitate,ut C. de testibus.l.testium.C.de testa.l.iubemus.

26 ¶ITEM † quia iam formatum solemniter & productum in esse nõ debet immutari ex casu superuenienti, argumen. C. de donat. quæ sub modo.leg.perfecta.Si autem constitutio loquatur circa ordinationem processus uel sententiæ, tunc attenditur lex noua, quia licet causa prima sit de p̃terito,causatũ tamen sup quo disponitur,& ipse modus ꝓcedendi est de futuro, quod dicit esse uerum Bald.& non facit mẽtionem de gloss.ordin. per me alleg. quæ idem tenet. Sed Iacob.de Belui.in autentic. ut cum de appellat.cognoscitur,tenet quòd etiam constitutio disponens,etiam super ordinatione iudicij nõ respicit pendentia,nisi exprimat, allegat tex.ibi in dicto autentic.ut cum de appellati. cog.in princip.ibi,nos itaque,& uersic. hæc eadem. Ex quibus colligitur, quòd appellatione interiecta a s̃nia sine rõne facta, ad principẽ, ꝓ iudicando autẽ s̃niam quantũ ad iudicandum seruabuntur leges q̃ erant tẽpore appellationis aut relationis ad diẽ.adducit eadem col. ut in medio litis nõ fiant sacræ iussiones. §. sup autẽ. Et de his qui ingrediuntur ad appellandũ. §. illud quoq;.inducit,& C. de iuro calumniæ.l.2. §. fi.& in auth.vt litigãtes iurent.§.fi.Sed istę duę leges aperte faciũt ꝓ opi.gl.& Guidonis,& Archi.cũ in eis dicatur, q̃d lex de iuro p̃stando in lite,siue de calũnia, siue aliud est præstandũ in litibus pẽdẽtibus. Et sic ille tex. summatur per Bal.& alios, q̃d lex noua quæ loqtur de ꝓcessu cãe,habet locũ in lite pẽdẽte quo ad ꝓcessum futurũ.Et põt esse ratio,q̃a respicit litis ordinationẽ,& excludit corruptionẽ & calumnias circa illas.Sed Iac.de Beluiso in p̃dicto loco dicit ꝙ hoc ideo est, q̃a ibi princeps sic statuit, aliàs in contrariũ est ius cõe.Io.And.in nouell.dicit post suã gl. ꝙ iõ ibi est expressum, q̃a æquũ & iustũ est sic statui. Sed dicit Io.Andr. ꝙ illud est respicere futura,& non p̃terita, cũ isti actus sint de futu-

*infamis.*
8 *Quod personæ conceditur, personam non egreditur.*
9 *Concessio in dubio præsumitur personalis.*
10 *Dominium quando sine scriptura non transeat.*
11 *Imperialis donatio non egit scriptura.*
12 *Casus in quibus scriptura requiritur.*
13 *Iura nolunt quod defectu probationis alicuius iura periclitantur.*
14 *Vtrum ad esse legis publicatio sit necessaria.*
15 *Faciens ignoranter contra constitutionem qui nescit publicatam excusatur.*
16 *Ignorantiam quis probare debeat.*
17 *Non est præsumendum quòd quis sit immemor suæ salutis.*
18 *Impossibilium obligatio nulla est.*
19 *Surdus non excusatur ignorantia legis.*
20 *Ignorantia quæ non excusat.*
21 *Excommunicatio est pœna contemptus.*
22 *Contumax procedit ex animo.*
23 *Constitutiones, a quo tempore ligent.*
24 *Generalis cessatio priuilegiorum, quid operetur?*
25 *Formatum & in esse productum ex causa superuenienti non debet immutari.*


CIENDVM quòd nos habemus foros, consuetudines scriptas, uel constitutiones generales. Et hæc sunt nomina sinonima, & vulgariter sic dicti, siue nominati, seu dictis siue
1 nominatis. † Et tollerabile est, quia uerba intelligenda & nominanda sunt prouti a vulgo in l. cum de lanionis. §. asinam. ff. de fundo instructo, cum similibus, aliàs autem ex iuris uocabulo recte leges generales curiatas appellantur. Et sic eas appellauit primus Romulus imperator Romanus, qui curias celebrando leges ædidit generales curiatas a curia dictas, & cũ uoluntate & consilio curiæ editas in l. 2. in principio. ff. de orig. iur. quòd autem sint generales leges illæ quæ in curia cum uoluntate & cõsilio curiæ per principem ædũtur probatur, quia habent communiter illa signa de quibus habetur in l. leges generales. C. de legibus. & quòd no. in c. fideli, de sum. trini. super uerbo, perpetuo, & per foristas, in fin. proœmij fororum domini regis Iacobi.

¶ ITEM quia communiter edũtur iuxta formam. l. humanum. C. de legibus. quia conuocatis prælatis, nobilibus, & militibus, & regni proceribus & illorum uoluntate & cõsilio, & iuxta formam traditam in feu. de prohibi. feudi alie. per Fredericum c. imperialem. & sic meritò leges generales. Et ideo bonæ memoriæ dominus rex Iac. in prin. fororum, illum librum iuris appellat: quia ius commune est generale, & in regno & ius pacti & cõtractus: quia transit in cõtractum ex datiõe pecuniæ, ut dixi plenè supra Rub. de don. curiæ, & etiam in Rub. de inuẽtione curiæ. Et sic meritò nequeunt reuocari, ut no. C. de legibus. l. digna uox, per Cy. & Bald. & plenius per do. Ant. de But. in repe. ca. cum. M. Ferrariẽsis, de constitu. Imo fortius tibi dico, quod fori seu constitutiones curiæ generales non possunt tolli, diminui, neque aliquid eis addi, uel detrahi. Et quod fortius est, non possunt etiam declarari, nisi in casu euidentis necessitatis & utilitatis, & etiam de assensu & uolũtate totius generalis regni, ut in quodam priuilegio regis Iacobi, Dat. Valentiæ. 12. Kalend. Aprilis. Anno domini. M.CCXX. Et in curia generali, ut continetur in alio priuilegio Dato Valentiæ. Kal. Maij. Anno a natiuitate domini. M.CCCXXI.
2 † Et sic quod antiquitus inter prædictos iuriũ doctores dubitatur per dicta priuilegia declarata. Habent etiam de iure aliam prærogatiuã dictæ leges generales, cum uoluntate & consilio procerum editæ, quia licet non transiuissent in contractum, quod est quando non dato aliquo per ipsum principem, cum procerum consilio eduntur, quòd licet princeps regulariter possit contrarium scribendo leges tollere, cũ clausula. Non obstantium, ut not. in l. fi. C. si contra ius uel uti. pub. habita distinctione, de qua ibi per Bal. Et quod no. in c. 1. de consti. libr. 6. & in c. quæ in ecclesiarum, de constitu. tamen contra tales leges consiliares consilio populi aditas, princeps rescribendo etiam cum clausula generali derogatoria, non tollit tales leges, nisi fiat specialis mentio illius. l. consiliaris, ut not. Archi. in c. 1. de consti. lib. 6. & sequitur eũ Bald. in l. humanum. C. de legib. & sic cõcluditur foros regni in curia editos, uoluntate & consilio curiæ esse leges generales irreuocabiles, & in contractum transeuntes. Et licet quidam foristæ uelint dicere quòd princeps foros nequeat facere citra curiam, tamen non est uerum indistinctè. Bene tamen fateor quòd foros cõtra generales foros nequeat facere ex regni priuilegio (ut prædixi) sed foros & leges generales sic, quia hæc est principis potestas, & illas potest in camera facere, ut no. Cy. & Bal. in l. humanũ. C. de legibus, & illæ uocãtur decretales epistolæ, ut ibi, uel pragmaticæ sanctiones, ut in l. fin. de diuersis rescriptis. C. & in c. 1. de rerum permu. Et similiter sunt leges generales, & sic largo modo possunt fori appellari. Sed proprie leges generales, & fori appellantur in curia æditi, & in uolumine fororum reconditi, ut in l. metũ. §. quòd prætor. ff. quòd metus causa. & in l. vnica. C. de nouo Codi. compo. Aliàs autem licet sint generales, appellantur, uel pragmaticæ, uel extrauagãtes, quæ licet generales sint, & habeãt uim legum, ex quo a principe æditæ sunt, tamẽ de illis est probabilis ignorantia, ex quo non sunt in corpore fororum, uel non apparent bullatæ, ut not. in capitu. pastoralis, de fide instrument. per Innocen. & in le. cum prolatis. ff. de re iudicat. per Barto. vnde dicit ipse quòd licet quis pronunciaret expresse contra extrauagantẽ illam

illam ignorando,non esset nulla sententia ipso iure:quia est probabilis ignorantia, & sic dicebat Innocen. in dicto capitu. pastoralis, quòd quamuis esset sub bulla non statim recipienda. Et allegat.Codic.de legibus.l. secunda. Et hoc dicit propter probabile dubium, ex quo nō est in corpore.Sed Dominus Antonius de Butr. in d.capi.pastoralis.dicit, quod hoc quòd est dictum de probabili dubio extrauagantis est uerum antequam princeps sit consultus: quia si expost contra illam pronunciaretur,esset nullū secundum eum. Bal.uerò in l.fi.dicit ꝙ id quod dicitur,quòd liceat ignorare extrauagantes, & quòd sententia contra eas lata,non sit nulla, cū probabiliter dubitatur de illis esse uerum , nisi sint publicæ notæ : quia tunc non licet eas ignorare,neque pronunciare contra illas,ut dicit patere in quinquaginta decisionibus Iustiniani secundum eum, posset etiam poni exemplum in extrauaganti, execrabilis.& similibus.

¶ Item & etiam tibi hoc limito , nisi princeps in foro uel lege generali,de illa extrauaganti faceret mentionem: quia tunc ex quo princeps idem, qui illam extrauagantem condidit, uel condere poterat.de illa facit mentionem est sibi credendum,& non habet locum.l. si quis in aliquo documento. Cod. de edendo. Et iste est text. in lege prima C.de epi.& cle.ibi iuxta sanctione.Hoc tamen intelligo secundum Baldum ibi,quando constat de tenore dictæ extrauagantis,per insertionem tenor.uel de ibidem disposito,tunc non sufficit relatio secundum eum. Alleg.leg. in testamento, el primo, de condi. & demon.

¶ PRO PREDICTA etiam limitatione facit optime.l.si donatio.C.de dona. Et quod ibi
3 dicit † quòd ibi scriptura referens est eiusdem auctoritatis,cuius est illa ad quam fit relatio, ꝙ creditur scripturæ referenti per dictam.l. Vnde ex quo princeps facit mentionem de extrauagāti,& constet ex relatione de ibi dispositis , non licet ignorare dictam extrauagantem , neque contra eam pronuntiare: quia referens scriptura cum referent.sunt eiusdem potentiæ , & auctoritatis.Pro quo facit gl.aurea in l.admonendi.ff.de iure iur.Neque obstat secundum Salyc. ibi auct.si quis in aliquo documento.C. de ædēdo, ubi instrumentum faciens mentionem de alio , non probat , & ibi est ratio , quia fabricator talis instrumenti,non habet potestatem aliū obligandi . Sed in nostro casu legislator habuit potestatem disponendi de nouo. Et si de prima lege non constaret,uel non appareret , argu. ff. de lega.2.l. Lucius.§.quisquis.&. C. de dona.l.si donatio,& ibi bona glo. Et ex prædictis dicit Saly.ibi unum quod dicit bonum in practica , ꝙ si consilium populi prouideat sub ista forma , quòd inficiatus depositum soluat triplum secūdum dispositionem statutorum,neque aliter appareat de illa dispositione, quòd nihilominus inficiatus soluet triplum ex præsenti dispositione,quod dicit esse notatu dignum. Sic ergo si princeps qui habet potestatem dictam extrauagantem,uel legem condere , sufficit quòd de illa faciat mentionem, ut sic de illius constet tenore , uel de in ea dispositis constet per prædicta.

¶ ITEM scias quòd habemus actum curiæ quod est indifferens ad legem & priuilegium , sed differt a lege:quia illa generalis , ut dictum est , actus curiæ particularis ad unum uel duo brachia curiæ. item dixi indifferens : quia aliquando in uiam legis profertur,quod cognoscitur aliquibus signis,no.in l.leges,in 1.C de legibus. Aliquando in uim priuilegii:ut quia utitur princeps uerbo , concedimus,uel indulgemus, argu.no.C.de Iusti.codi.confir.l.unica, & in l.ꝗ se patris.C. unde liberi per Baldum, quod not. in l.si quando.C.de inof.test. Sed siue in uim legis,siue in uim priuilegii concedatur , si datur pecunia,etiam quòd sit lex generalis uel particularis,& sic actus curiæ dicitur cōtractus,ideo
4 autem dicitur actus curiæ:quia † lex [a] habet es-
a se generalis & uniformis, quo ad omnes , ut d.l. leges generales.C.de legibus. Sed actus curię est particularis,quo ad unum brachium , uel duo, & illorum singulares illis legem condendo , uel illos priuilegiando, & est minoris efficaciæ quā sit lex generalis quantum ad hoc: quia lex generalis,omnes ligat,etiam inuitos uel retinentes. l.leges.C. de legibus. Sufficit quod cum uoluntate & consilio , maioris partis curiæ sit ædita l.forma.C.de decurionibus. Sed actus curiæ,editus consensus unius brachiorum,si ab alio brachio impugnetur,contradicatur, & protestetur brachio contradicenti & protestanti non obest. Et potest esse ratio:quia non est lex:quia non est commune præceptum uirorum prudentum, ut uult lex,prima.ff.de legibus. Et quia condendo legem generalem,princeps iura priuatorum bene potest tollere,quicquid dicat in contrarium Innocen.in c.quæ in ecclesiarum, de constit.ut in leg. Anthiocensium.ff. de priuilegiis credito. & in l.uenditor.§.si constat.ff.communia prædiorum,& utrobique Bart. Sed faciendo actum curiæ uel legem priuatam, contra unum ex brachijs,hoc non potust ut.l.quid si priuatus.ff.qui & a quibus,& in l.quotiens,de pollicita,& utrobiq; Bar. Et ideo si a brachio uel singulari cōtra quid fiat,permissum est appellare,ut nota.in d. l.quotiens.ff.de polici.& in l.fi. C.de appell. recipien. Imo plus,potest is qui ex tali actu curiæ præiudicatur expresse potestate & contradicere,& non nocebit sibi secundum Cyn.C. quæ sit lon.consue.in quarta quæstione principali. Et ideo sentit Innocen. quòd canonici contradicentes statutis episcopi,uel capitularibus factis in eorum damnum,non præiudicatur ex illis,vt no.per eum. in cap. cum accessissent, de constit. & tangit Bar. in l.fi.de appella.recipien. ¶ Sed hoc

hoc tu intellige quando ex tali actu curiæ particulari per quod paratur odium, uel præiudicium tertio lex infringitur: quia contra regulas iuris communis aliquid per talem legem statuitur, tunc brachium uel priuatus qui præiudicatur, habet potestatem impugnandi uel contradicendi, aliàs non, secundum Bald. qui ita no. in l. 1. ff. de legibus. Vnde si per talem actum curiæ fieret præiudicium alicui brachio, uel singulari ex illis licitè protestatur, & impugnatur, si contra regulas iuris communis læditur, secus si nõ tali forma læditur: quia neque potest impugnare, neque contradicere, sed ex tali actu, non obstante contradictione, fit particularis lex brachio cui conceditur, uel priuilegium per actũ curiæ, quod secus esset si in uim legis generalis esset editum, quia tunc ex quo a principe, cum uoluntate & consilio maioris partis curiæ esset factum, censeretur factum a tota curia. l. nominationum. C. de decurionibus. libro decimo. ad municipales. l. quod maior. ff. quæ sit longa consuetudo, super Rubrica. ¶ Est tamen uerum, quod si lex communis & generalis, quo ad formam est ædita, sed in speciale odium alicuius, is qui ex ea læditur, potest principem supplicare, & illã de iniquitate arguere, cum competat solius doli exceptio, ut est casus notabilis in l. prima. §. finali. ff. de doli exceptione, prouti ponit ibi de dolo, qui committitur in legibus condendis, quam legem singulariter Baldus in materia satis peregrina, intelligit quod potest querelam per appellationem deducere in l. 2. §. postea. ff. de origine iuris. Quicquid sit, sufficit quòd in uiam quærelæ uel appellationis grauatus uel læsus quærelam possit deducere. Sed pingius ius esset stante Bal. opinion. quòd per appellationẽ possit deducere, per ea quæ loquuntur in capit. non solum, de appell. lib. 6. & in rubro & nigro, vt nil nouari appellatione pendẽte. Et uidi hoc de facto, & licet is contra quem lex erat cõdita, haberet optimum & ualentem aduocatum, non est usus his remediis, quæ sunt singularia. ¶ Et ex his potes colligere quem effectum habent protestationes, quæ quotidie fiunt in fine curiæ per brachia curiæ in publicatione fororũ & priuilegiorum, ante licentiandam curiam, ex quibus orta est practica curialium protestandi, ut dixi supra, de offi. prouisorum grauaminum. Et not. ista, quia tu nunquam audiuisti ista, ita singulariter, neque ad practicam adæquata, & tene menti: quia sunt iurium flores, ex quibus posses laureari. ¶ Item & habemus priuilegiũ, quòd idem est quod priuata lex. 3. dist. cap. priuilegia, uel potest exponi. i. contra legem priuilegians. Vnde dicit multum singulariter Bal. in l. lapilli. ff. de rerum diui. quòd eo ipso quod princeps uocat priuilegium, & bullatur bulla priuilegiorum, non est necessaria alia clausula: quia apparet ipso facto, quia tunc princeps uult infringere ius commune, ut. l. quidam consulebãt ff. de re iu. secundum eum. Et quia priuilegium dicitur lex priuata, dicit glo. in cap. priuilegia. 3. dis. quòd uerba priuilegij debent esse certa sicut leg. 4. dis. erit autem lex. Et ideo illorum uerba in dubio, potius sonant in causam quam in conditionem, uel potius ponunt casualiter quã conditionaliter. Ad hoc alle. quod dicit Innocẽ. in c. abbate, de uerborum significatione. Et in tantum debent uerba priuilegiorum esse clara & certa, ut in dubio potius sit facienda interpretatio, ut aliquid conferat ius commune, de priuilegiis, cap. in his, & in dicto. ca. abbate, ut potius ualeat quam ut pereat. ff. de rebus dubiis l. quotiẽs; quia aliàs frustra a principe imploratur. C. de thesauris. l. unica. Et hæc principis priuilegia, non sunt astute interpretanda, sed sane & proprie intelligenda, ut est opti. tex. in leg. ex facto. ff. de uulg. & pupil. non sic tamen ut aliorum ius lædatur, quia semper intelliguntur concedi, sine iuris præiudicio alieni, extra de auct. & usu pallii. c. ex tuarum, de eccle. ædifi. ad audientiam. ff. ne quid in loco publico. l. 1. §. si quid a principe. C. de emanc. l. nec auus. Intantum autem intelliguntur concedi sine præiudicio iuris alieni, quòd si expost facto enorme damnum tertio ingerat, priuilegium reuocetur, extra de decimis. capit. suggestum. Facit. ff. de uacatione munerum l. in honoribus. §. autem. Sed an tunc dictum priuilegium elidatur ope exceptionis, uel sit opus quòd a concedente reuocetur? dicit quod opus sit reuocatoria, ut tenet Dominus Antonius de Butrio, extra de immuni. ec. capit. peruenit, quæ est singularis limitatio ad d. cap. suggestum. Pro quo facit. l. Neratius, in fin. ff. de reg. iur. quia principis est sua priuilegia æstimare, si damnum ingerant. Et miror cur in d. capit. suggestum, de d. c. non fecit mentionem. ¶ Item not. quod priuilegia debent esse perpetua. 25. q. 2. cap. 1. & 2. & in auten. consti. quæ de dign. ¶ Sed scias quòd licet sint perpetua possunt per concedentem reuocari, ut no. gl. in regula, decet de re. iur. lib. 6. Dicens quòd uerbum dicens est honestatis. Hæc tamen intellige, nisi transiuerit in contractum, quòd est quando data est pecunia uel alia res quæ commensuretur priuilegio quod conceditur: quia tunc potius est contractus quàm priuilegium, secundum Nicolaũ de Mathar. C. de Iustinia. C. confir. & Bal. in l. qui se patris. C. unde liberi. Facit quod no. per Innocen. de iudi. nouit. & de iur. iur. c. iniuriam, & quod plenè posuit Dominus Antonius de Butrio in repet. c. cum. M. Ferrarien. de const. Et quod no. per Cy. in l. digna uox. C. de legibus. Vnde dicit Bal. in l. princeps. ff. de legibus, secundum Cyn. in d. l. digna uox, quòd princeps potest contrahere cum suis fidelibus, & tenetur eis de iure gẽtium & ciuili: quia ciuilis ratio & naturalis ratio cooperãtur. ff. depositi. l. bona fides. Nam si princeps non obligaretur aliis, certe neque alii obligarentur sibi, ex regula correlatiuorum, & sic

sic esset principi interdictum commercium, & esset tanquam exul, qui est omniũ præsul secũdum eum. Et scias quòd in priuilegiis quæ in contractum non transierunt, sunt aliquæ causæ 5 illius reuocationis uel perditionis. † Primo, si quis abutitur priuilegio, 11.q.3.c.priuilegium 74.dist.cap.ubi ista. Et alibi dicunt text.quòd priuilegium meretur amittere: qui permissa sibi abutitur potestate, extra de priuil.ca.ex tuarum. ¶Item perditur per delictum.25.q.2. cap. ita uos. ¶ Item perditur priuilegium per non usum spacio 10.annorum. ff. de nundinis. lege prima. ¶Item per contrarium factum perditur priuilegium.de præbend.cap. pro illorum, extra de consti.c.cum accesissent, de priuile.cap. si de terra. ¶Item perditur priuilegium, si contra illud pronuncietur.& sic per contrariã sentẽtiam, de re iudicata.c.inter monasterium, & ca. suborta.

¶ITEM perditur seu reuocatur priuilegium per secundum priuilegium faciens mentionem de primo, extra de præscript.c.ueniens. Et hoc est quod supra dixi, quòd priuilegium quod non transit in contractum, est ad nutum concedentis. ¶Item derogatur priuilegio, per tacitam uel expressam renunciationem, de rescrip. c.nonnulli, de foro competen.c, dilecti. ¶Item derogatur priuilegio generali per priuilegium speciale, etiam non faciens mentionem de illo secundum Host.qui remittit ad c.1.de rescript. ¶ Item derogatur priuilegio per specialem cõuentionem uel pactum, extra de decimis. ca.ex multiplici, & de pluribus priuilegium reuocantibus, uide in Spec.de instru.ædi.§.nunc autem in fi. Et ex prædictis causis perditur uel reuocatur priuilegium, quando non transiuit in contractum. Nam cum in contractum transiuit, nõ perditur, nisi sicut perditur ipse contractus, qa

6 tunc est perpetuum & irreuocabile, unde † ipsius contractus natura est inspicienda, unde dicit Bald.in l.beneficium.ff.de constitu.principũ quòd priuilegia debent intelligi perpetuo iure, ut in auten.consti.quæ de dig. §. illud. Sed cum perpetuum dicatur multis modis. Vno modo, ad uitam suam & suorum liberorum, uel omnium, usque ad gradum certum, ut in auth. de non alienan.§.emphiteosim. Alio modo ponitur sine temporis præfinitione.ff.de seru. rust. prædio.l.eum debere columnam. De quo quot modis dicatur perpetuum, uide gloss.ff. pro socio l.1. Vnde dicit ipse quando aliquid pluribus modis dicitur natura rei debet inspici, & inde assumere modum significandi, ut.l.sciẽdum ff.de uerborum significatio.& de damno infect. l.inter quos, & ibi per Iaco.de arena. Nam dicit ipse intellectus imitatur rationem & naturam. ff.de usur.l.si stipulatus. Et ideo dicit quòd licet omne feudum ex natura sui propria sit personalis, tamẽ beneficio principis factum est reale, & transitorium ad quosdam hæredes de suo sanguine, ut in tit.qui feud.dare pos.cap.1. §.cum uerò, colum.10.secundum eum, & sic per petuitatem priuilegiorum habes considerare secundum naturam rei, super qua conceduntur. Et iam fortius si in uiam contractus, quia habẽt perpetuam naturam.C.de actio. & obliga.l.sicut. ¶Sed pone, concessum est priuilegiũ quod transiuit in contractum, nunquid in eo erit locus iuri accrescendi, sicut in priuileg. ex natura priuilegiorum, in l.1.C. si socius liber.imperialis, sine hærede decesserit, lib.10. uel inspiciem naturam contractuum, in quibus non est locus iuri accrescendi, nisi quando aliàs contrahentium dispositio redderetur omnino inutilis, ut ff.de contrahen.empt.l.fundus ille. C.de const. pec.auct. si quando. Dic quo ad hoc inspici suã primæuam naturam & formã, quæ est in priuilegijs, ut aliquid addat ad contractum, arg. extra de priuileg.cap.in his. Ex natura autem contractus habebit perpetuam firmitatem ut est dictum. Et no.quòd licet in priuilegiis accipiat intellectum ab intellectu scribentis, de uulga.& pupilla.l.ex facto: sic in beneficio.ff.de reg. iuris l.Neratius, & sic iure rescrip.extra de except.ca. cum ecclesiasticis, per Innocen.tamen in dubijs in priuilegiis est optio eius, cui concessum est: unde si princeps uacantibus tribus officiis dicat, concedo tibi unum ex tribus, mea est optio ut leg.2.C.de castren. & minist.lib.12. ¶Item nota quòd intantum sunt perpetua priuilegia, quòd non exspirant re integra morte concedentis. Vnde gratiæ executores illam ad effectũ deducent, ut est casus nouus nouus in ca. si super gratia, de offi.deleg.lib.6. Et allegat Bald.in leg. beneficium, de consti. principum, quod notat Innocen.extra de filiis præsbyt.ca.ex tua. Et per dictum cap.si super gratia, dicit Bar. singulariter in l.fundi debitor.ff.do acquiren.posses. qđ si iudex mandauit nuncio de mittendo quem in possessione, quod finito officio iudicis, poterit mittere. Et idem dicit Bal.in l. si de interpretatione.ff.de legibus, quòd mandatum de danda tenuta non expirat morte. Et idem tenet in l.& qa.ff.de iurisd.om. iu. Sed dictã decretalẽ, si super gratia, & prædicta dicta doctorum tu limita, nisi executor esset mixtus, qui aliquã causæ cognitionem habet obseruare, quia tũc morte concedentis exspirat mandatum.ut in c.gratum.& c.relatum, de offi. delegati, quod quando dicatur mixtus, colligitur ex nota. per Innocen.extra de præsumptionibus.cap. dudum.& per Dominum meum Dominum Ioannem de Imola.in clem.iudices, de offi. deleg. & per Bal. C.de legib.l.non dubium, & sic dicta decretalis & doctorum dicta intelliguntur in mero executore.

¶ Et hanc limitationem dant domini de Rota, in decisionibus nouis, decisione incipiente, Itẽ fuit dubitatum si papa mandat, ubi uide. Et nota, quòd in priuileg.& beneficiis principis, statim

tim facta gratia, uel concesso priuilegio, est ius quæsitum ei cui est facta concessio, & ideo morte non perimitur concedentis, ut in auctent. ut nulli iudicum. §. & hæc uero iubemus. Et ideò ẽt ante præsentationem litterarum dicitur ius quæsitum, cum absenti & ignoranti quæratur extra de præben. ca. si tibi absenti. lib. 6. de iure iur. l. labeo. Et ꝙ limitat Bal. in l. beneficium. de consti. princi, quod quæritur ius beneficii, sed non exercicii, ar. l. penul. de eo qui pro tutore. & ideo dicit quòd ex rescripto ad lites, ante eius præstationem non est quęsita efficax iurisdictio de resti. spo. c. ex conquestione, per Innocẽ. Sed hoc quod dicit de rescripto non uidetur fundare per ius dictum, quia in rescripto ad lites, ideo ante præstationem non potest illo uti, cũ ab eo tempore habeat efficacem iurisdictionẽ, extra de appell. c. super eo. in fi. in 2. Sed in priuilegio uidetur secus dicendum, quia efficaciter est ius quæsitum, etiam absenti & ignoranti, ut d. c. si tibi absenti. de præben. lib. 6. Cum gratia statim conferat suum effectum, ut notat. in proœ. 6. li. per Archid. & ideo uidetur distinguẽdum, ut alias Bal. distinguit in l. falsus. C. de furtis. Nam aut priuilegia sunt talia quæ non continent in se aliquid perfectum, sed conceditur ad aliquid faciendum, & talia similia sunt æpistolæ, merito id fieri nequit, nisi receptis literis. Et licet inspiciatur tempus datum quo ad ualidationem gratiæ, tamen quo ad eius executionem, requiritur quòd literæ exiuerint de cancellaria. Cum uerò priuilegia continent in se quid perfectum statim signata supplicatione, est gratia perfecta & plenum ius quæsitum, neque reuocatur morte concedentis, ut no. in proœ. libr. 6. per Archid. & Ioan. An. in no. Tunc uero priuilegium habet uim constitutionis, & ius quæritur ignoranti, quia gratiæ æquiparantur legã. quæ ignorantibus acquirũtur. ff. de leg. 2. l. cum pater. §. fundo. ff. de iureiur. l. labeo. Nec mirum quia apud solum collatorem residet ius conferẽdi, facultas acceptantis est inspicienda. ff. de acqui. hæred. l. si filium, & de præben. c. si tibi absẽti, libro sexto. secundum eum. Et ideo in priuilẽgiis, cum princeps id intendit, quòd est quãdo perfectè aliquid disponatur, uel donatur a principe, etiam sine traditione transit dominum, de quo uide Bald. in feu. in proœ. feu. & in titu. de noua forma fidelitatis, ubi omnino uide. ¶ Et
7 scias ꝙ † qui astute priuilegia principũ interp̃tatur infamis efficitur l. 2. C. de legibus, & no. gl. in ca. ut priuilegia, de priuilegiis, & ideo in dubio sunt interpretanda, ut sunt realia poti⁹ quã personalia, secundum Bart. qui ita no. in l. patri ff. de serui. legata, ad hoc quòd not. in Specu. in ti. de instru. ædi. §. nunc autem, uersi. sunt autem dubium. Et per hoc dicit Bar. ibi, quòd si Imperator concedit iurisdictionem in quodam castro quod uidetur ipsi territorio castri attribuisse iurisdictionem. Et sic quilibet cui postea conceditur dictum castrum, haberet eandem iurisdictionem tanquam realem, nisi appareret de contraria mente concedentis secundum eum. Sed Bal. in l. fi. de consti. principum, dicit cõtra, si conceditur iurisdictio personæ in loco: quia tunc non territorio sed personæ in territorio datur priuilegium. Sed si conceditur personæ propter locum: tunc fatetur quòd realis est concessio, & transit ad alium quandocunque, quia cohæret territorio, ar. l. uia constitui. §. si fundus. ff. de serui. rusticorum prædi. ¶ Item posito quòd esset realis in primo casu, tamen esset concessa mixta consideratione loci & personæ. Et ideo finiretur & annullaretur extincta persona, quasi extincta causa finali, secundum eum. Posset uerius dici salua tantorum patrum debita reuerentia, quòd aut uerba priuilegii diriguntur in personam uel in rem. Si in personam cui conceditur, & tunc potius præsumam concessionem personalem quam realem: quia quod per-
8 sonæ † conceditur, personam non egreditur, insti. de iure naturali gentium & ciuili. §. plane. 16 q. 1. c. huic etiam, & ff. de regu. iur. cum priuilegia, cum similib. quòd autẽ in locũ conceditur seu dirigitur, reale est. 16. quæstione. 1. §. huic. & ff. de iure immunitatis. l. prima. Vel potest & clarius distingui, aut causa mouens principem, est persona, & potius præsumam illud personale, quam reale. Aut locus, & tunc potius reale. Ad hanc distinctionem facit l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de uulg. & pupill. Et quod ibi no. in l. fi. C. de usufruct.

¶ Si autem ẽst dubium quòd decerni nequeat ad quem dirigatur, recurrendum est ad concedentem ut interpretetur, de uulga. & pupil. l. ex facto. Facit. l. Neratius, in fi. ff. de reg. iur. Si autẽ haberi non posit: ut quia mortuus uel absens,
9 in dubio præsumitur personalis concessio, secũdum gloss. auream. 25. q. 2. in sum. Ad hoc extra de constitu. c. cum uenissent, ubi uide latè per docto. Sed quia tractaturi sumus materiam publicationis fororum & priuileg. est primò uidendum an fori & priuilegia ad suum esse requirant scripturam: ut sic uideamus, an debeant in scriptis publicari.

¶ Et primo uideamus, an de esse fori, & sic leg. generalis (ut prædixi) sit scriptura, Et Petr. tenet in l. humanum. C. de legibus ꝙ sic, ꝙ scriptura requirat̃ ratione formæ, alias dicit quòd posset prætendi ignorantia legis non scriptæ, neq; consuetudine approbata, & esset lex ludibrio, quod est multum inconueniens dicere secundum eum. Sed Bal. ibi refert alios dicere: quod scriptura non requiritur ratione formæ, sed ratione obseruantiæ sic, sicut requiritur publicatio eius, unde secundum istos scriptura non est forma substantialis legis uel statuti, sed est quædam forma accidentalis quæ requirit̃ ad hoc, ut lex liget. Nam sicut in contractibus uidemus, prius contractus habet esse quàm obliget, ut

patet

patet in contractu conditionali; ita in legibus sola uoluntas principis uel statuentis uerbis expressa, est lex scriptura, aut requiritur ad legis obseruantiam & obligationem subditorum. Ad hoc.ff.de consti.principum.l.1.ibi,q principi placet,legis habet uigorem, non enim dicit, scriptum est,sed dicit,placet. Ad idem 25.quæ. 1.c.institutionis,de quo Bal.ibi remittit ad Ioã. An.in mercuriali,in regula, nemo potest. de regu.iur.lib.6. Et pro hac opi.quod lex ualeat etiã sine scriptura,facit ille optimus tex. in auten. ut litigantes iurent.§. ulti. ubi iussio principis procedit sine scrip. Sed illum text.intelligit laco.Butrig.in l.unica.C.de manda.princi. quando princeps est præsens:quia tunc non requirũtur litteræ:quia sua loquela est lex,& iussio,& aliæ litteræ spectandæ non sunt. Pro quo facit in auten.de litigiosis.§.omnem.¶ Item pro hoc facit, q. si forus trãsit in cõtractũ habet illius naturam & contractus ualet sine scrip.C. de pact. l.pactum.C.de fide instru.l.instrum.¶ Sed quid dicemus de priuileg. uel gratia principis,nunquid illa ualet sine scriptura, & uidetur quòd non 2.q.1.c.legum.nam & de gratiis reconciliationibus ordinationibus,& de aliis habenda est scriptura,alias uidentur non ualere,ut in fi. dicti capitu. Et pro hoc facit extrauagans Bonifacii, quæ incipit, iniunctis, de sententia excom. proinde,de testi.præsentium,lib.6.13.q.5.c.1.1. q.6.cap.si episcopus.Facit de Simonia.c. ex diligenti,in fi.ubi ut a morsibus lattantium tutus & munitus existas,literas plenariæ indulgentiæ, indulgemus.¶ Item & quod priuilegium requirat principis scripturam,probatur per leg.sacri affatus.C. de diuersis rescriptis. Nam principis priuilegia, debent scribi imperiali incausto, & in membranis, & subscribi manu principis, aliàs non ualent facit. C.de quadriennii præscriptio.lege, bene a Zenone. §. quæ omnia reseruantes.

¶ ITEM hoc probatur. Nam in concessione dignitatis uel officii,quam facit princeps intercedere debet diualis probatoria principis. C. de agentibus in rebus.l.matriculam, circa fin.libro duodecimo,& eodem libro, de diuersis officiis.l. probatorias.

¶ ITEM facit.C.de episcopis & clericis. lege, si qua per calumniam,& quæ habentur.10.quę 2.c.sed & permutare,de rerum permuta.cap.si princeps.de clericis non residen.ca.fraternitati.

10 ¶ Item † quia in talibus non quæritur ius, neque transit dominium sine scriptura. C. de fide instrumen.l.contractus.C.de suffra.l.1. Et quod ibi dicitur est speciale, ut ibi notatur. ¶ Item quia litteræ priuilegiorum habentur loco tituli.Facit quod no.de litis contest.c.1.lib.6. super penultimo.Et quòd notatur in cap.1.de priuileg.eodem libro uersicu. in eos.super uerbo,indultum.

¶ SED IN contrarium quòd non requiratur scriptura ad esse priuilegii uidetur probari extra,de clericis peregrinis,cap.inter quatuor, & cap.tuæ.C.de pactis.l.pactum, quod bona fide C.de fide instrumen.l.instrumen. ¶ Item cum scriptura fiat ad faciliorem probationem, sine illa ualet quod agitur,dummodo aliàs probari possit.ff.de pign.l.contrahitur.ff.de fide instru. leg.iur.

¶ ITEM cum non reperiatur iure cautum q requiratur scriptura, ergo superstitiosum est hoc requirere.20.q.5.consuluisti. Et hanc partẽ quòd princeps concedat priuilegium sine scripto,firmat gloss.ordin.decreti,per illum tex. in c.institutionis.25.q.2. Et pro hac parte habeo tex.expressum,& glo.in clementi.dudum,de sepulturis, ibi uniuersa priuilegia,gratias, uerbo uel scriptis. Et uide glo.super uerbo,nec scriptis ¶ Aduerte quia Archi.in proœmio, libr.6.dicit gratiam, uel priuilegium non scriptum seu bullatum ualere, & non expirare morte concedentis. Alleg.de præbend.cap.si ab apostolica,libro sexto.insti.de dona.§. perficiuntur. C. de dona. inter uirum & uxo.l.donationes.la.3.C.de testa. l.omnium.¶ Item pro hoc facit de concef. præben.c.fi.Et sic dicit Ioann.And.ibi in nouella se consuluisse,& alleg.25.q.2. ca.institutionis. De quo per eum, in regula,priuilegium, in mercuriali, tamen quo ad probationem rei gestæ requiritur scriptura,& allegat iura superius allega.2. q.1.c.legum,de simonia.c.ex diligenti,cum similib.Et ad hoc facit quod no.Ionn.in c.consti tutus,de rescriptis,in gl.si nunquid,& in c.cum olim,in glo.fi.uersic.Item per testes.¶ Sed refert Archi.quosdam distinguere,an gratiæ factæ adnexa est iurisdictio uel non?ut primo casu requiratur scriptura.C.de manda.principum.Sed no

11 ta:quia † imperialis [b] donatio non eget scripto

b C.de dona.l.scimus.§. exceptis. Facit ad hanc distinctionem.C.de nuptiis.aut maximè Ioann. And. dicit se uidisse plures litteras uicecancellariorum tempore mortis papæ, fuisse in cancellaria bullatas,toto litterarum illarum inserto tenore.¶ Item quandoque litteræ papales de tali testimonio facto super gratiis præsentantur sub bulla,secundum Ioan.An. Et hanc conclusionẽ sequuntur domini de Rota,suis conclusionibus antiquis.q.122.Sed Paulus de Leazaris, ut refert Dominicus de sancto Gem.in prohæmio.6. lib.distinguit,quòd quædam est gratia quæ mẽtẽ uerbo prolatam per scripturam demõstrat. Pone, porrexi petitionem meam,papa mandauit literas fieri, hoc non sufficit, & in hoc dicit non procedere opi. Archi. quædam est gratia, quæ fit uerbo,& mente,in qua aliquando fit scriptura,ut appareat de mente. Exemplum in simile: dixerunt duo clerici episcopo,quòd nolebant permutare beneficia, episcopus mandauit notario quòd faceret publicum instrumentũ ex illo. modò episcopo mortuo, hoc ꝓbato per testes ualet permutatio,& in iis & similibus

sit

sit uera opi. Archid. secundum Paul. Et pro hac distinctione secundum Domini. de sancto Gem. facit c. si motu proprio, in fi. & quod ibi nota. in glo. de præben. lib. 6. ubi si motus proprius qui procedit ex mente papæ, si non est uerbo prolatus, scriptura litterarum non potest postea probari per testes secundum Domini. de sancto Gemin. Petrus uero in l. si qua per calumniam. C. de epi. & cle. dicit quod gratia papæ, non potest probari per testes, gratia autem inferioris, si cõfert maximam dignitatem uel beneficium, reqrit scripturam. Si confert paruum, & non requiritur secundum eum, quem sequitur Cyn. Bald. ibi dicit quòd eo ipso quòd papa fecit gratiã simplici uerbo, statim facta est collatio, etiã antequam fiant litteræ. Veritas est tamen secundum ipsum quòd probatio non potest fieri, nisi per litteras. 25. q. 2. ca. institutionis. & de hoc dicit quòd disputauit Archid. & Ioan. Andr. in prohæ. 6. li. ad quos remittit. Dicens quod gratia inferioris, semper potest probari per testes, quicquid dicat Pe. quia ista gratia non est proprie donatio, sed est debiti officii executio. Et ideo leges Pe. quæ loquuntur in donatione, non faciunt ad propositum secundum eum. ¶ Item Bal. in l. humanum C. de legibus, dicit quòd si
c papa uiuæ uocis oraculo dixit. Pronũciamus[c] ta
12 lem episcopum talis loci, quod antequam † litteræ sint formatæ, iste sic pronunciatus erit episcopus: quia dicit quòd litteræ non requirũtur ad esse, sed ad probationem, & alle. d. c. institutionis. & dicit quod de hoc fuit magna controuersia, ut refert Arch. in prohæm. 6. lib. Et idem per Ioan. And. in noue. Non ergo requiritur scriptura ad effectum gratiæ, sed ad eius probationem. unde si papa interim moreretur antequã litteræ fierent, non exspirat ius quæsitum, sed deberent postea fieri litteræ tempore successoris, faciendo mentionem de dispositione prædecessoris, quod dicit ualde no. & menti tenendum. Et sic effectualiter Bal. sequitur opin. Ioã. And. de qua supra tibi dixi. ¶ Aduerte si placet, quia omnes fere doct. in hoc concordant, quòd gratia principis expresse uerbis compræhensa sortitur effectum, statim uerbo per principem prolato, sed ad illius probationem, est necessaria scriptura. ¶ Sed tu dic quòd gratia principis, quo ad omnes eius effectus, sortitur effectum statim uerbo per principem prolato: quia eius decretum statim afficit omnes etiam ignorantes, ut est tex. expressus in ca. quodam, de præbend. lib. 6. & eo. ti. c. dudum. §. nos igitur, & eo. lib. de conce. præben. c. 1. & sic quo a illius priuileg. seu gratiæ plenum effectum sufficit eius uoluntas uerbis expressa, ad hoc cle. dudum, de sepul. ibi uerbo uel scrip. Sed est nunc uidendum, si tenor priuilegii uel gratiæ poterit aliter probari quam per instrumentum. Et hic aduerte, quia aut stat per partem quominus producat tenorem, quia forsan non curat extrahere a cancellaria cum posset soluendo iura sigilli, quia cancellaria est parata sibi tradere literas sub forma communi, uiuente principe, qui concedit, uel sub forma quam dicit Ioã. An. & Bald. supra, & domini de Rota, mortuo principe sub tenore factæ gratiæ per prædecessorem, & tunc non est admittenda alia probatio, quàm instrumentalis, quia sic de tenore priuilegii depræhenditur ex inspectione priuile-
13 giorũ, de priuile. c. porro. † Et hoc est quod dicit glo. in c. 1. de censi. lib. 6. quæ enumerans casus in quibus requiritur scriptura, allegat dictũ cap. porro. Et sic alibi dicitur quod priuilegia sunt inspicienda, ut sciatur quid continetur in eis. de priuilegiis. c. recepimus, & de fide instr. c. accepimus, & ut uideatur si habet formã & subscriptionem requisitam in l. sacri afflatus. C. de diuersis rescrip. Si autem non constat per partẽ quo minus perducat, quia successor recusat dare literas iuxta formam traditam per Ioã. And. & Bal. & dominos de Rota, uel quia iam forma priuilegiorum in publicum abstracta & bullata, & tunc si probetur principem talia concessisse uerbo, ex quibus uerba & mens concessoris possint deprehendi, nondum scripta uel bullata gratia, uel post scriptam & bullatam probando omissionem, & tenorem, & quod habeat omnem solemnitatem, & sine uicio fasiltatis fuissent in formam abstract. sufficeet, argumẽ. de priuile. cum olim essemus apud Parisium, & ibi glo. ordin. & Innocen. in l. fina. C. de fide instrumen. & l. sicut iniquum, eodem titu. Et tali casu licet instrumentũ priuileg. de iure uel consuetudine requireret ampliorem numerum testium, tamen per duos testes posset probari, de tenore & omissione, & alijs solennitatibus, quia ex quo iura uolunt quòd tenor & alia possint probari per testes, ut dicta. l. sicut iniquum, cũ similibus, ergo duo sufficiunt. ff. de test. l. ubi numerus. requiritur tamen quòd testes tenore deponentis asserant, quòd in instrumẽto fuerunt tot testes quot ad instrumenti ualiditatem requiruntur, aliàs non ꝓbarent, & sic notant doc. in l. secund. C. de bonorum possess. secundum tabu. & domin. Anton. de Butr. in dicto cap. cum olim essemus, pro quo facit tex. & gloss. in l. hæredes palam. §. sed si notam. ff. de testa. Sed cõtra hoc uidetur glo. ordin. in le. cum proponebatur, ff. de leg. secund. facit quòd no. C. de Codicillis. l. prim. & in l. qui ex liber. §. testamento. ff. secundum tabu. Sed posset dici quod dictum dominus Anton. sit uerum: contraria loquuntur, cum actus non habuit a principio debitam formam, quia debet fieri coram septem uel quinque testibus, & tunc per minorem numerum non probatur. Sed quãdo priuilegium uel instrumentum. habuit a principio debitam formam approbãdi tenorem, sufficiunt duo testes, ad hoc quòd no. Dy. & Barto. in dicta. l. hæredes palam. §. sed si notam. ff. de testa. Bal. latè in l. er-

in l. errore. C. de testamen. do. meus Io. de Imol. in l. cum proponebatur, allegata. Posset tamen dici quòd etiam tali casu sit deueniendum ad iurm in defectû probationis, vt in l. admonēdi, ff. de iureiu. Et hoc vr̄ sentire gl. ī l. sicut iniquū. C. de fide instr. tn̄ testes qui super tenore & alijs solēnitatibus habent deponere, habēt esse periti, & quòd substantialia priuilegij cōprahēdāt, & falsitates, quas nō oēs capiunt scd̄m do. Ant. de Bu. in d. c. cū olim, & consuluit ibi Io. An. qđ fiant articuli, & ponatur dies & locus instrumē-ti secūdū eū, vide ibi late per doc. & quod hoc casu admittatur ꝓbatio, per testes ꝓbatur, q̄a ex quo non stat per partē, & est sibi īpossibile instrumenta priuilegij producere, non debet frustrari sua intentione, ex quo est sibi efficaciter jus quęsitū, nā cū difficultas ꝓbationis emergit minus sufficiens probatio est admittenda. C. de repudijs, l. consensu, §. super plagijs, extra de te-
14 sti. c. veniens. nā † iura nolunt quòd iura alicuius ex defectu probationis periclitentur. Ad hoc no. C. de naufragijs. l. de submersis. Maxime, q̄a vt dicit gl. in d. l. sicut iniquum, C. de fide instr. illa minus sufficiens probatio suppletur, cū partis iuramento. Scias tn̄ quòd tunc est admittenda probatio per testes in priuilegijs, quando uerisimile est, uel de amissione, uel quòd non potuerit abstrahi in formam priuileg. ad hoc facit dictum, c. cū olim essemus, ut puta quia iudex uel alij probi uiderunt iam priuilegium in forma, uel fama publica uel simili: quia regula est quod non est deueniendū ad minus sufficientē probationē, nisi qn̄ est uerisimile aliam nō esse sufficientē. Et hoc tenet singulariter d. Ant. de Bu. in c. tertio loco, de prob. allegat dominum suū idē tenere, in suis consilijs, consilio 24. in fi. Scias tamē quod facilior est admittēda ꝓbatio, quando instr̄m priuilegij est perditū culpa aduersarij, ad hoc. C. de ꝓba. l. si de possessione. Et sic habes dilucidā hāc materiā, an ad esse priuilegij reqrit̄ scriptura, & alibi meli⁹ nō legisti.

15 SED VIDEAMVS † An de esse legis uel
d fori seu priuilegij, sit[d] publicatio, & ur̄ quod sic, quia tunc ligat lex, cū publicè editur, aut solēniter publicatur, extra de postu. prælat. c. j. in auth. ut factæ nouæ consti. col. 5. & quod no. 82. di. c. proposuisti. Dicit tn̄ de esse le. minus & priuilegij est publicatio, nā non est de eorum forma substantiali publicatio, sed est de forma accidentali, quæ requiritur ad hoc, ut lex liget secundum Bal. qui ita no. in l. humanum, C. de legi. Aduerte qm̄ do. Bald. non proprie loquitur, quia non est publicatio legis, de forma accidentali, ita quod requiratur, ad hoc ut liget: bene fatendū est, illā esse de forma accidentali, quia potest esse & abesse, & erit lex, & ideo non de necessitate requiritur publicatio, nisi ad hoc, ut illius sciētia præsumatur post duos menses. Et is qui ignorantiā allegare uult post duos mēses a tp̄e publicationis illā habet probare, quia contra eum præsumitur, ex quo publicè edita uel solēniter publicata est, & ita loquuntur illa iura superius allegata. c. j. de postu. præla. & c. proposuisti, & ꝗ ibi no. 72. di. & tex. in auth. ut factæ nouæ consti. nam ex quo cōstitutio publice priuilegiata est, quilibet eam scire tenetur, ut in d. c. j. & 12. q. 2. qui & humanis, 16. dist. c. ꝗ dicitur. Nam de iure quilibet tenetur illam scire infra duos menses, ut in dicta auth. ut factæ nouæ cōsti. col. 5. licet quidā dicant quòd de iure canonico esse secus, quòd habet tp̄s sex mensium, ut in c. decernimus. 18. di. sed non est uerum. quia & de iure canonico non dantur, nisi duo menses a tēpore publicationis, ad hoc ut ignorantia post illos non præsumatur. Ad hoc extra, ne clerici uel monachi. c. & de sen. excommu. c. nouerint. Nec obstat dictum cap. decernimus, quia illa decretalis non loquitur de tempore dato ad ligandum post publicationem constistitutionis. Sed de tempore quod datur episcopis ad publicandas constitutiones factas in sinodo secundum Host. qui ita no. in c. quia cunctis, extra de conce. præben. & Io. And. in data. 6. libr. Et sic solum fit publicatio, ad hoc ut faciat præsumi scientiam: unde ex prædictis patet quòd si quis ante publicationem editam iam leg. faceret scienter contra legem, ut transgressor legis puniretur, quia uirtus legis ea facta statim sortitur effectum, & afficit omnes scientes, ad hoc de constitu. principum, l. j. l. leges generales, C. de legiti. Et sic intellige quod dixit Baldus in l. leges generales C. de legibus, quòd leges generales uel generalia statuta indigent publicatione. Sed expost subdit quòd talis publicatio non fit, quod lex generaliter seruetur, quasi innuat quòd quo ad scientes non
16 est necessaria alia publicatio. † Sicut si publicatione facta & lapsis duobus mensibus, quis fecisset contra constitutionem ignorans eam non obligatur, ad hoc de consti. c. ut animarum periculis, libr. 6. ff. de decret. ab ordine faciend. l. finali. Sed fateor quòd præsumeretur sciens. Et propter præsumptionem transfertur onus pro
17 bandi ignorantiam, in l. transgressorem, † Nam propter præsumptionem quis cogitur ignorantiam probare, extra de electionib. capi. innotuit. j. q. j. cap. si quis a simonia, C. de periculo tutor. l. j. unde ignorans legem nouiter editam sequens antiquam, l. obseruantiam, non dicitur errare, C. de testamen. l. iubemus, in fi. Sed qualiter hanc ignorantiam poterit probare, aliqui dicunt quod cum iuramento, ad hoc. 24. q. 2. capit. multum, alias in lectum, extra de sen. excommu. si uero. Et not. 3. q. 5. cap. si quis, in fi. Ad hoc extra de homicidio, cap. signific. & de elec. c. ut circa, lib. 6. cum similibus. Et potest as-
18 seratio secundum Hostien. † quia non est præsumendum quòd quis sit immemor suæ salutis, prima. q. 7. cap. scimus.

¶ ITEM cum similibus, cum ignorantia aliter probari non possit, & sic probationibus succurrend. extra de testibus cogendis, capitulo finali. ¶ Item quia illi magis credendum est, qui melius ueritatem nouit, extra qui matrimo. accus. possunt. c. vl̃. Et nullus post deũ melius scire potest ueritatem seu conscientiam eiusdẽ, cuius ignorantia dubitatũ, faciat ergo hõ
19 qđ potest. 22. q. 2. c. faciat hõ, † & impossibiliũ nulla est obligatio, extra de reg. iur. c. nemo. lib. 6. secũdũ Hostien. qui ita no. in dicto. c. signifi. de homi. Sed cõis glosatorum opi. est in contrariũ, nam glo. in c. cognoscentes. de cõsti. dicit quòd ille qui uult probare ignorantiã constitutionis, debet probare se extra prouinciam tunc fuisse, uel aliud impedimentum. Et glo. in dicto. c. propos uisti. dicit, quod si præsumptio est contra allegantem ignorãtiam non statur iuramento. Et glo. in c. qui diuinis. 12. q. 2. dicit quòd ignorantiã cõsti. ꝓbabit probãdo quòd fuit in alia prouincia, allegat de testi. c. ex tenore, & C. de contrahen. & cõmi. stipul. l. optimam, uel dicit stari iuramento secũdum glo. ¶ Aduerte, quia credo quod probatio sit arbitraria. arg. l. 3. ff. de testi. quã iudex poterit arbitrari, ex modicitate tpis lapsi, post aduentum allegãtis ignorãtiã. arg. ff. de priuileg. creditorum. l. si neutri. Et uel quia multo tempore allegans ignorantiam, fuit extra prouinciam, ad hoc, extra qui matri. accusa. possunt. c. cum in tua, ubi de hoc semper iuramento ab ignorantiam alleganter exigendo, argu. l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excusa. tu. Vbi autem aliqua probatio nõ posset haberi absentis, alijs circunstantijs, ut puta, quia modicum tempus effluxit post duos menses, & persona sit fide digna, forsan standum esset iuramento, ad hoc de elec. c. quia propter. §. illud, & 4. q. 5. c. fin. de re mili. l. 3. §. si ad diem, & l. non omnis. §. a barbaris. ff. de carboniano edicto. l. 3. §. causæ duæ. cum similibus, ꝙ iudic. arbitrio est relinquendum, cum habet esse coniecturalis probatio, ut uidisti ad hoc nota. in. l. fi. de quæstio. Sed secundum prædicta si ignorantia haberet
20 excusare † semper, surdus qui nihil audit esset excusatus à legum scientia, quod est falsum, ut est casus in. l. 1. §. propter casum. ff. de postulando. Et sic uidetur quòd post duos menses, non sit probabilis ignorantia, sed quicunque siue
21 sciuerit, siue non incidat in legem. † Aduerte quia aliquando quis facit actum contrarium iuri naturali, uel quasi naturali, & tunc talis ignorantia non excusat a pœna, nisi furiosum infantem, & dormientem, ut in clem. si furiosus, aut infans, de homicidio. in cle. alij autem, aut sciunt, aut scire debent actum damnatum a lege naturæ: & sic non excusantur, ut in l. uenia. C. de in ius uoc. Nam filius debet reuerentiam patri iure naturali. l. 2. ff. de iust. & iu. & libertus patrono, de iure quasi naturali, quo cautum est ut benefacientib. benefaciamus, ut. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de peti. hæredi. & in c. cum inofficijs, de testa. Aut quis ignorat constitutionem, & tunc excusatur, in c. ut animarum periculis, de constitu. libro 6. Et hanc distinctionem sentit glos. in dicta. l. uenia. C. de in ius uocand. Sic ergo posset dici, quòd aut surdus commisit uel incidit in rem à iure diuino, uel naturali prohibitam. Et tunc ex quo est capax rationis punitur pœna à lege illius terræ statuta, quia licet ignoret pœnam à lege statutam explicite, tamen ex quo delinquit, scit, aut scire debet se pœnæ subiugandum, & uidetur se pœnæ consentire, ut. l. 1. §. bestias, & ibi notatur in glos. ff. de postula. in authen. de non alien. §. si uero leonis, etiam, colum. 2. Et sic meritò puniendum pęna loci delicti. Neq; obst. c. vt anima. de consti. lib. 6. quia ibi loquitur in pęnis spiritualibus impositis pp contemptum clauium, & mandati in quib. quis ignorans nõ punitur, quia non contemnit. Vnde vt habeas materiam, tu clare videas forte melius quàm vnq̃ audiueris, quando ignorans constitutionẽ puniatur: scias quòd aut quis ignorat delictũ, & pęnã delicti, vt puta princeps statuit, ut non sint nisi certi procuratores vel notarij, in ciuitate procurantes, ego ignorans legem, vel sic delictum esse, vel pœnam delicti, quia procurare aliàs non erat prohibitum, postulaui: ista ignorantia bene excusat me nisi fuerit crassa & supina. iste est casus in l. final. ff. de decret. ab ordin. faciend. & sic potest intelligi cap. vt animarum, de constitu. Nam si princeps statuat quòd mulieres non vadant ornatæ, uti assolebant, vti fuit factum, & in uiam fori prouisum per regem Alphons. fœliciter regnantem, & aliqua mulier ignorans constitutionem uel forum portet ornamenta ignorans, excusatur à pęna, nisi fuerit ignorantia crassa & supina, vt in dict. iuribus. Et potest esse ratio, quia portare ornamenta non erat aliàs prohibitum, neque delictum. Meritò mulier ignorabat delictum esse, & pęnam delicti excusaretur ignorans, ut prædixi nisi talis fuerit ignorantia crassa & supina, & iste est casus, in cap. ut animarum, de consti. libro 6. Et vide ibi no. per gloss. quæ dicatur ignorantia crassa & supina, vt in cap. penulti. de clerico excommunicato ministrante. Aut quis scit delictum esse, sed ignorat pęnam delicti, vt quia facta est lex patriæ, quòd faciens magnum furtum possit usque ad mortem inclusiue puniri, tunc etiam ignorans legem punietur, quia ex quo scit uel scire debet delictum esse, licet ignoret pęnam delicti implicite, punietur pęna legis, etiam ignorãter, quia ignorantia constitutionis non te excusat, qa ex quo scis te delinquere uidetur in pęnam patrię consentire, & sic quod puniaris ut cæteri fures in regno, ad hoc. l. prima. §. bestias. ff. de postulando, & quod ibi not. in gl. & in d. §. si uero leonis, in authen. de non alienan. col. ij. Aliquando quis

quis scit delictum & pœnam delicti, sed ignorat aliam pœnam, quæ requirit illud crimen in quo se cognoscit delinquere: uerbi gratia, episcopus fecit constitutionem, ut nemo committat furtum sub pęna excōicationis, tūc ignorās constitutionē epi, non erit excōicatus; nā licet tu scias delictum, & vnam pęnā delicti scilicet furti, saltim implicite, vt dictum est, sed ignoras aliud delictum scilicet cōtemptū clauium, & mandati huius delicti, scilicet excōicationis, Et ideo dico ꝙ a pęna furti tu nō es excusatus, sed a pęna contemptuū clauium tu bene es excusatus, pp ignorātiā cōstitutionis, nisi sit ignorantia crassa vel supina, vnde tali casu excōicatio non est pœna furti, sed est pœna cōteptus. Nā cū eps prohibet furtū fieri sub pœna excōicationis, ille qui facit furtum, contēnit præceptum episcopi, ergo pp contemptum est excōi

22 catus, † quia excōicatio [c] est pęna cōtēptus, de

c bebis ergo puniri pœna furti, quæ imponitur a iure cōi, nō aūt pęna excōicationis, qa hæc pœna requirit delict. contemptū, quia aliud a crimine a quo cognoscebas delinquere, sed ignorabas constitutionē, nō incidisti in crimine cōtemptus clauium & mandati, igitur neq; in pœnam excōicationis, pro illo crimine impositā, & ita intelligas c. vt aiarū periculis, de consti. li. 6. qui intellectus est singularis, & ex p̄dicto itel lectu limitantur notata, in l. fina. ff. de dec. ab ordine faciendis, & sic intelligas dictū. c. vt animarum, qui est male glossatus & non bene intellectus a canonistis scribentibus. Si ergo surdo, q nil audit, vt sunt cōiter muti a natura, est doli capax non furiosus neque infans, & potest scire per signa vti assolent cōiter, obligatur ex cōtractu, vt no. in l. j. in prin. ff. de uer. ob. sic ex delicto quod est delictū a iure naturali vel diuino, uel iuris cōis usitati, qa scit uel scire potest delictū & pœnā delicti, & in illā consentit tacite, ut est dictum in noua ordinatione, & nouo delicto, qa in illo p̄sumitur ignorātia, nisi per signa nota eius, & solita monstraretur illius scientia, & & sic consensus, ut no. in d. l. j. ff. de uer. obli. Neque obstat d. l. j. §. propter casum, ff. de postulando, vbi uř qđ surdus, q audire non poterat ignorans delictū aut pęnā delicti puniatur ibi: cum dicit pęna plectei. Sed Bal. ibi subdit quòd esset

23 iniquū, qa surdus non est contumax, cum † contumacia procedat ex aīo. Et dicit ꝙ est argm̄ de surdo, q non audit sonum cāpanæ quod non puniatur ad pęnā duplæ & facit secundum eum, l. 2. §. occisorum, ff. ad Sillayanum, & de in integrū resti. l. diuus. Et sic uides quod surdus ignorans non punietur pęna. leg. uerisimiliter ignoranter. Sed si delinqueret contra ius naturale uel cōe, quorū pęnas implicite uel explicite scit, uel scire potest, non excusatur, unde miles uel mulier, licet iur. ignorantia excusetur, ut in l. regula, ff. de iuris & facti ign. tñ a pęnis legis nat. nō excusantur. ut uides in mille legibus. C. & fforū. Et nota ista. quia nescio si unquam melius audiuisti, & uide hanc materiam late tactam per doctores, in ca. 2. de consti. & in l. fi. ff. de decre. ab ordi. faciendis, & in l. j. C. de summa Trini. Et uide quædam uerba bona Bald. in l. j. ff. de legiti., qui ponit de ignorantia habente culpam annexam, ubi uide. Et sic uidere potes ad quid conferat fororum & legum publicatio, quia ut dixi, ad hoc, ut illorum ignorantia non prætendant, Priuilegia autem, quæ solum aliquem priuilegiant, & non habent aliquem illaqueare non indigent publicatione, sicut neque lex in fauorē certę personę edita. Vnde dicit Bal. singulariter, in l. generales, C. de legibus, quòd dixit alias de facto, quod si est statutum ī ciuitate, quod non ualeat statutū nisi sit publicatū ī ciuitate in certis partibus, per pręconē, quod si factū erat statutum in fauorem tertij, etiam quod non esset publicatum per præconem, ualet, quia illa publicatio non fit ob aliud nisi quòd lex generaliter seruetur, quæ ratio cessat in statuto facto in fauorē regula. personæ, & hoc optime dicit probari ibi coniuncto ultimo responso dictæ. l. Et ideo communiter leges generales fororum & priuilegiorum, quæ aliquos habent illaqueare publicantur per principem in plenaria curia, ut sic illorum ignorantia prætendi non possit, ut dictis iuribus, de postu. præla. ca. 1. & in auth. ut factæ nouæ constitu. col. 5. Cætera autem priuilegia, quæ non habent aliquos illaqueare non publicantur, sed omnia dātur sub bulla, ad hoc ut fidem faciant, ut in proemio sexti & clementinarum. Sed ut tu uideas plenius hanc mate-

24 riam † est uidere a quo tempore ligent constitutiones uel leges generales regni, & do. Anto. de But. hunc passum plene examinatus est in proemio Gregoriano, & in cap. 2. de consti. Et Paulus de Leaza. in proemio clementinarum, & ibi etiam do. meus in iure canonico, do. Io. de Imo. tñ reassumptis aliquibus doc. dictis non pfectæ examinatis cū debitis suppletionib. & de iure fundatissimis dicas quòd quædam sunt leges uel constitutiones ueteris iuris declaratoriæ, & in tabulis dicit glo. quæ siue princeps utatur uerbo (declaramus) siue nō, ligant statim a tempore quo sunt editæ & trahuntur retro eo quòd editæ, de usuris, c. cum tu, & no. de consti. c. fina. ad hoc dicta glos. ordina. allegat clementinam quod circa, de electio. & cap. sequen. & quod nota. de rescript. cap. gratiæ, & de electio. cap. constitutionem, de officio delega. cap. iudices, cum alijs multis. Sed illa per glossā allegata id non probant, quia solum dicunt quòd ueniunt ad declarationem, non a quo tempore ligent & ideo allegabam dictum cap. cum tu, & not. in dicto cap. finali. Et est ratio, quia lex declarans trahitur ad legem declaratam, & sic retro ligat in authen. de filijs natu. ante dotalia instrumenta, colla. 3. ubi tex. dicit, cum omnibus manifestum sit oportere ea quæ adiecta sunt per interpretationē in illis ualere in quibus interp̄tatis legibus sit locus, unde dicit Baldus in l. leges & consti-

constitutiones, C. de legibus. quod cum lex noua emanat declaratiuè ratione termini ad quē fit relatio porrigitur retro, nisi esset causa decisa, allegat, C. de epis. & cle. l. si quis in conscribendo, vltimo responso, & l. non dubium versi. qđ ad oēs, C. de legibus, sed melius probatur in dicto tex. allegato. Hoc tam ē singulariter limita fore verū nisi lex antiqua habuerit contrariā consuetudinē, q̃a tunc contra facientes legi nouæ ante publicationē per duos mēses nō ligantur, quia sequēdo maiorū errorē hoc fecerunt & sunt excusati, ad hoc de transla. epi vel ele. c. inter corporalia, ad hoc gl. or. quā canonistæ multo cōmendant, in c. j. de postul. præla. quod fuit dictū originale Io. An. in c. tuas dudū, de spons. duorū. Si aūt ius nouum concordat antiquo retro ligat scđm Pau. de Leazar. in prohęmio cle. qđ tēperat esse verum, quādo nouum disponit ad limites antiquos. Si aūt disponit in antiquo modificando uel detrahendo ad ius antiquū, dr̄ quod vr̄ ius nouum in eo quod disponit nouiter, & non ligant, nisi a tpe quo aliud omnino nouum ligaret, quia istud ius modificans, vr̄ ius nouum corrigens vel rigorē tēperans reducendo ad ęquitatem, allegat cle. quāuis. de appe. secundum eum, pro quo facit lex, ius ciuile, ff. de iusti. & iu. vnde cum est additum veteri statuto non possumus sequi antiquū statutum, sed nouum, arg. l. finalis, C. de aquæ ductu. li. x. Et non quod lex renouata per modum confirmationis a noua lege retroligāt, ff. de li. legata. l. Aurelius, §. testamento. Si aūt per modū correctionis, ligant, vt nunc a tpe scientiæ. Si aūt per modum adiectionis, ēt vidētur noua statuta, vt in auth. vt factæ nouæ consti. §. fi. per Iac. de Belui. vbi oīno vide. Nā subtilius & magis fundate loquitur quā Pau. de Leaza. neque alij sup hoc passu scribentes. Adde ēt vnum notabile verbum Inn. qđ legis reuocatio nō trahitur retro, nisi princeps fingat illam legem reuocatam non esse factā, vt no. Inn. in c. fi. de ele. li. 6. quod no. ¶ Item dicit Pau. de Leaza. in dicto prohęmio, quod constitutio quæ est approbatoria antiquæ consuetudinis generalis similiter trahitur retro, sicut quando est approbatoria iuris cōis antiq. ad hoc allegat, de ætate & qualitate, cle. generalē. Et idem dicit gl. ord. in dicto prohęmio, quando iura citra adiectionē alicuius pęnæ præcipiunt vetera iura seruari, secus si adijciunt aliquā penā. Quædā sunt constitutiones nouum ius promulgantes, & tunc quædā sunt promulgatoriæ iuris singularis vel priuilegiati, sicut in cle. dignū, de cęleb. missarum. & de baptismo. c. j. Et tunc dicit Paulus, quòd illa incontinenti ligare videntur a tēpore aditionis, de conce. præben. c. j. lib. 6. & quod vr̄ ibi placere Inn. q̃a licet priuilegiū simpliciter datū, īprimat effectū adic. ꝓmulgationis, non sic in priuilegio per viā cōstitutionis dato, nā sapit in hoc naturā cōstitutionis, quod no. q̃a limitat in hoc dictū, c. j. ad hoc d. Ant. de Bu. in dicto ꝓhę. alle. c. si pauper gratia, de offi. de ele. li. 6. & no. de rescrip. c. j. vbi ī multis fit differētia inter priuilegiū simpliciter cōcessum, & ad corpus iuris redactū, secundū eū. Sed hoc nō vr̄ bene dictū, salua pace tāti Doc. q̃a scđm hoc potius esset ius priuilegiatū non redactū in corpus iuris, quā redactū, quod vr̄ falsum, de iure, 25 cū facilius tollat quā redactū ī corpᵇ iuris. † Nā generalis cassatio priuilegiorū vr̄ cassare priuilegia extrauagātia, non ea q̃ sunt in corpore iuris īclusa. Et iste est casus scđm lecturā Guil. de Cugno. Bar. & Bal. in auth. qua in prouincia, C. vbi de cri. agi oportet, allegat, gl. ī l. 2. §. legat, ff. de iu. q̧ dicit Bar. valde notād. licet contrariū videatur innuere gl. or. in c. vt circa, de ele. li. 6. Ex qua gl. no. d. de Sā. Geminiano, ibi dicēs ex ista gl. Nota qđ de priuile. corpore iuris clauso iudicatur sicut de alijs iuribus, quo ad effectum reuocatorū quo priuilegiū est generale, de quo dixit se plenius dixisse in c. ignorantia. 38. di. Sed idē Bar. ī extrauagā. ad reprimēdū. tenet id qđ supra dixi, & ipse tenuit in dicta auth. & hoc ēt tenet gl. ī l. hæres absens, ff. de iud. & sic tenendū qđ cōiter a glosis & Doc. tenetur, & non multū cures de gl. sexti, q̃a dicit Io. An. qđ velo eleuato illas fecit & iuuenis. Quare ī pręinserto dubio, an ius cōe priuilegiās statim obliget, est dicēdū qđ aut solū hēt priuilegiare & nullum illaq̃are, & tunc statī, siue sapiat naturā legis, siue priuilegij, habes videre, ad hoc quod scribit Bald. in l. leges gn̄ales, C. de legib. Si aūt hēat aliquos illaq̃are, & tunc serua opi. Inn. & Ant. de Bu. & ē rō, q̃a stat tunc rō de qua supra dixi, de præsumēda ignorātia infra duos mēses a tpe publicationis. Et iō fori uel actus curiæ, q̧ priuilegiāt clericos uel milites ī uasallos, ex quo uassalli illaq̃antur, uel cū eis cōtrahētes nō litigāt, nisi a tpe publicationis, post duos mēses, Et sicut alias dixi ī q̃stione facti, nā per actū curiæ dn̄i regis Martini fuit ꝓuisum, quòd uasalli militū nō possent se obligare, in cōtractū cēsualiū, sine domini eorum licētia, quod nō poterat allegari ī cōtractibus factis infra duos mēses a tpe publicationis, nisi ꝓbaret sciētia emptoris cēsualis, p̄ p̄dicta, & idē est ī uassallis ecclesię, quod tene mēti. Quędā sunt cōstitutiones ꝓmulgatorię iuris noui & cōis, & generalis, qđ cognoscere habeo per modos notatos, ī l. leges generales, C. de le. & ī istis si apparet de mēte cōdentium ligāt statī si uult statī ligare, in c. j. de sum. Tri. & de ele. c. ne Romani, de iureiu. c. Romani, de re iud. in c. pastoral. ī clemen. q̃a cōstat quòd illa publicauerat Clemens, & quod non mandauit quod statim ligarent. Idem si mandat legislator de aliquo tempore, ut post mensem, de præbendis, c. cum singula. li. 6. de uita & honesta. cler. ca. 2. ante fi. Idem si de tribus mensibus, in auth. ut priuatæ domus oratoria non fiant, ad finem. Idem si de sex mensibus, 18. dis. c. decernimus. & generaliter si disponit constitutionem promulgans de tempore quolibet. Quandoque promulgans nihil disponit. Et tunc aūt constitutio est particularis

laris loci, vt statutum municipale, vt sunt quota vel stablimēta ciuitatū, & sciētes vel ei⁹ notitiā habētes ligātur statim, ignorātes āt & q̄ possēt hoc ignorare a quo tpe ligātur. Et Paulus de leazar. vbi supra dicit qđ tps est arbitrarium, allegat dictum Host. in summa de consti. §. quanto. Et hoc idem tenet Ioan. monachi. de conces. præbendæ. c. 1. li. 6. neq; obstant notata, in c. pro posuisti. 82. di. & 18. c. decernimus, quia ibi loquitur, de tpe dato ad intimandum gesta consilij prouincialis, non de tpe ad cōstitutiones obseruandas. Quandoque constitutio est cōis, & tunc aut est certū qđ constitutio ad aliquos puenit, & ipsius habuerunt notitiā & ligant illos in illo tpe ex peccato, scđm Paulum, vbi supra, aut est certum qđ non potuerunt habere notitiam constitutionis vel verisimiliter habuisse, vt quia erant in alijs prouincijs longinquis, & non ligant illos, quo ad pęnā uel quo ad culpā. quātum aūt de nullitate facti contra constitutionē bene ligant, allegat qui matrimo. accusare possunt, c. cum in tua, de rescrip. c. ex tenore, de ele. c. in plerisq;, in cle. ff. de decretus ab ordine faciend. l. fi. & 82. dist. c. proposuisti, 12. q. 2. c. qui & humanis. Et miror quòd do. Paulus sibi attribuat. & d. Ant. eum refert, quia istud dictum est originale gl. ord. in cle. volentes, de hære. gl. sup verbo ex tunc. q̄ nō est alibi, quā tu nota; vnde licet ignorantia habeat quandoq; excusare à lege nouiter ædita obseruanda, non tamē operatur quin actus cōtra legē sit nullus, qđ bene nota. Saluo quod tibi dixi quando lex vel priuilegiū habet aliquē illaqueare, quia tūc credo, qđ hoc esset intelligendū iā lapsis duobus mensibus per prædicta quādoq; est dubiū, an ad aliquos transiuerit noticia, ita quòd verisimile potuit transire. Et tunc aduerte, quia gl. in prohæ. clemētinarū, vr̄ velle, qđ aut cōstitutiones sunt publicatæ, quia sunt in publicū lectæ. & non ligant, ac si non essent publicatæ, qđ intelligunt doctores verū. quo ad illos de quorū sciētia nō constat, qđ dicūt notabile: nā scđm dictā gl. paria sunt constitutiones publicatas non esse, vel publicatas & non datas. ¶ Aut publicatio est facta & constitutiones sunt datæ. Et dic quod ī locis ad quos peruenit publicatio statim ligant, q̄a p̄sumitur sciētia. de postu. præla. c. j. in auth. vt factæ nouę constitutiones. in prin. in locis vbi non sunt publicatæ, aut constat famā publicationis ibi puenisse, & adhuc ligant scđm Paulū de Leazaro. in dicto proœmio, q̄a non est necesse, quod singulorum auribus inculcetur, vt d. c. j. de postu. præl. Imo plus vr̄ velle Paulus ibi qđ constitutio publicata in curia, vel ī studijs ligabit in Bononia, lapso tanto tpe, q̄ per famā & relationē potuerit ibi verisimiliter noticia peruenisse, de quo remittit ad datā, 6. lib. ¶ Sed istud tu non intelligas sic, vt dictus dn̄s Paulus, crude & indigeste tibi tradit, quia constitutiones generales, ēt quòd per famā vel aliàs fit verisimile peruęnisse ad ꝓuincias, non ligāt nisi per duos menses vt in auth. vt factæ nouæ constitutiones, col. v. & ī d. c. j. de postu. præla. no. Ad hoc ne clerici vel mona. c. fi. & de sen. exc. nouerit. Et quod no. de constitu. c. 2. de conces. præben. c. fi. Sed quod no. Io. An. super data sexti. in gl. or. & singulari, q̄ iura non indigēt alia publicatione, nisi illa quæ fit in consistorio, q̄a non est necesse quod ī singulis ꝓuincijs publicētur, vel studijs. & tunc per duos mēses vbiq; locorū ligabunt, Sed tunc pōt habere locū dictum Pauli, si in ꝓuincijs infra duos mēses eorum noticia potuit cōmodè peruenire, aliàs erit arbitrarium scđm cū. Vel posset dictū Pauli hr̄e locum in regulis cancellariæ, q̄ fiunt in curia non per modum cōstitutionis ad corpus iuris redigendum, q̄a ex quo in illis non reperitur tēpus arbitrarium, statur arbitrio iudicis, secundum d. Ant. de But. in prohę. cle. in recollect. Ex quibus dixi aliàs de facto, q̄ cum ex decreto consilij Basilicæ erant reuocatæ oēs gratiæ spectatiuæ, & decretum in di d. consi. in publica cessione erat publicatum, & lapsi duo mēses, licet non esset mensis quod in forma publica erat, in ciuitate Valentiæ, quod spectantes non poterant gratiarum virtute impetrare, tum quia publicatum in consilio publ. & lapsi duo menses a tempore publicationis, secundū dictā glossam Ioan. And. super data sexti libri, & qđ dixit Paulus, & desuper recitaui. ¶ TVM. quia in decreto erat decretum interpositum, & sic erant ignorantes etiam effectu, de p̄b. c. quodam, lib. 6. & eo. ti. c. dudum. Et qđ no. in c. 1. de conces. p̄b. eo. lib. Tum quia solùm hic q̄rebatur de actu inualiditatis gesto ꝯ decretum, & sic status actus annullatur, neque aliud est sperandum tp̄s scđm gl. quam supra tibi allegaui in d. clem. uolentes, de hæreticis, q̄ nota, quia quotidie ista dicta poteris practicare. Et nescio si melius alibi ista inuenires. ¶ Sed pone, princeps in curia inter alios foros vel constitutiones ædidit & publicauit qđ mulieres nō possent portare certa ornamenta, ille forus nō fuit moribus vtentium approbatus, iam lapsis decē annis post forum, q̄ritur an ille forus sit abrogatus, & gloss. in cap. 1. de treug. & pace, dicit quòd sic, quòd si hoc morib. vtentium non recipitur, abrogatur, & idem no. in gl. in c. dolentes, de celebr. miss. Nam inter cætera q̄ requirūntur ad esse legis, est necesse, quod vtentium morib. approbetur. Ad hoc. 4. di. §. leges. Et Bertrand. in procæ. clem. dicit Archidia. hoc tenere, per dictum. §. leges. Fatebantur tamen, quòd mulieres poterant compelli, quod constitutiones seruent. Bertran. ibi distinguit, quòd aut constitutio infixit pęnam ipso iure. Et tunc abusus constitutionis, non tolleret pęnā constōnis, in quā ipso iure incidunt, incidendo in factum ipsa lege damnatum, cum lex permittat facere leges superioribus supra subditos 11. distin. c. catholica, de maiori. & obe. c. 2. de constitu. in 6. Sed si lex vel constitutio non imprimit pœnam ipso iure sed mandat iponi, bene pōt tollere abusus,

vt d.§.leges. Et hanc opinionem recitat d. Ant. de Bu.suppresso auctore.vt i d.c.j.de treu.& pa. dicit q si iura sunt præceptiua et q non recipiatur,non per hoc abrogantur,licet in suã tenuerit,cũ gl.in d.c.j.Pro eo facit.12.dist.c.2.in prin. & 88.d.c.vnde,pposuisti.Nam ex quo lex est præcepti,ergo in abrogando per desuetudinẽ, non pót dari bonum initiũ. Et sic est impossibile q pscribatur,vnde cũ non possit fundari p initiũ præscriptionis,qa semper quis peccat, talis dissuetudo uel cõsuetudo, semper est irreuocabilis,secundum eum.Ioa.And.ibi remittit ad no. super Rub.de consuetu.Io. Calderin.concludit ex ibi notatis,quòd quando constitutio præceptoria emanat super eo,cuius contrauentio, de se generat pcm̃ mortale.Et tunc nusq̃ desuetudine tollatur,et si a principio non recipiatur,argu.ca.fi. de consue.quandoq; emanat super eo, cuius conuentio de se non generat mortale, & tunc quanq̃ primi nr̃i parentes tali legi præceptorio,peccauerunt mortaliter,per.c.quod præcipitur,14.q.j.& 4.dis.§.fi.tamẽ cõtra ipsam pt præscribi,vt i d.§.leges.Et postq̃ est præscriptũ, cõtra facientes,nõ peccãt mortaliter, vt in d.§. Et sic dicit debere intellig i no.in d.c.j.Et dicit responsum ad rationem Ho.ibi,quia non sequitur,primi peccauerunt,ergo & sequentes peccant,quia non astringuntur per dictam legẽ,cũ sit pscriptũ ɔ eã,neq; obstat quod solũ tps non est modus tollendæ obligationis &c. qa hoc nõ operatur solũ tps,sed & resistẽtia subditorum, quorum moribus affirmatio vna cũ lapsu tpis hoc inducit,& secundũ dictũ Io,Calderini,sufficeret lapsus decennij,iuxta no.in c.fi. de cõsue.

¶ Aduerte quia prædictus Calderinus, vr̃ tenere opi.in l.si quis pro eo,de fideiusso.quòd contraueniens cõstitutioni laicali præceptiuæ peccet,de quo vide quæ late dixi supra in ti.de pro po.graua.§.qdã sunt, vbi examino materiã iuri. d.Ant.de Bu.i d.§.de treu.& pa.dicit si ɔstitutio pmittit,seu disponit, potest bene per desuetudinẽ tolli,si ius vetat uel pcipit, si ad cõmodũ priuatũ pót tolli,quia et facto, & renũciatione pót tolli,sic irreuocabiliter dicit gl.in l. de quibus,C.de legibus, si præceptũ cõcernat honorẽ Dei,vt i d.c.j.vel cõmodũ publicũ an possit desuetudine tolli, Et dicit quòd si primũ oẽs tpe legis æditæ non receperunt,& superior sciẽs patitur. Et sic tacite consentit huic non receptioni,dicit qd tale ius non ligat,sic dicit loqui.c.leges 4.dist. Sed si superior non scit hanc non obstantiam, & sic non patitur,tunc dicit quòd ligat,& non obstat secundum eum, quod consuetudo nõ habet iustum initiũ, quia aliud est ius tolli, & tunc requiritur consuetudo legitima. Aliud ab initio non recipi. Et tunc nulla est rescriptio,sed sufficit q non fuerit sciente principe ab initio receptum. Si hoc principi constet secundũ do.Ant.de Bu.in d.c.j.de treuga & pace.Pro quo facit,licet ipse non alleget aliud elegans dictum Io.And.in add.ad spe.in ti.de clãdestina desponsa. dicentis, qd dissimulatio & tollerantia superioris habet vim dispẽsationis. Circa qd dominus Ant.de Bu.in c.quod circa, de consang.& aff.dicit singulariter,ex cuius d. clarescit materia desuper tacta, qd quando ab ipso principio, quo ius traditur generaliter ab oibus non recipitur & superior tollerat. Et tunc dicit qd illud ius non ligat,4.di.§.leges,& allegat dictã gl.c.primi,de treuga & pace,& quæ de super tibi recitaui per eũ scripta,quia dicit ipse,vox populi vox Dei.Et ex certa papæ tollerãtia inducitur exclusio iuris.Quãdoq; ius recipitur partim & partim non,& tunc dicit qd tollerantia hæc generalis,non excusat a peccato. Et dicit esse casum in c.cum iam dudum, de præben.Quãdoq; ius ab initio recipitur, & ex post facto ab oibus vniuersaliter nõ seruatur. Et ad hoc credit qd hoc ius tollitur, p desuetudinem ex quo superior scit & tollerat quasi princeps videatur velle,quòd vult vniuersalis populi collectio,ex quo non cõtradicit,4.di.§.leges,ff. de legibus. l. de quibus, Quandoque ius recipitur vniuersaliter, ab omnibus, Papa vel principe sciente fit aliquid contra legem, & tunc Papa aut princeps,expresse & expressissime cum causa scribit, de tollerantia dicti cuius ad hoc subrogatur loco dispensationis, & dicit quòd est casus in capi.circa,allegato,de consangu. & affi. Quandoque nil specifice disponit, sed tacet, & dicit quod non habet uim dispensationis,& idẽ dicit,quo ad alios inferiores, quo ad illorũ leges scdm eũ.Et miror qd pdicti doc. nõ allegãt dictũ tex.legũ,in hac materia, q uidentur probare id quod ipsi allegãt,q leges per desuetudinẽ obrogãtur scilicet, tex.in prohę. institutionũ,vbi tex.dicit, qd leges in desuetudinẽ abierũt,ad hoc in auth.de fideiu.in prin.colla.j. Sed ad hæc q̃ supra dixi possint vendicare locũ, in nostris foris, qui sunt cõtractus cũ principe initi,multũ dubito,quia sunt cõtractus siue leges ppetuæ.C.de don.inter virũ & vxo.l.penul. ff.de publica. l. Cæsar. Tum quia de foro regis Petri nequit consuetudo contra forum allegari.

¶ ITEM quia expressa tollerantia principis, non potest contra forum introduci, quia princeps citra curiam, nõ potest foro detrahere,addere uel diminuere,neque interpretari,ut in priuileg.regis Iacobi .Dat. Valentiæ. 12.Cal. April.Ann.dom.mille.270.& in alio priuilegio Dat. Valentiæ,Kal.Maij,Ann.domi.mille.321. Et sic minus tacita principis tollerantia cõtra forũ possit inducere dispẽsationẽ,ne plus operet tacitũ quã expssum, & ideo cogita. Restat nunc uidere,an uirtus uel effectus legis seu priuilegij,extendatur ad omnes causas pteritas,psentes,seu pendẽtes etiã p appellationem,& an futuras tm̃ cõprehẽdat.Et vr̃ q legis uirtus solũ ad futuras cãs uel cõtrouersias trahat, & de pteritis nil disponat, nisi expresse caueat in cõstitutione.C.de legib.l.leges,de cõsti.c.cognoscentes,& c.fi.Ad hoc.10.q.1.c.sicut quidam,de

elec.

elec. c. cum in cũctis.§.hoc sane,qa id expressè cauet in l.clarũ est, ꝙ respicit retro constitutio, ut ibi.Idẽ est si lex uel cõstitutio respicit ius naturale uel diuinũ,qa tunc etiã pterita respicit, extra de vsur.c.cũ tu, qa non est ꝓpriè nouum ius,sed renouatio antiqui & diuini, sicut dicimus,ꝙ statuta q̃ cõtinẽt id ꝙ ius ciuile debent intelligi secundũ ius ciuile,ut notatur in l.si serui nostri.C.de noxalib.Et idẽ est cũ noua lex cõcordat antiquæ,qa tunc est reuocatio ueteris iuris, & sic causas pteritas respicit secundũ Hosti. ꝙ ita not.in c.fi.de consti.alle. c. cũ in magistrũ, de elec.Idẽ dicit Bald.ꝙ lex noua porrigitur ad causas pteritas,cum ꝓcedit declaratiuè, qa rõne termini ad quẽ fit relatio porrigitur retro, nisi esset causa decisa,ut habetur in l.siqs,in cõscribendo,ultimo responso.C.de episco.& cler. & ita intelligit.l.non dubium.§. ꝙ ad oẽs.C.de legib. quando autẽ lex ꝓcedit depositiuè non porrigitur retro, qa terminus ad quẽ fit relatio nõ est de pterito,sed de futuro. Et qa conuenit legi futuris formã imponere nõ pteritas calumnias excitare.C.de decurionib.l.1.li.10.Ad primum mẽbrum distinctionis cum ꝓceditur declaratiuè.ꝙ ligat retro,bene facit,in auten.de filiis ante dotalia instrumenta natis.§.fin.& ꝙ ibi notatur.Et hanc distinctionẽ,quã Bal.refert,ponit Io.And.in c.8.de uer.signi.li.6.Et dicit Bal. in d.l.leges,ꝙ rõ est quare non trahitur retro,qa non debet fingi contra ius,quòd tunc uigebat.

¶ITEM quia ibi deficiunt essentialia nunquã retro fingitur,licet ibi deficiunt conditionalia, quãdoq; retro fingatur. ff.q potiores in pignore habeãtur.l.potior,& l.q balneum,& notatur. ff.de leg.1.l.talis scriptura,secundum eum. Sed pone ꝙ causa est de pterito,lis est de futuro, qa tẽpore legis nouæ, iudicium agitatur. Et certè gl.ord.in l.leges & cõstitutiones.C.de legib.dicit ꝙ debet seruari uetus,& nõ lex noua.alle.gl. in auten.ut cum de appel. cognoscitur in prin. & in auten.hæc constit.interpre. constitutionẽ, ut in l.iubemus C.de test. in fine, ꝓ quo,qa iudicium vr̃ trahi debere ad tẽpus causæ.l.si rẽ.§. fi.ff.de pig.ac.gl.etiam ordi.in c.licet canon,de elec.li.6.in glo. sup uerbo, decerero. mouens q̃stionem. An noua cõstitutio extẽdatur ad præsentia,etiã si pendeat ꝑ appellationẽ,dic ꝙ sic, si negocium pendeat ꝑ appellationẽ,debet decidi secundũ ius ꝙ erat tẽpore primæ sniæ, non secundũ ius ꝙ emanauit appellatione pendente,ut in authen.ut cũ de appellatione cogn. in princ.& in §. 1. col.8. Si autẽ principaliter pendet,dicit Host.in c.2.de cõsti.ꝙ debet decidi secũdũ ius ꝙ emanauit. Godfredus ibi & Accursius,in d.gl.alle.tenet ꝙ secundũ ius,ꝙ ante cõstitutionem erat, & uterq; allegat dictũ autent. gloss.ibi dicit secundum gratiam,quod aut cõstitutio loquitur de ordinatione negotij, uel contractus,ut de numero testium,de scriptura uel de alia solennitate, & uera est opin.Gotifredi & Accursij, non enim pars potuit diuinare C.de testi.l.testium. C. de testa. l. iubemus. 87. di.capitu.pposuisti. Si autem constitutio loquatur circa ordinationem sententiæ uel processus, ponit exemplum de iuramento calum. in.c.1.§.ult.de sententia & re iudi.c.8.potest uera esse opin. Hostien.ita quòd processum causæ iam factum non tangat, sed faciendum secundum glossa. Et istam distinctionem ponit Guido de Sudaria,& Archidia.in capitu.de liberatione, de officio legati. libro sexto. licet per alia uerba. Et dicit quòd ita determinauit Nicolaus Terceus, in extrauaganti,prout Bald. refert,in l.leges & constitu.C.de legibus,dicens secundum eos, quod aut constitutio, emanat super ordinatione negotij uel contractus, aut de numero testium adhibendo in ipso contractu,uel de scriptura,uel de insinuatione tẽporis contractus,uel de alia solemnitate coniũgẽda cum contractu,& tunc inspicitur lex uigens tempore contractus,& est ratio,quia contrahẽtes poterant diuinare de alia solemnitate,ut C. de testibus.l.testium.C.de testa.l.iubemus.

26 ¶ITEM † quia iam formatum solemniter & productum in esse nõ debet immutari ex casu superuenienti, argumen. C. de donat. quæ sub modo.leg.perfecta.Si autem constitutio loquatur circa ordinationem processus uel sententiæ, tunc attenditur lex noua, quia licet causa prima sit de pterito,causatũ tamen sup quo disponitur,& ipse modus ꝓcedendi est de futuro, quod dicit esse uerum Bald.& non facit mẽtionem de gloss.ordin. per me alleg. quæ idem tenet. Sed Iacob.de Belui.in autentic. ut cum de appellat.cognoscitur,tenet quòd etiam constitutio disponens,etiam super ordinatione iudicij nõ respicit pendentia,nisi exprimat, allegat tex.ibi in dicto autentic.ut cum de appellati. cog.in princip.ibi,nos itaque,& uersic. hæc eadem. Ex quibus colligitur, quòd appellatione interiecta a snia sine rõne facta, ad principẽ, ꝓ iudicando autẽ sniam quantũ ad iudicandum seruabuntur leges q̃ erant tẽpore appellationis aut relationis ad diẽ.adducit eadem col. ut in medio litis nõ fiant sacræ iussiones. §. sup autẽ. Et de his qui ingrediuntur ad appellandũ. §. illud quoq;.inducit,& C. de iuro calumniç.l.2. §. fi.& in auth.vt litigãtes iurent.§.fi.Sed istę duę leges aperte faciũt ꝓ opi.gl.& Guidonis,& Archi.cũ in eis dicatur, qđ lex de iuro pstando in lite,siue de calũnia, siue aliud est præstandũ in litibus pẽdẽtibus. Et sic ille tex. summatur per Bal.& alios, qđ lex noua quæ loqtur de ꝓcessu cãæ,habet locũ in lite pẽdẽte quo ad ꝓcessum futurũ.Et põt esse ratio,qa respicit litis ordinationẽ,& excludit corruptionẽ & calumnias circa illas.Sed Iac.de Beluiso in pdicto loco dicit ꝙ hoc ideo est, qa ibi princeps sic statuit, aliàs in contrariũ est ius cõe.Io.And.in nouell.dicit post suã gl. ꝙ iõ ibi est expressum, qa æquũ & iustũ est sic statui. Sed dicit Io.Andr. ꝙ illud est respicere futura,& non pterita, cũ isti actus sint de futu-

de futuro secundũ Io. And. Et sic uides ꝙ Ioan. And. nescit q̃d concludat. an ꝓ gl. an ꝓ Iacobo ꝑdicto. Sed clarũ est glo. uerũ dicere. Et illa est cõis opi. & uera, ꝙ quo ad litis ordinatoria attendit lex, q̃ postea emanauit, quia ꝓpriè illud est futura respicere, q̃a respicit actus nondum factos. Et sic futura ad q̃ cõiter constitutio respicit & non ꝓcedẽtia, ad hoc de offi. dele. c. penul. in fine. vnde dicit Bal. in l. leges & constitutiones. C. de legib. ꝙ aut lex loquitur de re formata, aut formãda, aut dubitatur, in dubio intelligitur disponere de re formanda, q̃a res formata non indiget beneficio statuti. Ex quo dicit, disponit de cõtractu aut iudicio. Primo casu intelligitur de cõtractu futuro. Scđo casu intelligitur de iudicio futuro, licet pendeat ex cõtractu ꝑterito. Denuo dicit aduertendũ, ꝙ aut lex disponit, de iud. quo ad deci. causæ, aut quo ad ꝓbationẽ cãæ, aut quo ad ordinationẽ litis. Primo casu inspicit̃ tẽpus cãæ, nõ aũt tẽpus legis cõditæ. Ita dicit determinare glos. in l. leges Sed clarius. hoc determinat gl. i d. c. licet canõ, de ele. lib. 6. q̃ nõ alle. Scđo casu idẽ ꝙ inspicit̃, quo ad solẽnitatẽ ꝓbatiõis tẽpus cõtractus, licet quo ad qualitatẽ testiũ, si mutata esset, inspiceretur tẽpus iuramenti & depositionis ipsorũ, ut dicit ꝓbari ex cõiunctione duarũ legum. C. de test. l. 1. & ff. ad carbonianũ. l. 3. §. duæ causæ. Tertio aut loquitur de iudic. respectu actus exerciti, aut respectu exercẽdi. Primo casu non habet locũ noua lex. Scđo sic, ut ꝓbatur in l. fi. §. fi. C. de iura. calumnię, ubi est tex. scđm Bal. Et sic uides cõiter teneri, ꝙ quo ad litis ordinatoria in acti. nõdũ factis seruatur ius nouũ, q̃a est act⁹ de futuro, sub l. cõpręhensus, scđum cõem sñiam doctorũ ꝓ q̃b. facit, q̃a iudex q̃ litis ordinationẽ subordinat, nõ habet inspicere nisi cõsuetudinem, q̃ in suo uertitur foro, cũ actũ exercet, ad hoc. le. missi opinatores, de exact. tributo. li. 10. & ꝙ notatur in l. si fundus. ff. de euict. & in l. 2. C. q̃ sit lõga consue. cum similib. Et ꝑ hoc dicit Bal. ibi in d. l. leges. se cõsuluisse in quadã q̃stione, deputati, erant quidã in ciuitate Florẽtiæ, q̃dã in q̃stione fallitorũ, postea sunt eis adiũcti alij duo: q̃rebatur an isti adiuncti uiderẽtur adiuncti in liti. pendẽt. corã primis, & dicebãt q̃dã ꝙ non, ꝑ legẽ primam. ff. de offi. consu. Sed ibi loquitur in iudicibus habentib. iurisdictionem quilibet insolidum, vnde ista lex non facit ad propositum. Vnde dicit se consuluisse, quod adiecti essent necessarij, quo ad reliquum processum, quia lex noua respicit formam processus, & habet partes destinatas siue disiunctas, vnde quantum ad præterita non stamus legi nouæ, sed quantum ad futura sic. Neque prædicta obstare dicit in authen. vt in medio litis ne fiant sacræ. quia ibi loquitur, de decisorio & non de litis ordinatorio, vt ff. de iudic. l. iudicium soluitur, refert etiam Bal. opinionem Oldradi, de qua l. continuus, §. cum quis, ff. de uerborum obligationi, qui sic distinguit, quòd aut est quæstio de substãtia contractus, aut de executione. Primo casu, aut est quæstio de iure rei, verbi gratia, prohibetur res vendi, non alibrato, & statur antiquæ legi, quia quo ad eam res non est in commercio, ff. de verborum obligationibus, leg. inter stipulantem, §. sacram. Aut de iure personæ, verbi gratia prohibet nouum statutum contrahi cum minore. 18. annorum, & tunc idem, vt. ff. de stipulatio. seruor. l. si vsusfructus aut de iure formę contractus. Et tũc idem, vt infra de testa. l. iubemus, in fi. ibi, quid enim. Secundo casu principali statur statuto nouo, vt ff. de fide instrumen. l. contractus, & C. de iuramento calum. l. 2. refert etiam Iacobum Bal. informasse istam quæstionem. Si in ciuitate vel castro statuta sunt reuocata & vetera, postea cõfirmata & pro parte infirmata & pro parte correcta. Item quędam noua sunt facta ex quo tempore ista statuta valeant. Nam si valeant ex tempore publicationis non fingunt retro, quia publicatio est principium & terminus, & sic incipit vinculum, ideo enim non refertur in ꝑteritum, quia non ligãtur ignorantes, vt in authen. & factæ nouæ constit. §. si minus. Et sic videtur quòd tempus reuocationis sit spectandum, ff. de testa. milit. l. tribunus, fl. vltimo, C. de donat. inter virum & vxorem, l. ex verbis. Sed quod nõ sit inspiciendum tempus reformationis, sed tempus legis quæ reformatur, vt. C. de donatio. inter virum & vxo. l. donationes, ff. de iure codicillorum, l. 2. & l. quidam referunt, ff. ad l. Falc. l. miles. Et dicit Iacobus prædictus, quod aut in l. exprimitur ex quo liget, & ex tunc ligabit. aut non exprimitur, tunc in confirmatur. ligant retro, in correctis vel additis, ligant ex tempore correctionis vel additionis. Sed dicit Bal. quòd non loquitur ita clare, tamen ita credit quòd intellexit. in dicta authenti. vt factæ noue constit. in. §. fina. secundum eum. Sed clarius tibi desuper dixi distinguendo per membra si bene aduertis. Denuo Bald. in dicta. l. leges, refert distinctionem quam posuit Iacobus de Beluiso, in dicta authen. vt cum de appellatio. cog. in princi. vbi sic distinguit. Quod autem constitutio vel statutum est iuris diuini aut humani. Primo casu aut disponit circa obseruantiam & trahitur retro ad præterita. vt extra, de vsuris. capitulo cum tu, & institu. de iure naturali, §. sed naturalia, & notatur in c. fi. de const. aut disponit circa pœnã, & tũc nõ trahitur ad ꝑterita nisi nõiatim sit dictũ, de incest. nu. §. si hoc q̃dem, & in autẽ. de sanctis. episco. §. fi. & de consti. c. 2. Et põt esse rõ, licet ipse non dicat, q̃a illa additur ꝓpter cõtemptum, q̃ est actus de futuro, & hoc est ꝙ supra tibi dixi circa intellectũ, c. ut animarum, de consti. li. 6. Si autem est constitutio uel lex iuris humani, dicit ipse, ꝙ regula est, q̃d in omni ordinatione actus humani, & in omni lite decidẽda, in qua inspicitur principiũ actus, uel noua, non trahitur retro. Sed ꝑdictis Iac. de Beluiso, ad dictã regulã ponit quasdã exceptiones, Prima

est

est. q̄ si p impressionẽ uerbor. trahitur ad p̄terita, ut in d.l.leges, & in c.fin.de consti. cũ similib. Scd̃a exceptio est secũdũ eũ, quando scd̃um mẽtem legis, non potest trahi ad futura, nã tunc ut lex nõ sit frustra necessario cõcernit p̄terita, ponit exẽplum. Si statutũ disponit de cancellationib. bannitorum, puta qd̃ banniti in personam cancellẽtur, danť decẽ. Nam ista est q̃dam abolitio, q̃ congrue non potest adaptari, nisi ad p̄terita, ut ff. de legib. l. cum lex, & ibi p Odofredum. Sed Bal. ibi dicit, q̄ Cy. in d. passu distinguit, qd̃ aut uerba statuti sunt de p̄terito, aut sunt de futuro, aut sunt implicita ad utrumq;. Primo casu respicit p̄terita. Scd̃o casu respicit futura tm̃. Tertio casu de natura legis respicit tantũmodo futura, vnde futurum subiunctiui in statutis accipitur ꝓ futuro, ut notatur in l. cum tale. §. fin. de condi. & demon. ubi est gl. singularis scd̃um Cy. Bal. tm̃ ibi dicit q̄ dictum Cy. haberet locum in dispositione indifferenti. exẽplum, in l. illicitas, in prin. ff. de offi. p̄sidis, secus quãdo rõ p̄teriti & futuri discrepant, q̄a tunc interpretamur legem in sensu benigno & æquo ne det cãm delinquẽdi. Et ideo in exẽplis dicti Iac. de Beluiso & statutis dicit tenendã oĩum illorum opi. & non Cy. Adde tu vnũ uerbum qd̃ est singulare, & seruit ad multa in practica, quòd aliquando lex noua disponit, sup aliquo indulgẽdo ultra regulas iuris uel statutorũ, uel circa illa dispensando, disponendo sup actis p̄teritis, licet solutionẽ uel indulgentiam recipiant de futuro, & ista lex solũ cõprahẽdit actus p̄teritos. Verbi gratia, scd̃um generalẽ legẽ, homicida debet mori. C. de epis. audientia, l. nemo. Et sic cauetur l. regni. Pone q̄ pp̄ter bellum facta est reformatio qd̃ banniti ꝓ homicidio habita pace & soluendo decẽ, extrahantur de banno. Nam tota lex ista, est p̄teriti tẽporis, non futuri, nisi in cancellatione, & solutione banni. Et ideo si q̄s esset homicida, non tamẽ esset bannitus, non ꝓdest ei lex noua. ¶ Item neque futuro homicidio, allegat. ff. de peculio legato. l. cũ dominus. Nam ista lex est q̃dã dispẽsatio, q̃ non refertur ad ignoratos defectus, secũdum Bald. q̄ hoc posuit in satis pegrino loco, in l. cum lex. ff. de legib. Et hoc pridie allegabam, qd̃ ita guidatica, q̃ quotidie a principe conceduntur qd̃ intelliguntur de malefactorib, ante datam guidatici, non expost delictũ cõmittentib. cum plurib. aliis rationib. q̃ hic inserere esset longum. Et q̄uis ex p̄dictis potes satis instructus esse, in hac materia, tamẽ ut nil omittam, dicam tibi conclusionẽ, quam facit Bal. in hac materia, secundum iura ciuilia, ego addam aliam quam habui a domino meo domino Io. de Imo. quam subiungam. Bal. uerò dicit in d.l. leges. C. de legib. Concludamus, qd̃ aut lex est noua, quo ad materiam & ad formam, & certum est qd̃ non trahitur retro, sicut ius ciuile non disponit ea q̃ ante ipsum ius nõ erant introducta, neq; in materia, neq; in forma, ut no. ff. de iusti. & iure. l. ius ciuile. Aut disponit ius nouum respectu formæ, & non respectu materiæ, & idẽ q̄a non p̄t retro trahi ad tẽpus, ubi nulla erat forma. Aut nõ disponit ius nouum in materia & forma, sed confirmat uetera statuta, tunc trahitur retro, dum tamen illa statuta retro habuerunt uigorem. Sed si sumant uigorẽ ex confirmatione, tunc confirmatum trahitur ad tẽpus confirmationis, non ecõtra, & idẽ in infirmatione. Nã aut hñt uetustiorẽ causam, & tunc nõ fingunt retro. Ista dicit ꝓbari in rõne sui, in l. obseruare, in fi. ff. de offi. proconsulis. ff. ad Treb. l. si q̄s priore. ff. de mili. test. l. tribunus. §. ult. Ex q̄b. potest scd̃um eum cõcludi ad plures q̃stiones. Pone, statutum uetus cõtinebat qd̃ banniti eximerentur de banno, solutis q̄nquaginta libris, postea superuenit nouum statutũ, quo cautũ est qd̃ banniti eximantur de banno solutis centum libris. Modò q̄dam erat bannitus ante scd̃um statutũ, vult soluere quinquaginta libras, uigori primi statuti. Econtra dr̃ qd̃ debet soluere centũ libras uigore scd̃i statuti. Et dicit Bal. aduertendũ qd̃ format q̃stionem in banno de p̄terito, ne sit contra dictum Odofredi. Et dicit q̄ quidam dixerunt q̄ debent tm̃ soluere q̄nquaginta: quia erat sibi ius q̃situm ex ueteri statuto. Et quia leges dant formam futuris, non p̄teritis. Guid. de Sudaria, & Iac. de Aren. dicunt qd̃ debent soluere centũ libras, q̄a statutum illud loquitur de exẽptione, seu de modo liberationis, nõ aũt loquitur de obligatione inducenda, cũ ergo ipa liberatio sit de futuro, ergo disponitur ab statuto nouo scd̃um eos. Sed Bal. dicit q̄ de natura istius statuti est se referre ad præterita, ut supra declaraui: tñ dicit qd̃ dubiũ suum stat in hoc, vtrũ referatur ad præterita cõtra ius exẽptionis, iam q̃sitũ bannitis. eximend. a banno. credit tñ q̄ sic, quia illud ius erat q̃situ ex mero beneficio statuti. Et ideo tale bñficium potest reuocari, ut no. in l. q̄ semel. ff. de decretis ab ordine faciend. Et ideo credit dictũ Guidonis & Cy. esse uerũ, non tamen ipsi inducunt bonã rationem scd̃um eum: & de ratione, remittit ad notata p Paulum de leazar. in prohœmio clementinarum, & in c. licet, de elec. li. 6. per Ioann. And. & per Bald. in l. oẽs populi. ff. de iustitia & iure, q̃ dicit tunc uidere non potuisse, q̃ tamen supra in effectu recitaui. Et ex ꝓximo dicto Petrus de Ancha. fœlix recitator in ca. licet canon, de elec. li. 6. decidit plures q̃stiones similes prætactis, quas uide. Inter alias ponit vnam. Statuto cauetur q̄ mortua uxore in matrimonio sine liberis, q̄ maritus lucretur certam partem dotis, utrum habeat locũ in dotib. datis ante statutũ, si post ipsum statutũ talis uxor moriatur, & dicit q̄ sic, ratio scd̃um eum: q̄a illud propter q̄ debetur, cauetur post statutum, ergo habet locum in dotib. datis ante per prædicta, secundum Petrum de Anchar. ubi uide. Nũc aduerte ad distinctionem domini mei, quam dicebat se dixisse, cũ legebat Sextum, in d. c. licet canon, q̄ aũt constitutio disponit super actu habente diuersas partes uel actus an super actu habente vnicam par-

cam partem uel actũ. ¶ Primo aũt casu, aut illi actus sunt totaliter de præterito, neq; habẽt cõnexitatẽ cum illis q. sunt faciendi de futuro, tũc ad illa non extenditur, sed ad sola illa q̃ sunt de futuro bene extenditur, uti dixit gl. in d. ca. licet canon, & idem gl. in clem. dispendiosam, in fi. de indi. Si uerò actus q. sunt de futuro, habent connexitatẽ cum actib. qui fiunt in præterito, tunc si non possunt actus qui sunt de futuro expediri sine actib. qui fiunt de præterito, & cõstitutio nõ extenditur ad talia, ut no. in gl. in clem. 1. de test. Aut actus non habent nisi vnicam partẽ, & tũc aut constitutio disponit super ipso actu, aut super executione actus. Si super actu non extenditur, ex quo actus iã est creatus, de maio. & obe. c. statuimus. de consti. c. fi. si super executione actus: tunc extenditur ad executionẽ q̃ est de futuro, licet actus fuerit de præterito, ut no. glo. in clem. 2. de uita & hone. cleri, sed um eum, & licet ipse p alia uerba loquatur, nil noui dicit ab iis q̃ ibi dixit, nisi quia allegat nouas glossas, ideo notabis illas. Et sufficit de hac materia.

¶ Vnũ tamen nolo omittere. Nã diceret aliquis. Ad quid pdest obtinere foros & priuilegia, uel illa publicare, nisi respectu principis concedentis qui ligatur l. contractus, uel le. in contractum transeunte. C. de don. inter uir. & uxo. l. penul. & q̧ no. in gl. ordi. auten. de defen. ciuit. c. interim, & p Cy. & alios. C. de legib. l. digna uox. Sed respectu successorum non uidetur quòd illos possit obligare, vnde dicit tex. in ca. fin. de rescrip. li. 6. Quodq; nobis licere non patitur, nostris successorib. indicamus, dicit gl. quod legem sibi imponere non potest. Nã par in parem non habet imperium, de elec. c. innotuit. ff. ad Tre. l. ille a quo §. tẽpestiuum, secundum gl. Sed est melior ratio, quia successor principis non hẽt ab eo causam: quia per nouam elec. eligitur, de elec. uenerabilẽ. Et quia est iuris successio, in qua non ueniunt defuncti obligationes. Ad hoc no. extra de uoto. c. licet. Et sic non ligatur contractu prædecessoris. Ad hoc. ff. de pi. l. uectig. ff. locati. l. si quis domum. Sed dic quòd imo ligantur principes successores, ad ea q̃ sunt de natura sui officij, uel consuetudine, sicut est feuda concedere. Ad hoc in auten. ut nulli iudicum. §. & hoc uerò iubemus. & in auten. hæc consti. q̃ de dig. §. illud. & multa potest facere & concedere. Aliqñ necessitatẽ, aliquando utilitatẽ concernẽtia, q̃ etiã ligant successorem, de quib. dixi plenè in Rub. de iuramẽto per principẽ faciendo, ibi uide. Et ideo reges nouiter uenientes, iurant seruare foros & priuilegia: quia alias iuramentum pdecessorum eum non ligaret, de iure iur. ueritatis, per Innocent. Et hæc sufficiant, quia fessus sum ad mortem.

CAMILLI BORRELLI ADDITIO.

a ¶LEX DEBET ESSE GENERALIS, ET VNIFORMIS] Ego plusquam alius plenè tractaui in libro de edictis magistratuum. 1. c. 1. ubi dico, ibi uidẽdum est.

b ¶IMPERIALIS DONATIO] Donationem imperatoris insinuatione nõ egere, uoluit tex. in l. ancimus C. de don. & auten. ibi seq. gl. in §. & retro. insti. de dona. hostiens. in ti. eo. §. quæ don. in prin. quia publice fieri dicitur quod coram imperatore sit, cui tot proceres assistunt l. omnium. C. de test. & uoluit Marc. Mantua in consi. 332. col. 2. Ang. in l. pen. C. eo. tit. ubi Bal. illam rationem inducit. Alia potest esse ratio, quia imperator cum id ipse statuerit, semper uidetur excepere se suam personam, cum in generali sermone, semper authoritas superioris intelligatur excepta, iuribus vulg. & cum coram magistratu fieri dixerit, iam nulli dubium, & coram eo factam tenere, cum ipse sit summus magistratus, e cuius fonte omnes riuulæ magistratuum fluant. Bal. in c. ad hæc. col. 4. de pace iura. firma. g. l. priuatorum. ubi Cy. C. de iurisd. omni. iud. Alex. in l. 1. in fi. ff. de iurisd. omn. iud. & Inn. in c. cũ ab ecclesiarum. de offi. ord. & ego dico de edic. magistratuum lib. 1. c. 1. ¶Idem etiam procedit in donatione quæ fit a rege superiorem nõ recognoscente, ut est rex noster, quia non requiritur aliqua insinuatio. Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de don. §. porrò. in addi. Mag. in fi. Oldr. in cõsil. 231. Rom. in consi. 59. in quinto dubio. Alex. in consi. 156. col. 2. uol. 1. Corn. in consi. 299. col. fi. uol. 1. de quibus latè Gabriel. Com. opi. lib. 3. titu. de don. conclus. 1. nu. 22.

c ¶PRONVNTIAMVS TALEM EPISCOPVM] Episcopi electio, per quæ uerba fiat notatur in c. 1. de postul. prælat. in 6. & uoluit Bar. in l. apud Aufidium. nu. 2. ff. option. leg. & in l. serui electione. per totum. ff. de leg. j. & latius ista materia tractatur per Io. Bertachinum in trac. de episcopo. per totum. & Lancelott. Conrad. in templo om. iudi. lib. 2. c. 5. §. 1. in c. incip. quomodo per totum. & duob. c. seq. p Io. Coclaer de Vanquel. in breuiario sexti. in proemio. & in d. c. 1. de postul. prælator. sed altius, ac latius uide Alfons. Aluarez in Spec. Rom. Pontif. c. 10. per totum. plenius Petr. Rebuff. in concord. titu. de mandat. apostol. §. 1. in uersi. literas.

d ¶SIT PVBLICATIO] An de esse, & substantia legis sit quòd publicetur. Quia latius tracto in libr. de edictis magistratuum. secun. capit. ibi remitto lectores omnes ut uideant.

e ¶EXCOMMVNICATIO EST POENA CONTEMPTVS] Et ideo Adam quia uetitum comedit, præceptum dei contemnens quodammodo, excõmunicatus dici potuit. ut hæc & alia circa materiam diffiniendæ excommunicationis tradiderunt Goffred. & Hostiens. in summa eiusdem titu. & habetur in c. 1. eo. titu. in 6. per omnes summistas. Ang. syluestrin. tabien. pisan. & Armill. in §. excommunicatio. Quod ratione contemptus infligatur, innuit Augustin. qui alias (inquit) emendari non potest, tanto suo malo commotus erubescat, & ad ueram pœnitentiam redeat, & saluus sit spiritus eius in die domini. Augustin. in lib. de fide, & operibus. c. 3. & in lib. de cor. & gratia. c. 15. & habetur in consi. Turonens. 1. c. 8. & Prosper Aquitanicus lib. de uita contempl. 2. ca. 7. Cucchus insti. canonicarum. lib. 4. c. sentit. 11. & nouissimè latius enucleauit in ultima parte nouiter in lucem data, Iacob. Menoch. de arbitrar. iud. quæst. libr. 2. centur. 5. casu. 416. per totum.

Camillus Borrellus.

## De dissoluenda & licentianda curia. Rubric. 48.

In §. Solent princeps.

*SVMMARIVM.*

1 *Vocatus a iudice, nõ debet sine eius licẽtia recedere.*

SOLENT

OLENT PRINCIPES peractis de quibus dixi, Curiã licētiare, & sic dissoluere. Et debent fieri actus de dicta licētia & dissolutione, ut libere uocati possint recedere. † Nam uoca-
1
a tus [a] a iudice, sine eius licentia recedere non debet, aliàs dicitur contumax. Ad hoc. 11. q. 3. ca. certum, & in capitu. 1. de iudi. ff. de excu. tuto. l. scire oportet. §. seruabunt. Ad hoc no. per Hostiē. & Ioan. And. de offic. delega. cap. consuluit. Imo plus dico quòd is qui fuit coram tribunali iudicis, & illicentiatus recesisit, posset dici cōtumax uerus, & sic in publico potest dici manifestus contumax, iam notorie constito de comparitione, constat notorie de recessu nimis tempestiuo. Ad hoc gloss. in capitul. uenerabilibus. §. secus. uersicu. in iudicio, de sententia excommunicationis, libro sexto. Et quod no. in Specu. de citatione. §. sequitur. uersi. sed nunquid. Et per Ioan. And. in addi. ad Specu. de contu. §. primo. in additione magna, quod multum limitat nota. in clemen. si autem. de dolo & contu. Et possent sic recedentes illicentiati, pro contumacia puniri & mulctari, etiam sine noua citatiōe. Ad hoc notat. per Bart. in l. ex quacunque. ff. si quis in ius uocatus non ierit. De quo per dominum Anto. de Butr. quoniam. §. porro. ut lite non contestata. ¶ Item sicut recedentes tanquã contumaces non possent appellare ab iniquitate statuti, neq; protestari, ut latè dixi supra, titulo proximo, nisi admitteretur beneficio in integrum restitutionis. ff. de in integ. rest. l. diuus. ex aliqua causa. Sed neque princeps post licentiatam curiã, potest facere actus curiæ, cum deficiāt partes substantiales curiæ. C. de legibus. l. humanum, & in feudis, de prohibi. feud. alie. per Frede. capi. imperialem, quæ partes sunt brachia curiæ, ut in l. 2. ff. de origine iuris. Et quia ex quo curia est licētiata actus fierent sine citatione, & sic nulliter. C. de legibus. l. fin. & quod ibi no. & in capi. in causis, de re iudi. Et sit finis. Deo gratias. Amen.

¶ BENEDICTIO, & Claritas, & Sapientia, & gratiarũ actio, Honor, Virt⁹, & Fortitudo, Deo nostro, in secula seculorum, Amen. Apocalypsis.

O SVMMA DEITAS, inefficabilis trinitas saluatoris dñi nostri IESV CHRISTI, Vnde cuncta bona procedunt, testante Apostolo, ad Timotheum. 3. c. Quia aliud fundamentum poni non potest, nisi quod positum est, quod est CHRISTVS, in cap. cum Paulus. 1. q. 1. Gratias tibi ago, quas humana sciuit fragilitas, cum hoc opus mihi difficillimum tuo auxilio, hoc mihi infœlicissimo tempore dignatus es. Non ergo si quid boni, legens reperiat, meæ prudentiæ ingenioque attribuat, sed diuinæ attribuat uirtuti, cum pro certo in tam tribulato mihi tempore, & carceris, & banni, & totalis meæ ruinæ, bonorum fortunæ, non fuit humani ingenij, quæ in hoc uolumine scripta sunt inuenire. ¶ Agamus igitur gratias omnipotenti deo, qui cuncta largitur. Iuxta doctrinã textualem. in capitu. Reuertimini. 16. q. 1. Nam si quis doctus & eruditus in lege domini, alios potest erudire, non debet suæ asignare prouidentiæ, ingenioq; quod possidet. Sed gratias agat primum domino, qui cũcta largitur. Et deinde sacerdotibus & ministris, a quibus doctus est. Si enim non egerit gratias, sed scientiam dei sibi uendicauerit in penuria, maledicetur, quod si intelligens largitorem Deum, & agēs ijs gratias per quos adeo eruditus est, & humiliauerit se, qꝫ & in horreũ dei intulerit cibos, hoc est, scriptis alimenta in ecclesia populis ministrauerit, statim aperientur in eum caracteta cœli, & effundetur super eum pluuia situalis, & mandabit nubibus suis, ut pluat super eum imbrem, & abundantia omnium rerum perfruetur, ut ibi. secutus ergo consilium Hieronymi sup Malachiã & decret. post innumeras deo gratias, non minimas refero patribus & ꝓceptoribus meis in iure canonico & ciuili, a quib. in Bononiēsi fui educatus studio, a quorum fontibus scientiarum aquam canonicæ & legalis sapientiæ hauriui pro maiori parte, uidelicet famatissimis utriusque iuris doctoribus, domino Ioan. de Imola, & domino Ludonico Pontano de urbe, quorum animæ requiescant in pace inter beatos, qui uera laude digni sunt. O mors amarissima, quæ orbē tantis patribus uiduasti. Non obliuiscor regratiari reuerendissimo in CHRISTO patri, domino Alphonso, dei & apostolicæ sedis gratia episcopo Valentino, utriusque iuris doctori famatissimo, cuius instigatu hoc opus incœpi, celebrante curias generales, in regno Valentiæ, sub serenissimo principe rege Nauarræ, in annis domini. 1438. & 39. Sed occupat⁹ ex curiarũ interuentu, uix quinternum perficere potui. Expost superuenit ualida pestis in ciuitate & regno Valentiæ. Et stando in meo loco de Benexida, per duos menses uacaui circa illud. Denuo fui captus in compedibus ferreis, in quadã turri ciuitatis Valentiæ, & ibi per mensem uel duos uacaui. Finaliter fui bãnitus a ciuitate & regno, & in uilla Almancæ, in regno Castellæ, per quinque menses compleui hoc opus ad laudē & gloriam omnipotentis. fiscalibus & patrimonialibus pro maiori parte, hic liber editus est. Et ad proximi salutem & instructionē perfectus fuit, die Martis hora octaua post meridiē. 17. Ianuarij. Anno domini. 1441. Meique tristis exilij. mēse quinto.

¶ ORO VOS o lectores, patres, doctores, & fratres, & filij scholares, qui hũc legetis librum, si quid superfluum, defectuosum, siue falsum minusque bene dictum reperietis, corrigatis, radatis, & emendetis, quia per me scripta se offerunt correctioni, post meam ignorantiæ cæcitatē, attribuatis tribulationem, in qua positus sum, & sine animi quiete, solum effectum meum commenda-

mendatis, quia & si male scripsissem debeo cõmendari, quia inuestigãdæ veritatis materiam alijs præparaui, secundum Philosophum. Et ponit Ioann. Andr. super data sexti libri. ¶Bene autem scripta suscipitę, quia à Deo sunt. Non enim locutus sum à meipso, in cap. Saluator, de consecratio. distinct. vltim. Bene ergo dicta assumite, quia à Deo, male dicta corrigite, quia homini pura sunt, submittens omnia per me dicta, decisioni sacrosanctæ matris ecclesię, vt vere catholicus.

¶O SVMMA bonitas, pater omnium, & creator, scio quod omnia bona a te descendũt, sine te nil bonum, nil perfectum, nil sanctum. ¶ORO tuam sacratissimam dignitatem, qđ si quid in hoc opere scripserim, quod sit cõtrariũ tuæ voluntati & ordinationi, ante huius operis publicationem me illumines, vt digne subdam correctioni & emendationi. Et quia in his ꝑcibus sum dignus. Oro deuote, illam piã matrem virginem immaculatam, vt pro me dignetur intercedere omnes apostolos & euãgelistas sanctosque doctores ecclesiæ & signanter gloriosos patronos meos Dominicum & Franciscum, Augustinum & Hieronymum, & gloriosam Catherinam, sanctosque angelos gloriosos, Michaelem, Gabrielem, Raphaelem, & Angelum mihi custodem, quorum meritis ad tantam gratiam digne ualeam peruenire, & dicere ualeam quod scribitur Sapientiæ. 5. cap. Iustum deduxit dominus, per uias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit ei scientiam sanctorum, honestauit illum in laboribus, compleuit labores illius, in fraude circumuenientium illi affuit, & honestum fecit illum, custodiuit eum ab inimicis, & à seductoribus tutatus est eum, & certamen forte dedit illi, ut uinceret & sciret, quoniam omnium potentissimus est sapientia, hoc uenditum, iustum non derelinquet, sed à peccatoribus liberauit eum, descenditque cum illo in foueam, & in uinculis non derelinquit illum, donec afferret illi sceptrum regni, & potentiam aduersus eos, qui eum deprimebant, & mendaces ostendit, qui maculauerunt illum. Et dedit illi claritatem æternam dominus Deus noster.

Deo gratias.

## CAMILLI BORRELLI ADDITIO.

a ¶VOCATVS à iudice sine eius licentia recedere non debet] Citatus ad Curiam, [illegible] mparens, an & quando debeat discedere sine iudi[illegible] licentia, vel illicentiatus. Bart. in l. si finita. §. Iulianus. per totum. ff. de dam. infec. Alex. in l. qui ante calendas. ff. de verbo. obliga. vbi pulchrè Zasius in fin. inducens quid seruetur in consistorio Ensicheim. tractauit etiam Specul. in titul. de Inquisition. §. versic. quæritur contra absentem. & pulchrè Bald. in c. 1. colum. 7. de milit. vassall. qui contumax est, & de his qui venerunt in curia, quòd illicentiati non possunt discedere, ita seruatum extitit in Concilio Tridentino, in quo post expleta consilij negotia, & post gratias deo actas, fuerunt omnes concilij patres licentiati, & ad materiam aliqua ponit Petrus Rebuff. in concord. in . . . Gallicosque prælatos. col. mihi. 3. vers. secundo fallit. titul. de constitution.

Camillus Borrellus.

FINIS.